A *solum ponitur*: PLAVT. Capt. 733 abducite istum . . . ad Hippolytum -um, iubete huic crassas compedes impingier (*cf.* AVSON. 326, 11 compedes quas ipse fecit, ipsus ut gestet -r). 1027. Men. 887 cogito, utrum me dicam ducere medicum an -um. Most. 103 laudant -um atque aedes probant. 112 tigna putefacit, perdit operam -i (136 CATO agr. 21, 5 CIC. Verr. 2, 147). Most. 114 haud est -i culpa. 892 -r qui cudere soles plumbeos nummos. Poen. 915 proba materies data est, si probum adhibes -um. CATO agr. 14, 1 villam aedificandam si locabis novam ab solo, -r haec faciat oportet. 21, 5 ferrum factum quod opus erit uti idem -r figat. CIC. Verr. 6, 48 Capitolium . . . publice coactis -is . . . aedificari . . . potuit. Phil. 1, 12. Att. 4, 3, 2 expulsi sunt -i de area nostra. epist. 9, 15, 5 cum -is eam (*domum*) perspicias. ad Q. fr. 2, 4, 3 paulisper -is locum darem. VARRO ling. 9, 34 quod ut quo⟨i⟩que -o lubitum sit possit facere partis scenae. frg. Non. p. 9 amussis est . . . apud -os tabula quaedam *eqs.* (*cf.* PAVL. FEST. p. 80 amussis . . . regula -orum est). HOR. sat. 1, 8, 1 olim truncus eram ficulnus . . ., cum -r . . . maluit esse deum. epist. 2, 1, 116 tractant fabrilia -i. TIB. 1, 3, 48 nec ensem . . . duxerat arte -r (*cf.* IVV. 15, 168 vomere lassi nescierint primi gladios extendere -i). OV. met. 12, 278 ferrum . . . forcipe curva . . . -r eduxit. AETNA 198 nec tamen est dubium, penitus quid torreat Aetna, aut quis mirandus tantae -r imperat arti. LIV. 1, 56, 1 intentus perficiendo templo -is undique ex Etruria accitis . . . pecunia . . . ad id publica est usus. 1, 57, 2 delenire popularium animos studebat . . . infestos . ., quod se in -orum ministeriis ac servili tam diu habitos opere ab rege indignabantur. 26, 51, 7 urbs . . . strepebat apparatu belli -is omnium generum in publica officina inclusis. 26, 51, 8 quaeque in officinis quaeque in armamentario ac navalibus -orum multitudo pluruma . . . faciebat. 29, 6, 4 in eo captivorum numero -i quidam fuere assueti . . . apud Poenos mercede opus in arce Locrorum facere. frg. 22 -os ⟨cum⟩ cura conquisitos undique exciverat. VITR. 2, 1, 6 industria . . . perfecit, ut qui fuerunt in his studiosiores -os esse se profiterentur. 4, 2, 2 antiqui -i quodam in loco aedificantes *eqs.* 9 praef. 6 quod magno labore -i normam facientes vix ad verum perducere possunt, id rationibus et methodis emendatum ex eius (*Pythagorae*) praeceptis explicatur. 10, 1, 6. 10, 13, 2. PAVL. FEST. p. 82 Epeus nomen cuiusdam -i, qui equum Dureum fecit. p. 108 impages dicuntur, quae a -is in tabulis figuntur. p. 132 lignum rotundum, quod circumagunt -i in operibus tornandis. CELS. 8, 3 alterum genus *terebrarum* simile ei quo -i utuntur. 8, 10, 7. PHAEDR. 3 epil. 7 quamvis materiae tanta abundet copia, labori -r ut desit, non -o labor. 4, 8, 3 in officinam -i (PLIN. nat. 35, 182 in ferrariis -orum officinis. BOETH. mus. 1, 10). SEN. benef. 6, 16, 1 turres . . . excitaturus -r quid in diem mereat. nat. 6, 30, 4 *aedificia* a -is neglegentius . . . composita. epist. 56, 4 inquilinum. 88, 25 aliquid nobis praestat geometriae ministerium: sic philosophiae necessaria est, quomodo ipsi -r. 95, 56 non est necesse -o de fabrica quaerere. frg. 120 -os qui illa (*simulacra deorum*) fecere contemnunt. PETRON. 50 factae sunt *statuae* in unum aera miscellanea. ita ex hac massa -i sustulerunt et fecerunt catilla. CORP. IV 4256. PLIN. nat. 16, 195 -orum ⟨in⟩ intestina opera medulla sectilis optima quadripertitis. 35, 35 *rubrica* -is utilissima Aegyptia et Africana, quoniam maxime sorbentur tectoriis. MART. 9, 27, 12 cuius refibulavit turgidum -r penem. 9, 68, 6 grave percussis incudibus aera resultant causidicum medio cum -r aptat equo. QVINT. inst. 2, 21, 16 non -r de fabrica melius aut de musice musicus *dicet*? 7, 10, 9 quis non -r vasculum aliquod, quale numquam viderat, fecit? IVV. 1, 54 volantem (*i. Daedalum*). SCAEV. dig. 6, 1, 67 *ad domus* refectionem -um induxit. GAIVS dig. 41, 1, 7, 12 si dominus . . . nec solvat pretium materiae et mercedes -orum. APVL. met. 9, 7 -r collo suo gerens dolium. 10, 30 erat mons ligneus . . . summo cacumine de manibus -i fonte manante. VLP. dig. 13, 6, 5, 7 Mela scripsit, si servus lapidario commodatus sub machina perierit, teneri -um commodati, qui neglegentius machinam colligavit. PAVL. dig. 14, 2, 2, 1 si -r incudem aut malleum fregerit, non imputaretur ei qui locaverit opus. 17, 1, 26, 8 -r . . . emit servum . . . et fabricam docuit. ITALA Ier. 10, 3 (Cypr. testim. 3, 59) lignum de saltu excisum, opus -i (τέκτονος, VVLG. artificis). PORPH. Hor. sat. 1, 2, 30 oblimare conterere significat, ut quae a -is limantur. COMM. instr. 1, 5, 4 sceptra fecerat -r illi Pyracmon. CAPITOL. Maximin. 8, 4 numquam vivit, ⟨ut⟩ quis in exercitu miles -r aut alterius rei . . . artifex esset. ARNOB. nat. 3, 3 -orum figmenta puerilia. HIER. in Is. 54, 16 p. 642 diabolus -r pessimus immundo spiritu conflat vasa iniquitatis. VVLG. iud. 5, 26 misit . . . dexteram ad -orum malleos. sap. 13, 11 si quis artifex -r (ὑλοτόμος τέκτων) de silva lignum rectum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

secuerit. Is. 40, 19 numquid sculptile conflavit -r? Ier. 24, 1. Rvfin. Orig. in Rom. 8, 2 parvulus si coeperit vel rationis iam capax esse vel aliquid fabrilis artis... tunc iam efficacia rationabilis dicitur vel -r. Cypr. Gall. iud. 113 exoras mutos, -orum pignora, divos. Clavd. 20, 495 *homines* -o meliore (*i. a Prometheo*) politi. 24, 323 -i nec tigna polire sufficiunt. Avg. civ. 4, 11 in -orum fornace (Isid. orig. 19, 6 tit.). 14, 24 folles -orum vel organorum. gen. c. Manich. 1, 6, 10 ligna... adiuvant -um. Mart. Cap. 1, 7 Lemnius... -r (*i. Vulcanus*). Boeth. arithm. 1 praef. p. 4, 7 picturae manibus tabula commissa -orum. Isid. orig. 19, 7 tit. de instrumentis -orum. Corp. VI 3969, 3. XI 5438, 2. X 4855, 2 cultorib(us) -orum. V 7487 -i fratres. 545, 5 q(uin)q(uennali) prae-f(ecto) fabr(um) Romae et Tergeste (*cf.* III 611, 5 -i tignuarii pr⟨ae⟩-fecto suo perpet⟨uo⟩ ob merita eius... posuerunt). *passim in* Inscr.

notabilia quaedam ad rem spectantia: fabri servi, pars familiae: Cic. Planc. 62 quamvis frugi hominem, si pro -o aut pro tectore emimus, ferre moleste solemus, si eas artes quas in emendo secuti sumus, forte nesciverit. Hor. epist. 1, 1, 87 cras ferramenta Teanum tolletis, -i. Colvm. 11, 1, 5 mercari villicum tamquam -um. 11, 2, 13. 12, 3, 9 tum insistere atriensibus, ut supellectilem exponant, ... ceteraque quae refectionem desiderant, -is concinnanda tradantur. Plin. epist. 3, 19, 3 inest huic computationi sumptus supellectilis, sumptus atriensium, topiariorum, -orum atque etiam venatorii instrumenti. Pavl. dig. 17, 1, 26, 8 *v. p. 8, 75.* Hist. Apoll. rec. A 25 erant ex servis eius -i. *cf. ex* Inscr.: Corp. VI 4443, 2 Tauriscu(s) -r. 4446, 2. 6363 Acasti -i tignuarii. 6364. 6365 *al.* *collegia, corpora sim. fabrum* (*cf. Kornemann, PW. VI 1893 sqq. 1905 sqq.*): Ascon. Corn. p. 75 Cl. collegia... sunt sublata praeter pauca atque certa quae utilitas civitatis desiderasset, quasi ut -orum fictorumque (lictorumque *codd.*). Plin. nat. 34, 1 a rege Numa collegio tertio aerarium -um instituto. Plin. epist. 10, 33, 3 dispice an instituendum putes collegium -orum *eqs.* paneg. 54. Scaev. dig. 32, 93, 4 collegio -orum fundum... legavit. Cod. Theod. 14, 8, 1 (*a. 315*). 12, 1, 62 (*a. 364*). *passim in* Inscr., *v. vol. III p. 1593, 24 sqq.* Call. dig. 27, 1, 17, 2 eos qui in corporibus sunt veluti -orum, immunitatem habere dicimus. 50, 6, 6, 12 ut -orum corpus est et si qua eandem rationem originis habent, id est idcirco instituta sunt, ut necessariam operam publicis utilitatibus exhiberent. Corp. XIV 168, 4 (*Ostiis*) corpus -um navalium Ostiens(ium) quibus ex s. c. coire licet. 256, 1 (*ibid.*). 456 (*ibid.*). XIII 1734 (*Luguduni, saec. II*) genio splendidissimi corporis -orum tign⟨ariorum⟩. 5154, 5 (*Amsoldingen*). XII 726, 2 (*Arelate*) -or(um) tignarior(um) corpus Arel(atense). Corp. XI 6135, 3 (*Foro Sempronii*) sodalicium fabr(um) tig(nariorum). Corp. VI 9415^a scolae ⟨fabrum tign⟩ariorum et ⟨intes⟩tinariorum ⟨...⟩ Palati. IX 5568, 2 (*Tolentini*) schola Aug⟨usta⟩ colleg(i) fabror(um). XIII 6308, 2 (*Aquis*) ⟨schol⟩am fab⟨rum⟩. III 8018, 3 (*Drobetis*).

iunguntur vel opponuntur fabri aliis artificibus: Plavt. Mil. 919 architecto assunt -i ad eam rem haud imperiti. si non nos materiarius remoratur, ... cito erit parata navis (Cic. epist. 9, 2, 5. Vitr. 6, 8, 10 haec... recte instituuntur, cum is [*architectus*] et a -is et ab idiotis patiatur accipere se consilia. Colvm. 1 praef. 3 Ps. Avr. Vict. epit. 14, 5 Vvlg. Sirach 38, 28 Avg. civ. 12, 26 Corp. VI 33833, 9 *v. p. 10, 77*). Cic. Planc. 62 hominem, si pro -o aut tectore emimus (Avg. civ. 4, 22 dicens... vivere... neminem posse, si ignoret quisnam sit -r, quis pistor, quis tector). nat. deor. frg. 2 -r, cum quid aedificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea utitur quae sit parata, fictorque item cera (Varro ling. 6, 78 Ascon. Corn. p. 75 Cl. *paulo aliter*: Iren. 1, 15, 5 *p. 10, 45*). Varro rust. 1, 16, 4 coloni potius anniversarios habent vicinos, quibus imperent, medicos, fullones, -os, quam in villa suos habeant (Arnob. nat. 6, 9 quod in vulgaribus proverbiis dicitur, -um c⟨a⟩edere cum ferias fullonem). 1, 16, 5 -os parant, quos habeant in villa, sic ceteros necessarios artifices (Hier. in Zach. 1, 1 p. 790 -os sive artifices, quos Graeci τέκτονας vocant. Avg. gen. c. Manich. 1, 8, 13 miseri homines, quibus displicet quod deo placuerunt opera sua, cum videant... hominem artificem, verbi gratia lignarium -um ... tam diu lignum caedere atque tractare dolando ... quousque ad artis regulas perducatur... et placeat artifici suo. *adde l. 78*). Sen. epist. 78, 20 *morbus* sutoris aut -i manus impediet. 90, 15 posse nos habitare sine marmorario ac -o. 90, 19 hinc textorum, hinc -orum officinae sunt. Colvm. 11, 1, 9 tam docendus est futurus villicus quam futurus figulus aut -r (Tert. nat. 1, 20 Avg. civ. 12, 26 Cod. Theod. 13, 1, 10 [*a. 374*]). Iavol. dig. 34, 2, 39 pr. vascularius aut -r argentarius. Apvl. apol. 29 scilicet... phrygionibus aut -is negotium istud dandum fuisse. Vlp. dig. 39, 1, 5, 3 -is vel opificibus, qui eo loci operantur. 40, 4, 13, 1 si -is duobus vel pictoribus, si membrum depinxissent vel si fabricassent navem. Pavl. sent. 3, 6, 50 -i ferrarii, item tignarii et putatores. Vvlg. Bar. 6, 45 a -is autem et ab aurificibus facta sunt (ὑπὸ τεκτόνων καὶ χρυσοχόων. Itala Legion. artificibus). Ier. 24, 1 et -um et inclusorem (29, 2). Ps. Avr. Vict. epit. 14, 5 *Aelius Hadrianus* cum oppida ... augeret ordinibus. namque ad specimen legionum militarium -os, perpendiculatores, architectos, genusque cunctum extruendum moenium seu decorandum in cohortes concenturiaverat. Rvfin. Adamant. 3, 13 si quis forte -r aut fusor statuam fuderit. -os ac structores Gloss. Plac. *v. p. 10, 26.* *in copiosa artificum enumeratione nominantur fabri*: Hier. epist. 53, 6, 2 agricolae, caementarii, -i metallorum lignorumque caesores, lanarii quoque et fullones et ceteri, qui variam supellectilem et vilia opuscula fabricantur. Cod. Iust. 10, 66 (64), 1 (*a. 337*). *nominantur fabri inter homines pauperes, ignobiles, infimos*: Cic. ad Q. fr. 2, 8, 3 nos... ita philosophi sumus, ut vel cum -is habitare possimus. *cf.* Hor. ars 32 Aemilium circa ludum -r imus (*cf.* Porph. *ad l.* hic demonstrat aerarium fuisse -um imum, hoc est: in angulo ludi tabernam habentem). Mart. 10, 48, 16 faba -orum prototomique rudes. 13, 13, 1 fatuae -orum prandia betae. Svet. Claud. 34 bestiariis meridianisque adeo delectabatur, ut... praeter... destinatos etiam levi subitaque de causa quosdam committeret *in arenam*, de -orum ac ministrorum atque id genus numero, si automatum vel pegma... parum cessisset. Ivv. 7, 223 mediae... noctis ab hora sedisti, qua nemo -r, qua nemo sederet qui docet obliquo lanam deducere ferro. 8, 175 (*Caesarem alloquitur*) invenies aliquo cum percussore iacentem *legatum*, permixtum nautis et furibus ac fugitivis, inter carnifices et -os sandapilarum. Tert. spect. 30 -i aut quaestuarii filius (*i. Iesus. cf.* Itala [codd. d e k q δ] *et* Vvlg. Matth. 13, 55 non(ne) hic (est) -i filius [Itala g^1: filius Ioseph -i; τέκτονος]? Ivvenc. 3, 25 -i suboles. Hil. in Matth. 14, 2 *Iesum* paternae artis quodam opprobrio lacessunt. sed plane hic -i erat filius, ferrum igne vincentis. Petr. Chrys. serm. 48 p. 334^c dicebant -i filius, ut arte vili ars lateret auctoris). *in proverbio* (*v. etiam p. 9, 59 sq.*): Gloss. Plac. V 21, 38 (68, 5) fab⟨r⟩i Cora (*em. Bücheler*) proverbium in eos ⟨qui⟩ domesticis alimentis usi aliis laborarent. dictum ab eo quod Capitolium aedificanti Tarquinio -os ac structores Corni (*i.* Corani) cum suo victu miserunt. *in imagine* (*cf. etiam infra l. 43 sq.*): Plavt. Most. 131 abeunt *liberi* a -is (*i. parentibus. cf.* 134 probus fui, in -orum potestate dum fui). Cic. epist. 9, 2, 5 non deesse, si quis adhibere volet, non modo ut architectos, verum etiam ut -os, ad aedificandam rem publicam. Itala (Legion. Cassiod. in psalm. 134, 18 Firm. err. 28, 4) *et* Vvlg. Bar. 6, 7 lingua eorum rasa (Vvlg. polita) (a) -o. Avg. civ. 4, 7 si proprios *deos* habuerunt Assyrii, quasi peritiores -os imperii construendi atque servandi. *adde subeunte notione sollertis, vafri*: Ivv. 14, 116 hunc... egregium populus putat acquirendi artificem; quippe his crescunt patrimonia -is... maioraque fiunt incude assidua semperque ardente camino.

B *accedit genetivus: rei quam faber comparat*: Ivv. 8, 175 sandapilarum. Gell. 19, 10, 2 -i aedium... balneis novis emoliendis adhibiti. Corp. VI 6354, 2 -r struct⟨urae⟩ parietar⟨iae⟩. Vvlg. I reg. 8, 12 armorum (*cf.* Gloss. armorum -r ὁπλοποιός) et curruum suorum. Avg. civ. 12, 27 compedum carcerumque nostrorum. Gloss. -r navium ναυπηγός. clavorum -r ἡλοκόπος. *in imagine*: Ps. Sall. rep. 1, 1, 2 Appius ait (*App. Claud. carm. 3*) -um esse suae quemque fortunae (*cf. p. 7, 54 sq.*). Plavt. Most. 120 parentes -i liberum sunt. Iren. 1, 15, 5 Daedalus fictor et -r malus factus sublimissimae virtutis (ψευστὴς καὶ τέκτων). *materiae in qua faber operam collocat*: Hor. epist. 2, 1, 96 marmoris aut eboris... aut aeris (Vvlg. II par. 24, 12). Tert. nat. 1, 10 in Vulcano -r ferri consecratur (Vvlg. II par. 24, 12 Rvfin. hist. mon. 15). Vvlg. IV reg. 12, 11 lignorum (Ps. Matth. euang. 10, 1 ligni). Lex Visig. 7, 6, 4 quorumcumque metallorum.

C *genus fabrorum epithetis distinguitur*: aerarius: Gloss. -r aerarius χαλκεύς. χαλκοτύπος. *rell. v. vol. I p. 1054, 12 sqq.* argentarius: Gloss. -r argentarius ἀργυροκόπος. *v. vol. II p. 516, 27 sqq.* automatarius: *v. vol. II p. 1600, 32.* balneator (*cf. Kornemann, PW. VI 66 sqq.*): Corp. VI 9395. 9396. dolabrarius: Inscr. Röm. germ. Korr.-Blatt 1908 p. 5 (*Augustae Treverorum*) ⟨collegii fabrum dol⟩abrar⟨iorum⟩. eborarius: Corp. VI 9397. 33423. ferrarius (Gloss. -r ferrarius σιδηριουργός. σιδηροκόπος. χαλκεύς): Plavt. Rud. 531 Cato agr. 7, 2 Cels. 4, 16. 5, 28, 2 Plin. nat. 14, 46 Pavl. sent. 3, 6, 50 Edict. imp. Diocl. 7, 11 Capitol. Max. Balb. 5, 1 Treb. trig. tyr. 8, 1 Veg. mil. 1, 7 Vvlg. I reg. 13, 19. Sirach 38, 29 (χαλκεύς). Is. 44, 12 Herm. vis. Pal. 1, 32 *al.* Corp. XI 4236 (*Interamnae*). 4237 (*ibid.*). VIII 4487 (*Tubunis*). ferrius: Corp. VI 9400. figulator: Gloss. -r figulator κεραμεύς. frenarius: Gloss. -r frenarius χαλινοποιός. intestinarius: Edict. imp. Diocl. 7, 3 -o intestin⟨ario⟩. Corp. VI 8173, 3 -i intestinar(ii). 9415^a. X 1922, 3 (*Puteolis*). 3957, 3 (*Capuae*). lapidarius: Corp. XI 6838 (*Bononiae*). Inscr. Rev. épigr. 1902 n. 1442 (*Narbone*). lectarius: Corp. VI 7882, 2. XI 5439, 2 (*Asisii*) -o lect⟨ario⟩. lectuarius: Gloss. -r lectuarius κλινουργός. κραββατοποιός. lignarius (Gloss. -r lignarius τέκτων. τέκτων οἰκοδόμος): Avg. gen. c. Manich. 1, 8, 13 Op. imp. in Matth. 1 p. 630 Isid. orig. 19, 6, 1. limarius: Corp. XII 4475 (*Narbone*). marmorarius (?): Corp. VI 9102^b, 12. materiarius: Papyr. Tebtun. II n. 686 (*saec. II/III*). navalis (Gloss. -r navalis ναυπηγός. navis opifex. qui navem fabricat): Liv. 28, 8, 14 Hist. Apoll. rec. B 25. Corp. XI 139 (*Ravennae*) -r navalis. VI 33833, 9 harchitecto eabro nabali (*sic*). XIV 168, 4 (*Ostiis*). 456 (*ibid.*). XI 1436, 5 (*Pisis*) coll(egio) fabr(um) naval(ium). XII 700, 7 (*Arelate*) patron(i) corpor(is) fabror(um) naval(ium) utriclar(iorum) et centonar(iorum). *al.* ocularіarius: Corp. VI 9402. pectinarius: Corp. V 98, 8 (*Polae*). plaustrarius: Gloss. -r plaustrarius ἁμαξοπώλης. soliarius baxiarius: Corp. VI 9404, 4 quinquennali collegi perpetuo -um soliarium baxiarium. subaedianus: Corp. XII 4393, 8 (*Narbone*). II 2211, 9 (*Cordubae, a. 348*) -i subidiani (*sic*). tignarius (Gloss. -r

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tignarius λεπτουργός. τέκτων): CIC. rep. 2, 39. GAIVS dig. 50, 16, 235, 1 -os tignarios dicimus non eos dumtaxat, qui tigna (*trad.* digna *et* ligna) dolarent, sed omnes qui aedificarent. CORP. VI 996, 5. 148, 5. 9415. XIV 2630, 4 (*Tusculi*). XIII 1734 *p. 9, 39. passim in* INSCR.
tignuarius: CIC. Brut. 257 ego me Phidiam esse mallem quam vel optimum -um tignuarium. CORP. VI 6363. 6365. 9034, 3. XIV 160, 11 (*Ostiis*). XIII 5154, 4. III 611, 5. *passim in* INSCR.

II ***speciatim:*** *in exercitu* (*cf. Kornemann, PW. VI 1918 sqq.*): CIC. rep. 2, 39 centuria, quae ad summum usum urbis -is tignariis est data (orat. 156. LIV. 1, 43, 3 additae huic classi duae -um centuriae, quae sine armis stipendia facerent; datum munus, ut machinas in bello ferrent). CAES. Gall. 5, 11, 3 ex legionibus -os deligit et ex continenti alios arcessi iubet. TARR. PAT. dig. 50, 6, 7 (6) quibusdam aliquam vacationem munerum graviorum condicio tribuit, ut sunt ... -i, sagittarii, aerarii *eqs.* VEG. mil. 2, 11 habet ... legio -os tignarios structores carpentarios *eqs.* CORP. III 3566, 4 (*Aquinci*) ⟨d⟩oc(toris?) fabr(um) leg(ionis) II. *nota titulos sepulcrales fabrorum classiariorum*: CORP. X 3418—3427 (*Miseni*). praefectus fabrum (*cf. Kornemann, PW. VI 1920 sqq.*): SCAVR. or. frg. Roman. Char. gramm. I 129, 12 praefecti fabrum. CIC. Mur. 73 praefectum -um semel locum tribulibus suis dedisse. Balb. 63 in praetura, in consulatu praefectum -um detulit. 64. epist. 3, 7, 4 Q. Leptam, praefectum -um meum. VARRO rust. 1, 2, 7 Libo Martius, praefectus -um tuus. CAES. civ. 1, 24, 4 Cn. Pompei. NEP. Att. 12, 4 Antonii. *al.* CORP. XI 1934, 2 (*Perusiae*) praef(ectus) fabr⟨um⟩ delat(us) a co(n)s(ule). III 398 (*Pergami, a. 26*) M'. Aemilius ... Proculo praef(ecto) fabr(um) M'. Lepidi. 6687, 15 (*Beryti*). XIV 3665, 5 (*Tiburi*). *passim in* INSCR. *nota*: GLOSS. praefectus -is, *v. p. 7, 80.*

III ***translate:*** *nomen piscis*: OV. hal. 111 rarus. COLVM. 8, 16, 9 -r qui et in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur, eumque prisca consuetudine zeum appellamus. PLIN. nat. 9, 68 zeus, idem -r appellatus. 11, 180 novissima asperitas ut scobina -i (fabris *codd.*, fabrilis *Urlichs*). 32, 148. *fort. nomen herbae chelidonion?* DIOSC. 2, 180 W. *v. p. 12, 19. 21* (*e coniectura Wellmanni*).

adiectivum: **faber,** -bra, -brum. GLOSS. -um perfectum. *superl. v. l. 42.* **1** *de rebus*: **a** *i. q. ad fabrum pertinens*: OV. met. 8, 159 Daedalus ingenio -ae celeberrimus artis ponit opus (fast. 3, 383 Mamurius, morum -aene exactior artis difficilest ... dicere, clausit opus). **b** *i. q. scite perfectus, excogitatus*: APVL. apol. 14 levitas ... speculi -a et splendor opifex. flor. 9 p. 93 anulum in laeva -rimo signaculo quem ostendebat. PRVD. apoth. 1034 solus homo emeruit domini formabile dextra os capere et -o deitatis figmine nasci. SIDON. epist. 8, 1, 2 sententiae artifices et eloquia -a.
2 *de homine, acced.* in: VVLG. gen. 4, 22 Tubalcain ... fuit malleator et -r in cuncta opera aeris et ferri (*an subst.? cf.* LXX σφυροκόπος χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου).

adv. **fabrē.** *superl.* faberrime: APVL. flor. 15 p. 56 met. 2, 4. 11, 11. 16 DIOM. gramm. I 478, 16 AMM. 20, 11, 11. 29, 3, 4. FVLG. serm. ant. 51 -e dicitur perfecte. GLOSS. artificiose. docte. ingeniose perfecte. τεχνικῶς. -e factum: ornate compositum. ornatum compositum. *cf.* PAVL. FEST. p. 28 adfabrum -e factum. *v. vol. I p. 1170, 81.* **1** *i. q. scite, sollerter, facete*: PLAVT. Cas. 861 nec fallaciam astutiorem ullus fecit poeta atque ut haec est -e facta ab nobis (Men. 132 hoc facinus pulchrumst, hoc probumst, hoc lepidumst, hoc factumst -e. Stich. 570 apologum fecit quam -e. Caec. frg. 1, 1 nec quicquam factumst nisi -e. *cf. l. 61 sqq.*). VEN. FORT. carm. frg. 5 quid ibi -e dictum sit. **2** *i. q. dextre, eleganter, apte, convenienter*: MELA 2, 9 capita ubi -e expolivere, auro vincta pro poculis gerunt. APVL. flor. 15 p. 56 gemmis -rime sculpendis. 22 p. 102 navem bonam, -e factam (met. 11, 16 navem -rime factam. *adde*: LACT. inst. 2, 8, 66 in domo -e facta et ornata [*cf.* PS. ARNOB. confl. 1, 13 p. 260^C^ in aedificiis -e factis atque picturis ipsa *sapientia* cernitur]. HIER. in Ezech. 12, 41 p. 502 tam -e factae erant caelaturae, ut non sculptae sed appositae viderentur. epist. 22, 27, 8 sunt, quae ciliciis vestiuntur et cucullis -e factis, ut ad infantiam redeant, imitantur noctuas et bubones. AVG. serm. 15, 1 non in -e factis parietibus et tectis, non in nitore marmorum et laquearibus aureis. RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 4 si quid praecipue -e factum prospexerit. SIDON. epist. 2, 2, 5 -e factum lacunar). APVL. met. 2, 4 uvae -rime politae (4, 32 simulacrum -e politum. OPT. PORF. carm. 26, 2 AMM. 19, 5, 4. 23, 5, 1. 29, 3, 4). 2, 19 vitrum -e sigillatum. 11, 11 urnula -rime cavata. IVL. VAL. 1, 3 ⟨opus⟩ adeo -e absolutum, ut. 3, 28 portarum valvis aere vel ferro ad firmitudinem ... impendio -e possessis. DIOM. gramm. I 478, 16 *dactylus* a tactu digitorum dictus, quem ad exprimendam organi modulationem -rime affectabant. AMM. 20, 11, 11 *moles arietis* aptata -rime. 31, 13, 14 agrestem casam secunda contignatione -e munitam. FVLG. serm. ant. 15 -e compactum animal. AMBR. Noe 9, 29 (*de corpore humano agit*) haec cum ita -e naturali institutione ad dei praeceptionem composita videntur. HIER. epist. 64, 13 *pilleolum* sic -e opertum linteolo, ut *eqs.* VVLG. exod. 35, 33 implevit ... sapientia et intelligentia et scientia et omni doctrina ...: quidquid -e adinveniri potest. 36, 1 operari. OROS. hist. 1, 20, 3 aeris artifex ... taurum aeneum fecit, cui -e ianuam e latere composuit. SIDON. epist. 8, 4, 1 parietibus ... -e locatis. *c. adiectivo*: SIL. 14, 320 trabs -e teres. *accedit* ad: PLAVT. Poen. 577 basilice exornatus incedit et -e ad fallaciam.

deriv.: fabrica (-us), fabrilis. fabrire. *fort. nom. propr.* Fabrinius, Fabrius. *compos.*: fabrefacere. affaber (-re), malefaber. infabre. *Jachmann.*

faberrae φάβα GLOSS. II 75, 8. *cf. c.* faba.

?**fabeus** sordes aurium GLOSS. II 579, 33. *interpretari possis vel 'globulus fabae similis' (ut sit a* faba *derivatum voc.) vel scribere* favus, faveus (*velut 'sordes favo similes'*). *varia coni. Löwe gloss. nom. p. XIII.*

fabicora *v.* faber *p. 10, 24 sqq.*

?**fabiolum** (-ī) *n. fort. a* faba *vel* fabium. *nomen herbae*: DIOSC. 4, 65 W. μήκων κερατῖτις ... Ῥωμαῖοι φαβίολουμ μαρίνουμ (*at* MARCELL. med. 27, 13 p. 275 ceratitidos, quam herbam no⟨s⟩ violam [noviolam *cod.*, *corr. Helmreich. an* herbam fabiolam mar.?] marinam appellamus).

?**fabium** (-ī *n.*) *cf. c.* faba. *nomen herbae*: DIOSC. 2, 180 W. χελιδόνιον μέγα ... οἱ δὲ (Ῥωμαῖοι *coni. Wellmann*) φαβίου⟨μ⟩ (*sic Stadler, Archiv 10 [1898] 96*, φάβρου⟨μ⟩ *Wellmann*), ⟨οἱ δ⟩ὲ πίου⟨μ⟩ φάβιου⟨μ⟩ (*sc.* fabium pium; ἐπιουφαβίου *codd.*, οἱ δὲ πίου⟨μ⟩ φάβρου⟨μ⟩ *Wellmann*).

fabrāteria (-ae) *f. cf. c.* faber. GLOSS. -a fabricatio. domus ubi fabricae sunt. est fabrica, qua sedent fabri [vel ornatus equorum (*sc. contaminatum c.* phalerae)]. *nomen oppidi v. nom. propr. cf.* PRISC. gramm. II 81, 5 in 'teria' etiam desinentia faciunt derivativum similiter (*sc. in* 'ternus'): -a Fabrāternus (*utrumque ad oppidum potius spectare videtur quam ad voc. appell.*). *non huc pertinere videtur appell.* sabrateria (GLOSS. V 578, 10 PRISC. gramm. II 81, 5) *q. v.* *Mbr.*

fabrē *v. p. 11, 48 sqq.*

fabrēfacio, -fēcī, -ere; *pass.* **fabrēfīo,** -factus sum, -fierī [*ex* fabre facio, fio *coaluit. Th.*]. fabri- *traditur* RVFIN. Basil. reg. 3 p. 495^D^ *v. l. 56.* fabre facere *disiuncte legitur ap.* PLAVT. *p. 11, 53 sqq. et ap.* APVL. *posterioresque p. 11, 60 sqq., coaluisse videtur fere inde a* LIVIO. *legitur plerumque passive, activum*: VIR. ill. 38, 1 RVFIN. Basil. reg. 3 p. 495^D^.

i. q. per artem fabri facere, conficere: **1** *de iis quae ex aere fiunt*: LIV. 26, 21, 8 argenti aerisque -cti vis. 34, 52, 6 ex aere multa -cta. CHALC. comm. 290 aes, aurum, ferrum et cetera huius modi silva est eorum quae ex isdem -iunt (*cf.* VVLG. exod. 31, 4 quidquid -ieri potest ex auro et argento et aere. HIER. epist. 52, 10, 1 scyphos, mortariola et cetera ex auro -cta. RVFIN. hist. 9, 9 p. 829, 12 signum ... crucis ex auro -ctum). AMM. 29, 1, 30 lance rotunda ex diversis metallicis materiis -cta. AMBR. Tob. 8, 10 frangam propter te argentum, quod -cti (-factum *et* fabricatum *codd. sequiores*) est. VVLG. III reg. 7, 35 in summitate ... basis erat quaedam rotunditas ... ita -cta, ut luter desuper posset imponi. Ezech. 27, 19 ferrum -ctum (*cf.* HIER. in Ezech. 8, 27 p. 317). HIER. in Ezech. 12, 40 p. 488 rivus -ctus.
2 *de iis quae ex quacumque materie fiunt*: LIV. 37, 27, 5 celeritate superabant levioribus et ad id -ctis navigiis. VIR. ill. 38, 1 classem validam -ecit. DICT. 3, 5 signum ligno -ctum (5, 9 equum ligno -ctum). VVLG. exod. 28, 28 stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina, ut maneat iunctura -cta (III reg. 6, 18 cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas et iuncturas suas -ctas). II reg. 6, 5 ludebant ... in omnibus lignis -ctis. RVFIN. Basil. reg. 3 p. 495^D^ qui semper fabrile artificium discunt, numquam tamen fabrifaciunt opus. CLAVD. MAM. anim. p. 65, 16 ad aliquid scribendum vel -endum. epist. p. 205, 10 apicula caelitus deciduum haustu capiens -ctis manso florigeris infundit.
3 *speciatim de simulacris, statuis sim.*: LACT. inst. 2, 4, 2 simulacris -ctis id est hominum plane similibus. *cf.* epit. 20, 13 quotiens -cta signa laudamus vivere illa et spirare dicimus. VVLG. Ezech. 41, 18 -cta (γεγλυμμένα) Cherubim et palmae. PASS. Paul. 11 stipitem ... -ctum (-ctam *A*) adorent. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 16 ex lapide -ctam similitudinem veri panis ostendet. *fort. huc trahas*: INSCR. Revue archéol. 4. sér. XII 1908 p. 464 (*Africa*) hec facilis patet aula sanctis. ingrediens -e factum parvis ⟨sumpt⟩ibus videbi(s) opus. *Jachmann.*

bulbi Afri sibae (*i.* sive) **fa⟨b⟩riānī** maximi EDICT. imp. Diocl. 6, 41. *ex nom. proprio potius ortum esse videtur adi. quam ex* faber. *Mbr.*

×**fabrica,** -ae *f.* [*a* faber. *Th.*]. *de formis*: CORP. III 12872 (*Dalmatia*) fabrece. *formae Graecae*: NOVELL. Iust. 85, 1 φάβριξιν (83, 3 pr.). 85, 3 pr. φαβρίκων. φάβρικες. MALALAS p. 343, 3 Dind. φαβρίκα. *al.* p. 307, 21 φαβρικάς. LYD. de mag. 2, 10 φαβρικῶν. *notatur in* INSCR. (*in instrumento domestico*): fabr.: CORP. X 236. fab.: CORP. III 7309, 1. 20. V 8721, 1. *de prosodia: nom. sing. in versibus dactylicis antepaenultima positione producta usurpatur his locis*: CARM. epigr. 1802, 2 (*saec. IV*). SIDON. epist. 4, 18, 5 vers. 14 CORIPP. Ioh. 4, 1082 Iust. 4, 12. 52. CORP. XI 301, 1 (*Ravennae, saec. VI*). FELIX anth. 211, 1 ARATOR act. 2, 637. *de notione*: GLOSS. constat (*i.* fabricat: construit?). *de usu cf.* QVINT. inst. 8, 3, 34 piraticam ... ut musicam et -am dici ... vetabant mei praeceptores; *legitur apud* PLAVT. TER. CIC. LVCR. VITR. VAL. MAX. SEN. epist. PLIN. nat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

QVINT. inst. APVL. *et passim apud posteriores.* [*it.* fabbrica, *francog.* forge, *hisp.* fragua. *M.-L.*]

I *spectat ad notionem adiect.* faber *'callidus, versutus', i. q. dolus, astutia*: PLAVT. Bacch. 366 erili filio hanc -am dabo super auro amicaque eius inventa Bacchide. Cist. 539 quot illi blanditias, quod illi promisi boni, quot admoenivi -as, quot fallacias in quaestione. Epid. 690 tragulam in te inicere adornat, nescio quam -am facit. Mil. 147 ei nos facetis -is et doctis dolis glaucumam ob oculos obicimus. 772 rationem mearum -arum dabo. 875 hanc -am fallaciasque, minus si tenetis, denuo volo percipiatis plane. Poen. 1099 hoc consilium capio et hanc -am apparo. TER. Haut. 545 ad senem aliquam -am fingit. AMM. 14, 9, 4 -arum culpasse tribunos ut adminicula futurae molitioni pollicitos. ENNOD. epist. 1, 9, 2 p. 18, 17 per callidi hostis -am. opusc. 2, 35 p. 298, 13 doli -am ... componit.

II *res ad fabrum pertinens*: **A** *i. q. officina fabri*; GLOSS. τεκτονεῖον: TER. Ad. 584 est pistrilla et exadvorsum -a. 716 neque -a illi ulla erat. LVCIL. 1165 velut in -a[m] cum marculus ferrum ... tundit. VARRO frg. Serv. Aen. 1, 172 *harena* si ab haerendo *dicitur*, ut in -is videmus, *aspiratur*. CIC. nat. deor. 3, 55 *Vulcanus tertius* Lemni -ae traditur praefuisse. LAMPR. Alex. 21, 2 vectigalia civitatibus ad proprias -as deputavit. TREB. Gall. 5, 3. LACT. mort. pers. 7, 9 armorum. CORP. X 236 fabr(ica) Ap(pii) R(uli). III 7309, 1. 20 (*in instrumento domestico*). *in exercitu et re publica* (*cf. Seeck, PW. VI 1925 sqq.*): HYG. mun. castr. 4 *-a in castris.* TARR. PAT. dig. 50, 6, 7(6) optio -ae. COD. Theod. 12, 1, 37 (*a. 344*) calcariensibus et fabricensibus et argentariis ... quicumque obnoxii officiis vel muneribus civilibus ex supradictis -is fuerint. AMM. 14, 7, 18 tribunos -arum promittentes armorum ⟨vim⟩ (14, 9, 4 *al.*). 29, 3, 4 praepositum -ae. VEG. mil. 2, 11 habebant ... -as scutarias loricarias arcuarias *eqs.* COD. Theod. 7, 20, 10 (*a. 369*) si quis praepositus fuerit aut -ae aut classi. 10, 22, 2 (*a. 388*) omnibus -is non pecunias pro speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri ... praecipimus. 10, 22, 3 (*a. 390*) primicerium -ae. 7, 8, 8 (*a. 400*) civitatum -is (CORP. IX 1590, 6 [*Beneventi*] comiti ⟨f⟩abricarum totius civitatis Ben(eventanae) urbis). NOT. dign. or. 11, 18 *sqq.* 44 subadiuvae ... -arum (*cf.* occ. 9, 43). occ. 9, 16 *sqq.* COD. Iust. 11, 10, 6 (*imp. Leone*) fabricenses sacrae -ae. NOVELL. Iust. 85, 3 pr. (*a. 539*) locis in quibus sunt publicae -ae. CORP. III 8202 legionis. V 8721, 1 (*Concordiae*) p(rae)p(ositus) fab(ricae) sagit(tariae). 8742, 2 (*ibid.*) veteranus militavit in -a sagittaria. VII 49, 8 ex colegio fabrice elatus. *latiore sensu*: MACR. somn. 1, 17, 12 cum globus ipse, quod caelum est, animae sit -a. *in imagine de aulicis dolos fingentibus*: AMM. 18, 4, 2 comitatensis -a eandem incudem ... diu noctuque tundendo. *inde i. q. apparatus, instrumenta fabri*; GLOSS. ἐπισκευή: APVL. mund. 27 machinatores -arum astutia unius conversionis multa ... pariter administrant. CAPER gramm. VII 104, 8 errant qui proscenia appellant ∴ operosam -am ex adverso caveae. *cf.* CORP. X 6565, 4 (*saec. IV*) at statum pristinum red⟨u⟩c(sit) amphiteatrum cum portis, posticiis et omnem fabric⟨am⟩ (*i. omni fabrica*) arene. ISID. orig. 19, 6, 4 -a duabus rebus constat, ventis et flamma. *adde*: HIER. adv. Iovin. 1, 36 p. 260^B ipsa organa et genitalium -a.

B *nomen actionis*: **1** *active*: **a** *i. q. facultas, vis fabricandi*: CIC. Arat. 303 nemo, cui sancta manu doctissima Pallas sollertem ipsa dedit -ae rationibus artem, tam tornare cate ... possiet orbes. ac. 2, 87 hoc affirmare potes ... esse aliquam vim, ... quae fabricata sit hominem? qualis ista -a est? ubi adhibita? nat. deor. 1, 19 quibus ... oculis [animi] intueri potuit ... Plato -am illam tanti operis, qua construi a deo atque aedificari mundum facit? 1, 47 artificium effingitis -amque divinam. 1, 53 docuit ... nos ... natura effectum esse mundum, nihil opus fuisse -a. 2, 35 pictura et -a ceteraeque artes. 2, 138 explicetur incredibilis -a naturae (off. 1, 127 hanc naturae tam diligentem -am imitata est hominum verecundia). div. 1, 116 nec ... materia ... quicquam iuvaret, nisi consectionis eius -am haberemus. **b** *ars fabricandi, aedificandi sim.*: **α** *generatim*: LVCR. 4, 513 in -a, si pravast regula prima, ... omnia mendose fieri atque obstipa necessest prava cubantia prona supina atque absona tecta. VITR. 1, 1, 1 *architecti scientia* nascitur e -a et ratiocinatione. -a est continuata ac trita usus meditatio, qua manibus perficitur e materia cuiuscumque generis opus [est] ad propositum deformationis. 6 praef. 6 qui non modo architecturae sed omnino ne -ae quidem notitiam habent. VAL. MAX. 3, 7 ext. 4 simulacro ... Iovis ... perfecto, quo nullum praestantius ... humanae -ae munus (manus *codd.*). SEN. epist. 90, 7 artes ... a philosophia inventas, quibus in cotidiana vita utitur, non concesserim *Posidonio* nec illi (*sc. philosophiae*) -ae asseram gloriam. 95, 56 non est necesse fabro de -a quaerere ..., non magis quam pantomimo de arte saltandi. PLIN. nat. 7, 197 aerariam -am alii Chalybas, alii Cyclopas *monstrasse putant* (COMMENT. Lucan. 3, 158 -am aerariam ... didicit). 7, 198 -am ferream (*cf.* CORP. XIII 2036, 7 [*Luguduni*] artis -ae ferrariae) invenerunt Cyclopes, ... -am materiariam Daedalus, et in ea serram, asciam *eqs.* 16, 34 in carpentariis ... -is. 33, 12 -ae ... deum (*i. Vulcanum*). QVINT. inst. 2, 17, 10 nec -a sit ars: casas enim primi illi sine arte fecerunt. 2, 21, 10 si quaeram quae sit *materia* excusoris, id est -ae eius quam Graeci χαλκευτικήν vocant, ... aes esse respondeat: atqui plurimum statuis differunt vasa. 2, 21, 16 non faber de -a melius? APVL. apol. 61 quod (*sigillum*) me aiunt ad magica maleficia occulta -a ligno exquisitissimo comparasse. met. 5, 2 horrea sublimi -a perfecta (10, 30 mons ligneus ... sublimi instructus -a). 6, 3 fanum sollerti -a structum. 6, 6 currum ... Vulcanus aurifex subtili -a ... poliverat. PAVL. dig. 17, 1, 26, 8 faber ... emit servum decem et -am docuit. LACT. inst. 1, 18, 21 artes inventoribus suis immortalitatem peperisse dicuntur, ut ... Vulcano -a. HIER. adv. Pelag. 1, 9 medicina et -a et artes ceterae. ENNOD. opusc. 2, 107 p. 320, 12. GREG. M. moral. 11, 34 ubi ... non dolosa locutio, sed sensus veritatis est, quasi munita moles non ex -a, sed ex natura consurgit. *in imagine*: HIER. in Is. 18, 2 p. 199 *Eusebius* ita separata consociat, ut mirer cum nova sermonis -a in unum corpus lapidem ferrumque consociare. *accedit genetivus*: CIC. nat. deor. 1, 150 extructiones ... tectorum, tegumenta corporum vel texta vel suta omnemque -am aeris et ferri. VLP. dig. 13, 4, 2, 7 mihi videtur summae solutio distare a -a insulae (*praecedit* si quis insulam ... fecisset). PAVL. dig. 49, 18, 5 pr. veteranos ... rescripsit a navium -a liberari (VVLG. II Macc. 4, 20 [κατασκευάς]). NON. p. 448 usi sunt eo (*verbo quod est edolare*) ... scriptores vetustatis etiam ad alias -as rerum. SERV. Aen. 2, 610 murorum. CORP. XI 5926 (*Iguvii*) ad -am b⟨asil⟩icae. 5939, 6 ad balinei -am. PAVL. NOL. epist. 20, 3 operaris in -is ecclesiarum. 44, 3 in arcae -am. RVRIC. epist. 2, 11 p. 389, 22 -ae turris illius ... strenuus aedificator insistas. GREG. TVR. Franc. 3, 17 vir ... utilis in -a operis lignarii. ANTHIM. praef. p. 8, 1 in -a domus. *adde*: IVST. 36, 4, 4 ab hoc studio aerariae artis -ae se tradit, cerisque fingendis et aere fundendo ... oblectatur. **β** *speciatim de creatione divina*: HILARIAN. pasch. 3 p. 1107^C in memoriam -ae dei. ENNOD. opusc. 10, 6 p. 420, 25 ad -am nostram materiam humus praebuit. *accedit genetivus*: ARNOB. nat. 2, 52 *Plato* hominis -am indignam esse rebatur deo (*praecedit* hominis fictionem deo removit). CHALC. comm. 278 *deus* silvestres impensas mundi -ae sufficientes utilesque constituit (LACT. inst. 2, 8, 7 exorsus deus -am mundi. PS. HIL. libell. 4. HILARIAN. curs. temp. p. 156, 20 cursum annorum a -a mundi. RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 25 ante -am mundi. *al. passim*). LACT. inst. 2, 10, 16 animantium. MACR. somn. 1, 12, 6 Plato in Timaeo cum de mundanae animae -a loqueretur. **c** *latiore sensu i. q. fabricatio, aedificatio sim.*: PORPH. Hor. sat. 1, 8, 1 haec materia (*sc. lignum*) nullis -is idonea est. CET. FAV. 10 p. 296 cetera genera *terrae* ... -is inutilia videntur. 12 p. 297 materies arborum quae ad utilitatem -ae parabitur. *ibid.* laricis ... materia in omni -a maximas habet utilitates. *ibid.* populus ... salix et tilia ... in -a utiles, in sculpturis gratae inveniuntur. CAPITOL. Pert. 8, 6 vehicula arte -ae nova perplexis ... rotarum orbibus (CARM. epigr. 483, 1 ars cui summa fuit -ae). LAMPR. Alex. 32, 3 quas *operas* ratio -ae requirebat. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 7 -as civitatum (κτίσεις τῶν πόλεων). SCHOL. Hor. epist. 2, 2, 72 geruli ... portant ea quae necessaria sunt ad -am. CORP. VI 7652, 1 ⟨si quis s⟩ibi huic loco (*i. hunc locum*) in omne(m) -a(m) impe⟨traverit⟩ ... aut ossua mea amoverit.

2 *passive i. q. (apta) compositio, constitutio, constructio*: CIC. nat. deor. 2, 121 enumerare possum ... quae sit in figuris animantium et quam sollers subtilisque descriptio partium quamque admirabilis -a membrorum (*cf.* VEN. FORT. vita Germ. 37, 107 virt. Hil. 3, 8). SYMPH. 250 concordi -a quas (*scalas*) unus continet ordo. VEG. mulom. 4, 25, 1 machinae ... describenda est -a. OPTAT. 4, 9 p. 115, 14 lacus ... cuius -a vexatio est, ut aquam nec de se habeat et acceptam continere non possit. CLAVD. DON. Aen. 1, 522 surgebat ... non -a speciei alicuius levissimae, sed ingentis magnitudo civitatis. HIER. epist. 64, 18, 7. PRVD. perist. 10, 803 unam labantis dissipare tam diu vos non potesse -am corpusculi. NOT. urb. Const. 4, 11 porticum semirotundam quae ex similitudine -ae sigma ... nuncupatur. GREG. TVR. Franc. 10, 16 ne lavantibus nocerit novitas ipsius -ae *balnei*.

C *metonymice i. q. opus fabricatum (sive fabricandum), praecipue aedificium*: SOL. 11, 12 Euboea ... per -am brevissimae machinae (*sc. pontis*) aditur pede. 40, 2 templum Dianae, Amazonum -a. 40, 3. VOPISC. Tac. 11, 4 -arum peritissimus fuit, marmorum cupidus. CET. FAV. 11 p. 296 merito ... latericiam habere non potuit, ne pondere cito corrupta -a laberetur. 13 p. 299 si quid ... nitidius facere volueris, exempla de urbanis -is sumes. 19 p. 303. CLEDON. gramm. V 12, 28 qui superpositus fuerit a praefecto vel -ae praetorii vel victualibus civitatis. PALLAD. 1, 7, 4 si vicinus est fluvius, ubi statuimus -ae sedem parare. 1, 8, 3 -ae tractus. 1, 9, 2 in -is planis earum (*mansionum*) observandum est, ut. 1, 12, 1 in agresti -a. ITIN. [Silv.] 8, 1 *Ramessen civitas* et ingens fuit per girum et multas -as habuit. 13, 4 -am quam vides ecclesia est. 25, 9 PS. HIL. dedic. eccl. p. 883^B terrestris domus -a ([*seq.* supernae habitationis]. GREG. M. dial. 4, 37 domus ipsius -a sabbato crescebat. LVCIF. Athan. 2, 5 p. 156, 20 neque ... poteris supra petram te aedificasse domum tuam dicere, cum omnis sapiens videat -am stultitiae tuae. SERM. Arrian. frg. 5 p. 633^C ponere fundamenta et erigere -am. SERV. georg. 2, 417 ante sunt eminentes lapides vel columnae ultimae, quibus -a sustinetur. CLAVD. DON. Aen. 2, 245 factum est, ut in sede religiosa crudelis -ae (*sc. equi lignei*) latebrae conderentur. ANON. de mach. bell. 18

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ae (*sc. balistae*) ... magnitudo. AMBR. hex. 2, 4, 15 *ut nomine caeli* omnem caelestis creaturae -am comprehenderet. COD. Theod. 6, 4, 13 pr. (*a. 361*) duo ... argentum inferant eiusdem urbis <fabri>cis (*cf.* CORP. VI 647, 1 cum ipse in -am prior intulerit ... m(ilia) n(ummum) *tot*). 15, 1, 12 (*a. 364*) quos invenies -arum destructionis auctores, ad reparationem ... tenebis. 15, 1, 14 (*a. 365*) neque novam constitui -am iusserimus, antequam vetera reformentur. 15, 1, 16 (*a. 365*) stabulorum -is. 15, 1, 31 (*a. 394*). VVLG. Ezech. 43, 10 metiantur -am. 43, 11 figuram domus et -ae eius exitus et introitus ... ostende iis. RVFIN. Basil. hom. 1, 3 structores domorum ... excelsas -arum moles construere ... parant. PAVL. NOL. carm. 28, 307 surget in altum -a divini moliminis. AVG. conf. 6, 9, 15 architectus, cuius maxima erat cura publicarum -arum (CASSIOD. var. 3, 31, 3 NOVELL. Iust. app. 7, 25 [*a. 554*]). NICET. fid. 1 -am caeli et terrae sensu colligere. PETR. CHRYS. serm. 102 p. 485^B nec *synagoga* caelestem surgit in -am, nisi eam in ecclesiae culmen Christianus fabricator instruxerit (*cf.* NOVELL. Theod. 3, 3 [*a. 438*] ne qua synagoga in novam -am surgat). AVELL. p. 699, 5 fundamentum, extra quod quaelibet -a si consurgit, infirma est. EPIST. pontif. 570 (Simplic. 1, 2) p. 176 Thiel ecclesiasticis -is. CANON. Migne 56, 704^A quarta *portio* -is applicanda (*seq.* ecclesiasticis aedificiis attributa). COMPVT. Carth. 2, 14 per hanc ... -am castam puramque (*sc. lunam. cf.* 2, 15 a solis ... et lunae -a). CASSIOD. var. 4, 51, 1 privatis -is ... studueris. *ibid.* fundator ... -arum earumque comptor eximius (*syn.* domuum). 4, 51, 2 -as intrare. 4, 51, 3 theatri -am. hist. 2, 18 *Constantinopolim* diversis ornatam -is. in psalm. 135, 5 *deus* non facit aliqua videndo nec aliorum -as aemulando. Ios. c. Ap. 1, 198 maxima -a (οἴκημα), ubi altare est constitutum. 2, 205 insignium -ae sepulcrorum. FELIX anth. 211, 1 nobilis insultat Baiarum -a thermis. GREG. TVR. glor. conf. 54 super cuius sepulchrum miram Christiani -am celsitudine levaverunt. VEN. FORT. carm. 1, 13, 12 lapsae -ae. vita Germ. 4, 14 ascendens supra -am (*fenile*). vita Hil. 1, 1 culmen -ae. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 1, 15 constat operis sui -am antecedere creatorem. FACVND. defens. 12, 4 p. 847^A numquam comperimus a sutore quaesitum quae cuiusque -ae longitudini proportio latitudinis conveniret. CORP. II 5189 (*Eborae*) mar(ito) merent(i) fabric(a) qua(m) miser(a) mater ... <fecit>. III 12483, 9 istius -ae munitione. *in imagine*: PS. HIL. dedic. eccl. p. 881^C ab ipso domino verbum audientes totam crescentis ecclesiae -am sua praedicatione genuerunt (*cf.* AMBR. exc. Sat. 1, 20 testor ... me in -is ecclesiae id saepe veritum esse, ne displicerem tibi). AMBROSIAST. in Gal. 3, 2 *Paulus* dolet ... quia -am suam, qua eos per euangelium aedificaverat, videbat esse destructam. AVG. c. Faust. 1, 3 *Paulus* cernebat utique quandam -am spiritalem *eqs.* (GREG. M. moral. 17, 42 universa spiritalis -ae structura. in Ezech. 2, 1, 5 cor audientium ad spiritalem -am mittit. CAES. AREL. epist. de hum. 2, 3 spiritalem -am aedificare Christo adiuvante coepistis). ENNOD. epist. 2, 13, 3 p. 53, 18 *deus* limam studiorum ad oris -am non negavit. VEN. FORT. carm. 2, 16, 76 antiqui vultus lucem stupuere modernam et veteri -ae prima fenestra venit. GREG. M. moral. 9, 7 *Iudaea* sacrificiorum carnalium quasi superimpositae -ae onera portavit. 18, 17 erroris -a destruatur. 28, 14 quos *praedicatores* dum primus dominus in sancta ecclesia posuit, tota in eis sequentis -ae structura surrexit. 28, 20 virtutum -a in altum ducitur. *al.* *speciatim de rebus a deo (natura) creatis: de homine seu corpore humano* (GLOSS. totum corpus hominis): CARM. epigr. 1802, 2 (*saec. IV*) ut pulcra r<e>novetur -a mole. AMBR. in psalm. 118 serm. 10, 6 -am ipsam humani corporis si quis considerare velit, nihil poterit in terra pretiosius iudicare. PRVD. cath. 11, 44. PS. CYPR. singul. cler. 25 ne nimio rigore in totum domini -a damnaretur. POTAM. tract. 1 p. 1412^C repugnantibus -ae qualitatibus, corpus omne ad foetoris maculam sui de putredine relaxetur. RVFIN. Basil. hom. 2, 8 caput in ... culmine totius humanae -ae situm est. MACR. sat. 7, 4, 3 ipsa natura -ae huius auctor et nutrix. somn. 1, 6, 65 concepti corporis -am. SEDVL. epist. 1 p. 2, 9 carm. pasch. 3, 308. VEN. FORT. vita Germ. 45, 126 naturalibus motibus ad vitalem usum tota -a renovatur. *al.* *de mundo*: COMM. instr. 2, 2, 19 inde post annos mille gehennae traduntur, et -a cuius erant cum ipsa cremantur. 2, 3, 2 quid referamus de -a tanta caeleste? MAR. VICTORIN. ad Iust. 2 totius ... mundi haec -a (AMBR. hex. 5, 1, 5 *al. passim*). AVG. in psalm. 141, 15 noli amare habitare in -a, sed habita in fabricatore. serm. ed. Mai 1, 1 cum sacris visceribus (*dei*) deductor -ae proficiscitur sermo. MACR. somn. 1, 15, 5 mundanae -ae. CASSIAN. conl. 23, 3, 3 mundialis. NICET. fid. 1 caeli et terrae.

opp.: architectura (VITR. 6 praef. 6).

deriv.: fabricalis, fabricarius, fabric(i)ensis, 1. fabricius. fabricula. fabricare (-i).

adi. **fabricus**, -a, -um. *ad fabrum vel ad fabricam pertinens*: PLIN. nat. 16, 225 abies ... ad quaecumque libeat intestina opera aptissima sive Graeco sive Campano sive Siculo -ae artis genere (PAVL. dig. 33, 7, 19, 1 servum ... arte -a peritum. SOL. 5, 8 Daedalus -ae artis magister. CORP. XIII 2036, 7 iuvenis incomparabilis ingeni artis -ae ferrariae. *adde*: CAPER gramm. VII 109, 14 -a ars, opera fabrilia. GLOSS. Verg. ed. Hagen D 72 p. 501). PALLAD. hist. mon. 1, 19 p. 298^B officinae -ae vocabat. CORP. VI 10427, 7 -a coque (*i. quoque*) instituta fecit.

fabricābilis, -e *a* fabricare (-i). GLOSS. ἐργάσιμος. *i. q. fabricae aptus*: AVG. gen. ad litt. imperf. 4, 15 p. 468, 22 super aquam ferebatur spiritus dei ... aquam vero unde operaretur intellegamus, id est materiam -em. cum enim tria ista dicimus unius rei nomina, materia mundi, materia informis, materia -is, horum ... tertio *adiungitur* cedendi facilitas, cui iam ad operandum spiritus superfertur artificis.

fabricālis, -e *a* fabrica. *i. q. fabri proprius*: VEN. FORT. vita Marcell. 5, 17 accessit ad officinam -em, qui dispectus ab artifice cogitur, ut extracta de ardente camino ferri massa candente ... ferrum accensum tolleret. GLOSS. IV 603, 28 gnomon lineat qua -is opera dirigitur.

fabricāmentum, -ī *n. a* fabricare (-i). PS. PRIMAS. in Hebr. p. 718^B elementa dicuntur quasi elevamenta ... a quibus etiam dicuntur elimenta peti, quasi -a, ab eo quod est elimo ..., quasi ex eis fabricata sint omnia.

fabricārius, -a, -um *a* fabrica. GLOSS. II 378, 21 ligna -a ξύλα ἐργάσιμα.

***fabricātio**, -ōnis *f. a* fabricare (-i). *legitur apud* CIC. (*bis*) VITR. APVL. apol. TERT. *posteriores.* GLOSS. fabrateria.

I *strictiore sensu*: **A** *i. q. structura*: CIC. nat. deor. 2, 133 facilius ... intellegetur a dis immortalibus hominibus esse provisum, si erit tota hominis -o perspecta omnisque humanae naturae figura atque perfectio. *in imagine de structura artificiosa in oratione facta*: CIC. de orat. 3, 167 ne illa quidem traductio atque immutatio in verbo quandam -em habet. **B** *actio fabricandi, i. q. constructio: aedificiorum sim.*: VITR. 2, 1, 1 e -bus aedificiorum gradatim progressi ad ceteras artes et disciplinas. FIRM. math. 3, 5, 15 qui -bus templorum iussu principum ... praesint. COD. Theod. 9, 17, 2 pr. (*a. 349*) si ex praecepto iudicum monumenta deiecta sunt, ne sub specie publicae -is poena vitetur. 14, 6, 4 (*a. 382*) caementorum et calcis ... nihil ... accipiat, nisi quod cunctis moenibus -ique Romanae superfluere ac redundare constiterit. HIER. epist. 18^A, 6, 7 turris. chron. a. Abr. 1456 cum a vicinis gentibus -o *templi* impediretur. *variarum rerum*: APVL. apol. 61 crimen ... de cuiusdam sigilli -e prolatum est. *ibid.* occulta fuisse -o sigilli ... qui potest? TERT. apol. 12 non sentiunt has iniurias et contumelias -is suae dei vestri. idol. 8 idolorum (pudic. 5). ARNOB. nat. 6, 13 infelix religio signorum -bus falleretur. AVG. civ. 22, 24 p. 612 quae in -e quorumque vasorum vel etiam statuarum et picturarum varietate *industria humana* excogitaverit ... quis possit eloqui? quaest. hept. 1, 6 p. 6, 12 arcae. *al.* PS. AVG. serm. 145, 4 Noe etsi tacebat voce, opere loquebatur; silebat lingua, -e clamabat. MACR. sat. 5, 2, 15 armorum (COD. Iust. 10, 48 [47], 12, 3). COD. Theod. 7, 17, 1 (*a. 412*) recenti -e contextas ... lusorias. *adde*: VINDIC. med. 8 in seminales vias cadente ea (*cibi materie*) cum naturali virtute sive -e semen fieri. **C** *i. q. facultas, ars fabricandi, artificium*: VITR. 9 praef. 6 Pythagoras normam sine artificis -bus inventam ostendit. FIRM. math. 3, 1, 12 Marti se Luna coniungens ei temporum tradidit potestatem, ut ... mortalitas ... omnia artium ac -um ornamenta conciperet. **D** *metonymice, i. q. opus fabricatum*: VVLG. Sirach 32, 8 in -e auri (ἐν κατασκευάσματι χρυσῷ) signum est smaragdi. AVG. conf. 10, 34, 53 quam innumerabilia ... vasis et cuiuscemodi -bus, picturis etiam diversisque figmentis ... addiderunt homines ad illecebras oculorum.

II *latiore sensu*: *de qualibet confectione, praecipue de creatione divina* (*accedit* ex: *v. l. 58*): IREN. 1, 3, 1 primi Christi ... genesis; et secundi Christi ... ex collatione composita -o (ἐξ ἐράνου σύνθετος κατασκευή). 1, 14, 6 perfectum ... sensum, scientem eum numerum qui est sex, virtutem -is et regenerationis (ποιήσεως καὶ ἀναγεννήσεως) habentem. 2, 4, 1 causa ... quaerenda est huiusmodi dispositionis dei, sed non -o mundi alteri ascribenda (LACT. inst. 4, 6, 9. 7, 1, 6 Plato ... de -e mundi disseruit. HIL. trin. 4, 21 *al.*). FIRM. err. 1 p. 1 hominis. math. 3 praef. 2 deus ... ita hominem artificio divinae -is composuit, ut. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 470, 8. *adde fere i. q. origo*: CAEL. AVR. chron. 3, 8, 111 secundum generationem sive -em passionis difficilem inquiunt curatione leucophlegmatiam.

***fabricātor**, -ōris *m. a* fabricare (-i). GLOSS. IV 545, 35 opifex artifex -r. *additur substantivo*: APVL. Plat. 1, 8. 9. 10 AVG. civ. 8, 23 MART. CAP. 7, 733 AVG. mus. 6, 5, 8 *v. p. 17, 57.* *legitur apud* CIC. LVCR. VERG. Aen. OV. MANIL. APVL. Plat. MIN. FEL. TERT. *et saepe apud posteriores.*

1 *strictiore sensu*: *qui arte fabri adhibita aliquid conficit*: CIC. ac. 2, 120 *divinae sollertiae* maiestatem deducitis usque ad apium formicarumque perfectionem, ut etiam inter deos Myrmecides aliqui minutorum opusculorum -r fuisse videatur. OV. trist. 5, 12, 47 tauri -r aeni. TERT. idol. 4 et cultores idoli et -es (6 CASSIOD. in psalm. 134, 19). adv. Iud. 4 arcae. CAPITOL. Max. Balb. 5, 1 ut nonnulli dicunt, faber ferrarius, ut alii raedarius vehicularius -r (v. -r *del. Cornelissen*). ARNOB. nat. 2, 7 utrumne illum (*hominem*) tellus ... animaverit ..., an fictoris alicuius et -is manu liniamenta haec corporis atque oris acceperit formam. FIRM. math. 3, 5, 33 -es deorum ... vel cultores divinorum simulacrorum vel ornatores deorum vel

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-es templorum. DICT. 5,11 Epium, -em eius operis (*cf. l. 64*). SERV. ecl. 4,34 quam (*navem*) ab Argo -e Argo appellavit *Iason*. Aen. 6,398 Cyclopas, -es fulminum. CORP. IX 1128,8 (*Aeclani*) in omni adfectu praenstantissimo -i. *i. q. architectus*: ARNOB. nat. 6,3 templorum quis ... institutor, quis -r (FIRM. math. 3,5,33. 4,14,19). GLOSS. V 168,4 architectus -r aedis, macio. *in imagine*: LACT. inst. 4,14,3 cuius *immortalis* templi et magni et aeterni ... Christus -r fuit. PETR. CHRYS. serm. 102 p. 485^B nec *synagoga* caelestem surgit in fabricam, nisi eam in ecclesiae culmen Christianus -r instruxerit. ENNOD. epist. 4,3,1 p. 99,6 pectoris ... templo ... gaudet Christus subtilis -r. *civitatum, urbium conditor*: FIRM. math. 3,4,30 civitatum eversores vel -es (AVG. in psalm. 121,8 p. 1624 *cf.* SEDVL. op. pasch. 1,27 p. 191,11. 16). *in imagine*: AVG. civ. 15,20 p. 100 supernae Hierusalem -r atque regnator. *nota speciatim i. q.* χαλκεύς, *aurifex, faber ferrarius*: FIRM. math. 3,12,9 faciet proprio labore multa quaerentes, erunt enim peregrini negotiatores gubernatores ... vel -es auri. CAEL. AVR. chron. 3,4,60 ex lacu, in quo saepissime candens ferrum -es tingunt.

2 *latiore sensu de cuiuslibet rei conditore, maxime de creatore* (*deo*): CIC. Tim. 6 ille -r huius tanti operis (PS. QVINT. decl. 4,14 deus -r operis immensi). OV. met. 1,57 mundi (QVINT. inst. 2,16,12 APVL. Plat. 1,10 AVG. civ. 8,5 p. 328. c. Faust. 22,16 deum mundi creatorem ac -em). MANIL. 5,30 stellis ... vires et tempora rerum constituit magni quondam -r Olympi. APVL. Plat. 1,8 mundo instar pulchrae et perfectae sphaerae a -e deo quaesitum est, ut (1,9 subservire -i deo. 1,10 AVG. civ. 8,23 p. 356 MART. CAP. 7,733). MIN. FEL. 19,14 Platoni ... deus est ipso suo nomine mundi parens, artifex animae, caelestium terrenorumque -r. IREN. praef. 1 quod blasphemam et impiam ipsorum sententiam faciant in -em (δημιουργόν). 1,5,2 patrem ... et deum dicunt factum eorum quae sunt extra pleroma, -em (ποιητήν) esse omnium psychicorum et hylicorum. *ibid.* dextrorum et sinistrorum -em (δημιουργόν), levium et gravium *eqs.* 1,10,3 deus excogitetur praeter -em (δημιουργόν) et factorem et nutritorem huius universitatis. PANEG. 12,4 supremus ille rerum -r (LACT. inst. 2,5,3 rerum mirabilium. APON. 1 p. 11 omnium rerum). ARNOB. nat. 1,29 genitor eius (*lunae*) et -r. 2,63 hominis (FIRM. math. 3 praef. 2 *al.*). LACT. inst. 7,3,18 si ... dicit ipsum -em sua causa tanta haec opera esse molitum, cur ergo nos nati sumus? FIRM. err. 1,1 nescientes quod ... et ipsa (*elementa*) habeant -em deum, qui singula suis locis ... constituens creavit. CHALC. transl. 29^D rerum conditor -rque geniturae. 32^C. comm. 139. PS. MAR. VICTORIN. phys. 2 ipsa creatura aliquem -em sui enuntiat. PS. HIL. libell. 5 cum omnia ... formata sint, in hominis fictione etiam pater -r accessit. OPTAT. 5,4 p. 128,12 mentis. AMBR. Noe 6,13 deus auctor nostri corporis naturaeque -r. AVG. in psalm. 140,15 nondum sum totus instauratus ad imaginem -is mei. 141,15 noli amare habitare in fabrica, sed habita in -e. gen. c. Manich. 1,2,3 omnium temporum. mor. eccl. 1,10,16 mundum habere auctorem et -em deum. ZACCH. 1,20 p. 1088^C qui ex nihilo fecerat -r. MACR. somn. 1,6,2 mundanae animae. 1,6,30 omne mundi corpus ... instituere -r incipiens. 1,6,47 artifex -is providentia. sat. 7,5,20 deus omnium -r. SEDVL. carm. pasch. 1,61 qui caeli -r ades, qui conditor orbis. CASSIAN. c. Nest. 7,5,2 qui opifex illic, qui -r est, qui formator corporum, qui inspirator animarum? EVSTATH. Bas. hex. 1,2 p. 870^B *syn.* conditor, opifex. SALV. gub. 1,19 quemque elementorum -em, eundem etiam gubernatorem fore. INSCR. christ. Rossi II p. 109,63,7 fit -r opus, servi rex induit artus. *de rebus*: AVG. mus. 6,5,8 praeabsurdum est -i corpori materiam quoquo modo animam subdere *eqs.* MACR. sat. 5,11,16 postquam sanguis ille opifex ... omne corpus effinxit atque aluit, ... in naturam lactis albescit, ut recens natis idem sit altor qui fuerat -r (*i. generator*). *in imagine*: LVCR. 3,472 dolor ac morbus leti -r uterquest.

3 *rerum incorporearum (doli, mendacii sim.) auctor, fictor*: VERG. Aen. 2,264 doli -r Epeus. SYMM. rel. 21,2 flevit ... scaenae istius -r, cum de ecclesiae penetralibus raptos ad tormenta simularet. AMM. 29,2,6 Heliodorus, tartareus ille malorum omnium cum Palladio -r. AMBR. epist. 19,28 lusit insidiarum -es. VVLG. Iob 13,4 mendacii (*cf.* GILD. Brit. 110 chron. III p. 37,2 odium veritatis cum assertoribus amorque mendacii cum suis -bus). Is. 45,16 errorum. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1,27 domus suae pestem ac totius sceleris -em (OROS. hist. 1,11,1 tantorum scelerum). AVG. c. Faust. 2,6 elegans vocabulorum -r. EVSTATH. Bas. hex. 3,9 p. 901^A allegoriarum. ENNOD. opusc. 2,85 p. 314,2 opinionis. dict. 9,5 p. 451,17 sensuum. *adde*: ENNOD. opusc. 7,3 p. 412,1 deus ... boni -r instituti.

fem. **fabricātrīx**, -īcis: LACT. inst. 6,22,3 mortis est -x voluptas. 7,12,15 virtus ... immortalitatis est -x et voluptas mortis. AVG. c. Faust. 20,15 dicitis omnia membra vestra totumque a maligna mente, quam hylen dicitis, fabricatum eiusque ipsius -is partem illic habitare simul cum parte dei vestri. c. Secundin. 15 p. 928,18 temporalis pulchritudo ... non ideo mala est, quia in spiritalibus creaturis possumus intellegere mirarique meliora, sed habet proprium in suo genere decus atque insinuat bene viventibus summam dei sapientiam in alto secretam supra omnes temporum metas -em ac moderatricem suam. *accedit genetivus*: CLAVD. MAM. epist. p. 205,10 apicula ... filiorum ... -x virginitatis suae feturam alit. *pro adiectivo*: LACT. epit. 63 (68),7 ipsi homines cur facti sint aut quid in illis utilitatis habeat -x illa rerum providentia, non explicant *Stoici*.

fabricātōrius, -a, -um [*a* fabricari, *cf.* fabricator. *Th.*]. *i. q. fabricatoris vi praeditus*: AVG. civ. 12,26 p. 553,27 *deus* si potentiam suam, ut ita dicam, -am rebus subtrahat, ita non erunt, sicut ante quam fierent non fuerunt. gen. ad litt. imperf. 4,16 p. 469,7 vi quadam effectoria et -a, ut illud cui superfertur, efficiatur et fabricetur.

1. fabricātus, -a, -um *v. p. 23, 6 sqq.*

2. fabricātus, *abl.* -ū *m. a* fabricare (-i). *i. q. apparatus, in imagine*: SIDON. epist. 3,13,10 mox per hunc Spartacum quaecumque sunt clausa franguntur quaeque obserata reserantur; ita quod quas domorum nequiverit machinis apertae simultatis impetere, cuniculis clandestinae proditionis impugnat. hoc -u Daedalus noster amicitiarum culmen aedificat. *i. q. fabrica (sub II C p. 14, 64 sq.), aedificium*: GLOSS. V 260,16 absis -s est.

***fabric(i)ēnsis**, -is *m.* [*a* fabrica. *Th.*]. *codices utique exhibent formam* -censis, *in titulis inveniuntur formae hae*: -censis: CORP. V 8757. III 2043. -cesis: CORP. V 8754. -caesis: CORP. III 6 ⟨f⟩abricaes(ibus). -ciesis: CORP. VII 49. *notatur* fabric(ensium): CORP. V suppl. ital. 983,3 *v. l. 25.* fabr(icensis): INSCR. Notiz. degli scavi 1890 p. 172 (*Concordiae*).

is qui faber est in publica fabrica (cf. Seeck, PW. VI 1925 sqq.): CORP. V suppl. ital. 983,3 (*Albintimilii, ante saec. IV*) Tranquillo ... praef. fabric(ensium). COD. Theod. 12,1,37 (*a. 344*) hoc et in calcariensibus et -bus et argentariis observetur. AMM. 31,6,2 imam plebem cum -bus, quorum illic ampla est multitudo, productam in eorum armavit exitium. COD. Theod. 10,22 rubr. de -bus (COD. Iust. 11,10 rubr.). 10,22,4 (*a. 398*) stigmata, hoc est nota publica, -ium bracchiis ad imitationem tironum infligatur (COD. Iust. 11,10,2). 7,8,8 (*a. 400*). 10,22,5 (*a. 404*) si quis ... -em admiserit procuratorem ..., rei, quam ... -i crediderit iniungendam, proprietate privetur; ipse vero -is ... multa ... feriatur. 10,22,5 (*a. 412*) consortium -ium crediderit eligendum ... si absque hac cautione quispiam ad -ium consortium obrepserit *eqs.* (COD. Iust. 11,10,4). NOVELL. Theod. 6 rubr. de bonis -ium. 6 pr. (*a. 438*) -ium corpus invenit necessitas dura bellorum. COD. Iust. 11,10,5 (*a. 439*) iure provisum est -es artibus propriis inservire. 11,10,6 qui inter -es sacrae fabricae sociati sunt *eqs.* 11,10,7 -ium conductioni vel administrationi. NOVELL. Iust. 85,3 pr. aliquos cartulariorum, qui ... in scrinio constituti sunt -ium. *al.* *inde forma* **fabricēnsius**, -ī *m.* NOVELL. Iust. 85,1 solos ... illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatoriis aut qui dicuntur -ii (τοὺς ... ἐν ταῖς λεγομέναις φάβρικξι. fabricentii, fabricennii, fabricenii *traditur*). 85,3 pr. si qui visi fuerint aut deputati aut -ii (φαβρικήσιοι. fabricentii *traditur*) vendentes arma. *cf.* LYD. mens. 4,28 φαυρικίσιοι οἱ τῶν ὅπλων δημιουργοί.

1. fabricius, -a, -um [*a fabrica ductum esse videtur; v. Wölfflin, Archiv 5, 415. Th.*]. GRAMM. suppl. 68,2 alia *appellativa nomina* in icius desinunt, ut est adiecticius ... -us. *i. q. siccatus (in fornace fabri, cf.* fabrilis *p. 24, 15 sqq.)*: THEOD. PRISC. log. 38 cibos dabimus competentes, sucos ... ova ... uvam -am (ova -a *g*). *nom. gent.* Fabricius, *item* compitum -um, pons -us *v. nom. propr.*

2. fabricius *v.* fabaricius *p. 6, 29.*

***fabrico**, -āvī, -ātum, -āre *et* ***fabricor**, -ātus sum, -ārī [*a* fabrica. *Th.*]. *de formis*: DON. gramm. IV 383,19 sunt verba incertae significationis, ut ... -o ... haec enim ... et in o et in r littera finiuntur, et his verbis tempora participiorum accidunt paene omnia. SERV. gramm. IV 437,26 verba quorum declinatio in nostra potestate est sunt haec, ... -o ... (Aen. 1,194). POMP. gramm. V 233,6 quaedam verba, ubi nulla necessitas est, sed arbitrium tuum, ut ... -o et -or istam domum. CONSENT. gramm. V 369,14 MACR. gramm. V 628,17. 653,21 -o et -or ἐπὶ τοῦ οἰκοδομῶ. PS. ASPER gramm. suppl. 49,13. *legitur* -or *apud* PLAVT. ACC. trag. AFRAN. com. RHET. Her. CIC. LVCR. PLIN. nat. TAC. APVL. TERT. *nec raro apud posteriores, part. perf.* -atus *vi passiva inde a* VARRONE SALL., *perf.* -atus sum *vi passiva inde a* VERG., -o *inde ab* HOR. *apud* PROP. (*pass.*) OV. LIV. (*pass. et gerundiv.*) MANIL. VITR. GERM. (*pass.*) VELL. (*pass.*) VAL. MAX. (*pass.*) PHAEDR. SEN. phil. COLVM. MELAM PLIN. nat. (*pass.*) SIL. QVINT. inst. (*pass. et gerundiv.*) TAC. (*pass. et gerundiv.*) SVET. GAIVM inst. APVL. MIN. FEL. (*pass.*) TERT. *et saepe apud posteriores. infin.* -arier: CIC. Arat. frg. 21,1. *part. praes. genet. plur.* fabricantum: SCHOL. Hor. carm. 3,1,34 ALC. AVIT. hom. 22 p. 138,27. *formae per* frab- *incipientes*: PASS. Thom. p. 140,20 frabricare. p. 143,29. 155,33. *cf. formam hispan. infra l. 84.* *notatur in titulis*: CORP. XIII 6763,16 (*Mogontiaci, a. 242*) fabr(icandis). III 8935 fa⟨br⟩(icavit). *de notione*: SERV. auct. Aen. 3,6 molimur: -amus paramus. GLOSS. ἐκχαλκεύω. ἐργάζομαι. κατασκευάζω. οἰκοδομῶ. τεκτονεύω. χαλκεύω. -at excutit (*cf.* IV 67,27 excludit -at excutit). elimat. -ent οἰκοδομήσουσιν. -are construere. -atur. οἰκοδομεῖται. -or ἐργάζομαι. *fort. add. p. 12, 81.* *coniungitur cum duplici accusativo*: -or: CIC. Tim. 17 VVLG. exod. 4,11 MACR. somn. 1,17,8. -o: APVL. met. 9,15 MIN. FEL. 34,4. [*val.* fărecare, *it.* fabbricare, *francog.* forger, *hisp.* fraguar. *M.-L.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deponens: I *i. q. astu fingere, comminisci: absolute sive cum obiecto pronominali:* PLAVT. Asin. 102 -are quidvis, quidvis comminiscere: perficito, argentum hodie ut habeat filius. Bacch. 693 compara, -are finge quod lubet, conglutina (*cf.* AFRAN. com. 169 cogita, tu finge -are uti libet). Cas. 488 age modo, -amini, malo hercle vestro tam vorsuti vivitis.

II *i. q. fabrefacere:* A *strictiore sensu (res fabriles):* *arma sim.:* ACC. trag. 559 heu Mulciber! arma ignavo invicta es -atus manu (VOPISC. Prob. 20, 6 orbis terrarum non arma -bitur). CIC. Arat. frg. 20, 2 ferrea tum ... proles exorta repentest ausaque funestum primast -arier ensem. Arat. 44 fides ... Mercurius parvus manibus quam dicitur olim infirmis -atus in alta sede locasse. Rab. Post. 7 qui -atus gladium est (*cf.* QVINT. inst. 9, 3, 6). CIC. div. 2, 43 non ... te puto esse eum qui Iovi fulmen -atos esse Cyclopas in Aetna putes (LVCR. 6, 365 -anda ad fulmina. MIN. FEL. 23, 6). *varia:* TAC. ann. 4, 51 pontes et scalas ... -ati. 14, 29 naves ... -atur plano alveo. 15, 37 ratem. APVL. flor. 9 p. 34 praedicavit -atum semet sibi ampullam. IVL. VAL. 1, 4 lectulum. LACT. inst. 3, 24, 6 aereos orbes. HIER. epist. 53, 6, 2 lanarii ... et fullones et ceteri, qui variam supellectilem et vilia opuscula -antur. 54, 9, 5 *vasculum.* 96, 32 altaria. *aedificia sim.:* CIC. de orat. 3, 180 Capitoli fastigium illud et ceterarum aedium non venustas, sed necessitas ipsa -ata est. APVL. mund. 4 *terra* villulis urbibusque collucens, quas ... homo communibus usibus -atur. IVL. VAL. 1, 23 templum deo ... -atur. ARNOB. nat. 6, 3 conclavia et cellulas. AVR. VICT. Caes. 24, 5 opus urbi florentissimum ... -atus est. SERV. Aen. 2, 610 Neptunus cum Apolline Troiae -ati sunt muros. VVLG. Ezech. 43, 8 limen suum iuxta limen meum. SIDON. epist. 4, 15, 1 baptisterium quod olim -bamini. *adde de urbe:* CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 78 *urbem.* 2, 17 Carchedonem Phoenices -ati sunt. *absolute:* ITALA psalm. 128, 3 (Rufin. Greg. Naz. orat. 1, 84 p. 64, 11) supra dorsum nostrum -antur (ἐτέκταινον, ITALA Veron. Psalt. Rom. *et* VVLG. -verunt. *v. p. 21, 1*). *signa, statuas sim.:* CIC. off. 1, 147 pictores et ii qui signa -antur, et vero etiam poetae suum quisque opus a vulgo considerari vult. VVLG. III reg. 12, 32 ut immolaret vitulis, quos -atus fuerat. IV reg. 17, 29 unaquaeque gens -ata est deum suum. II par. 33, 22 *idola* (PS. RVFIN. in Os. 6, 8). *nota i. q. tractare arte fabrica* (*v. p. 22, 1*): ITALA Bar. 3, 18 (Sangerm. 16) *v. p. 22, 3.* *in imagine:* RHET. Her. 3, 19, 32 cogitatio ... quamvis regionem potest amplecti et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium -ari et architectari. 4, 10, 15 poenito ... istum qui montes belli -atus est, campos sustulit pacis. HIER. in Eph. 1, 15 p. 562 *v. infra l. 80.* 5, 32 p. 660 *v. infra l. 81.* *res incorporeas:* CIC. ac. 2, 17 propterea quod nihil esset clarius ἐνεργείᾳ, ut Graeci, perspicuitatem aut evidentiam nos, si placet, nominemus -emurque ... verba (MACR. sat. 6, 4, 2 novum verbum sibi ... -ari. *cf. p. 21, 37*). ITALA prov. 3, 29 (Faust. Rei. grat. 1, 12 p. 40, 15) noli -ari (τεκτήνῃ, VVLG. moliaris) in amicum tuum mala. *cf. p. 21, 52sqq.* HIER. adv. Rufin. 1, 5 ἀντιθέσεις Marcionis de meis opusculis -atus est. MACR. sat. 5, 2, 5 quae Maro fideliter interpretando -atus sibi est Iliacae urbis ruinam. 5, 3, 9 de duobus *versibus* unum -atus est. CASSIOD. hist. 2, 22 p. 940[D] concordiam omnibus -ari.

B *latiore sensu i. q. conficere, parare, creare* (*praecipue de natura et deo*): CIC. ac. 2, 30 quanto quasi artificio natura -ata esset primum animal omne, deinde hominem maxime (*cf.* 2, 86 quanto artificio esset sensus nostros mentemque et totam constructionem hominis -ata natura. Tusc. 1, 47. PLIN. nat. 22, 107 illud [*laser*] ipsa -ata est natura). ac. 2, 87 etiamne hoc affirmare potes, ... esse aliquam vim, cum prudentia et consilio scilicet, quae finxerit vel, ut tuo verbo utar, quae -ata sit hominem (RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 75 p. 58, 15 *deus* verbo et sapientia -atus est hominem). 2, 119 nec ... approbabit ... hunc mundum ... habere mentem, quae et se et ipsum -ata sit. 2, 121 *Strato* negat opera deorum se uti ad -andum mundum (*cf.* ARNOB. nat. 2, 9 qui individuis corporibus mundos semper -atur et destruit, non Epicuro *credit?* AVG. civ. 10, 2 dei, qui -atus est mundum). Tusc. 1, 62 *astrorum* conversiones ... qui animo vidit, is docuit similem animum suum eius esse qui ea -atus esset in caelo. nat. deor. 1, 4 multa ... colligunt quae talia sunt, ut ea ipsa dei immortales ad usum hominum -ati paene videantur. LVCR. 3, 728 quaerendum videatur ... utrum ... animae ipsae ... sibi -entur ubi sint. ARNOB. nat. 1, 31 audimus ... quosdam philosophandi studio deditos ... casibus fortuitis ... summam rerum construere atque diversitatis impetu -ari. HIER. epist. 98, 17 deus ... *est* maior his quae ipse -atus est. VVLG. Iob 34, 13 orbem. 37, 18 caelos. psalm. 73, 16 auroram et solem (κατηρτίσω). *cum duplici accusativo:* CIC. Tim. 17 a quo ... animanti omnes reliquos contineri vellet *effector mundi et molitor deus*, hunc ... globosum est -atus. VVLG. exod. 4, 11 quis fecit os hominis? aut quis -atus est mutum et surdum, videntem et caecum? MACR. somn. 1, 17, 8 caeleste corpus, quod mundi anima futurum sibi immortalitatis particeps -ata est.

accedunt praepositiones (*ad II A et B*): de: IVL. VAL. 2, 10 arma -anda de verbo. HIER. in Eph. 1, 15 p. 562 gloria ... templum sibi de virginali utero -ata est. 5, 32 p. 660 de suo eam (*ecclesiam*) latere -atus est. adv. Rufin. 1, 5 *v. supra l. 47.* ex: CHALC. transl. 32[C] ex quattuor ... materiis praeclaram istam machinam (*i. mundum*) ... -atus est.

activum: I *fabrefacere:* A *proprie:* SALL. hist. frg. 2, 70 exornatis aedibus per aulaea et insignia scenisque ad ostentationem histrionum -atis. 4, 59 naves ... occulte per hiemem -atae aderant (LIV. 10, 2, 12 fluviatiles naves ad superanda vada stagnorum planis alveis -atas. 21, 26, 7. 28, 45, 14 GERM. 116 TAC. hist. 3, 47 GAIVS inst. 2, 79 *al.*). VERG. Aen. 2, 46 haec in nostros -ata est machina muros (SOL. 32, 43 AMM. 24, 2, 18. *cf.* COLVM. 6, 19, 1 machina -anda est, qua clausa iumenta ... curentur). OV. met. 1, 259 tela ... manibus -ata Cyclopum (SIL. 15, 197). 13, 683 *cratera* -verat Alcon. HOR. sat. 1, 3, 102 pugnabant armis, quae ... -verat usus (TAC. ann. 3, 43. CORP. XIII 6763, 16 [*Mogontiaci, a. 242*] *al.*). LIV. 1, 10, 5 -ato ad id apte ferculo (SEN. nat. 1, 7, 3). 21, 27, 5 caesa materia ratesque -atae (GERM. 534 PHAEDR. 4, 7, 9). 29, 6, 10 scalas ad editam altitudinem arcis -atas. MANIL. 2, 442 -ata ... Libra (*sidus*). 4, 264 varios -are lacus et flumina ficta (*cf.* COLVM. 8, 17, 2 stagnum ... utcumque -atum est). 5, 205 quodcumque solet venandi poscere cura, in proprios -are dabit *Procyon* venalia quaestus. VITR. 1, 1, 1 ratiocinatio ... est quae res -atas ... demonstrare atque explicare potest. 5, 4, 4 artifices ... organa -ant (AMM. 14, 6, 18). 5, 5, 1 vasa aerea ... ita -entur, ut cum tangantur, sonitum facere possint (VAL. MAX. 4, 3, 7. ITALA num. 31, 51 [Lugd. Monac.; εἰργασμένον, VVLG. *aliter*]. VELL. 2, 27, 4 *cuniculi* miro opere -ati. 2, 79, 2 classe -ata (TAC. ann. 2, 6). SEN. dial. 6, 20, 3 cruces ... aliter ab aliis -atas. nat. 1, 7, 3 *virgula vitrea* si apte -ata foret, totidem redderet soles, quot habuisset inspectores (*corruptum*). COLVM. 3, 13, 11 regulam. 4, 3, 1 navigia. 6, 2, 10 iugum -are, quo tres iungantur *boves.* 6, 19, 2 potest etiam numella -ari. 7, 9, 13 haras ita -are, ut. 8, 3, 8 vasis in hunc usum -atis. 8, 17, 5 multi putant in eiusmodi stagnis longos piscibus recessus et flexuosos in lateribus specus esse -andos. 9, 1, 4 -andis ingens est vacerris materiae copia. 9, 6, 1 albaria. PLIN. nat. 9, 75 in excipulis eius fluminis ob hoc ipsum -atis. QVINT. inst. 2, 16, 6 non -etur militi gladius. 2, 17, 3 quis est adeo ... a sensu remotus hominis, ut -andi quidem et texendi et e luto vasa ducendi artem putet, rhetoricen autem ... in tam sublime fastigium existimet sine arte venisse? TAC. ann. 15, 15 rumor incesserat pontem cessurum oneri dolo -antium (SVET. Iul. 25 ponte -ato). SVET. Claud. 16 essedum argenteum sumptuose -atum. CORP. VIII 21078, 1 (*Caesareae, a. 188*) *ara vel basis* -ata et collocata per M. Cassium. PORPH. Hor. carm. 4, 15, 19 'producit enses': producit, hoc est -at. IVST. 20, 2, 1 ferramenta, quibus Epeos ... equum Troianum -vit. OPTAT. 7, 1 p. 165, 28 -ata arca. HIER. in Os. 3, 13 p. 145 cataractam ... proprie vocat foramen in pariete -atum. VVLG. II Esdr. 9, 25 cisternas ab aliis -atas. PS. RVFIN. in Os. 9, 8 laqueum. CLAVD. 18, 164 opifex tauri tormentorumque repertor, qui funesta novo -verat aera dolori. EVSTATH. Bas. hex. 8, 5 p. 951[B] in -ando nido. IVNIL. 1, 19 apes ... -ant ceras vel telas araneae. HIST. Apoll. rec. A 32 p. 65, 18 cives ... -antes rogum ex aere collato. CARM. epigr. 403, 5 noverat hic docta -are monilia dextra. *dubites de notione:* VVLG. II reg. 20, 8 Ioab vestitus erat tunica ... et desuper accinctus gladio dependente usque ad ilia in vagina, qui -atus levi motu egredi poterat et percutere.

aedificia, monumenta sim.: VERG. Aen. 9, 143 moenia Troiae Neptuni -ata manu (SEN. Ag. 651 moenia divum -ata manu, diruta nostra. *cf.* CORP. V 3329 [*Veronae, saec. III med.*] muri Veronensium -ati). PLIN. nat. 7, 125 aede Ephesi Dianae admirabili -ata (AVG. civ. 3, 25). SIL. 1, 445 Sidonia tecta feminea -ata manu. SVET. Nero 12 in amphitheatro ligneo ... intra anni spatium -ato. APVL. met. 5, 1 caeleste palatium (ITIN. [Silv.] 19, 14). VLP. dig. 7, 8, 12, 6 insulam (45, 1, 72 pr. PAVL. dig. 19, 5, 5, 4 *al.*). ITALA II reg. 7, 13 (Cypr. testim. 2, 11) -bit (οἰκοδομήσει, VVLG. aedificabit) domum nomini meo (VVLG. Hebr. 3, 3 [κατασκευάσας]. 3, 4 *al.*). CORP. III 7450 (*a. 258*) portam praetoriam cum turre a fundamento sumptibus suis et instantia -vit (6730 a fundamentis. *cf. l. 64*). COMM. apol. 165 turrem. LACT. inst. 4, 13, 22 deo templum (OPTAT. 2, 22 *al.*). CORP. III 88 (*a. 371*) -atus est burgus ex fundamento (410 hoc memorium ex fundamentis -avi [-ari *lapis*] mihi uxorique meae). ITIN. [Silv.] 21, 1 -ata est ibi ... ecclesia. VEG. mil. 2, 11 artifices ad hibernorum aedificia -anda (GREG. TVR. Franc. 1, 13). 4, 3 parietes. 4, 10 castellum. HIER. epist. 18[A], 1, 2 aquaeductum. AVG. civ. 3, 12 Tarquinius ibi Capitolium -vit. AVELL. p. 27, 23 plebs basilicam sibi ecclesiae -vit. COD. Iust. 1, 3, 26 in aedes publicas vel in quaecumque loca populi voluptatibus -ata (*cf.* PASS. Petr. Paul. long. 66 ibi custodita sunt corpora ..., quousque -rentur [-verunt *V*] loca, in quibus fuerunt posita corpora eorum. INSCR. Notiz. degli scavi 1898 p. 190 Bonifatia sib(i) viva cum matre sua locum -abe⟨t⟩). CORP. III 8935, 4 memoria(m) fa⟨br⟩(icavit) (*cf.* INSCR. Revue archéol. 4 sér. IX 1907 p. 358). 14195[28], 11 atrio ... -ato exc⟨ul⟩toque. VIII 24039 macellu(m) de suo ... -bit. *in imagine:* HIER. in Eph. 3, 16 p. 603 habitatio, quae per exordium fidei -atur. EVCHER. laud. her. 34 aedificia in cordibus. GREG. M. moral. 11, 34 sicut ... aedificium lapidibus, ita mendacium sermonibus -atur. *absolute:* SCHOL. Hor. carm. 3, 1, 34 verbo ipso usus est -antum. iaci enim in mare moles dicuntur, quotiens excluditur aqua. CARM. epigr. 1616, 12 omnis *deos* quae *religio* fecit castra nitere sua Perpetuo Cilonio -ante (*cf.* CORP. VIII 20516 -ante Cl. Barice). *adde speciatim:* ITALA (Veron. Psalt. Rom.) *et* VVLG.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalm. 128,3 supra (super) dorsum meum -verunt (ἐτέκταινον) peccatores. COD. Theod. 9,17,3 (*a. 356*) sepulchra subvertere et substantiam -andi ad proprias aedes transferre. SCHOL. Iuv. 14,92 minuit patrimonium -ando. CAES. AREL. suggest. p. 297 agros colere, -are et culturam quae terris est necessaria, exercere. *simulacra, signa, statuas sim*: VERG. catal. 2,1 ego arte (VAL. MAX. 4,3,7 SCHOL. Cic. Gron. p. 436) -ata rustica... ecce populus (*cf.* 3,3 quercus arida rustica formicata [*corruptum*; fabricata *Schrader*] securi). PROP. 3, 22, 3 Dindymus et sacra (*corruptum*) -ata inventa Cybebe. Ov. fast. 5,137 canis ... saxo -atus eodem stabat. VAL. MAX. 8, 11 ext. 3 Vulcanus Alcamenis manibus -atus. SEN. epist. 65, 6. SVET. Nero 32 simulacra. APVL. apol. 63 Mercuriolum. MIN. FEL. 23, 13 funditur, -atur, sculpitur: nondum deus est. TERT. spect. 2 quaecumque -andis idolis materia captatur (*cf.* adv. Prax. 18 p. 260). PORPH. Hor. epist. 2,1,193 imagines oppidorum. COMM. apol. 749 *v. infra l. 78.* instr. 1, 16, 7. ARNOB. nat. 1, 39 in incudibus deos et ex malleis -atos (VVLG. deut. 4, 28). IVST. 20, 2, 7 statuas. *civitates, oppida (fere i. q. condere, extruere)*: APVL. Plat. 2, 26 est et alia optima quidem et satis iusta quidem et ipsa specie et dicis causa civitas -ata, non ut superior sine evidenti, sed iam cum aliqua substantia (ITIN. Theod. 29 -vit Anastasius in Mesopotamia provincia civitatem. ITIN. Anton. Plac. rec. A 43 *al.*). SERV. Aen. 3, 551 oppidum Calabriae, quod Taras ... -verat. COMMENT. Lucan. 3, 183 Teucer aliam *Salamina* ... -vit in Cypro. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 58 p. 47, 20 Michaeas non ferens -ari Sion in sanguine (*cf.* VVLG. Mich. 3, 10 aedificatis Sion i. s.). AVG. civ. 12, 26 p. 553 urbem Romam et urbem Alexandriam. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 78 Tyrii Carchedonam -verunt. *adde*: ALC. AVIT. hom. 24 p. 145, 3 tunc nobis patronos ... nolentia regna fecerunt; nunc nobis ... in gloria praesentis aevi parum ⟨videtur⟩ esse, si permitti ad haec -anda dicamur.

B *in imagine, de rebus tam corporeis quam incorporeis*: MANIL. 1, 853 -antes fulmina nubes. 4, 120 superest ... ordine certo caelestes -are gradus, qui ducere flexo tramite ... valeant ad sidera vatem. QVINT. inst. 10, 3, 18 protinus ... adhibere curam rectius erit atque ab initio sic opus ducere, ut caelandum, non ex integro (SVET. Aug. 16) -andum sit. 10, 7, 2 *orator* stabitne mutus et ... moras et secessum et silentium quaeret, dum illa verba -entur et memoriae insidant? PRISCILL. Oros. comm. 2 p. 153,17 circulum et mittendarum in carne animarum divinum chirographum angelorum et dei et omnium animarum consensibus -atum patriarchae tenent. AVG. civ. 22, 10 p. 583 nos ... martyribus nostris non templa sicut diis, sed memorias sicut hominibus mortuis ... -amus. in psalm. 80, 14 quid ... impedit officinam decepti cordis -are phantasma quale voluerit. ENNOD. epist. 4, 23, 3 nolo fieri prolixa, quae non sunt ad perpendiculum -ata colloquia. dict. 20, 3 p. 481, 17 dum Dionem et Palladem, diversissima numina, peregrinantibus mancipata sententiis in unum -ata deridens arte coniungis (*seq.* miscere discordantia et in unum colligere). CARM. epigr. 1616, 7 maiestas dei i⟨nvicti divi⟩na Martis -ata manu constat. *in malam partem i. q. fingere, machinari (mala sim.)*: VLP. dig. 29, 3, 2, 6 inspectio *tabularum* materiam falso -ando instruere potest. ITALA prov. 3, 29 (Vind., Lucif. Athan. 1, 26 p. 111, 9) noli -are (τεκτήνῃ, VVLG. moliaris) in amicum tuum mala (6, 14 [Veron.] *vir pravus* perverso ... corde -at [τεκταίνεται, VVLG. machinatur] mala. VVLG. Sirach 11, 35). 6, 18 (Lucif. Athan. 1, 26 p. 111, 16) cor -ans (τεκταινομένη, VVLG. machinans) cogitationes malas. LVCIF. Athan. 1, 38 p. 133, 23 te videas esse iniquitatis amatorem atque omne iniquum -antem opus (*cf.* VVLG. Sirach 27, 25 annuens oculo -at [τεκταίνει] iniqua).

ad A et B: *indicatur materia*: *ablativo*: VARRO frg. Non. p. 83 in tabulino, quod Maenianum possumus intellegere tabulis -atum. Ov. met. 8, 669 -ata ... fago pocula. fast. 5, 137 *v. supra l. 9.* MANIL. 4, 249 quidquid et argento -etur, quicquid et auro (MELA 3, 86 auro vincla -ant). VITR. 10, 15, 2 *rotae* -atae triplici materia (MART. CAP. 2, 208 argenti ... materia). COLVM. 8, 15, 5 lapide -ata ... cubilia. 9, 6, 1 *alvei* ligno cavae arboris ... -buntur. 11, 3, 2 latere -ata maceries. VVLG. III reg. 7, 19 capitella ... quasi opere lilii -ata erant. AVG. civ. 10, 11 p. 421 quod ei (*Porphyrio*) videtur herbis et lapidibus et animantibus et sonis ... ac vocibus et figurationibus atque figmentis ... -ari in terra ab hominibus. GREG. TVR. Franc. 1, 32 paries ... quadris sculptis -atum fuit. *praepositionibus*: ex: VITR. 10, 8, 1 area ... ex aere -ata (VVLG. exod. 27, 3). COLVM. 7, 10, 8 -entur canales ex tamaricis e trunco, repleanturque aqua. PLIN. nat. 7, 85 quadriga ex eadem materia ... -ata (AVG. civ. 12, 24 p. 550). SVET. Nero 32 simulacra ex auro vel argento -ata. GAIVS inst. 2, 79 ex tabulis meis navem aut armarium aut subsellium. FIRM. math. 3, 5, 28 artes dabit ex igne et ferro et quae ex alia duritia -entur. PASS. Petr. Paul. long. 30 turrim altam -are (*v. l.* -ari) ex lignis. in *c. abl.*: COMM. apol. 749 deos -atos in auro. de: VEG. mil. 4, 8 rotae .. de lignis viridibus ingentissimae -antur. VVLG. Ezech. 15, 3 -bitur de ea (*vite*) paxillus? PS. RVFIN. in Os. 2, 8 idola de his ... opibus. CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 91, 21 secundum ... rotundi et quadrati legem ... paria (*aliquid rotundum, trigonum vel tetragonum*) de corporibus ... -are (*praecedit* p. 91, 17 formare).

II *per artem fabricam tractare*: VITR. 2, 9, 11 ulmus ... et fraxinus ... sunt in operibus cum -antur lentae. ITALA (Legion. Rem. Vallic.) *et* VVLG. Bar. 3,18 qui argentum -ant (τεκταίνοντες, Sangerm. 16: -antur) et solliciti sunt. VLP. dig. 34, 2, 19, 11 quid ... si coeptum sit argentum -ari? nondum perfectum utrum facti an infecti appellatione contineatur, dubitari potest. LACT. ira 13, 2 homo igni utitur ad usum ... ferri ... -andi. *adde*: ENNOD. dict. 10,6 p. 456, 23 aurum nihil est, nisi manu componatur artificis et fulvo pretium metallo lima -ante iungatur. *fort. huc trahas*: VITA Radeg. 2, 17 (Mon. Germ. script. Merov. II p. 390, 7) pennas huc attulerunt et -atas ipsi qui de morte liberati sunt, per loca sancta devoti dederunt.

III *per artem fabricam formare*: *accedit* in *c. accus.*: VITR. 1, 4, 3 *ferrum* in fornacibus ... percalefactum ita mollescit, uti in omne genus formae faciliter -etur. ITALA exod. 38, 24 (Monac.) omne aurum quod -atum est in omnia opera tabernaculi (κατειργάσθη εἰς τὰ ἔργα, VVLG. expensum [ITALA Lugd. 39, 1 operatum] est in opere). IREN. 4, 34, 4 gladios et lanceas bellatorias in aratra -verit (*seq.* demutaverit). ARNOB. nat. 2, 25 *homo* in speciem similitudinemque mundi -atus atque formatus. *accedit* ad: VITR. 5, 5, 5 ad diatonon hyperbolaeon -ata vasa sonitu ponantur. 10, 4, 1 ad tornum aut circinum -atur ⟨axis⟩. *in imagine: aliquem*: MANIL. 1, 774 Platon et qui -verat illum (*i. Socrates*). *c. duob. accus.*: APVL. met. 9, 15 *Fotis* me dum avem -at, perfecit asinum. SEN. epist. 16, 3 *philosophia* animum format et -at.

IV *latiore sensu*: *i. q. conficere, apparare, construere, creare (maxime de deo)*: *res corporeas*: MANIL. 1, 172 sive ignis -vit opus flammaeque micantes. 1, 489 aethera ... immensos -antem finibus orbes. MIN. FEL. 32, 1 totus hic mundus eius opere -atus (*cf.* 34, 4. TERT. adv. Hermog. 44 p. 173 deus -ans mundum. ARNOB. nat. 1, 12 sit genitus et -atus mundus. LACT. inst. 7, 4, 2 *al. cf.* PELAG. in I Cor. 1 p. 720^C factura mundi dei sapientia est -ata). APVL. apol. 49 cur quaeque membra nobis divina providentia -ata sint, ... docuit. 63 tertium mendacium vestrum fuit macilentam vel omnino evisceratam formam diri cadaveris -atam. met. 7, 11 prandium -atur opipare. ITALA Is. 2, 18 (Aug. c. Faust. 13, 9) manibus -ata (τὰ χειροποίητα, VVLG. *aliter*) omnia abscondent in speluncis. TERT. adv. Hermog. 38 *materia* nec tota -atur, sed partes eius. IREN. 1, 17, 1 ipsam conditionem secundum imaginem invisibilium a demiurgo -atam per matrem dicunt. ARNOB. nat. 3, 9 aut confitendum est in deorum corporibus esse aliquid vacuum, quod sit frustra atque inaniter -atum. MAR. VICTORIN. verb. script. 7 solem et lunam. HIER. Didym. spir. 31 creatrix ... virtus ... Christi corpus -vit. AVG. mus. 6, 5, 8 poterimusne operanti corpori et numeros imponenti eam (*animam*) subdere: ut illud sit -ans, haec autem materies de qua et in qua numerosum aliquid -etur? c. Faust. 15, 7 p. 431, 14 nonne tibi deus ipse tuus in terra aliena se -are mentitur saecula nova. MACR. sat. 7, 16, 3 natura -ans avem ab informi rudimento coepit. VINDIC. med. 20 linguam ... sine suco -atam (*infra*: mollem autem factam). EVSTATH. Bas. hex. 2, 7 p. 887^A prima vox dei naturam luminis -vit. *hominem*: HIER. adv. Iovin. 1, 36 *cur* sic a conditore sapientissimo -ati sumus? MACR. sat. 7, 5, 20 nos non poterat qualitate nutrire de permixtis quattuor -atos. VITAL. CONST. epist. 2 p. 848^D -asse deum sibi hominem. *adde*: TERT. patient. 7 p. 12 quomodo amicos de mammona -bimus nobis? MACR. somn. 1, 6, 66 siquidem femina -atur *in utero*. *res incorporeas*: SIL. 16, 670 ne vero -ate moras. APVL. met. 3, 12 quem ipse -veram risum obviorum declinans. 6, 32 suis ... manibus mortem sibi -are (HERM. Pal. mand. 4, 1, 2). IREN. 1, 4, 5 propter hoc virtutem salvatorem -asse (δεδημιουργηκέναι) dicunt. PRISCILL. tract. 1, 27 omnes haereses, quas sibi homines ... vel ex canonicis scripturis vel ex apocryphis -arunt. AVG. civ. 19, 4 p. 362 beatitudinem ... sibi conantur falsissimam -are. epist. 155, 2 vitam ipsi sibi quodammodo -are voluerunt. VAL. CEM. hom. 6, 1 adulteria (*i. q. committere*). *sine obiecto*: SORT. Sangall. 48, 5 cum tempus habes, -a. GENNAD. vir. ill. 14 Maria virgine homo deo -ante (*i. q. generante*) conceptus et natus est (*cf.* MAR. MERC. Cael. 2,5 Christus a virgine -ante spiritu sancto processit). SEDVL. op. pasch. 1, 3 p. 181, 13 in ... mundi faciem rerum confusa materies ... verbo -ante surrexit. BOETH. arithm. 1, 1 p. 10, 14 *arithmeticam* huius mundanae molis conditor deus primam suae habuit ratiocinationis exemplar et ad hanc cuncta constituit, quaecumque -ante ratione per numeros assignati ordinibus invenere concordiam. *indicatur materia*: *praepositionibus*: ex: APVL. Plat. 1, 11 sphaerarum ... ingenium ex igni coalitum et -atum. IREN. 1, 15, 5 quem incorporalem et insubstantivum nominas, huius materiam et substantiam ex multis litteris, aliis ex aliis generatis, -as. ARNOB. nat. 3, 17 *mundus* ex fragili conglobatus et -atus testa. PS. HIL. libell. 8 nec assumere materias hominem, ex quibus corpus est -atum. PRISCILL. tract. 1, 27 *v. supra l. 59.* PASS. Petr. Paul. long. 8 ut sicut ex costa Adae -ata est Eva, sic ex latere Christi in cruce positi -retur ecclesia. de: AVG. mus. 6, 5, 8 *v. supra l. 43 sqq.* MACR. sat. 7, 5, 16 cum corpora ipsa de contrariis qualitatibus -ata sint (7, 5, 20 *v. supra l. 51*). *ablativo*: PS. APVL. Ascl. 23 species ... deorum ... ex utraque natura conformatae sunt, ex divina ... et ex ea quae intra homines est, id est ex materia qua fuerint -atae.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oppos.: caelare (QVINT. inst. 10, 3, 18). destruere (ARNOB. nat. 2, 9 COD. Theod. 9, 17, 14 [*a. 357*]), diruere (SEN. Ag. 651).

deriv.: fabricabilis, fabricatorius. fabricamentum, fabricatio, 2. fabricatus, fabricator (-trix). *compos.*: confabricari. perfabricare, refabricare. affabricatus, infabricatus.

part. perf. pass. adi. **fabricātus**, -a, -um. *legitur apud* ENNOD. 1 *de hominibus i. q. callidus, scitus, dolosus*: ENNOD. epist. 1,1,1 p. 1,6 frenas et cursum artificem -us trutinator expendis. 7,12,1 p. 180,23 nos contra -os munit simplicitas. *i. q. fictus*: ENNOD. opusc. 6, 11 p. 405, 26 -um Martius campus militem suscipit, quem simulacrum mentitae dimicationis animavit. 2 *de rebus incorporeis*: *i. q. apte compositus*: ENNOD. opusc. 4, 15 p. 386, 22 quam (*vallem*) montium ex utroque latere bracchiis -a naturae ditat amoenitas. *i. q. artificiosus, fictus*: ENNOD. epist. 1, 15, 2 p. 26, 19 nescires te esse deprehensum, quod minus -is ingeniis artifici facundia et fuco Romuleae calliditatis illuseris (6, 14, 1 p. 157, 5). 3, 31, 1 p. 93, 23 fuci similis concinnatio, quae candorem imaginata diligentiae urbanitate qua tegitur, innotescit, dum -is nudata tegminibus intra velamen aperitur. 4, 28, 1 p. 118, 5 ne prava concinnatio ... -i rumoris ferat compendium. 5, 23, 2 p. 144, 5 vide ... quam cauta est seniorum dispensatio et -is plena sermonibus. 6, 1, 1 p. 148, 6 nihil ... invenio quod sit -a humilitate superbius (7, 31, 2 p. 197, 19). 8, 4, 1 p. 202, 21 blanditias. 8, 5, 4 p. 204, 9 dissimulatione. opusc. 4, 26 p. 389, 14 subiectione. dict. 23, 2 p. 497, 16 -a verborum arte. carm. 1, 6, 6 p. 521, 18 parum doctos -a latinitate et ... artifici rusticitate perducit. *accedit* ad: ENNOD. epist. 4, 7, 5 p. 103, 9 novi -am ad bona studia ingenii vestri tranquillitatem. opusc. 3, 17 p. 335, 9 sermo ad doctrinam congruus, -us ad blanditias.

fabrīcora *v.* faber *p. 10, 24 sqq.*

fabricula, -ae *f. a* fabrica *deminutive.* ALC. AVIT. epist. 50 p. 79, 2 habeo praesentiam temporis, quo diei passionis -ae, quam nostis, videtur iniuncta esse dedicatio. CASSIOD. var. 8, 28, 1 permovit serenitatem nostram Constanti atque Venerii ... conquestio, qua sibi a Tancane iuris proprii agellum, quod -a nominatur, cum suo peculio causantur ablatum.

fabricus, -a, -um *v. p. 15, 76 sqq.*

***fabrīlis,** -e [*a* faber. *Th.*]. GLOSS. χαλκευτικός. -e χαλκευτήριον. *legitur apud* CIC. VARRONEM VERG. AETNAM HOR. OV. LIV. VITR. CELS. SEN. phil. COLVM. PLIN. nat. MART. APVL. *et saepius apud posteriores.* *in metris prima syllaba* fabr- *ubique positione producitur.* [*loc. dub.*: IVL. VAL. 1, 52 uni tibicinum forte consilium subit aptare tibias et melos, quam posset -e (febrile *A*, flebile *Mai*) canere.] [*sard.* fraile '*officina fabri ferrarii*'. *M.-L.*] *cf.* PRVD. perist. 5, 69 frabili (*cod. a*).

1 *ad fabrum pertinens, fabri proprius*: **a** *res corporeae*: VARRO ling. 7, 68 lima ... materia -is est. rust. 2, 11, 11 fructum ... capra e pilis ministrat ad usum nauticum et ad ... -ia vasa. VERG. Aen. 8, 415 ignipotens ... opera ad -ia surgit (VITR. 4, 2, 2 PLIN. nat. 16, 47 MACER dig. 49, 16, 12 pr. ARNOB. nat. 4, 24. SYMM. epist. 9, 17 picturam quandam -is operis. RVFIN. hist. mon. 15 p. 433ᶜ *al.*). LIV. 27, 49, 1 -e scalprum cum malleo habebant. 38, 7, 12 folle -i ad caput fistulae imposito. VITR. 4, 2, 2 materiatura. CELS. 8, 5 glutine (PLIN. nat. 13, 82. 28, 182 PLIN. med. 3, 30 p. 104). SEN. epist. 90, 11 *Posidonius* ferramenta -ia excogitata a sapientibus viris iudicat. COLVM. 3, 13, 12 virgulae -em libellam superposuimus (VEG. mil. 3, 20 p. 107, 22). TREB. trig. tyr. 8, 6 in -i officina (ARNOB. nat. 4, 16 *al.*). ARNOB. nat. 6, 25 Mulciber -i cum habitu. AVSON. Mos. 267 ubi -es exercet spiritus ignes (*cf.* CLAVD. 22, 177 quae non incudes streperent, quae flamma vacaret -is). SYMM. or. 2, 18 interfui ..., cum ... fundamenta describeres, felicem dexteram -bus lineis occupares (*cf.* ENNOD. epist. 4, 33, 2 p. 121, 1 opusc. 3, 109 p. 359, 10). RVFIN. Greg. Naz. orat. 6, 7 p. 200, 10 regula. PAVL. NOL. carm. 21, 739 ante diem -ia ad arma surgere. AVG. in psalm. 30, 2 serm. 2, 6 quomodo de lignis -bus est lignum fabro aptum. CASSIOD. in psalm. 73, 5 instrumenta -ia (*bipennis et ascia*). *in imagine*: ENNOD. epist. 2, 13, 1 p. 53, 2 caminis excocta -bus verba non flagitat salutis suae nuntius (opusc. 2, 11 p. 291, 5 o homines omni artis lima compositos et caminis -bus excoctos). *neutr. subst.*: HOR. epist. 2, 1, 116 tractant -ia fabri. CASSIOD. var. 5, 1, 2 *Vulcanus* qui tanta elegantia -ia visus est excolere. **b** *res incorporeae*: CIC. Att. 6, 1, 17 erratum -e putavi, nunc video Metelli. AETNA 562 -es operae rudibus contendere massis festinant (SEN. benef. 6, 38, 3 iacebit opera -is. APVL. met. 2, 4. 9, 5 MARCIAN. dig. 19, 5, 25 pr.). *cf.* VLP. dig. 12, 6, 26, 12 operas patrono exhibuit non officiales, sed -es, veluti pictorias vel alias (38, 1, 6. 38, 1, 9, 1. *v. s.* officialis. VITR. 6, 8, 9 omnium operum probationes tripertito considerantur, id est -i subtilitate et magnificentia et dispositione. PLIN. nat. 12, 5 artem (SYMM. rel. 25, 2 p. 299, 27 -is artis magistros. RVFIN. Orig. in Rom. 8, 2 *al.*). 16, 230 sunt ... et parvi usus -ium ministeriorum insignes. 32, 108 a mari -es usus exeunt. ARNOB. nat. 6, 12 formatur ... cum pilleo Vulcanus et malleo, manu liber sed dextera ut -i expeditioni succinctus. RVFIN. Basil. reg. 3 p. 495ᴰ semper -e artificium discunt, numquam tamen fabrifaciunt opus. Orig. in num. 18, 3 a domino est sapientia -is sive in auro sive in argento. PETR. CHRYS. serm. 48 p. 334ᶜ dicebant 'fabri filius', ut ... deitatis nomen -e nomen absconderet. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 2 p. 7, 14 scientia notitiaque. ENNOD. dict. 10, 6 p. 456, 24 -bus debet studiis (*cf. l. 5*) quod in partu suo terra laudatur. *translate*: ENNOD. epist. 4, 23, 1 p. 115, 1 linguae ... ferias exercitio commutare et rubiginem rusticantis eloquii -bus studiis amovere.

2 *fabri opera factus*: VARRO rust. 1, 14, 1 *saeptum.* 1, 14, 4 -e saepimentum est novissimum, maceria. OV. am. 1, 9, 39 Mars ... deprensus -ia vincula sensit. AMM. 31, 4, 7 et discidio quodam -i maris sub imo Athonis pede quaesitum (*sic Vossius*, maris ubi montonis pede *traditur*).

3 *artis fabricae peritus*: OV. met. 4, 175 illi ... quod opus -is dextra tenebat, excidit. MART. 11, 84, 6 fracta ... -i dedolat ossa manu (SYMM. rel. 14, 3 p. 291, 14 PRVD. perist. 5, 69 AVG. c. Faust. 8, 2 p. 309, 16 non manu -i, sed perverso corde finxistis).

4 *in fabri fornace sive officina siccatus*: COLVM. 10, 113 olentia late ulpica, quaeque fabis habilis -ia miscet. PLIN. nat. 14, 16 aliis *uvis* gratiam ... fumus affert, -esque in ea gloria praecipua in fornacibus Africae Ti. Caesaris auctoritas fecit (EDICT. imp. Diocl. 6, 92 ube passe fabril⟨es⟩. CAEL. AVR. chron. 2, 7, 107 uvarum -ium vel pensilium siccatarum acinos. 2, 13, 160. 3, 2, 34. 4, 3, 61 acinae uvarum siccarum, quas -es appellant. 4, 3, 70 item uva et magis fumi vapore siccata, quam -em appellant). APIC. 8, 384 bulbi.

adv. **fabrīliter**. *i. q. dextre, apte*: PRVD. apoth. 519 templum ... quod nemo opifex -r aptans composuit.

deriv.: fabrilitas.

fabrīlitās, -ātis *f. a* fabrilis. *ars fabrica*: EVSTATH. Bas. hex. 1, 7 p. 874ᶜ in artibus ... factricibus etiamsi labor actusque cessaverit manifestum ... est opus earum, sicut -is et architecturae et texturae. 2, 2 p. 881ᴬ ars unaquaeque erga aliquam adhibitam materiam exercetur, sicut -s circa ferrum, carpentaria circa lignum.

fabrio, -īvī, -ītum, -īre [*a* faber. *Th.*]. *arte fabrica conficere*: VEN. FORT. carm. 2, 8, 23 Launebodis ... instruxit culmina sancta loci. quod nullus veniens Romana gente -vit, hoc vir barbarica prole peregit opus. *part. perf. pass.* fabrītus, -a, -um *adi.*: GROM. p. 360, 11 stagnum epicteticum, hoc est massatium -itum. *Jachmann.*

actus (?) i(d est) **fabucius** (?) GLOSS. III 580, 30 *inter nomina herbarum.* *fort.* acus ... fabaceum (*vel* fabaginum)? *cf. p. 6, 16.* *Mbr.*

***fābula,** -ae *f.* [*cf. c.* fari. *Th.*]. VARRO ling. 6, 55 ab eodem verbo fari -ae ut tragoediae et comoediae dictae. DIOM. gramm. I 490, 22 (*cf. Suet. frg. p. 10, 4*) latine -ae appellantur sive fatibulae; in Latinis enim -is plura sunt ⟨fantium diverbia quam (*suppl. Leo*)⟩ cantica quae canuntur: vel a faciendo; nam et agi -a, non referri ab actoribus dicitur. MACR. somn. 1, 2, 7 -ae, quarum nomen indicat falsi professionem. ISID. orig. 1, 40, 1 -as poetae a fando nominaverunt, quia non sunt res factae, sed tantum loquendo fictae. *de forma*: PRISC. gramm. II 110, 16 -a fabella, tabula tabella *eqs.* 71, 11 sic sonant sicut deminutiva, sed tamen principalia sunt intellectu ut -a macula *eqs.* făbula (*an* fābla?): DAMAS. (?) epigr. 3, 3 (*p. 30, 83*) CORP. VIII 20277, 8 (*p. 25, 17*). *de notione*: AVG. civ. 6, 5 p. 252, 22 a -is ... *genus fabulosum theologiae* mythicon dictum est, quoniam μῦθος graece -a dicitur. MACR. somn. 1, 2, 9 hoc iam vocatur narratio fabulosa, non -a, ut sunt caerimoniarum sacra, ut Hesiodi et Orphei. 1, 2, 12 accusator .. edoctus a -is fabulosa secernere. GLOSS. μῦθος. μυθάριν. δρᾶμα, μῦθος. δρᾶμα ἐπὶ ποιήματος. δρᾶμα. κωμῳδία. -ae μῦθοι. ineptiae (*cf. p. 26, 52*). sine -is ἀμύθητος. -arum ratio μυθολογία. *legitur inde a* NAEV. *non habent ex. gr.*: ENN. CATO LVCIL. PVBLIL. LVCR. CAES. NEP. VERG. GERM. VELL. VAL. FL. SIL. [*loci dub.*: OV. met. 15, 429 (*loco interpol.*) quid sunt, nisi nomina (*al.* -a), Thebae? SEN. nat. 3, 17, 1 multa hoc loco tibi in mentem veniunt, quae urbane in re incredibili -am (*del. Haase*, fabulans *Schultess*) dicas. TERT. resurr. 40 p. 83, 9 vocabulum homo consertarum substantiarum duarum quodammodo fibula (R^3, -a *codd.*) est.] [*it.* fola, fiaba, *francog.* fable. *M.-L.*] *adde nom. propr.*

I *i. q. sermo, sermocinatio*: **A** *generatim sermones, confabulatio*: **1** *num. singulari*: PLAVT. Most. 937 quae haec est -a? (*sed cf. p. 26, 47*). TER. Ad. 537 lupus in -a (CIC. Att. 13, 33, 4 de Varrone loquebamur: lupus in -a; venit enim ad me. *cf. ad proverbium*: PLAVT. Stich. 577 eccum tibi lupum in sermone. *explicatur apud* DON. *ad Ter. l. l.* SERV. ecl. 9, 54 POMP. gramm. V 311, 31 ISID. orig. 1, 37, 28. 12, 2, 24 GRAMM. suppl. 273, 11). LVCAN. 4, 200 extrahit insomnes bellorum -a noctes (CORIPP. Ioh. 293 mutua ... arcebat -a somnos). QVEROL. p. 25, 17 non praetereunda est -a, *quam audio.* CORIPP. Iust. 3, 126 *illis* iucundae -a mensae de divo genitore fuit. *nota* -a est de *aliqua re i. q. agitur de re*: AVSON. 360, 4 de nuptiis. *i. q. vox*: CORIPP. Ioh. 3, 57 attonitae vix prodit -a linguae. *metonymice i. q. argumentum sermonis*: STAT. Theb. 8, 236 nullis deest sua -a mensis. IVV. 1, 1, 145 nova nec tristis per cunctas -a cenas (*cf. p. 26, 8 sqq.*). **2** *num. plur.*: CIC. fil. Cic. Att. 13, 40, 1 vellem aliquid degustasse⟨s⟩ de -is. MART. 5, 20, 8 gestatio, -ae, libelli *eqs.* 11, 1, 15 cum sponsio -aeque lassae de *equis circensibus fuerint.* QVINT. inst. 12, 11, 18 datum -is otium. TAC. dial. 2 ut -as quoque eorum et disputationes ... exciperem. 29 ne praeceptores quidem ullas crebriores cum auditoribus -as (*sc. quam de circo sim.*) habent (LAMPR. Alex. 34, 6 litteratas [*cf. p. 25, 9*]), quibus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

se recreari dicebat et pasci. CAPITOL. Pert. 12,7). TAC. ann. 6,5 convivalium -arum simplicitatem. FRONTO p. 178,16 N. numquam cessavit in vesperum usque -as nectere itinerum tuorum *eqs.* APVL. met. 1,26 cenatus solis -is (*cum arguta verbi ambiguitate; cf. p. 26,27 et 38,68*). MIN. FEL. 3,4 iter -is fallentibus ... hae -ae erant *illa* ... narratio. PORPH. Hor. sat. 1,7,2—3 *in tonstrinis* otiosi solent ... res rumoribus frequentatas -is celebrare. CAPITOL. Pert. 13,5 libere -as conferre (FIRM. math. 2,30,10 secrete cum aliquo. MACR. sat. 1,7,7 diem totum doctis [*cf. p. 24,84*] -is ... conferendis daturi). CAPITOL. Gord. 24,3 *spadones* omnes tuas -as venderent. LAMPR. Alex. 44,1 in -is amabilis, in conviviis comis (CASSIOD. var. 2,3,4 amoenus declamator. GREG. TVR. Franc. 2,32 p. 95,3 iucundus). COMM. instr. 2,35,3 -ae subveniunt (*i. in mentem veniunt*). 2,35,18 tu te in -is vertis, ... indisciplinata loqueris. apol. 456 in -as coeunt *Iudaei.* IVL. VAL. 3,14 fuit ... mihi ad eorum -as diligentia. FIRM. math. 1 pr. 3 honestas et varias sermonum -as serebamus. CORP. VIII 20277,8 (*a. 299*) fabul(as) dum sera red(d)imus hora. ITIN. [Silv.] 20,13 monachorum. SYMM. epist. 2,11 -is plura servamus. *al.* 5,37 *ille* te -is et poculis demoratur. 5,40 aliquid ex -is atque actibus tuis. 7,67 fenus stili mei -arum munere ... repensabis. *al.* SERV. Aen. 1,223 finis -arum. HIER. adv. Rufin. 2,20 *ne* prandiorum cenarumque -as pro argumento teneas veritatis. epist. 23,1,2 in mediis -is. VVLG. Sirach 20,21 homo acharis quasi -a vana in ore indisciplinatorum assidua erit (μῦθος ἄχαιρος, *non recte vers.*). PS. RVFIN. in psalm. 45,11 diem expendimus in -is. SVLP. SEV. epist. 1,1 inter -as iuges longumque sermonem (HYD. chron. II p. 19,60 [*inde* ISID. Goth. 19 chron. II p. 275] inter familiares -as iugulatur). AVG. serm. ed. Mai 105,2 in ecclesia stantes nolite vos otiosis invicem -is occupare (CAES. AREL. suggest. p. 298 repudiatis otiosis -is). MACR. sat. 7,2,8 alias inferendo -as. *al.* BACHIAR. fid. 7 a conversatione, -is, salutationibus, quae -as interserunt, ieiunare. SEV. MINOR. p. 736^{A} nec excitandas lites et -as esse miscendas (SORAN. p. 73,2 cum ipsis [λόγους]). CAEL. AVR. acut. 3,16,129 ut sint taciti neque -as inicientes *ministri.* chron. 3,2,30 cavendae ... horrentium materiarum -ae. NICET. psalm. 13 intermittentes -as superfluas. PETR. CHRYS. serm. 161 p. 624^{A} ad longissimi convivii -as longiores stat fixus. VAL. CEM. hom. 1,7 meretricum -is scaenico sermone compositis *misceri.* CASSIOD. var. 9,24,8 sententias prudentium a tuis -is exigebat. 12,1,3 ulciscitur poenis *iudex iratus,* quod misistis in -is. GREG. M. epist. 2,50 *in conviviis* non inanes saecularium -ae ... audiuntur.

e *enuntiata*: *α* ut: CIC. Caecin 71 improbo -s dari solet, ut ... testem ... aut tabulas secutus esse videatur. Cluent. 77 L. Quinctius ... oblatam sibi -em putavit, ut ex invidia senatoria posset crescere (Catil. 3, 4). fin. 1, 72 quae mihi -s, ut id meo arbitratu facerem, ante hoc tempus numquam est data. epist. 1, 7, 4 si res -em habitura videatur, ut Alexandream atque Aegyptum tenere possis. 13, 4, 4 si ... -em mihi res ... daret, ut ... defendere possem Volaterranos. *β* (*acc. c.*) *inf.*: BELL. Afr. 78, 4 ut haberent *equites Pacidei* -em turmas Iulianas circumfundi et nihilo minus fortissime acerrimeque pugnare. VAL. FL. 3, 16 *ad Musam*: tibi ... superum data ... -s nosse animos rerumque vias. STAT. Theb. 4, 513 (*Tiresias loquitur*) et nobis saevire -s. 7, 764 devitare *Amphiaraum*. 10, 130 (*Iris ad Somnum*) da precibus tantis *Iunonis*, rara est hoc posse -s placatumque Iovem dextra Iunone mereri (*sic ω*, vereri *P*, merere *Gronov. sed cum codd. quidam post 130 etiam alterum versum exhibeant, de structura secundi infinitivi dubitandum*). 12, 36 nec certa -s noscere. silv. 1, 4, 62 (*Hercules ad Aesculapium*) datur aggredienda -s ... recreare virum (*sed struunt editores alii aliter*). 2, 1, 108 ne puero *mortuo* dura ascendisse *Charonis cumbam* -s (*sc. sit*). 2, 1, 228 *Glauciae* soli cuncta *apud Meliorem* impetrare -s *est*. TERT. resurr. 30 p. 67 quia *status Iudaeorum* recolligi habeat et recompingi os ad os ... et recorporari carnibus -em et nervis regni atque ita de sepulcris ... educi et refrigerii nomine respirari et vivere exinde in terra sua Iudaea. AMM. 29, 5, 37 Aethiopum adminiculis augeri. PAVL. NOL. carm. 5, 64 male posse. AVG. civ. 1 praef. p. 4 quidquid dicere. epist. 242, 5 ad singula respondere. BOETH. herm. sec. 5, 12 p. 420 *propositionum* rationes ... agnoscere. *γ quaestio indirecta*: CET. FAV. 19 p. 302 si -s non erit, unde superfigantur *marmor aut terrae*.

2 ***speciatim** apud rhetores et in orationibus: definitio: cum aliis orationis partibus*: CIC. inv. 1, 38 in gestione ... negotii ... quaeretur locus tempus occasio modus -s (2, 40). 2, 24 sin fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur aut potestas defuisse aliis demonstranda est aut -s aut voluntas. part. 95 quo ... genere, quibuscum et contra quos, quo tempore aut quo loco aut quibus -bus armorum pecuniae ... possimus uti requirendum est. 113 his ... rebus facti suspicio confirmatur cum et voluntatis in reo causae reperiuntur et -s (*sc. facti; sic E haud male*, -is *A sc. causae, itidem bene*, -es *Ströbel sine ulla necessitate*). 115 quae si non erunt ... causis ipsis et efficiendi -bus niti oportebit (111 *iuxtapos.* utilitatem). QVINT. inst. 5, 10, 94 ducuntur argumenta a personis causis locis tempore ... -bus. 7, 2, 50 furti, depositi, creditae pecuniae et a -bus argumenta veniunt ... et a personis. IVL. SEV. rhet. 13 p. 361 in coniecturalibus causis hinc argumenta sumuntur: a personis, causis, -bus, verisimilibus signis. SVLP. VICT. rhet. 25 p. 325 dividitur coniectura perfecta locis his: probationum expetitione, -e, voluntate, ⟨a⟩ summo ad imum, aliquando iure absoluto, derivatione, veri simili probatione. MAR. VICTORIN. rhet. p. 262, 20 in causa ... omni ... laborandum est fuisse illis potestatem aut -em aut voluntatem. *definitur accuratius*: CIC. inv. 1, 41 -es sunt aut quibus facilius aliquid fit aut sine quibus omnino confici non potest (2, 40 in -e copia et potestas earum rerum, propter quas aliquid facilius fit aut ... consideranda est *eqs.* MAR. VICTORIN. rhet. p. 225 RHET. min. p. 309. 595). inv. 2, 24 -s *demonstranda est* si ratio adiutores adiumenta ceteraque quae ad rem pertinebunt defuisse alicui demonstrabuntur (2, 44 MAR. VICTORIN. rhet. p. 262). part. 119 -um infirmatione ... utetur *defensor*, si aut vires aut animum aut copias aut opes afuisse demonstrabit. QVINT. inst. 5, 10, 49 intuendae sunt ... in coniecturis et -es: credibilius est enim occisos a pluribus pauciores, a firmioribus imbecilliores *eqs.* 5, 10, 51 -i ... licet instrumentum coniungere; sunt enim in parte -is et copiae. SVLP. VICT. rhet. 26 p. 326 tertius locus est -is: in hoc loco fere argumenta sunt et ex personarum circumstantia et ex occasionibus faciendi. EMPOR. rhet. p. 571, 16 -i *subiacet* possibile et necessarium. *exempla*: CIC. S. Rosc. 92 video ... causas esse permultas, quae istum impellerent; videamus nunc ecquae -s suscipiendi maleфici (94) fuerit. 93 age nunc ceteras -es consideremus. Cael. 53 non causa, non locus, non -s, non conscius ... facinoris reperietur. Mil. 45 illi ne causa quidem itineris, etiam causa manendi; Miloni manendi nulla -s, exeundi non solum causa, sed etiam necessitas fuit. QVINT. inst. 7, 2, 25 de praemio *tyranni necati* duo medici contendunt. nam ut illic factum in adversarium transferentium, ita hic sibi vindicantium personae causae -s tempora instrumenta testimonia comparantur.

B *vergit ad notionem*: ***venia, licentia, libertas***: **1** *pertinet ad singulas actiones*: **a** *absolute*: VELL. 2, 107, 2 data petenti (*sc. ut Caesarem videret*) -s. HIL. op. hist. frg. 2, 7 in uno loco omnes *consacerdotes* manere sategerunt *inimici*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

episcopi ... nec habere eos liberam -em permiserunt. GREG. M. epist. 3, 13 quidquid ... de ... rebus ecclesiae ... ordinare facereque provideris, liberam habebis ... modis omnibus -em. **b** *additur genetivus: genet. rei*: AVR. Fronto p. 9, 10 N. paulisper a me abscedat *somnus* et lucubratiunculae aliquam tandem -em tribuat. TERT. ieiun. 12 *Pristinum* ex -e custodiae libere fartum. PORPH. Hor. carm. 1, 20, 5 constat Gaium Maecenatem in equestri dignitate ... permansisse, cum utique -s lati clavi pateret. CYPR. epist. 32 si peregrini *episcopi* exempla epistularum transcribere ... voluerint, -em transcriptionis accipiant. SOL. 53, 18 omnium rerum interdicta ei (*regi*) -e. IVST. 20, 3, 1 *Crotonienses* victoriae -em bellique prosperos eventus deprecantes. AMM. 20, 4, 11 *milites* ad orientem proficisci ... clavularis cursus -e permissa. *genet. gerundii: nudi*: NEP. Phoc. 4, 2 ne perorandi quidem ei (*Phocioni*) data est -s. LIV. 32, 26, 18 neque *obsidibus* in publicum prodeundi -s daretur. DARES 37 postulaverunt sibi loquendi -em dari. ZACCH. 1, 15 posito ... homini inter delicias paradisi edendi copiosa datur -s. SCHOL. Cic. Bob. p. 9, 27 quasi *Sylla* ... habuerit Romae demorandi -em. p. 58, 22 -em non permiserant revertendi. GREG. M. epist. 14, 9 consecrandi tibi ... -em attributam. *nota de bestiis*: APVL. mund. 28 una ab uno sinu abeundi -s concessa omnibus fuerat *animalibus*. *genet. gerundivi vel addito gerund. obiecto*: LIV. 37, 52, 7 rex (*sc. dixit*) ... libenter data modo -e consulendi senatum Romanum consilio amplissimi ordinis usurum fuisse. PS. FRONTIN. strat. 4, 2, 2 cum -em eligendi exercitus haberet ex duobus *Marius*. CAPITOL. Alb. 2, 5 habebis utendi coccini pallii -em. 6, 4 dandi stipendii ... et palli coccini utendi. GREG. M. epist. 6, 12 testamenti ... faciendi. 14, 13 permutandi *domum*. **c** *add.* ut: CAPITOL. Alb. 2, 2 *Commodus ad Albinum*: tibi do -em, ut ... ad milites prodeas et tibi Caesareanum nomen assumas. VOPISC. Aurelian. 46, 2 *Aurelianus* dederat -em, ut aureis qui vellent et vasis uterentur et poculis.

2 *generatim fere i. q. ius, arbitrium*: **a** *absolute*: CIC. inv. 1, 82 docebimus aliud ... existimare oportere. huius -is maxime indigebimus cum *eqs.* LAMPR. Alex. 29, 2 si -s esset, id est si non cum uxore cubuisset, matutinis horis ... rem divinam faciebat. AVG. epist. 153, 21 agimus quantum episcopalis -s datur. COD. Theod. 5, 14, 32 (*a. 393*) fundos patrimoniales ... refundere conductoribus omnino non liceat: et ⟨si h⟩uiusmodi -em quolibet tempore ... meruerunt, impetratis ... non ⟨stabi⟩tur. 5, 7, 2 pr. (*a. 408—409*) ad propria redire cupientibus libera sit -s. COD. Iust. 4, 39, 9 cum, qui in rem actionem comparaverit, eadem uti posse -e. 6, 22, 11, 1. **b** *additur genet.*: *α rei*: POMPON. Vlp. dig. 4, 8, 17, 3 tale arbitrium non valere, in quo libera -s arbitri sententiae non est futura. FLORENT. dig. 1, 5, 4 pr. libertas est naturalis -s eius quod cuique facere libet. VLP. dig. 7, 1, 62, 1 ne per singula animalia *capta* -is fructuarii propter discretionem difficilem ius incertum sit. 48, 19, 8, 1 nec liberam mortis -em concedendi ius praesides habent ... divi tamen fratres rescripserunt permittentes liberam mortis -em. COD. Theod. 5, 1, 1 (*a. 317—319*) -e eis perpetua ... tribuenda in adeunda concessa sibi parte *hereditatis* successionis. COD. Iust. 11, 59 (58), 8 (*a. 388—392*) loci proprii. 1, 5, 21, 3 testamentaria testimonia ... permittimus, ne probationum -s angustetur. 4, 5, 10 pr. dubitabatur ... utrum stipulator an promissor habeat huius rei -em. 6, 21, 16 iuris militaris. *β genet. gerund.: nudi gerundii*: GAIVS inst. 1, 152 amplius quam bis optandi -em non habet *uxor*. TRYPH. dig. 49, 15, 12, 9 de sua civitate cuique constituendi -s libera est. VLP. dig. 11, 7, 12 pr. impetrandi. MARCIAN. dig. 48, 16, 1, 10 accusandi (COD. Theod. 9, 1, 3). MACER dig. 49, 1, 4, 3 appellandi (CHAR. dig. 1, 11, 1, 1). TERT. adv. Marc. 1, 29 p. 332 nubendi (COD. Theod. 3, 16, 2 LEX Visig. 3, 1, 1). HIER. epist. 134, 1 docendi. COD. Theod. 3, 8, 2, 1 (*a. 382*) testandi. *ibid.* abalienandi. 9, 14, 2 (*a. 391*) resistendi. COD. Iust. 2, 46, 3, 1 iudicandi (3, 1, 14, 1. 3, 1, 17). *gerundivi vel gerund. c. obiecto coniuncti*: GAIVS inst. 2, 163 relinquendae hereditatis -em non habet (*antea*: cui abstinendi potestas est ... cui de adeunda ⟨hereditate⟩ deliberare licet). PAPIN. coll. Mos. 4, 7, 1 occidendi -em lex tribuit eam filiam. dig. 20, 5, 2 offerendae pecuniae, quam fideiussor dependit. ORAT. imp. Sept. Sev. frg. Vat. 158 *tutoris* potioris nominandi. CALL. dig. 50, 4, 14, 3 gerendorum honorum. TRYPH. dig. 49, 15, 12, 8 post legitimum tempus offerendi pretii priori domino. VLP. dig. 5, 3, 20, 5 noxae dedendae (9, 1, 1, 16). 15, 1, 1, 6 habendi *servos*. reg. 5, 3 uxoris iure ducendae. 24, 26 usus fructus legari potest iure civili earum rerum quarum ... utendi fruendi potestas est et -s. MOD. dig. 28, 1, 19 testamenti faciendi. HERMOG. dig. 26, 3, 7, 1 is *tutor* datur cuius dandi -s erat. ZACCH. 2, 7 edendi ... quae conveniant. COD. Theod. 9, 1, 3 (*a. 322*) intendendi criminis publici. 9, 9, 1 (*a. 326*) crimen publicum arguendi. 9, 30, 4 (*a. 365*) utendorum equorum per Picenum ad itinerum necessitatem. 4, 6, 4 (*a. 371*) unam ... ⟨bo⟩norum suorum et hereditatis unciam naturalibus *liberis* vel m⟨ulieri⟩ donandi aut relinquendi. 2, 14, 1 (*a. 400*) repetendae actionis. LEX Burg. lib. const. 23, 4 occidendi de grege porcorum optimum. 38, 3 *legati extranei* unum porcum aut unum vervecem praesumendi habeant -em. GREG. M. epist. 14, 3 permutandi *domum*. **c** *praepositiones*: de: COD. Theod. 3, 8, 2 (*a. 382*) de his rebus ... habebit *mulier* liberam -em. super: COD. Theod. 9, 21, 10 (*a. 393*) si quis super cudendo aere ... sibi eripuerit -em ... fructum propriae potitionis amittat. in *c. acc.*: COD. Iust. 6, 61, 8, 1[c] omnem -em in eas *res* filii ... habeant. **d** (*acc. c.*) *inf.*: VLP. dig. 49, 1, 3, 3 esse ei -em in agendo etiam aliam causam provocationis reddere. COD. Theod. 3, 16, 1 (*a. 331*) priori coniugi -s dabitur domum eius invadere et omnem dotem posterioris uxoris ad semet ipsam transferre (*cf.* interpr. *ibid.* habebit mulier -em ... domum mariti sui atque eius substantiam sibimet vindicare). COD. Iust. 4, 66, 2, 2 ne ... dominis -s oriatur emphyteutas suos repellere. 5, 13, 1, 5[a] per actionem in rem directam ... suo iuri mederi. 5, 14, 11, 3 movere actiones. 7, 6, 1, 3 in xenonem eum mittere. 7, 7, 1, 2 servum libertate donare. 7, 15, 1, 1[a] quo maluerit degere modo. 7, 62, 39, 2[a]. 7. 63, 5, 4 nostram adire maiestatem et tarditatem iudicis in querellam deducere et nostro beneficio perpotiri. 9, 9, 35, 3. 9, 13, 1, 2. 11, 48, 23, 1.

II -s *rerum in homine vel re posita, id quod vis, potestas, indoles, qua aliquid efficitur*: **A** *de corpore animantium*: **1** *c. genetivo: genet. gerundii*: PAVL. FEST. p. 8 auritus a magnis auribus dicitur ... alias ab audiendi -e (CELS. 7, 8 p. 284. 8, 1 p. 324). CELS. 7, 7, 12 *a gutta* videndi -s proficiscitur (SEN. nat. 1, 17, 4). 7, 12, 4 *quidam* succisa lingua, cum abunde super dentes eam promeret, non tamen loquendi -em consecutus est. COLVM. 3, 10, 10 ne generandi quidem data est -s manibus aut plantis (PAVL. dig. 28, 2, 9 pr. propter quam *valetudinem* abducatur homo a generandi -e). GENNAD. dogm. 57 *bonus* cogitandi acceperat -em. AVG. serm. ed. Mai 31, 1 *in Christo* vivificandi *est* virtus ... et -s. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 38 si *in tumore constituta* constringendi caruerint -e. *genet. subst.*: CELS. 8, 1 p. 325 *processus* huc et illuc se inclinans maxillae -em motus praestat. TERT. resurr. 17 p. 48 *anima* de suo sufficiet ad -em passionis et sensus. orat. 4 petimus *deum* ... -em voluntatis suae subministret nobis. AVG. civ. 7, 30 p. 313 *deus hominibus* sermonis -em ... donavit. **2** *absolute* (*vel c. gen. subi. rei*): TERT. ieiun. 6 qui quadraginta diebus totidemque noctibus supra humanae naturae -em ieiunium perennavit. test. anim. 4 quod ... nihil mali ac boni sentire possis sine carnis passionalis -e. adv. Marc. 5, 9 p. 601 *de animae* -e vivebat *mortuus*. PLIN. med. 1, 35 qui hunc morbum alunt sustinendi erunt cibis firmis ..., operibus pistoriis plus aequo mellitis, prout patientur -es. FAVST. REI. grat. 1, 16 p. 52, 8 si aeger aliquis assurgere conetur et -s animum non sequatur.

B *de rebus*: *generatim*: LVCR. 1, 173 nequeunt ex omnibus omnia gigni quod certis in rebus inest secreta -s. SEN. contr. 10, 4, 23 Latinam linguam -is non minus habere, licentiae minus. GELL. 3, 10, 15 ad vim -esque eius numeri (*sc.* '*septem*') augendas. *speciatim de medicamentis*: CELS. 2, 33 p. 73 habent ... hanc -em semina erucae, nasturcii radiculae ... salis quoque et fici eadem vis est (3, 21 p. 107. 5 pr. p. 160 cum omnia medicamenta proprias -es habeant. 5, 20, 1. 6, 6, 3). 5 pr. p. 160 multa ... de -bus medicamentorum memoriae prodiderunt (5, 26 p. 185). 5, 17, 1 expositis simplicibus -bus, dicendum est quemadmodum misceantur. *ibid.* cum -um materia non ita multiplex sit, innumerabilia mixturarum genera sunt (*ibid.*). 5, 19, 11 sunt ... quaedam emplastra quibus utriusque rei -s est.

C *de animo*: **1** *generatim: de generibus -um*: CIC. de orat. 1, 215 multum inter se distant istae -es (*boni senatoris et egregii oratoris*) longeque sunt diversae atque seiunctae *eqs.* MAR. VICTORIN. rhet. 1, 5 p. 174 quod ex arte conficitur ... -s dicitur. CASSIOD. art. 3 p. 1178[D] quattuor -bus disserendi omne artificium continetur. *ibid.* quattuor ... -bus earumque velut opificibus disserendi omnis ratio subiecta est, id est dialectico oratori philosopho sophistae. **a** *absolute*: ACC. trag. 102 nisi quid tua -s nobis tulat ope[ra]m (*si huc pertinet*). CIC. Quinct. 93 non comparat se tecum gratia P. Quinctius, Sex. Naevi, non opibus, non -e contendit. Rab. perd. 14 si *pietas animus consilium* ... in illo (*Graccho*) minima fuissent, tamen prae tuis -bus maxima putarentur. Mur. 44 cum ... omnes ... ex voltu candidatorum coniecturam faciant quantum quisque animi et -is habere videatur. Balb. 59 spero ... quae ab hoc pro -e hominis ... facta sunt et grata esse vobis et probata. de orat. 1, 69 de rebus rusticis ... Nicandrum Colophonium poetica quadam -e, non rustica scripsisse (1, 70 rep. 1, 22 SCHOL. Cic. Bob. p. 159, 17. 160, 10). 3, 84 semper ... quacumque de arte aut -e quaeritur, de absoluta et perfecta quaeri solet. Brut. 228 *Sisennae* omnis -s ex historia ipsius perspici potest. orat. 1 suscipere tantam rem, quantam ... -e consequi difficile esset. leg. 1, 58 Lael. 17. off. 1, 29 qui altero genere iniustitiae vacant, ... nihil conferunt in eam (*vitae societatem*) studii, nihil operae, nihil -um. 2, 19 quibus ... rationibus hanc -em assequi possimus, ut hominum studia complectamur eaque teneamus. frg. phil. V 88 ea -s nostris maioribus erat, qui confectis senatus consultis ... (*fort. huc pertinet*). Att. 12, 5, 2 de Caelio tu quaeres ... ego nihil novi: noscenda est natura, non -s modo. epist. 5, 12, 3 materies digna -e et copia tua. 10, 12, 5 *virtus* maxime illustratur magnis in rem publicam meritis: eam -em habes maximam. 13, 6, 2 officium *Cuspii* ... ego mea -e et gratia soleo ... adiuvare. 15, 2, 1 quae cum essent a me cura magis et diligentia quam -e et copia constituta. Q. CIC. pet. 24 sunt ... alii *homines*, qui aut nihil possunt

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... nec habent tantum animi aut -is, ut enitantur ex tempore. 56 contende omnibus nervis ac -bus, ut adipiscamur, quod petimus. SEN. benef. 5, 2, 2 non omnes ad bonum propositum easdem afferunt vires, easdem -es. dial. 9, 3, 1 communia privataque pro -e administrans. QVINT. inst. 6, 5, 1 his pro nostra -e tractatis. SVET. Otho 10 fratrem ... fratrisque filium et singulos amicorum cohortatus, ut sibi quisque pro -e consuleret. FRONTO p. 138, 6 N. ubi primum commentarium miseris, aggrediar, ... de -e tute videbis. APVL. flor. 2, 98 Apuleius ... omnia novemque Musas pari studio colit, maiore scilicet voluntate quam -e. Plat. 2, 8 (*loco obscuro nec satis certo*) ut pessimo (*sc. exemplo*) ... alienus et ausus a recta vivendi ratione -es suas divino illi et caelesti bonus similior esse velit. TERT. adv. Marc. 2, 5 p. 340 si ... fuerunt in deo istae -es, prae quibus nihil mali evenire homini aut potuisset aut debuisset. resurr. 55 p. 114 demutatur *homo* et habitu et ipsa corpulentia et valetudine ... studio negotio artificio -bus. PANEG. 10, 13 paria fecistis (*Roma et princeps*): tu voto, quo solo valebas, ille amore pariter et -e. 12, 16 cum fide ac -e paribus agas. SPART. Hadr. 20, 7 fuit *Hadrianus* memoriae ingentis, -is immensae. HIER. epist. 1, 2, 2 si inter asperos orationis anfractus impolitus sermo substiterit, -em forsitan quaeras (58, 7, 2). CLAVD. carm. min. 40, 3 quae tam prona -s, carmina seu fundis, seu Cicerone (*i. orationibus, eloquentia*) tonas! AVG. civ. 9, 17 p. 393 ut competenter pro nostra -e dicamus. 9, 22 p. 397 modum suae voluntatis et -is inserere. 10, 12 p. 421 tanta et talia geruntur his artibus, ut universum modum humanae -is excedant. 15, 14 p. 87 rerum gestarum fides ab ea lingua repetenda est, ex qua interpretatum est quod habemus. quae -s cum volentibus ubique gentium praesto sit, non tamen vacat. in psalm. 83 non deus attendit -em, sed voluntatem. 103 coronat deus intus bonitatem, ubi non invenit -em. gen. ad litt. 7, 7 p. 206, 25 an rationalis erat *anima* iam possibilitate, nondum -e? MART. CAP. 2, 138 puellae (*i. Artes et Disciplinae*) ... quae ex ore virgo *Philologia* effuderat colligebant, in suum unaquaeque illarum necessarium usum -emque corripiens. 4, 335 post ... Aristotelicam -em Marci Terentii prima me (*sc. Dialecticam*) in Latinam vocem pellexit industria (*cf.* BOETH. in Porph. comm. sec 2, 4 p. 178 *tertii generis* ad dialecticam -em multus usus est). MAR. MERC. Theod. expos. praef. 1 *sermonem Graecum Theodori* ego pro -e qua valeo in Latinum sermonem ... transferre conatus sum. SACR. Leon. p. 449 condicionis humanae respiciens -em. BOETH. mus. 5, 2 p. 352, 4 harmonica est -s differentias acutorum et gravium sonorum sensu ac ratione perpendens; sensus enim ac ratio quasi quaedam -is harmonicae instrumenta sunt (5, 7 p. 357, 6). in top. Cic. 1 p. 271, 18 antequam de topicae -is ratione pertractem. LEX Visig. Eur. 291 si quis servum suum vendederi⟨t, for⟩sitam eius nesciens -es. CORP. III 12409 patri bene merito ... honoris et -is causa posuerunt. *nota fere q. scientia, disciplina*: PS. MATTH. euang. 21, 3 ego ... docebo eum gentilitatis litteras ⟨et⟩ hebraeas, postea grammaticam et alias -es. **b** *additur genetivus: genet. subiect. rei*: CIC. Arch. 2 quod alia quaedam (*sc. artis poeticae*) in hoc *Archia* -s sit ingenii (de orat. 2, 343 aliae *virtutes videntur* ... in ingenii aliqua -e *positae*. Att. 3, 10, 2 ecquis umquam ... tantis -bus ingenii consilii gratiae ... concidit? NEP. Epam. 1, 4 RVT. LVP. 1, 13 SEN. benef. 3, 38, 2 epist. 84, 5 CLAVD. 8, 515). PLIN. epist. 5, 7, 5 prudentiae. FRONTO p. 14, 5 N. sensuum. *genet. gerundii: nudi*: CIC. leg. 1, 30 ratio ... est communis, doctrina differens, discendi ... -e par. Tusc. 5, 120 *philosophi* de sapientium perpetua bene *vivendi* -e dignum quiddam philosophorum voce profitentur (epist. 5, 18, 2 magnam -em ... habiturus nobiscum et cum omnibus tuis vivendi). HIRT. Gall. 8 praef. 7 erat ... in Caesare ... -s atque elegantia summa scribendi (*cf.* GELL. 1 pr. 24 scribendi commentandique. QVINT. inst. 1, 4, 1 primus in eo, qui scribendi legendique adeptus erit -em grammatici est locus). PAVL. FEST. p. 228 'pro' ponitur ... pro privandi -e. CELS. 1, 3 p. 18 qui cotidie eiciendo vorandi -em moliuntur. TAC. ann. 14, 16 quibus aliqua pangendi -s. TERT. anim. 31 *an* condicio miliarii aevi interimat -em recensendi (*sc. animas*). PANEG. 12, 12 ius summum -e et copia commodandi, non securitate peccandi experiris. BOETH. mus. 1, 34 isque est musicus, cui adest -s ... de modis ac rhythmis iudicandi. *genet. gerundivi vel gerundii c. obi. iuncti*: CIC. epist. 4, 13, 4 -s vel tui vel alterius consolandi in te summa est. BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 2, 2 alius nemo -em habet decipiendi nos. SEN. benef. 4, 6, 1 *argenti aeris ferri ponderis* investigandi tibi -em dedit *deus*. PLIN. paneg. 85 tibi amicos tuos obligandi adest -s. AVG. civ. 1, 18 p. 30 *corpore* sancte utendi perseverat voluntas et, quantum in ipso est, -s. *genet. obiect. rei*: CIC. inv. 2, 169 potentia est ad sua conservanda et alterius attinenda (obt- ω) idonearum rerum -s. de orat. 1, 63 *Asclepiades* medicinae -e utebatur. 1, 76 omnium rerum in contrarias partes -em ... suppeditari. nat. deor. 1, 12 cuius rei (*sc. contra omnes philosophos et pro omnibus dicendi*) tantae tamque difficilis -em consecutum esse me. Att. 3, 7 ego et saepius ad te et plura scriberem nisi mihi dolor ... maxime huius generis -em ademisset. MANIL. 2, 109 *artium* est permissa -s. HIER. epist. 1, 1 eloquii (*i. scribendi*). AVG. dialect. 5 verbum quodlibet ... ad -em dialecticae pertinet. CASSIOD. art. 3 p. 1189B intellegentiae. **c** *add. praepos.* ad: SEN. dial. 6, 16, 1 par *feminis ac viris* ad honesta ... -s est. PROSP. epist. 1, 2 non -em ... ad bonum deesse, sed studium.

2 *speciatim de oratore*: CIC. inv. 1, 6 oratoriam -em in eo genere ponemus, ut eam civilis scientiae partem esse dicamus. officium autem eius -is videtur esse dicere apposite ad persuasionem; finis persuadere dictione. de orat. 1, 142 cumque esset omnis oratoris vis ac -s in quinque partes distributa, ut deberet reperire primum quid diceret, deinde inventa non solum ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio dispensare atque componere *eqs.* (2, 128). opt. gen. 2, 5 appellabuntur omnes oratores, ut pictores appellantur etiam mali, nec generibus inter sese, sed -bus different. orat. 117 erit igitur haec -s in eo quem volumus esse eloquentem, ut definire rem possit ... idemque etiam ... genus universum in species certas ... partietur ac dividet *eqs.* QVINT. inst. 2, 15, 3 est ... frequentissimus finis rhetoricen esse vim persuadendi; quod ego vim appello, plerique potestatem, nonnulli -em vocant. SCHOL. Cic. Gron. p. 390 -s ad celeritatem, copia ad longitudinem orationis. CASSIOD. inst. p. 1196B rhetorica oratio habet partes sex ... quae partes instrumenta sunt rhetoricae -is. *ibid.* opus rhetoricae -is *est* docere et movere. PS. CASSIOD. rhet. 7 p. 501 -s orandi consummatur natura, arte, exercitatione: cui partem quartam adiciunt quidam imitationis, quam nos arti subicimus.

a *absolute*: RHET. Her. 4, 2, 2 Gracchi aut Crassi consequi -em. 4, 4, 7 si est maxime artificiosum (*sc. ex arte scribere*), alio tempore utantur ea -e. 4, 5, 7 si ... putabit *is qui discere vult* posse omnia penes unum consistere, ipse quoque ad omnium nitetur -em. 4, 7, 10 ars ... -e oratoris occultatur. 4, 19, 27 ut infirma -s oratoris videatur. 4, 20, 27 tantum afferet usus et exercitatio -is, ut. CIC. inv. 1, 2 huius rei, quae vocatur eloquentia, sive artis [initium] sive studii sive exercitationis cuiusdam sive -is ab natura profectae considerare principium. 1, 7 materiam artis *rhetoricae* eam dicimus, in qua omnis ars et ea -s, quae conficitur ex arte, versatur *eqs.* 1, 8 magnam ... -em studio et disciplina comparatam (*sc. ab Hermagora*). 2, 130 scriptori neque ingenium neque operam neque ullam -em defuisse. div. in Caec. 49 cum ... Alienus *accusator* ex ea -e, si quam habet, aliquantum detracturus sit. 69 homine parvis opibus ac -bus praedito. Mur. 4 non minus afferret ad dicendum auctoritatis quam -is (*cf.* Sull. 12 non minus inerat auctoritatis in ea *oratione* quam -is). 24 quaeritur consul qui dicendo nonnumquam comprimat tribunicios furores ... non mirum, si ob hanc -em homines saepe etiam non nobiles consulatum consecuti sunt. Arch. 13 *oratio et -s*, quantacumque ⟨est⟩ in me numquam amicorum periculis defuit. Cael. 45 genus orationis, -em ... perspexistis. Balb. 17 pro -e et pro fide sua. Deiot. 1 ut quantum mea fides studii mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendendam, tantum -is timor detrahat (Brut. 247). de orat. 1, 30 tantam ... -em adepti. 1, 44 non id mihi videbitur orator, sed Crassus sua quadam propria, non communi oratorum -e posse. 1, 61 illustrare ... oratione si quis istas ipsas artes (*physicam, mathematicam, al.*) velit, ad oratoris ei confugiendum est -em. 1, 78. 90. 96. 1, 117 illa ipsa -e quamcumque habuit (Brut. 298). 1, 135 neque ex me de oratoris arte, sed de hac mea, quantulacumque est, -e quaeritis. 1, 152 qui a scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc affert -em, ut, etiam subito si dicat, tamen illa quae dicantur similia scriptorum esse videantur. 1, 202. 214 oratoris -em non ... artis terminis, sed ingenii sui finibus immensis paene describere. 1, 226. 245 *in defensione* non ad tuam vim et ad oratoriam -em contulisses *te*. 1, 263 (*de refellendi consuetudine*) cuius ... -is exercitatio oratorum propria est. 2, 30 res mihi videtur esse ... -e praeclara, arte mediocris. 2, 35 eadem -e et fraus hominum ad perniciem et integritas ad salutem vocatur. 2, 49 non deerit homini diserto ... -s ex ceteris rebus et causis comparata. 2, 294. 300. 358 locis est utendum multis illustribus explicatis, modicis intervallis ... quam -em ... exercitatio dabit. 3, 28. 34. Brut. 234 Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quam quanta in eo -s erat. 298. 303. 327 *Hortensium* florentem -e. orat. 70 summae ... -is esse debebit *orator*. 231 vitium compensant ... -e. opt. gen. 10 vim eloquentiae sua -e, non rei natura metiuntur. part. 140. Tusc. 2, 3 popularis est enim illa (*orationis*) -s. fat. 3 nec ... oratoria illa studia deserui ... nec ea, quae nunc tracto, minuunt, sed augent potius illam -em. off. 2, 67. Q. CIC. pet. 3 ita paratus ad dicendum venito, quasi in singulis causis iudicium de omni ingenio futurum sit. eius -is adiumenta, ... ut parata ac prompta sint, cura. SEN. contr. 4, 7 *Haterius* solus omnium Romanorum ... in Latinam linguam transtulit Graecam -em. 7 praef. 2 extemporalis illi -s ... non deerat. QVINT. inst. 2, 2, 11 *praeceptoris vultum intuente discipulo* stilo -s continget, auditione iudicium (10, 3, 10). 2, 20, 6 ut possemus orare pro bonis etiamsi non perfecte, tamen ut inessent quaedam ... semina eius -is. 8 pr. 29. 10, 3, 15 curandum est, ut quam optime dicamus, dicendum tamen pro -e (10, 7, 7). 10, 5, 10 plurimum ... parari -is existimo ex simplicissima quaque materia. 10, 7, 24 non minore studio continetur haec -s (*sc. extemporalis*) quam paratur. 12, 11, 1. 26 si qui summa desperet — quod cur faciat, cui ingenium, valetudo, -s, praeceptores non deerunt? — *eqs.* TAC. dial. 30 neque oratoris vis et -s ... angustis et brevibus terminis cluditur. 33 *non* arte et scientia, sed longe magis -e

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et ⟨usu⟩ (*add. Tyrwhitt*) eloquentiam (*sic Rhenanus*, eloquentia *codd.*) contineri. *ibid.* scientiae meditatio, meditationi -s, -i usus eloquentiae accedat. PLIN. epist. 1, 20, 18 Pericli nec illa πειθώ nec illud ἐκήλει brevitate vel velocitate vel utraque ... sine -e summa contigisset. 2, 3, 1 summa est -s *Isaei*, copia, ubertas. 6, 29, 5 assiduitate facilitas magis quam -s ... paratur. SVET. Aug. 84 quamvis non deficeretur ad subita extemporali -e *Augustus*. PANEG. 4, 1 in omni genere dicendi maxima -e viguisti. 10, 1 *nulla eloquentia*, quae dignam afferat ... vestris studiis -em. 11, 25 in oratoria -e ... excellit. VOPISC. Prob. 1, 6 neque ... -em eloquentiamque polliceor, sed res gestas. AVG. civ. 6, 2 p. 247 non ait *Tullius de Varrone* 'eloquentissimo' vel 'facundissimo' quoniam re vera in hac -e multum impar est. dial. 5 defensiones Ciceronis sunt quidem rhetoricae -is. MART. CAP. 4, 337 neque ... Grammaticam neque alteram opimi oris praecluem -e (*i. Rhetoricam*). 5, 436 Tullius meus, qui ... in foro senatu rostrisque grandiloquae -is maiestate tonuerit.

b *additur genetivus*: *α gerundii: nudi*: -s dicendi: CIC. Quinct. 8 *Hortensio* summam copiam -emque dicendi natura largita est. Verr. 1, 10 quae tanta -s dicendi aut copia, ... istius vitam ... aliqua ex parte possit defendere. 6, 174 quominus ingenio mecum atque omni dicendi -e contendas. Cluent. 48 quod ingenium, quae -s dicendi. Manil. 52 pro tua ... singulari -e dicendi (Balb. 3) ... graviter ornateque dixisti. Mur. 48. Cael. 41 ut res maxime inter se repugnantes dicendi -e coniungerent; *sic passim, ut* de orat. 1, 84 nihil plane tenere neque posse quemquam -em assequi dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset. 1, 95 fore aliquem aliquando, qui ... -e dicendi maiore ac maturiore ... existat talis orator, qualem quaerimus. 1, 218 dicendi -s non debeat esse ieiuna atque nuda, sed aspersa atque distincta multarum rerum iucunda quadam varietate. off. 2, 66 dicendi gravior -s et gratior et ornatior. QVINT. inst. 1 pr. 9 dicendi ... eximiam in eo (*oratore*) -em. 2, 4, 41 *legibus rogandis* veteres -em dicendi exercuerunt. *nota*: QVINT. inst. 10, 3, 2 ipsa ex tempore dicendi -s inanem modo loquacitatem dabit (10, 7, 1 maximus ... studiorum fructus est ... ex tempore dicendi -s. 11, 1, 2. 11, 2, 49). *verborum aliorum*: CIC. div. in Caec. 35 contemnendane tibi videntur esse, sine quibus causa sustineri ... nullo modo potest? aliqua -s agendi, aliqua dicendi consuetudo? (QVINT. inst. 12, 3, 9 plerique desperata -e agendi ad discendum ius declinaverunt). orat. 220 -em ... non semper eodem modo desinendi. nat. deor. 2, 168 *-em disserendi* a rhetoricis exercitationibus acceptam. QVINT. inst. 2, 1, 2 *grammatici* scientiam declamandi ac -em tradere officii sui ducunt. 2, 4, 15 dicere quae audierint utile est pueris ad loquendi -em (10, 1, 10. 12, 1, 29 AVG. civ. 7, 14 p. 291). 2, 11, 5 nonnulli certa sibi initia ... destinant, quibus aliquid diserti subiungendum sit: eaque ... desperata conectendi -e deserunt. 2, 15, 18 *Gorgiae* Socrates persuadendi, non docendi concedit -em. 2, 16, 18 unde et quo usque iam provecta sit orandi -s (3, 5, 1 PANEG. 12 [2], 1). 10, 1, 69 tanta in eo (*Menandro*) inveniendi copia et eloquendi -s (10, 1, 81 decl. 254 p. 42). 10, 7, 1 qui *ex tempore dicendi -em* non erit consecutus ... solam scribendi -em ... ad alia opera convertet (11, 1, 1 parata ... -e scribendi cogitandique et ex tempore ... orandi). FRONTO p. 150, 19 N. nonne omnis oratorum copias sectabare: refutandi sollertiam, augendi -em? APVL. met. 11, 3 si ... mihi disserendi tribuerit -em paupertas oris humani. *genet. gerundivi vel gerundii c. obi. coniuncti*: QVINT. inst. 4, 1, 61 continuandi verba -e destitui. PLIN. epist. 7, 9, 2 imitatione optimorum similia inveniendi -s paratur. PS. APVL. Ascl. 7 deum rogamus tribuat nobis -em reddendae rationis istius. PANEG. 10, 30 sermonis ... figurandi.
β genet obi. subst.: RHET. Her. 4, 44, 58 *per expolitionem* exercemur ad elocutionis -em. CIC. de orat. 1, 62 *Asclepiades* -e utebatur non eloquentiae. 1, 76 orationis (off. 1, 1 epist. 9, 18, 3). QVINT. inst. 6, 3, 2 Demostheni -em defuisse huius rei (*sc. risus iudicis movendi*). FRONTO p. 107, 4 N. sermonis. MART. CAP. 5, 503 patheticae dictionis.

c *praepositiones c. gerund. iunctae*: ad: CIC. div. in Caec. 16 uniuscuiusque temporis, valetudinis, -is ad agendum ducta ratio est (Manil. 2). Brut. 245 plus -is habuit ad dicendum quam voluntatis.
in *c. abl.*: CIC. Balb. 2 quae fuerit ... in dicendo -s (Phil. 10, 5? Brut. 101 TAC. dial. 7 PLIN. epist. 3, 9, 21 SVET. Tit. 8). EVSTATH. Bas. hex. 3, 7 p. 898^A in loquendo.

d *add. inf.*: CIC. Mur. 24 gravis ... illa est et plena dignitatis dicendi -s ... posse ... mentes permovere.

D *inde fere i. q.* ***lingua, sermo, oratio***: MART. CAP. 4, 333 Iuppiter ... quidquid nosset illa (*Dialectica*) Latiari promere praecepit -e. 6, 587 *Archimedes et Euclides* Helladica tantummodo -e, nihil effantes Latiariter, atticissant.

III ***metonymice: opes, possessiones, divitiae*** (GLOSS. περιουσία. copia. abundantia. -es οὐσία, εὐπορίαι. περιουσίαι. opes, copiae, patrimonium): **A** ***pluralis***: **1** *absolute*: CIC. inv. 2, 112 ratio ... praemii ... est ... distributa in beneficia, in hominem, in praemii genus, in -es (*cf.* 2, 115 -es ... considerantur, cum aliquod pecuniarum praemium postulatur). 2, 115 -es augere (off. 3, 22 epist. 7, 11, 3 CALL. dig. 50, 6, 6, 12), non minuere (MACR. sat. 2, 4, 25). Quinct. 2 *Quinctio* tenues opes, nullae -es ... sunt. Verr. 3, 83 *Sthenius compararat* tabulas pictas ... prout Thermitani hominis -es ferebant. 3, 135 -es *perspicere* solebat *Verres*. 4, 199 cum aratori aliquid imponitur, non hominis si quae sunt praeterea -es, sed arationis ipsius vis ac ratio consideranda est. Phil. 7, 24 vicinos ... -bus suis sublevavit *Visidius* (BELL. Alex. 43, 1). part. 7 comparantur *-es* (CAES. Gall. 1, 18, 4). Lael. 55 cum plurimum copiis -bus opibus possint. off. 1, 22 -bus devincire hominum ... societatem. 1, 42 ne maior sit benignitas quam -es (1, 44). 2, 9 duae *rationes* ad ... -es pertinerent. 2, 15 ut ... mutandis ... -bus et commodis nulla re egeremus (*sic codd. cf.* 1, 22; mutuandisque -bus et commodandis *Nonius p. 275, 15*). 2, 55 modus referatur ad -es. 2, 56 (55) *liberales* suis -bus ... captos a praedonibus redimunt. 2, 58 faciundum est ... pro -bus. 2, 60 ratio ... largitionum ad -es accommodanda. 3, 63 singulorum ... -es et copiae divitiae sunt civitatis. Att. 1, 13, 6 amicorum -bus in emendo ad dignitatem aliquam pervenire. 3, 20, 2 -es tuas ad meam salutem polliceris. 4, 1, 3 tuarumque non tam -um ... indigemus. 4, 3, 6 Q. fratris ... liberalitate pro -bus nostris ... subsidiis amicorum respondimus. 11, 13, 4 si quas habuimus -es (CAES. Gall. 2, 1, 4 CALL. dig. 50, 2, 12 MOD. dig. 48, 3, 14, 7 HERMOG. dig. 26, 5, 27 pr. LAMPR. Heliog. 31, 3 FIRM. math. 3, 10, 6 AVG. civ. 1, 10 p. 18), eas Pompeio ... detulimus. 11, 2, 2 miseram tueare ... tuis -bus. 12, 22, 3 omnibus ... -bus enitendum mihi est. 12, 40, 4 vincemus -es Othonis nostra cupiditate. 12, 43, 2 maior ... res est quam -es nostrae. 13, 21, 7 probo hominem domum -es. epist. 13, 11, 1 omnesque -es *Arpinatium* ... consistunt in eis vectigalibus ... in provincia Gallia. ad Q. fr. 1, 3, 7 *me* tuae -es sustineant. 2, 6, 1 non ... mihi occurrunt -es, quibus uti te posse videam, praeter illas, quas senatus decrevit. 3, 8, 6 ludos apparat ... stulte bis terque ... quia -es non erant. PLANC. Cic. epist. 10, 8, 3 ad auxilium patriae ... cum -bus accederemus. CAES. Gall. 6, 1, 3 tantas videri Italiae -es, ut (PORPH. Hor. carm. 4, 8, 1). 7, 17, 2 non magnis -bus, quod civitas erat exigua et infirma, celeriter quod habuerunt, consumpserunt. civ. 1, 78, 2 auxiliarium erant ... -es ad parandum (*sc. frumentarium*, prandium *codd.*) exiguae. 3, 80, 1. NEP. Epam. 3, 4 amicorum in se tuendo caruit -bus *Epaminondas*. *ibid.* quantum quisque daret pro -bus imperabat. Hann. 6, 2 exhaustis patriae -bus (PS. QVINT. decl. 15, 2 ORIGO Const. 6, 30 CANON. Migne 56, 897). Att. 8, 4 si quid Brutus de suis -bus uti voluisset. LIV. 7, 21, 8 nomina ... impeditiora inertia debitorum quam -bus. 22, 1, 18 pecuniam pro -bus conferrent. 28, 45, 14 pro suis quisque -bus consulem adiuturos. 38, 37, 4 pro suis quaeque *gens* -bus. 42, 53, 3. VELL. 2, 82, 4 vitia -bus ... aluntur. VAL. MAX. 4, 5 pr. ut viri privatas -es neglegerent. ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 40 ut publice notae sint -es. SEN. benef. 1, 1, 3 non opus est ad liberandam fidem -bus. 2, 8, 1 multa pro suis quisque -bus offerrent. 2, 15, 3 respiciendae sunt cuique -es suae viresque. COLVM. 9, 1, 2 modus silvae pro cuiusque -bus occupatur. 12 praef. 2 ut aliquas -es acquireremus. PETRON. 112 quidquid boni per -es poterat coemebat. QVINT. decl. 260 p. 69, 8 non sunt isti *cives* onerosi [isti] -bus meis. PS. QVINT. decl. 5, 4 cunctas -es in pretia collegi. 9, 2 quantulum est ... -bus divitis? 15, 9 -es in lupanari effudit. *ibid.* non opes ... tibi, non -es defuerunt. TAC. dial. 8 -bus refertas domos. PLIN. epist. 1, 19, 2 ad implendas equestres -es. 3, 19, 9 disponendis -bus. 6, 32, 2 te ... modicum -bus scio. 7, 18, 5 diligentius muneri suo consulere quam -bus. 7, 22, 1 abundat -bus (PS. HIL. libell. 10 AVG. serm. ed. Mai 107, 4). 8, 6, 7 -es adiuvare (*bis*). 10, 110, 2 prope totas -es erogasse (GENNAD. dogm. 71). paneg. 43 *regum* munera ... privatis -bus velut hausta et multiplicata. SVET. Galba 3 attritis -bus. CELS. dig. 23, 3, 60 modus ex -bus ... statuendus est. GAIVS inst. 2, 154 qui -es suas suspectas habet. dig. 4, 3, 8 *procuratorem* -bus labi (VLP. dig. 26, 7, 9, 1. 27, 8, 1, 11 HERMOG. dig. 50, 2, 8). 40, 9, 10 de -bus suis ... sperant homines. PAPIN. dig. 16, 3, 8 *privilegium exercetur* in omnibus fraudatoris -bus. 27, 9, 13, 1 si ex ceteris eius -bus aes alienum solvi non poterit. 28, 6, 41, 3 nec fideicommisso propriae -es filii tenebuntur. CALL. dig. 50, 4, 14, 3 -es ... an sufficere iniuncto muneri possint. VLP. dig. 17, 2, 5, 1 qui non sunt aequis -bus. 27, 8, 1, 9 excussis -bus. 33, 1, 3, 2 ut pro -bus defuncti ... *pensiones* debeantur. 42, 5, 31, 1 siquidem tutorem non -es, sed fraudulenta ... conversatio suspectum commendat, heredem vero solae -es. PAVL. dig. 31, 87, 4 Lucius Titius ... in unum filium Gaium Seium amplissimas -es donationibus contulit. MOD. dig. 42, 3, 7 si tales -es acquisitae sunt debitori, quibus praetor moveri possit. APVL. apol. 19 qui ... dissimulatis -bus agunt. 20 congruentibus desideriis et -bus. 71 omnes illi fratrique divitiarum spes in -bus matris sitae erant. Plat. 2, 28 cum inops multitudo viribus obtinuerit adversus divitum -es. ITALA (codd. a b c δ e ff ff² l q r) *et* VVLG. Luc. 8, 3 *mulieres* ministrabant ei (illi; *sc. Christo*) de -bus suis (cod. d: de substantia sua; ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς). MIN. FEL. 16, 5 divites -bus suis illigatos. 36, 7 -es, si utiles putaremus, a deo posceremus. TERT. adv. Marc. 2, 20 p. 363 -bus ... satisfaciendum. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 24/25 cum inferior -bus virtute debeat compensare fortunam. 2, 2, 151/152 copias -esque sectaris? PANEG. 10, 38 (*metonymice*) securae -es ambitione sui gaudent. LAMPR. Heliog. 31, 3 -es a multis dimissas. FIRM. math. 3, 7, 5 qui -es regias sua dispositione sustentent (5, 1, 3). 3, 7, 17 qui casu inveniant -es. 3, 12, 4 vespertinus *Mercurius* in hoc

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

loco cum Venere ... inventus magnas decernit -es (3, 12, 7. 4, 12, 2). 4, 5 miseris -bus ... prostratos. 4, 24, 6 paternas dilapidabit -es. HIL. in Matth. 13, 7 omnes saeculi vendendae sunt -es. PS. HIL. libell. 9 distribuant -es (VVLG. I Cor. 13, 3). GAVDENT. serm. 18 -bus abuti commissis aut in expensas usurpare superfluas. PRISCILL. tract. 2, 43 contemptis parentibus liberis -bus (HIER. epist. 45, 4, 1. 52, 16, 2). VVLG. III Esdr. 9,4 tollerentur -es suae (RVFIN. hist. 2,11,2 [τὰς κτήσεις]). HIER. epist. 21,10,1 a patre acceperat -es *filius*. 21, 13, 2 perditas -es (121, 6). RVFIN. hist. 2,10,3 -bus praediti (τῶν ... ἐν τέλει). 2, 17, 5 renuntient cunctis -bus suis (τῆς οὐσίας). 3, 6, 21 genere et -bus nobilis (διὰ γένος καὶ πλοῦτον ἐπίσημος). 3, 6, 22 reliquas -es (κτῆσιν), quas domo in urbem convexerat, tyranni invasere. Adamant. 1, 10 quoniam ... -bus nudarentur. Greg. Naz. orat. 5, 16 p. 186, 12 -bus defraudabunt *nos*. AVG. op. monach. 25, 32 exemplum derelinquendi pristinas -es. MACR. sat. 3, 17, 11 qui parvis essent -bus. COD. Theod. 9, 8, 1 (*a. 326?*) universae eius -es fisci viribus vindicentur (9, 23, 1, 1. 9, 42, 15). 9, 42, 5 (*a. 362*) proscriptorum -es occultant. 5, 15, 21 (*a. 368—370*) ademptis -bus. 3, 17, 3, 1 (*a. 389*) quibus *personis* neque testamentarii defensores neque legitimi ... -bus suppetunt. 3, 17, 4, 3 (*a. 390*) *tutor* administrandis -bus idoneus. 3, 12, 3 (*a. 396*) proprias teneat -es. 9, 42, 15 (*a. 396*) occupatas ... recipiat -es. 5, 3, 1 (*a. 434*) exceptis his -bus quas ... relinquunt (CORP. V 4122, 7). 3, 30, 6 interpr. si minores eius *pupilli* -es sunt, ut non sit patrimonium illis. PETR. CHRYS. serm. 121 p. 531B recondere. SALV. eccl. 1, 14 filii -es paternas sumunt. SEDVL. op. pasch. 3, 10 p. 240 *mulier* -bus vacuata. CASSIOD. var. 1, 1, 1 *tranquillitas* -es protendit. 2, 2, 6 tantum opinionis acquiritur, quantum -bus abrogatur. COD. Iust. 12, 21 (22), 8, 1 in provinciis immobiles possident -es. CAES. AREL. epist. de hum. 1 -es ... domino obtulistis. CORP. VI 29706, 6 balneas de -bus propriis pri⟨vatis⟩ ... rest⟨itue⟩runt.

genetivus pendens ex substantivis et pronominibus: CIC. off. 1, 29 conferunt in eam *vitae societatem* ... nihil -um. epist. 5, 20, 8 pro ... spe -um. COLVM. 1 praef. 12 mediarum -um dominus. 1, 4, 8 pro portione -um. QVINT. decl. 261 p. 71 magnitudo. 301 p. 185 vires. 332 p. 307 angustias. 333 p. 312 rationem. PS. QVINT. decl. 15, 13 felicitas. PLIN. epist. 10, 4, 5 splendor. CELS. dig. 31, 30 mediocritate. PAPIN. dig. 23, 3, 69, 4 modo (VLP. dig. 27, 2, 2, 1 PAVL. sent. 2, 32, 1). CALL. dig. 50, 6, 6, 8 incremento (FIRM. math. 4, 14, 6. 4, 21, 7. 5, 1, 7). TRYPH. dig. 26, 3, 8 deminutio. VLP. dig. 36, 3, 1, 1 heres (CORP. V 6244, 8). PAVL. dig. 32, 78, 1 maximam partem. COD. Theod. 9, 42, 9 pr. (*a. 280*) successio. FIRM. math. 3, 12, 10 subsidia (4, 13, 9. 5, 4, 8. 17. 5, 6, 1. 6, 3, 14). 3, 9, 7 desideriis. 3, 12, 14 sollicitudinem. 4, 14, 17 augmenta (5, 3, 42). HIL. in psalm. 118 nun 12 copiae. PS. HIL. libell. 10 compedibus. GAVDENT. serm. 18 p. 973 dispensationem. AMBR. epist. 18, 12 cupiditates. ZACCH. 3, 2 onera. COD. Theod. 3, 8, 2 pr. (*a. 382*) compensationibus. 9, 29, 2 (*a. 383 vel 391*) dispendio (CASSIOD. var. 3, 19, 2 LEX Burg. lib. const. 52, 5). CANON. Migne 56, 762 ablationem (56, 828). VAL. CEM. hom. 8, 2 erogatio. 12, 7 damna. 13, 7 partem. 20, 4 pompa. SIDON. epist. 4, 1, 1 lite. *nota abundantiam*: TAC. dial. 8 substantia -um (FIRM. math. 3, 11, 13 fortunae ac -um ... substantias. 4, 12, 8 PAVL. NOL. carm. 5, 64). FIRM. math. 3, 6, 32 divitias. EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 911 opibus.

2 *additur genetiv. rei* (*saepius abundanter*): CIC. Phil. 2, 46 redimeret *pater* adulescentem ... rei familiaris -bus. off. 1, 9 ad -es rerum atque copias ... conducat id necne. QVINT. inst. 6 pr. 16 -es patrimonii nostri ... aliis relinquemus (IAVOL. dig. 38, 2, 36 FIRM. math. 3, 4, 7. 22 patrimoniorum). FIRM. 3, 12, 8 in sexto loco ab horoscopo Mercurius cum Venere pariter inventus ... decernit substantiae -es (4, 9, 7. 4, 19, 29. 4, 24, 6. 6, 9, 5. 6, 24, 1. *cf. supra l. 49 sqq.*).

B ***singularis***: 1 *absolute*: RHET. Her. 4, 15, 22 bonorum insidiatores ... tantamne ... vestris calumniis assumpsistis -em? CIC. Tusc. 1, 108 pro sua quisque -e parat, a quibus *canibus* lanietur. off. 1, 52 ut -s sit, qua in nostros simus liberales. LIV. 26, 50, 9 quoniam sibi *ad gratiam Scipioni referendam* nequaquam satis -s ... esset. SEN. benef. 3, 2, 2 ad reddendum gratia et virtute opus est et tempore et -e. SVET. Aug. 15 -e L. Antoni ducis praebita *adversariis*. 29 ut pro -e quisque monimentis ... urbem adornarent. 57 pro -e quisque pecunias contulerunt. Tit. 8 opitulando *in adversis* quatenus suppeteret -s. APVL. Plat. 2, 4 lascivia ... prodigit -em. ITALA deut. 7, 16 (Lugd.) comedes (HIER. epist. 21, 36) omnem -em gentium (σκῦλα, VVLG. omnes populos). FILASTR. 128, 3 *homo constitutus* in -e ac potentia. VIGIL. TRID. ad Ioh. 3 fide ditior quam -e. GAVDENT. serm. 18 p. 177B dissipat ... diabolus -em domini sui. ANON. Vales. 12, 62 'quae est -s tua, mulier?' quae respondit 'usque ad mille solidos'. PROB. Verg. ecl. praef. p. 323 Vergilius ... tenui -e nutritus. VVLG. gen. 31, 1 Iacob de illius -e ditatus. Tob. 1, 25 -s ... restituta. AVG. in psalm. 51 eges -e (CHROMAT. in Matth. 3, 2). civ. 1, 10 p. 18 in divitiis cupiditatem reprehendit *dominus*, non -em. PARIS 4, 4, 1 *Poplicola* exiguae fuit -is. COD. Theod. 5, 7, 2, 4 (*a. 408/409*) -em ... fisci viribus addicendam. CASSIAN. inst. 4, 5 nudatur quisque ... omni pristina -e (conl. 21, 9, 7). 4, 27, 1 -*em* renuntians abiecerat. 7, 25, 1 *Annanias et Sapphira* sibi quippiam de sua -e servaverant. conl. 24, 26, 3 fratrum dirimit -em contentiosa divisio. VAL. CEM. hom. 7, 6 cuius -s ... tenuis est. 20, 6 sub ... vitio -s et acquiritur et laceratur. SALV. gub. 5, 28 maior est miserorum sarcina quam -s. 5, 44 extorres -is. eccl. 2, 16 habendae (LEX Burg. lib. const. 74, 1. 100) vel consectandae -is. 2, 29 cum sua ad deum -e migrare. FAVST. REI. serm. 7 p. 249 si quis ... aliquid de -e nostra ac proprietate rapuisset. ALC. AVIT. hom. 8, 1 mundi est -s, quam tuam, communis est, quam propriam putas. *ibid.* quomodo potest nostra esse -s caduca atque terrena, si non pascat egenum, cum possit pascere vinolentum. DRAC. satisf. 177 sponte -em *hostium* redhibens *Caesar*. CASSIOD. var. 1, 16, 1 regnantis ... -s tunc fit ditior, cum remittit et acquirit nobiles thesauros famae. 2, 2, 4 in tanta -e meruisti ad quod vix eversis patrimoniis pervenitur. 3, 17, 4 quantum *quis* et moribus probis et luculenta -e reluxerit. GREG. TVR. Franc. 2, 23 omnem -em ecclesiae inhians *presbyter*. INST. Iust. 1, 20, 5 si -s pupilli vel adulti usque ad quingentos solidos valeat. LEX Burg. lib. const. praef. 6 ut -em eius ... culpa non auferat. 47, 3 -em filii ... vindicabunt (COD. Theod. 2, 22, 1 interpr.). 51, 1 -em suam ... ad alias transtulisse personas. 54, 2 relictae -is divisio. 59. 85, 2 qualiter ... -s proficit. 102, 3 -s ipsius fisco nostro tradatur. Rom. 7, 1 -em suam obliget. 36, 3 -em suam gubernare. LEX Sal. 46 de -em quantum ei creditum est in potestatem suam habere. 58 totam -em data. VISIO Pauli 18 p. 20 substollere -em. CAES. AREL. reg. mon. 1 de -e sua chartas venditionis faciat. CORP. XII 2346 *tutor me* ad aliquam -em perduxit. V 4018, 5 pro meritis parum, pro -e satis. *genetivus pendens a substantivis*: COMM. instr. 2, 18, 17 *ut* in plebe dei -is dona demonstres. ARNOB. nat. 2, 50 vitia. CASSIAN. conl. 24, 24, 2 vinculis. VAL. CEM. hom. 7, 4 exiguitatem. SALV. gub. 1, 12 contemptum. RVRIC. epist. 2, 60 p. 439 dispendio. CASSIOD. var. 1, 2, 6 cura. 3, 37, 1 partem (GREG. TVR. Franc. 4, 24 LEX Burg. lib. const. 62, 1. *cf.* 75, 1 portionem). GREG. TVR. Franc. 4, 14 medietatem (LEX Burg. Rom. 2, 5). *ibid.* omne corpus. GREG. M. moral. 19, 23 occupatio. epist. 4, 11 munitionem -is pauperum. *nota abundantiam*: FIRM. math. 3, 7, 6 quibus regiae -is substantia ... credatur (5, 1, 16. 26 SALV. eccl. 3, 2, 9).

2 *c. genet. rei* (*saepius abundanter*): CIC. off. 2, 1 *officiorum genera* pertinent ... ad earum rerum, quibus utuntur homines, -em. LVCAN. 4, 817 opum metuenda -s (DICT. 1, 17). CARM. epigr. 1552 A 17 haec est fortunae melius laudanda -s. PAVL. dig. 3, 3, 73 pecuniae. 26, 7, 12, 3 patrimonii (FIRM. math. 4, 19, 9 EXVP. 2 SIDON. epist. 2, 4, 1). FIRM. math. 3, 7, 8 qui providentia sua maximam faciant substantiae -em (3, 14, 9. 4, 12, 5. 5, 1, 7. 12. 13. 5, 3, 5 *al.*). ALC. AVIT. hom. 21 par est decrescat -s virium crescente materia gaudiorum. *nota lusum*: RVRIC. epist. 1, 2 p. 354 maior fuit ... patri -s reditus *filii perditi* quam rerum -s.

f(a)eniseca, -ae *m.* [*cf. c.* faenisex. *Th.*]. *i. q. servus qui faenum secat*: COLVM. 2, 17, 5 tum (*cum vicia permaturuerit*) -as oportet inducere et desectam herbam religare et exportare. PERS. 6, 40 -ae crasso vitiarunt unguine pultes. *fort. huc pertinet* COLVM. 2, 17, 4 necubi ferramentum -is (*codd. S A* fenisepes) possit offendere *grumus* (*cf. infra l. 42 sq.*).

faenisecium *v.* faenisicium. **faenisecta** *v. infra l. 53.*

?**faenisector,** -ōris *m.* [*a* faeni sector. *Th.*]. *i. qui faenum secat*: COLVM. 11, 1, 12 et orator reperiatur aliquis bonus et optimus fossor aut -r. GLOSS. III 491, 22 -r: χορτοκόπος. *an leg.* faeni sector?

faenisex, -secis (-sicis) *m.* [*a* faenum *et* secare. *Th.*]. *legitur dat. sing.* faenisecei: SENT. Minuc. (Corp. I² 584) 37. *cf. infra l. 78.* *i. qui faenum secat*: SENT. Minuc. (Corp. I² 584) 37 prata quae fuerunt proxuma -ei (*i. matura*) L. Caecilio Q. Mucio cós. in agro poplico . . . ea prata . . . niquis sicet nive pascat nive fruatur (proxumā -ei *pro abl. temp., i. 'proximo faenisicio' interpretatus est Skutsch*). VARRO rust. 1, 49, 2 sicilianda *sunt* prata id est falcibus consectanda quae -es praeterierunt ac quasi herba tuberosum reliquerunt campum (PLIN. nat. 18, 259 siciliri *prata*, hoc est quae -es praeterierunt secari). PLIN. nat. 18, 261 cornu propter oleum ad crus ligato -x incedebat. 18, 262 Italus -x (faenusex *E*) dextra una manu secat. *cf. etiam* COLVM. 2, 17, 4 (*v. supra l. 26*).

deriv.: faeniseca, faenisicia. faenisicium.

faenisicia, -ae *f.* [*a* faenisex. *Th.*]. *de* faen-: VARRO ling. 7, 96 in pluribus verbis a ante e alii ponunt, alii non: sic faenisicia (*cf. p. 166, 2 sqq.*). *i. q. faenum sectum*: CATO agr. ind. cap. 62 de -a. VARRO rust. 1, 47, 1 herba in pratis ad spem -ae nata. 1, 49, 1 *herbam* eradi atque addere -ae cumulum. 1, 56 -ae conduntur melius sub tecto quam in acervis. [*it.* seccia. *M.-L.*]

faenisicium, -ī *n.* [*cf. c.* faenisex, faenisicia. *Th.*]. *scribitur in codd. etiam* faenisecium. 1 *i. q. messis faeni*: VARRO ling. 5, 136 homo in pratis per -a (faenisecta *codd.*) eo (*rastello*) festucas corradit. rust. 1, 17, 2 vindemias ac -a administrant. 2, 11, 7 oves hirsutas tondent circiter hordeaceam messem, in aliis locis ante -a. ind. capit. p. 6, 2 de -o et sicilitione pratorum. COLVM. 2, 17, 6 minora pecora post -a permittemus admitti. 2, 18, 3 iam -a sequitur cura messis. 11, 2, 40 per hos dies . . . -a instituenda. PLIN. nat. 18, 258 nec pasci ante secunda -a. MENOL. Colot. Iun. (Corp. I² p. 280) -um. MENOL. Vall. Iun. (Corp. I² p. 280) faenisic(ium). ARNOB. in psalm. 67 p. 418ᴮ si super -um fuerunt nigri . . . quasi nix dealbati sunt . . . in loco purificationis. 2 *i. q. faenisicia, faenum sectum*: VARRO rust. 3, 2, 6 nec . . . -a vidit villa arida in tabulato nec vindemiam in cella neque in granario messim. *adde* GLOSS. II 579, 51 feni⟨si⟩cium: acervum feni, hrec (*anglosax. i. q. 'acervus' sc. faeni*). 3 *i. q. locus ubi faenum secatur, pratum*: GLOSS. II 478, 6 χορτοκόπιον.

faenograecum *v. p. 168, 42.*

faenōsus, -a, -um *a* faenum. *i. q. faeno similis*: DIOSC. 4, 65 *psyllii* frutex -a est.

faenuculum (-us) *v. p. 164, 9 sqq.* **faenugraecum** *v. p. 168, 41.*

×**f(a)enum,** -ī *n.* [*orig. inc. segregandum esse videtur a* festuca, *siquidem genuina est* ae *dipthongus. Th.*]. PAVL. FEST. p. 86 -um quoque pratorum ab hac causa (*i. a fetu*) est appellatum, quando id ipsum manens quotannis novum parit. unde etiam et festuca vocata est. ISID. orig. 17, 9, 107 -um dictum, quod ab eo flamma nutritur; φῶς enim flamma est. *formae: scribitur in codicibus vel* faen- *vel* foen- *vel* fen-; *scripturam genuinam esse* faen- *apparet ex* faenisecei *in inscr. a. 117 a. Chr. (supra l. 33). sic legimus*: CORP. IV 4000 -um n(ummos) XVI. EDICT. imp. Diocl. 1, 18. 27. CORP. IX 2689, 5 (*Aeserniae*) -um mulo a(sses) II. *cf. etiam p. 166, 26 et* DIOSC. 2, 102 W. φαίνον⟨μ⟩ γραίκονμ. *contra legitur* fenum: CORP. VIII 4322 morantes ad -um se⟨candum⟩. GRAMM. suppl. p. 293, 11 -um per e solum scribendum, foenus vero per oe. *eandem formam voluisse videtur* PAVL. FEST. *p. 165, 73. vocabula romanica a* fēnum *derivanda esse demonstravit Gröber, Archiv 2 (1885) 284.* *nota in verbis derivatis*: faenarius *saepius in inscr. et papyris* (fen- *nonnisi semel*), *item* faenisicium (*p. 165, 59. 60*), *quamquam inter* faen- *et* fen- *haesitavit iam* VARRO (*p. 165, 46*). *scripturam* foenum *evincere videtur* ISID. *p. 165, 76 sq.* *de numero*: CHAR. gramm. I 32, 10 (EXC. Bob. gramm. I 548, 14) neutra semper singularia . . . -um. PHOC. gramm. V 427, 27 in plurali numero deficiunt . . . generis neutri . . . -um. GRAMM. suppl. 43, 27 nomen neutrum quod singularem numerum habet et pluralem non habet . . . -um. 85, 3. GLOSS. II 478, 8 singulariter tantum declinabitur et neutrum est. *at legitur pluralis*: OV. ars 3, 573 ignibus . . . lentis uretur, ut umida -a. APVL. met. 3, 29 in asini faciem -a rodebam. VVLG. prov. 27, 25 collecta sunt -a (χόρτον) de montibus. CASSIOD. in psalm. 101, 5 tamquam viridia -a vegetamur. 128, 6 solent aedificia . . . in cacuminibus suis caduca -a producere. *legitur masc.* faenus, -ī: ITALA Marc. 6, 39 (codd. a b d ff² i) discumberent . . . super (supra) viridem -um. (*at neutr.* codd. c δ f q *et* VVLG.). GLOSS. III 560, 56. *v. etiam infra l. 26 et p. 168, 45.*

de notione: VARRO frg. Char. gramm. I 130, 34 fros (*i. frons*): -um messis. ISID. diff. 1, 255 -um palea, fenus lucrum est. GLOSS. χόρτος. II 559, 15 χόρτος: -um, masculinum (*cf.* III 491, 24 -i venditor: χορτόπωλος). 553, 53 ἄγρωστις. III 545, 3 cleomatis, aristolochia (*trad.* aristolotia), -um. V 483, 30 (515, 34) spida horrida: chortos velut -um. *in bibliorum textu graeco* χόρτος *ubique fere respondit.* *legitur inde a* CATONE. [*val.* fîn, *it.* fieno, *francog.* foin, *hisp.* heno. *M.-L.*]. [*loc. dub.*: CORP. IV 1239 FASHVS alatus VIII idus octo(bres) *eqs., ubi Mommsen et Zangemeister* faselus, *Ruggiero, Diz. epigr. III 50* faen(um) a(l)latu(m).]

1 *i. q. herba graminea vel viridis vel saepius siccata*: CIC. Att. 5, 16, 3 nos -um, quod de lege Iulia dari solet, non accipere (TREB. Claud. 14, 3 huic *tribuno* salarium dabis annuos frumenti modios . . . -i, paleae quantum satis est). PROP. 4, 2, 25 (*de Vertumno*) torto frontem mihi comprime -o (OV. met. 14, 645 tempora saepe gerens -o religata recenti). OV. fast. 3, 115 *signa militaria* quidem -o *erant*, sed erat reverentia -o. 4, 705 captivam *vulpem* stipula -oque involvit et ignes admovet. ASCON. Corn. 1, 3 p. 50 St. simulacra effigie hominum ex -o fieri solebant, quibus . . . tauri irritarentur. PLIN. nat. 2, 211 in Crustumino *agro* natum -um ibi noxium, extra salubre est. 18, 364 praesagia aeris *sunt* . . . porci alienos sibi manipulos -i lacerantis. 27, 108 odontitis inter -i genera est. 36, 108 cavis . . . vehem -i large onustam transmitteret *Cloaca maxima.* 1, 18, 67. SCAEV. dig. 32, 93, 4 -um, pabulum, palea . . . legata essent. VLP. dig. 33, 7, 12, 10 -um, stipulam . . . instrumenti esse. ITALA gen. 1, 11 (Tert. adv. Hermog. 22. 29. Ambr. hex. 1, 4, 13) fructicet (germinet) terra herbam -i (βοτάνην χόρτου, VVLG. herbam virentem. *cf.* TERT. adv. Hermog. 29 ex illa *materia* etiam -i herbam . . . usui meo famulem). ITALA gen. 1, 29 (Tert. ieiun. 4) dedi vobis omne -um sementivum (ITALA Filastr. 84, 5 omnia edere sicut -um; χόρτον σπόριμον, VVLG. herbam afferentem semen). gen. 2, 5 (Aug. gen. ad litt. 5, 1 p. 137, 3) fecit deus . . . omne viride agri . . . et omne -um (VVLG. herbam) agri. 3, 18 (Aug. gen. ad litt. 11, 1 p. 334, 5) edes -um agri (VVLG. herbam terrae). 9, 3 (Tert. ieiun. 4 Lucif. Athan. 1, 2) velut (sicut) holera -i (λάχανα χόρτου, VVLG. holera virentia) dedi vobis universa (omnia). ITALA *ibid.* (Tert. anim. 38) dedi vobis omnia in escam tamquam holera -i. *cf.* Iob 40, 10 (Priscill. tract. 1, 12) sicut bos factus -um manducat (HIER. interpr.: -um sicut boves edunt, VVLG quasi bos comedet. VVLG. Dan. 4, 22 -um ut bos comedes). VVLG. II Macc. 5, 27 -i cibo vescentes demorabantur *in montibus.* RVFIN. hist. 3, 6, 19 nonnulli et -i (χόρτου) veteris festucas edebant. ITALA deut. 32, 2 (Lugd.) sicut imber super gramen et sicut nix super -um (VVLG. *aliter*). psalm. 36, 2 (Veron. Psalt. Rom. VVLG.) quoniam tam(quam) -um cito (velociter) arescent (*cf.* 101, 5 [Veron.] percussum est sicut -um [PSALT. Rom. *et* VVLG. percussus sum (sic-) ut -um] et aruit cor meum. 101, 12 [Veron. Psalt. Rom. VVLG.] ego velut (sicut) -um arui. 102, 15 [Veron. Psalt. Rom. VVLG.] homo velut (sicut) -um dies eius [CASSIOD. *ad l.* quod summa hilaritate pullulat, sed celerrima velocitate desiccatur. *ibid.* -um est, quod pluviis velociter in auras caput erigit, sed in ardoribus colla deponit]. 128, 6 [Veron. Psalt. Rom. VVLG.] fiant sicut -um tectorum quod priusquam evellatur (ex)aruit [*cf.* HIL. in psalm. 128, 10 nullum . . . aedificiorum -um est; est agri eiusdemque fructuosissimi. PROSP. *ad l.* amatores mundi -o, quod super tecta et super parietes nascitur, comparantur]. VVLG. IV reg. 19, 26 confusi sunt, facti sunt velut -um agri et virens herba . . . quae arefacta est). ITALA Is. 10, 17 (Tycon. 4 p. 48, 15) manducabit *ignis* quasi -um silvam (VVLG. spina . . . et vepres). 40, 6 (Tert. adv. Val. 32 p. 207, 13 Cypr. testim. 3, 58 Priscill. tract. 7, 115. 9, 122 Hier. epist. 60, 13, 1 *al.* VVLG.) omnis caro -um et omnis claritas (gloria) eius (*hominis*) ut flos -i (VVLG. agri. *cf.* TERT. resurr. 59 p. 120, 5 demere -um carnis immundae. EVCHER. form. 3 p. 17, 5 -um: caro vel vana gloria. GREG. M. in euang. 8, 1 -um nostrum vertit in frumentum). ITALA Matth. 6, 30 (codd. a b c δ f ff¹ g¹ k VVLG.) -um agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur (missum. cod. g¹ in ignem mittetur). *cf.* AVG. epist. 27, 6 aetas eius in viridi -o est. PROSP. carm. de ingrat. 965 non spes *est* in -i flore caduco. epigr. 49, 5 -i breviter florentis.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 911^B cum videris herbam -i vel florem mox te ad humanae naturae convertas imaginem. ITALA Is. 44, 4 (Hil. in psalm. 136, 7) exorientur . . . tamquam in medio aquae -um (VVLG. salices). SYMPH. 163. TREB. trig. tyr. 18, 9 multum . . . ex campis -i colligitur. VEG. mil. 2, 19 fascicularia . . . id est lignum, -um *eqs.* ITALA psalm. 91, 8 (Veron. Psalt. Rom. VVLG.) cum exorientur (exorti fuerint) peccatores sicut -um. 104, 35 (Veron. Psalt. Rom. VVLG.) comedit *locusta* omne -um terrae (in terra) eorum (PROSP. in psalm. 104, 34 etiam -um fructus est, sicut loqui scriptura consuevit, quae etiam segetes frugum -um appellat. *cf.* ITALA [Primas., codd. gh, VVLG.] apoc. 9, 4 ne (ut non) laederent (nocerent) *locustae* -um terrae). Matth. 14, 19 (codd. a b c d δ f ff¹ ff² g¹ k, VVLG.) discumbere super (supra) -um (*cf.* ITALA Marc. 6, 39 *p. 166, 17*). I Cor. 3, 12 (cod. d, VVLG.) si quis ... superaedificat super fundamentum hoc aurum ... ligna, -um, stipulam (HIER. epist. 49, 2, 5 AVG. civ. 21, 21 in psalm. 80, 21). VVLG. Is. 40, 7 exsiccatum est -um et cecidit flos ...; vere -um est populus (HIL. in Matth. 5, 12 sub -i nomine nuncupatas esse a deo gentes crebro invenimus). Am. 2, 13 stridet plaustrum onustum -o. Zach. 12, 6 ponam duces Iuda ... sicut facem ignis in -o. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 3 -um indignationis et stipula verborum consumantur (ORIG. in Matth. 18, 20 sicut -um carnalia eorum acta ignis comedet). AVG. civ. 10, 17 *pulchritudines* in herbis etiam -oque gignuntur. SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4 -i in ea *parte prati* fructus exuberat. EVSTATH. Bas. hex. 5, 5 p. 914^C omne . . . -um et omne genus olitorium. 9, 1 p. 956^C cum audiero -um, hoc intellego quod dictum est. MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 403 palearum vel -i. LEX Visig. 8, 3, 12 *si* postmodum ad secandum non possit herba succrescere ... -um reddatur a domino. PASS. Theclae epit. IV 1 p. 151, 3 attulerunt ligna et -um ut Thecla arderet. ACT. Archel. 10, 2.

in proverbiis: CIC. de orat. 2, 234 quem *oratorem* cum Catulus nuper audisset, -um alios aiebat esse (*edere*) oportere (*v. Otto, Sprichwörter p. 133*). HOR. sat. 1, 4, 34 -um habet in cornu, longe fuge (HIER. epist. 50, 5, 2 de nobis quoque dici potest '-um *eqs.*' PORPH. *ad l.* Romae ... videmus hodieque -um velut ansulam factum in cornulo bovi poni, quo signum datur transeuntibus, ut eum vitent. SCHOL. quando feriunt boves, horum in cornibus ligatur -um. PLVT. aet. Rom. 71 p. 280 f *τῶν κυριττόντων βοῶν ὑπὲρ τοῦ φυλάττεσθαι τὸν ἐντυγχάνοντα χόρτον τῷ κέρατι προσδέουσιν.* Crass. 7 *χόρτον αὐτὸν [Κράσσον] ἔχειν ἔφησεν ἐπὶ τοῦ κέρατος*). *prov. bibliorum v. passim supra.* *de cultura, cura*: CATO agr. 8, 1 si non erit siccum *pratum*, ne -um desiet, summittito. VARRO rust. 1, 23, 1 alia ... loca apposita sunt ad -um, alia ad frumentum. 1, 31, 5 simulac -um sustuleris. COLVM. 2, 12, 9 in vecturis -i et pabulorum. 2, 14, 9 ea ... res aliquantum -i fructum adiuvat. 2, 16, 2. 3 -um quod suapte natura succiso gignitur solo. 2, 17, 4 viciam permixtis seminibus -i seremus. 2, 17, 7 immixtis seminibus -i macriora loca ... stercorentur. 2, 18, 3 -um defenditur a pluviis. 3, 3, 7. 11, 2, 7 aridis locis prata iam purganda *sunt* ... ut -i sit copia. 11, 2, 15. PLIN. nat. 18, 258. 263 in ipso pabulo non minus emolumenti est quam e -o. CATO agr. 53 -um, ubi tempus erit, secato cavetoque ne sero seces (VARRO rust. 1, 31, 4. COLVM. 2, 11, 6. 2, 21, 4 secare aut vincire aut vehere. FRONTIN. aq. 129 PLIN. nat. 18, 263). *cf.* COLVM. 2, 18, 1 -um ... demetitur optime ante quam inarescet. *ibid.* cum -um caedimus. PAVL. dig. 7, 1, 48, 1 -um immaturum caesum in fructu est. 7, 4, 13 spica aut -o caeso. CATO agr. 53 quod optimum -um erit seorsum condito (VARRO rust. 1 capp. p. 6, 11 de -o condendo. 1, 13, 1 in tabulatis). *cf.* COLVM. 1, 6, 9 siccae *res* ... congregantur tabulatis, ut frumenta, frondes, -um. 2, 21, 3 -um in tabulata componere (VLP. dig. 19, 2, 11, 4 convenerat ne in villa urbana -um componeretur). 2, 18, 2 si non competit, ut in villam -um portetur, at in manipulos colligatum ... extrui conveniet. *de usu*: VARRO frg. Schol. Pers. 1, 72 congestis cum -o stipulis ignem magnum transiliant *rustici* (*de cultu Palis deae*: PROP. 4, 1, 19 annua . . . accenso celebrare Parilia -o. 4, 4, 77 raros -i flammantis acervos. PERS. 1, 72 fumosa Palilia -o. SCHOL. *ad l. Paliliis* positis in foco manipulis -i ludibundi rustici saliebant. *ibid.* dies quo condita est Roma accensis manipulis, accenso -o colatur). OV. epist. 5, 15 super stramen -oque iacentibus (fast. 1, 206 nec pudor . . . -um capiti supposuisse fuit. SEN. dial. 7, 25, 2 si lassa cervix mea in manipulo -i acquiescet. MART. 14, 162. LAMPR. Heliog. 28, 5 croco sigma stravit ... pro eorum [*i. convivarum*] dignitate se dicens -um exhibere. HIL. in Matth. 14, 11 tamquam terrae -o fructibus operis sui unusquisque substernitur). COLVM. 5, 9, 2 (*de putatione*) eam partem, supra quam ramum secaturus es, -o aut stramentis texeris. 6, 30, 5 vetus -um vel molle stramentum substernitur *iumento* (8, 14, 9 cellas *anserum* . . . substratas . . . habere paleas vel . . . crassissimum quodque -um). 12, 46, 2 -o vel culmo singula *mala* involvunt. PLIN. nat. 19, 74 servarentur *cucurbitae* . . . loco harena substrato -oque sicco operto. MART. 3, 47, 14 tuta -o cursor ova portabat. IVV. 3, 14 *Iudaeorum* cophinus -umque suppellex *est* (6, 542 cophino -oque relicto. SCHOL. *ad l.* his pulmentaria sua et calidam aquam die sabbati servare consuerunt *Iudaei*). 11, 70 torto ... calentia -o ova assunt ipsis cum matribus. *in medicina*: PELAGON. 219 (*si gamba intumuerit*) flos -i combustum cum posca frigida. VEG. mulom. 1, 53, 3. 2, 45, 5 armum *laesum* aqua calida cum flore -i fovebis. 2, 53, 6 (*ad podagram*) -um viride apponis. 2, 148, 1 CHIRON 515. *pro pabulo pecudibus praebetur*: CATO agr. 54, 1 interdiu pascito, noctu -i p. XXV uni bovi dato. 54, 2 (*ter*) ubi verno dare coeperis . . . -i p. XV. 60 bubus cibaria annua in iuga singula . . . -i p. DXX . . . seras. 137 -um et pabulum, quod bubus satis siet. VARRO rust. 2, 1, 17 -o fit satura equa aut bos, cum sues hoc vitent (*cf.* 2, 7, 7 equinum pecus pascendum ... arido -o. COLVM. 6, 30, 7. APVL. met. 1, 24 equo ... -um atque hordeum. PELAGON. 291 CHIRON 152. PALLAD. hist. mon. I 6 nec ut equa -o [*χόρτου*] nec pane ut homines utebatur. II 9). VARRO rust. 2, 5, 12 *tauros* ante admissuram herba et palea ac -o facio pleniores. 2, 8, 2 pullum asininum ... educant cum paleis, -o, hordeo (*cf.* 2, 8, 4 *asinos* pascimus praecipue -o atque hordeo. APVL. met. 4, 1. 8, 23. 10, 13 *nec* eram tam ... vere asinus, ut ... cenarem asperrimum -um. 10, 15. ARNOB. nat. 7, 17. VVLG. iud. 19, 19 habentes paleas et -um in asinorum pabulum). COLVM. 2, 16, 1 providerit ... copiam -i, quo melius armenta tueatur. 6, 3, 3. 4. 6. 8. 6, 38, 4 medica herba -i vice saginat iumenta. 11, 2, 99. 100 PLIN. nat. 18, 299. 18, 300 *culmus* pro -o bubus datur. APVL. met. 7, 14 -um camelo Bactrianae sufficiens apponi (VVLG. gen. 24, 32 destravit camelos deditque paleas et -um). PELAGON. 6. 34. 43. 100 iunci semen cum -o commisces. 101. 152 CHIRON 121. 269. 282. 291 da manducare ... -um molle. VVLG. deut. 11, 15 -um ... ex agris ad pascenda iumenta.

accedunt adiectiva: aridum: VARRO rust. 2, 7, 7. asperrimum: APVL. met. 10, 13. autumnale: COLVM. 7, 3, 2 PLIN. nat. 18, 263. caducum: CASSIOD. in psalm. 128, 6. cordum: CATO agr. 5, 8 *etc., v. vol. IV p. 950, 7 sqq.* crassissimum: COLVM. 8, 14, 9. immaturum: PAVL. dig. 7, 1, 48, 1. malum: PELAGON. 291. molle: COLVM. 8, 7, 2 CHIRON 291. pratense: COLVM. 6, 3, 3. recens: OV. met. 14, 645. sementivum: ITALA gen. 1, 29 (Tert. ieiun. 4). siccum: PLIN. nat. 19, 74. vetus: COLVM. 6, 30, 5 RVFIN. hist. 3, 6, 19. viride: VEG. mulom. 2, 53, 6 VVLG. Matth. 6, 39 RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 17, 2 AVG. epist. 27, 6 EVSTATH. Bas. hex. 5, 3 p. 912^A. CASSIOD. in psalm. 101, 5 viridia -a.

2 *sensu latiore i. q. quaelibet herba siccata*: COLVM. 2, 10, 32 caeditur *avena* in -um vel pabulum, dum adhuc viret. 2, 11, 6 *fabis* internatae herbae -o reserventur. PLIN. nat. 24, 178 iumentis herba non alia gratior *quam seselis* sive viridis sive in -o siccata.

deriv.: faenarius, faeneus, faenicula, faeniculum, faenile, faenosus. *compos.*: faenisector, faenisex.

inde **faenum Graecum**. *scribitur etiam* f(a)enugr(a)ecum *vel* f(a)enogr(a)ecum, -ī, *velut passim apud* CHIRON. MARCELL. med. CAEL. AVR. THEOD. PRISC. GLOSS. *fort. sic intellegas* DIOSC. 2, 102 W. *ubi ed. φαίνου⟨μ⟩ γραίκου⟨μ⟩.* faenigraeci *genetivo tantum legitur, sed cf. p. 165, 4.* *legitur masc.* -us graecus: ORIBAS. syn. 4, 31. eup. 2, 1 T 9. *aliae formae, quae in* GLOSS. *inveniuntur*: fenogrecus, fenegr(a)ecus, fenegregus. III 629, 66 tilinin (*τῆλιν*): fenogrecis. *legitur* graecum -um: PLIN. nat. 22, 123. 23, 117. 126. faenum *pro* -um graecum *ponitur*: PLIN. nat. 24, 186 *bis*. 187 *bis*.

synonyma: COLVM. 2, 10, 33 -um gr. quod siliquam vocant rustici. 11, 2, 71 siliqua, quod rustici -um gr. vocant. PLIN. nat. 18, 140 silicia, hoc est -um gr. 21, 37 buceras, hoc est -um gr. 24, 184 -o gr. ... quod telin vocant, alii carphos, aliqui buceras, alii aigoceras ... nos siliciam. DIOSC. 2, 102 W. *τῆλις οἱ δὲ κάρφος, οἱ δὲ βούκερας, οἱ δὲ αἰγόκερας, οἱ δὲ κεραῖτις, Ῥωμαῖοι φαίνου⟨μ⟩ γραίκου⟨μ⟩* (*cf. supra l. 43*). ORIBAS. eup. 2, 1 T 9. GLOSS. *τῆλις* (*vel τήλη*, telis, tili, tilus, tiles, tylis, teleis, tilin, tilinin, tibinin). III 632, 65 tilin sive tilios. *χετίρον* (*l. αἰγίκερον*). *βούκερας*. carfos. 582, 61 freus, id est -us vel tilus. -i gr. farina: buceron. cerea. lautu (*i. lotum*).

nomen herbae (*de qua v. Olck, PW. III 580 sqq.*): CATO agr. 27 sementim facito ocinum, viciam, -um gr. (35 -um gr. quam minime herbosis locis serito. PLIN. nat. 18, 140 scariphatione seritur). 37 hordeum, -um gr., ervum, haec omnia segetem exsugunt (PLIN. nat. 17, 56). COLVM. 2, 10, 33 duo tempora sationum habet. 12, 21, 3 maceratur in vino vetere per triduum (12, 28, 1. 12, 53, 2 -i gr. vetere vino macerati et postea siccati). PLIN. nat. 27, 29 DIOSC. 3, 42. 4, 107. *de usu*: CATO or. inc. frg. 16 culignam in -o gr. ponit ut bene oleat (COLVM. 12, 20, 2 odores ... qui cum defruto coquuntur: iris, -um gr. *cf.* PLIN. nat. 21, 37 quaedam dum virent non olent ... *ut* -um gr.). COLVM. 2, 7, 1 pabulorum optima sunt medica *herba* et -um gr. (2, 10, 24 *inter* pabulorum genera complura. 8, 14, 2). PLIN. nat. 13, 10 miscentur et viliora genera olei e myrto ... quibus additur ... -um gr. (13, 13 telinum *unguentum* fit ex oleo ... -o gr. *eqs.* DIOSC. 1, 52 *de oleo telino; cf. p. 165, 5*). LAMPR. Heliog. 20, 7 pro nasturtiis, apiastris ... et -o gr. exhiberet *barbas mullorum* (APIC. 5, 211 -um gr. ex liquamine, oleo et vino). *in medicina*: CELS. 2, 12, 2 (*de deiectione*) ea *immittenda est medicina*, in qua -um gr. sit (*cf.* 7, 27 aquā ducenda est *alvus*, in qua vel -um gr. vel malva decocta sit. PLIN. nat. 20, 251 *ad stomachi dolores*. 30, 126 MARCELL. med. 20, 131 CAEL. AVR. acut. 3, 8, 78. ORIBAS. syn. 1, 19 -i gr. decoctio inicienda est *clystere* feminis et delicatis hominibus. 2 add. p. 845). CELS. 2, 33 calfacit *materiam* ... ex qualibet farina cataplasma . . . -i gr. *ibid.* ad emolliendum potest cataplasma ex . . . -i gr. semine (*cf.* 5, 21, 2 ad vulvam molliendam. 5, 28, 11). *sim.*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CELS. 5, 18, 12 ad digerenda quae coeunt (*cf.* MARCELL. med. 20, 128 ad omnia intrinsecus collecta et apostemata. MISC. Tir. p. 57, 12 ad collectiones corporum). 5, 18, 13 *adversus* ulcera (PLIN. nat. 22, 125). 6, 18, 6 SCRIB. LARG. 118 ad εἰλεόν (THEOD. PRISC. log. 29). CHIRON 62 *ad tumorem durum* (MARCELL. med. 14, 39 DIOSC. 3, 42. ORIBAS. syn. 1, 28 ad tumores et inflammationes). CELS. 4, 6 *ad cervicis morbos* (MARCELL. med. 18, 2). 6, 7, 1 *ad aurium morbos* (MARCELL. med. 9, 57). SCRIB. LARG. 160 *ad frigidam podagram* (PLIN. nat. 23, 126 podagricis. MARCELL. med. 36, 23. 45. 47 ad utramque podagram). 260. 268. 269. PLIN. nat. 20, 88. 23, 122 *feminis utile est.* 26, 77. 28, 177 *ad parotidas* (THEOD. PRISC. eup. faen. 24). PELAGON. 17. 24 *ad maciem.* 42. 84. 96 ad tussem siccam (113 VEG. mulom. 3, 9, 4 MARCELL. med. 16, 49). 262 VEG. mulom. 2, 19. 2, 54, 3 CHIRON 48. 76 -i sucum in o c u l o s suffundis (78 THEOD. PRISC. eup. faen. 32 ORIBAS. eup. 2, 1 L 5). 157 MARCELL. med. 19, 58. 20, 114. 21, 14. 22, 12. 25, 15. 26, 21. 29, 56 *ad colum* (CAEL. AVR. chron. 4, 7, 95). 35, 6 THEOD. PRISC. eup. faen. 14. 29. 73. 94. log. 17 pleuriticis febrium temporibus (CAEL. AVR. acut. 2, 18, 103. 110. 112). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 14. 2, 1, 22. acut. 2, 6, 29. 3, 18, 181 *bis.* ORIBAS. syn. 1, 28. 31 MISC. Tir. p. 5, 10. 57, 13.

deriv.: faenigraecinus. *Wulff.*

1. faenus, -ī *m. v.* faenum *p. 166, 16.*

2. faenus, -oris *n. v.* fenus. **faeon** *v.* phaeon.

faeteo, faetidus, faetor *sim. v.* foet-.

***f(a)ex,** -cis *f.* [*orig. inc. Th.*]. ISID. orig. 20, 3, 18 -x dicta quod sese vasis emergendo affigat. *de scriptura*: *scribitur in codd.* -ae-, *sed in codd.* COLVM. *fere semper* -e-, *item* LVCR. 5, 1141 *cod. A* PALLAD. 11, 12, 2 AVG. agon. 18, 20 DIOSC. 5, 128. 140 EVCHER. form. 7 p. 41, 5 GREG. TVR. Mart. 2, 58 INSCR. christ. Leblant 646 GLOSS. NOT. Tir. 101, 92. *de genere*: PRISC. gramm. II 169, 16 vetustissimi ... inveniuntur confudisse genera: ... hic et haec -x; *sed* II 323, 20 in aex femininum: 'haec -x huius -is'. EXC. Bob. gramm. I 552, 8 nomina, quae apud Romanos masculina, apud Graecos feminina ... -x. *exempla masculini non leguntur, femininum inde a* CIC. HOR. OV. *de numero*: CAPER gramm. VII 109, 14 -x pluralem non habet (*mira sententia, cum pluralis iam inde ab* HOR. *saepius quam 30ies legatur*). PLIN. Roman. Char. gramm. I 141, 17 fax -x ... sine i genetivo plurali sunt dictitanda. *legitur* -um: CASS. FEL. 16 p. 23. -ium: HIER. in Is. 19, 5 *sqq.* p. 292 (*si editioni fides est habenda*). [*it. dial.* fece, *hisp.* hez. *M.-L.*]

I *proprie: ima atque ultima, quae ex rebus liquidis vel solidis secerni solent; rarius res ipsae viliores* (*cf.* PORPH. Hor. carm. 3, 15, 16 per -em ... vetulam vetus vinum accipe. CASSIOD. in psalm. 74, 9 *infra l. 49*).

A *certarum rerum*: **1** *absolute*: **a** *vini* (*cf.* DIOM. gramm. I 487, 23 -em Graecorum quidam τρύγα appellant. PORPH. Hor. ars 277 EVANTH. de com. 2). GLOSS. τρυγία. τρυγία οἴνου. τρύξ. -x trigiagilis (τρυγία τις *be*, τρυγία ἰλύς *Götz dubitanter*). ilix (*i.* ἰλύς). -x (-is, -es) vini trus (*i.* τρύξ). CASSIOD. in psalm. 74, 9 -es dicuntur reliquiae vini considentes in densissimam crassitudinem, ad quas solet pervenire quando liquor ille superior probatur expensus. *ibid.* -es enim hic non sordes, sed ima illa atque ultima vini debemus accipere. CATO agr. 26 si voles de -e demere vinum, tum (*sc. vindemiae temporibus*) erit ei rei optimum tempus. 96 amurcam ... aquam ... et -em de vino bono inter se omnia commisceto. 147 hac lege vinum pendens venire oportet. vinaceos illutos et -em relinquito. 152 *scopis virgeis* latera doliis intrinsecus usque bene perfricato, ne -x in lateribus adhaerescat (COLVM. 12, 23, 2). 153 vinum faecatum sic facito ... *fiscinas olearias* -is impleto sub prelumque subdito exprimitoque. HOR. sat. 2, 4, 55 Surrentina vafer qui miscet -e Falerna vina. 2, 4, 73 ego -em primus et allec ... invenior ... puris circumposuisse catillis. carm. 1, 35, 27 diffugiunt cadis cum -e siccatis amici. 3, 15, 16 poti ... -e tenus cadi. ars 277 dicitur ... plaustris vexisse ... Thespis, qui canerent agerentque peruncti -bus (*sed* SCHOL. Hor. gloss. *Γ ad l.* -bus: oleaginis) o r a (*cf.* OV. ars 3, 211 quem non offendat toto -x illita vultu. EVANTH. de com. 2 ora sua -bus perlinebant scaenici). CELS. 4, 29 p. 196 lolii farina ex vino diluto cocta et mixta cum arida -e. PHAEDR. 3, 1, 2 Falerna -e e testa nobili odorem quae (*amphora*) iucundum late spargeret. SEN. epist. 58, 32 ille ultra modum deditus vino est, qui amphoram exsiccat et -em quoque exsorbet. COLVM. 3, 2, 14 *faeciniae vites* p l u s quam ceterae -is a f f e r u n t (ISID. orig. 17, 5, 19 *ubi* -es *traditum*; *cf.* COLVM. 4, 24, 6 *vitis* minus vino -is affert). 7, 5, 7 si ad -em *veteris vini* et amurcam sucumque decocti lupini (*cf.* 7, 4, 7) misceas ... elleborum. 12, 19, 4 fasciculos faeniculi ... usque ad fundum vasorum demittere, ut quidquid -is subsederit, exagitet. *ibid.* omni -e mustum carere. 12, 20, 8 omnem spumam *musti* cum -bus expurgare. 12, 23, 2 cum mustum deferbuerit et -es e x p u r g a t a e fuerint (12, 37. MACR. sat. 7, 12, 7 vinum fit liquidius -e purgata). 12, 27 vinum a -bus eliquatum. 12, 28, 4 -is generosae recentis sextarios tres addito. 12, 38, 4 ut cum diffundis *vinum* ... sine -e diffundas. 12, 40 -em ex lacu confundito. PETRON. anth. 472, 3 famuli cognata -e soluti inter ... luxuriantur opes. PLIN. nat. 14, 23 *vites Nomentanae* -e nimiae. MART. 1, 26, 9 -x Laletana. 7, 54, 3. 10, 48, 19 de Nomentana vinum sine -e lagona *dabo.* 12, 82, 11 feret ipse (*homo molestus*) tropin (propin *codd.*) de -e lagonae. APVL. met. 1, 9 *caupo deformatus in ranam* dolium innatans vini sui adventores pristinos in -e summissus ... appellat. apol. 60. PORPH. Hor. carm. 3, 15, 16 cum tota amfora bibitur ad -em pervenitur. VOPISC. quatt. tyr. 4, 4 quare non -es bibisti? NON. p. 454, 22 vinum sine -bus. MACR. sat. 7, 12, 7 -x vino sustinendo et alendo et viribus sufficiendis quasi radix eius est. SIDON. carm. 9, 235 pictum -bus Aeschylon. CAEL. AVR. acut. 2, 39, 229 si *vinum* sine ulla -e per liquatoria fundatur. *ibid.* si *vinum* cum -e ... in liquatoria fundatur. *in imagine*: ITALA (Veron.) *et* VVLG. psalm. 74, 9 calix in manu domini vini meri plenus (est) misto ... verumtamen -x (τρυγίας) eius non est exinanita (*cf.* HIER. psalt. sec. Hebr. 75, 9). VVLG. Ier. 48, 11 requievit *Moab* in -bus suis nec transfusus est de vase in vas. Is. 51, 17 usque ad fundum calicis soporis bibisti, usque ad -es. Ezech. 23, 34 epotabis *calicem maeroris et tristitiae* usque ad -es.

b *liquorum aliorum vel rerum mollium*: *aquae*: SEN. nat. 4, 10 in aqua et in omni umore -x ima est. COLVM. 12, 25, 2 in *vasa* ... aquam eliquato, donec ad -em pervenias. semper enim in requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur. CHIRON 928. *cf. l. 76.* *adde*: SEN. nat. 4, 2, 9 omnem in siccis et hiantibus locis -em relinquit *Nilus.* CASSIOD. var. 11, 14, 5 torrentes praecipites limosa -e corrupti. *olei*: COLVM. 12, 52, 14 si quae -es aut amurcae in fundis vasorum subsederint. 12, 52, 22 ut sordes -esque *ex fiscis* decidant. 12, 53, 2 siquid -is aut spurcitiae faucibus *metretae* inhaerebit. PLIN. nat. 15, 21 oleum ... minui deteriusque fieri ... in amurca et fracibus — hae sunt carnes et inde -es (*cf.* CET. FAV. 19 iuncturas axium -bus perungui [VITR. 7, 1, 6 fracibus]). 15, 124 *oleum* retinet ... -em. MART. 3, 4, 10 ceromata -e de Sabina. SERV. georg. 1, 194 sordes, quae sequuntur oleum, -es vocantur. *cf. p. 169, 65 et* GLOSS. -es ἔλαιον τρυγία. ὑπόστασις ἐλαίου. *de aliis*: PLIN. nat. 18, 318 hoc ... poma colligendi tempus ... hoc et -es exprimendi. 31, 95 vitium ... *gari* est ... imperfecta nec colata -x. SER. SAMM. 757 *igni sacro demovendo* odoris -bus (*i.* '*quorum -es odorae*') ova ... dabis. AVSON. 344, 12 *melli* summa natat -x (*cf.* MACR. sat. 7, 12, 8 -is materia spissa atque terrena ceteris laticibus pondere praestat, melle vincitur). **c** *rerum solidarum*: OV. met. 1, 68 nec quicquam terrenae -is habentem *aethera.* SEN. epist. 94, 58 a -e sua separantur *aurum et argentum* (PLIN. nat. 33, 107 distat *spuma argenti vel plumbi* a scorio, quo potest spuma a -e distare). PLIN. nat. 31, 92 ima -is (*sc. floris salis*) concutiuntur. 33, 104 alii ... -em (*sc. stibi*) abiciunt. ARNOB. nat. 7, 45 *per extremos tramites* immunda -x eat. *adde iocose*: MART. 14, 13, 1 si quid adhuc superest in nostri -e locelli, munus erit. **2** *additur genet. rei* (*hic illic cum attributo*): *liquorum*: v i n i: *saepissime, ut* VITR. 7, 10, 4 CELS. 2, 33 p. 73. 3, 19 p. 103. 5, 22, 2. 5, 28, 14. 6, 18, 10. 7, 4, 8. 12, 30, 2 PLIN. nat. 14, 86. 120. 131 *al.* *adde*: MART. 1, 103, 9 Veientani bibitur -x crassa rubelli. SER. SAMM. 876 sicci ... Lyaei. CELS. 5, 18, 4 a c e t i (PERS. 4, 32 PLIN. nat. 22, 122. 23, 66. 28, 220 MART. 11, 56, 7). PLIN. nat. 12, 103 u n g u e n t i (13, 19). 21, 139 *croci.* 23, 63 sui cuiusque generis. 23, 68 sapae. PLIN. med. 3, 6 cervisae. PELAGON. 353 l o t i i (CHIRON 944 VEG. mulom. 2, 135, 4). *ibid.* o l e i (996. GLOSS. amurca -x olei *saepius*). VEG. mulom. 4, 12, 3 axungiae. MACR. sat. 7, 4, 18 in ventre fit prima digestio virtute ἀλλοιωτικῇ in sucum vertente quidquid acceptum est, cuius -x retrimenta sunt. 7, 12, 8 mellis. APIC. 2, 63 -es betaciorum (*sic Schuch*, facies *codd.*). TERT. adv. Val. 24 p. 201 lacrimarum. GREG. TVR. Mart. 2, 58 sanguinis. *solidorum*: SEN. epist. 90, 45 t e r r a r u m (TERT. resurr. 4). PLIN. nat. 33, 103 *stibi.* 34, 135 aeris. 34, 171 rerum excrementorumque. IREN. 1, 30, 5 m a t e r i a e (ARNOB. nat. 1, 8. 6, 3 MAR. VICTORIN. adv. Arrium 4, 11). SERV. Aen. 8, 601 elementorum. MACR. somn. 1, 19, 12 aeris et aquae ... -x habetur *terra.* DIOSC. 5, 128 aeraminis. GLOSS. III 540, 68 argenti.

B *non cognoscitur certa species*: **1** *generatim*: OV. met. 8, 665 ponitur *in mensa* ... baca Minervae conditaque in liquida corna autumnalia -e (*an olei?*). CELS. 5, 8 p. 163 adurunt auripigmentum ... squama aeris, -x c o m b u s t a (*an itidem* aeris *supplendum?* 5, 18, 23). 5, 28, 11 *inter ea quae digerunt et resolvunt* -x mixta cum cerato, quod ex adipe suilla coactum sit. CHIRON 512 locum qui tumebit ... -e madida inducito. 944 ad suffragines: -is p. s. pollinem ervi conspargis ex melle et imponis. AVG. agon. 18, 20 solem radios suos per omnes -es et sordes corporum spargere. CAEL. AVR. acut. 2, 38, 223 reprobamus ... aspergines ex calce atque -bus. GLOSS. Plac. V 18, 8 (60, 27) res quondam mixtas a -bus segregare. GLOSS. faeculentus: -e plenus. V 285, 21 defaecatum a -e purgatum.

2 *in comparationibus*: CATO agr. 87 *siliginem* in alveo puro misceto bene, facito tamquam -x fiat. LVCR. 5, 497 omnis mundi quasi limus in imum confluxit gravis et subsedit funditus ut -x. AETNA 476 si quis lapidum summo pertabuit igni ... quaedam sordida -x est. COLVM. 12, 12, 1 quotiens aqua post longum tempus diffunditur, aliquod crassamentum in imo simile -i reperitur. 12, 42, 2 *poma decocta* in suo sibi iure ... carbonibus decoquuntur, donec crassamen in modum -is existat. 12, 52, 15 sunt qui cretam figularem in modum liquidae -is aqua resolvant. HIER. in Is. 19, 5 *sqq.* ut non puras aquas bibentibus tribuant, sed turbidas et commixtarum -ium similes RVFIN. Adamant. 4, 2 quae in

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ipsa *materia ad creationem mundi adhibita* velut -x ultima remanebant. 4, 8 reliqua … tamquam -em in ultimo resedisse. EVSTATH. Bas. hex. 3, 7 p. 898^C ubi *fervor* leviorem … partem *aquae maris* secum aufert, graviorem … et limosam velut -em aliquam hic relinquit. GLOSS. III 597, 12 apostasin quasi -is. **3** *in imagine*: HEGES. 4, 26, 1 *Vitellius* nequior superioribus quasi -x resedisset. MACR. somn. 1, 12, 15 corpus … hoc, sicut -x rerum divinarum est.

II ***translāte:*** *hic illic de hominibus vel rebus vilioribus ex melioribus secretis, sed plerumque de hominibus et rebus ipsis vilioribus genetivo epexegetico addito*: **A** *de hominibus*: **1** *c. genetivo*: VARRO Men. 452 hunc vocasset e liquida vita in curiae vestrae -em. CIC. Flacc. 18 opifices et tabernarios atque illam omnem -em civitatum … concitare. Pis. 9 *collegia* ex omni -e urbis … concitata (Att. 1, 16, 11). Att. 2, 1, 8 non *dicit* tamquam in Romuli -e sententiam *Cato*. ad Q. fr. 2, 4, 5 apud perditissimam illam atque infimam -em populi. frg. Aug. c. Iul. 2, 10, 37 de plebeia -e sellulariorum. ASCON. Pis. p. 8 servitiorum. LVCAN. 7, 405 *Romam* mundi -e repletam (ENNOD. epist. 8, 10, 2 quasi non esses ex mundi -e. opusc. 1, 46. *aliter infra l. 58*). APVL. met. 8, 24 unum de triviali popularium -e. CAPITOL. Gord. 13, 7 omnem … -em Maximianae tyrannidis occidi. VOPISC. Aurel. 42, 6 quis ferat Maximinos et Philippos atque inconditae multitudinis -em? COD. Iust. 12, 1, 6 (*a. 357—360*) quis ex ultimis negotiatioribus … abiectisque officiis … omnique officiorum -e. HIER. in Ioel 1 p. 177 haereticorum spurcissimis -bus (FACVND. fid. 870^A). VVLG. Is. 49, 6 ad suscitandas tribus Iacob et -es Israel convertendas (*interpr.* HIER. in Is. *ad l.* ad -es, sive reliquias. *cf.* in Is. 46, 3 *sqq.*). **2** *absolute* (*vel c. adi.*): CIC. Brut. 244 tu de -e (*sc. oratorum*) … hauris. epist. 7, 32, 2 tanta -x est in urbe, ut. LVCR. 5, 1141 res … ad summam -em turbasque redibat imperium sibi cum … quisque petebat (*nisi potius ad II B 2 pertinet*). PLIN. nat. 29, 23 haec personis imputentur. ne -em quidem aut inscitiam eius turpem arguamus. IVV. 3, 61 non possum ferre … Graecam urbem. quamvis quota portio -is Achaei (*sc. sunt; sic A 2 Ω*; Achaeae *P, sed suprascriptum* Achivi)? MIN. FEL. 8, 4 qui de ultima -e plebem profanae coniurationis instituunt. SOL. 1, 82 Menogenes e -e vulgari (AMM. 26, 7, 7 emergebant ex vulgari -e nonnulli). SYMM. or. 4, 7 tribus … libertina ac plebeia -e pollutas (COD. Theod. 9, 42, 5 [*a. 362*] per egestatem abiecti … in -em vilitatemque plebeiam). COD. Theod. 15, 7, 9 (*a. 381*) *de mulieribus scaenicis*: quaecumque ex huiusmodi -e progenitae scaenica officia declinarint. 16, 5, 21 (*a. 392*) *conductor* servili -e descendens. CLAVD. 20, 557 -e retenta peiores legit socios. LIB. pontif. p. 78, 12 *aliqui* ex -e Arriana erant.

B *de rebus*: **1** *c. genetivo*: CIC. Verr. 2, 99 rationum ex ea -e (PS. ASCON. *ad l.* residuis sordibus) legationis quaestoriaeque tuae procurationis. SEN. benef. 7, 9, 1 nec in altam -em rerum hunc expeditum hominem demitto. dial. 6, 23, 1 *animae* minimum … -is ponderis traxerunt (*temptaverunt varie genetivos duos, non recte, ut videtur*). HIER. vita Malchi 1 ab apostolis usque ad nostri temporis -em (VICT. VIT. 3, 32. *cf.* GLOSS. V 456, 14 *et* 500, 39 -em novissimum tempus significat. *sed cf. etiam p. 172, 6 et 172, 7*). adv. Rufin. 2, 12 corporum -e deposita. RVFIN. hist. 8, 14, 2 flagitiorum et scelerum. Orig. princ. 3, 6, 3 vitiorum (PAVL. NOL. carm. 6, 66). PAVL. NOL. epist. 45, 1 curarum. AVG. quant. anim. 33, 75 rerum mortalium. MACR. somn. 1, 14, 15 a summo deo usque ad ultimam rerum -em. sat. 7, 15, 15 medicina physicae partis extrema -x est. COD. Theod. 16, 2, 40 (*a. 412*) sordidorum munerum. GILD. Brit. 32 chron. III p. 44 nequitiae. SIDON. epist. 3, 13, 11 petulantiae. 5, 7, 7 susurronum. FAVST. REI. grat. 1, 11 p. 37 peccatorum. ENNOD. carm. 2, 123, 3 mundi -e qui fucantur. CASSIOD. in psalm. 32, 20 voluptatis. hist. 1, 14 p. 910 impietatis. PS. PRIMAS. in Hebr. p. 737^D mortalitatis. **2** *absolute*: LVCR. 5, 1141 *v. supra l. 29*. SEN. epist. 58, 33 quaeremus, pars summa vitae utrum ea (*del. Haase*) -x (*sic codd. deteriores*, haec *opt. codd.*) sit an liquidissimum ac purissimum quiddam. 75, 18 expectant nos, ⟨si⟩ ex hac aliquando -e in illud evadimus sublime et excelsum, tranquillitas animi et … absoluta libertas. 108, 26 *quod est optimum in aetate nostra*, id exhauriri in aliis patimur, ut nobis -em reservemus? MART. 8, 14, 4 Hibernis obiecta notis specularia puros admittunt soles et sine -e diem. VVLG. psalm. 39, 3 eduxit me *dominus* … de luto -is (πηλοῦ ἰλύος). Soph. 1, 12 visitabo super viros defixos in -bus suis. PRVD. apoth. 818 corruptela … carnis … membris tabentibus interfusam participat de -e sua. CASSIAN. conl. 9, 6, 4 deposita -e terrena ad deum … respirare. PETR. CHRYS. serm. 59 p. 362^D appropinquare deo homo non potest -e corporali mundano squalore pollutus. CASSIOD. in psalm. praef. *Augustinus* decurrit … tamquam fons purissimus, nulla -e pollutus. 118, 140 *eloquium domini* purgat corda mortalium mundana -e sordentia. INSCR. christ. Leblant 646, 5 corporeamque solo -em tabemque relinquens purpureum domini purus adit solium.

nota interpretationes spiritales et allegoricas apud ecclesiasticos: PS. RVFIN. in psalm. 74, 9 in dominico … calice vinum merum mixtumque et -x continetur … bibunt -em, qui ex eodem *calice* capiunt errorem. Iudaei, haeretici et pagani -em bibunt … '-x eius non est exinanita', quoniam apud Iudaeos remanent carnalia sacramenta (AVG. in psalm. 74, 12). HIER. in Ezech. 23, 28 *sqq.* potest hoc quod dicitur 'potabis usque ad -es …' significanter intelligi super Ierusalem quae … quasi -es tormentorum eius (*sc. Samariae*) usque ad fundum epotavit. in Soph. 1 p. 688 qui confidunt … in viribus suis, quas διασυρτικῶς -es vocat. AVG. doctr. christ. 3, 25, 36 *ad* 'calix in manu domini … (*psalm. 74, 9*)' incertum est … utrum iram dei significet non usque ad novissimam poenam, id est usque ad -em, an potius *eqs.* EVCHER. form. 7 p. 41, 5 -x: ultimum iudicii. in psalmo: (*74, 9*). ARNOB. in psalm. 39 *libidines* merito -es dicuntur.

epitheta: *ad I*: AETNA 476 sordida. OV. met. 8, 665 liquida (COLVM. 12, 52, 15). CELS. 3, 19 p. 103 arida (4, 29 p. 156. 5, 18 p. 169). 5, 8 p. 163 combusta (5, 18, 23. 5, 22, 2. 6, 18, 10. *cf.* PLIN. nat. 23, 68 ambusta). MART. 1, 103, 9 crassa. ARNOB. nat. 7, 45 immunda. CHIRON 512 madida. MACR. sat. 7, 12, 8 spissa atque terrenā. CASSIOD. var. 11, 14, 5 limosa. *ad II*: CIC. ad Q. fr. 2, 4, 5 perditissimam … atque infimam. frg. Aug. c. Iul. 2, 10, 37 plebeia (SYMM. or. 4, 7 COD. Theod. 9, 42, 5). LVCR. 5, 1141 summam. APVL. met. 8, 24 triviali. MIN. FEL. 8, 4 ultima (MACR. somn. 1, 14, 15). SOL. 1, 82 vulgari (AMM. 26, 7, 7). SYMM. or. 4, 7 libertina. HIER. in Ioel 1 p. 177 spurcissimis. COD. Theod. 16, 5, 21 servili. CASSIAN. conl. 9, 6, 4 terrena. GILD. Brit. 32 chron. III p. 44 vetusta. PETR. CHRYS. serm. 59 p. 362^D corporali. CASSIOD. in psalm. 118, 140 mundana. FACVND. fid. p. 870^A compacta.

syn. et iuxta posita: *ad I*: CATO agr. 147 vinaceos (PLIN. nat. 14, 23). HOR. sat. 2, 4, 73 allec (PLIN. nat. 31, 95). COLVM. 7, 4, 8 amurca (7, 5, 7. 12, 52, 14). 12, 52, 22 sordes (AVG. agon. 18, 20). 12, 53, 2 spurcitiae. *ad II*: CIC. Att. 1, 16, 11 sordem. CAPITOL. Gord. 13, 7 delatores, calumniatores, procuratores. AVG. quant. anim. 33, 75 cupiditate. INSCR. christ. Leblant 646 tabem.

derivata: faecaceus, faecarius, faecatus, faeceus, faeculentus, faecor, faecula. faecare (*compos.*: defaecare; *cf.* GRAMM. suppl. 14, 24). *Bannier.*

faga *v.* faba *p. 2, 36.*

faged(a)ena, fageda(e)nicus *v.* phag-.

fāgeus, -a, -um *a* fagus. *i. q. faginus*: PLIN. nat. 16, 16 alia -ae glandi figura *est*, quernae alia et ilignae. 16, 25 glans -a suem hilarem facit. 16, 37 Fagutali Iovi … lucus -us fuit. 16, 242 -i nemoris. [*it.* faggio, *prov.* faia, *hisp.* haya. *M.-L.*]

fāgide *v.* favus. **fagidines** *v.* phagid-.

fāgineus, -a, -um [*a* fagus, *cf. c.* faginus, *gr.* φηγινέος. *Th.*]. *i. q. faginus*: CATO agr. 21, 5 cupam materia ulmea aut -a facito. OV. epist. 5, 87 nec me, -a quod tecum fronde iacebam, despice. met. 8, 653 (*vers. spur.*) erat alveus illic -us dura clavo suspensus ab ansa. fast. 4, 656 bis sua -a tempora fronde tegit. PLIN. nat. 24, 14 calculis glandis -ae cinis illinitur. AVSON. Mos. 269 (*de follibus*) accipit alterno cohibetque foramine ventos lanea -is alludens parma cavernis. [APIC. 7, 213 fungi -i (*trad.* farnei).]

fāginus, -a, -um [*a* fagus, *cf. gr.* φήγινος. *Th.*]. PRISC. gramm. II 70, 19 fere omnia ad materiam pertinentia e brevem ante us habent: plumbeus …; inveniuntur enim pauca sine e ut quernus … -us. 75, 24 invenitur tamen etiam brevis i g antecedente in his, quae de arboribus derivantur, ut oleaginus, -us *eqs.* GRAMM. suppl. 182, 22 nomina latina, quae sunt a Graecis derivata, corripiuntur in paenultima suntque penes nos naturaliter correpta: -us. GLOSS. II 70, 13 *cod. c* -us: ὀξύινος (ὀξύη *ed.; al.* fagus ὀξέινον). *i. q. ex fagi ligno confectus*: VERG. ecl. 3, 37 pocula ponam -a (SIL. 7, 188. *cf.* TIB. 1, 10, 8 -us astabat cum scyphus ante dapes). VERG. georg. 3, 172 valido nitens sub pondere -us axis instrepat (*cf. Hom. Il. 5, 838* μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων). COLVM. 12, 47, 5 arculae (*al. codd.* tiliagineae). PLIN. nat. 16, 185 se nihil ex praeda attigisse praeter guttum -um, quo sacrificaret. 28, 191 cinere. MART. 2, 43, 10 fulcitur testa -a mensa mihi. *i. q. ad fagum arborem pertinens*: PLIN. med. 1, 4 glandis -ae cinis (MARCELL. med. 6, 18 glandis … -ae caustae cinis. *cf. supra l. 44*). 1, 12 folia -a commanducantur. *nota: fort. subst. i. q. fagus*: CALP. ecl. 2, 59 *deo* inter pampineas ponetur -us (*an deus?*) ulmos. *de fem. subst.* fāgīna (*sc. glans*) *v. Gröber, Archiv 6, 388; Niedermann, Neue Jahrb. 15 (1912), 316.* [*francog.* faine '*glans fagina*'. *M.-L.*]

fago *v.* phago. **fagolentus** *v.* faeculentus *p. 163, 11.*

fagolidoros (-us) *v.* phag-.

fāgum, -ī *n.* [*cf. c.* fagus. *Th.*]. *i. q. glans fagi arboris* (*cf. p. 173, 56*): PLIN. nat. 16, 18 -um muribus gratissimum est, … expetitur et turdis.

fāgus, -ī *f.* [*i. q. gr.* φηγός '*aesculus*'; *cf. c. theodisc.* buohha *anglosax.* bēce '*fagus*'; *v. Osthoff, Bezzenbergers Beitr. z. Kunde d. idg. Spr. 29, 249 sqq.*]. SERV. ecl. 1, 1 antea … homines glandibus vescebantur, unde etiam -us dicta est ἀπὸ τοῦ φαγεῖν. *legitur nom. acc. plur.* fagūs: VARRO frg. Char. gramm. I 130, 5 -us quas Graeci φηγοὺς vocant (*cf.* CHAR. gramm. I 128, 27). CVLEX 141 umbrosaeque manent -us. *adde* VERG. georg. 2, 71 (*v. p. 173, 57*) *ubi* -us *legit* PRISC. gramm. II 438, 8 (*at* SERV. *ad l.* -os … incipit Graecus esse nominativus singularis, non pluralis noster accusativus). *cf. etiam* CHAR. gramm. I 22, 4 errant qui omnia genera arborum quartae declinationi solent assignare … -us. *masc.*: BVC. Eins. 2, 15 attrito diffusus cortice -us. GLOSS. φηγός. II 70, 13 ὀξέινον

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf. p. 172, 54*). 579, 18 genus platani. V 360, 34 boecce (*vel* boecae, *anglosax., v. p. 172, 74*). V 294, 22 fau (*i. forma francog. vet., v. l. 7*) arbor, id est boc (*anglosax.*). [*dub.*: GLOSS. III 359, 5 *v. s.* favus. V 360, 37 *cod. Ampl.*: fagus wonanbeam, *at Epin.*: f u s a r i u s wananbeam (*anglosax., fortasse i. q.* '*arbor deminuens*', *i.* '*arbor fine vel culmine praeacuto*' [*sic Bülbring*]).] *legitur inde a* CATVLLO VARRONE CAES. [*it. dial.* fago, *francog. vet.* fou. *M.-L.*] *an huc pertinet nomen dei Galli* Fagus? *v. nom. propr.*

1 *nomen* a r b o r i s *glandiferae* (*de qua v. Max C. P. Schmidt, PW. III 971. Blümner, Technol. II 250*): VARRO ling. 5, 152 fagutal a -o, unde etiam Iovis Fagutalis, quod ibi sacellum (PAVL. FEST. p. 87 fagutal sacellum Iovis, in quo fuit -us arbor, quae Iovis sacra habebatur. *cf. infra l. 28*). CATVLL. 64, 289 *Penios* tulit radicitus a l t a s -os (VERG. georg. 1, 173 caeditur et tilia ... altaque -us). CAES. anal. frg. Char. gramm. I 130, 6 -os, populos, ulmos. Gall. 5, 12, 5 materia cuiusque generis ut in Gallia est (*sc. in Britannia*) praeter -um atque abietem. VERG. ecl. 1, 1 p a t u l a e recubans sub t e g m i n e -i (*cf.* SERV. *ad l.*; VERG. georg. 4, 566 te patulae cecini sub tegmine -i. SIDON. carm. 4, 1 patulae sub tegmine -i volveret inflatos murmura per calamos. *cf.* NVMITOR. carm. frg. 1 Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine -i? *et infra l. 32*). VERG. ecl. 2, 3 inter densas, umbrosa cacumina, -os assidue veniebat. 3, 12 ad v e t e r e s -os (9, 9 veteres, iam fracta cacumina, -os. SEN. Phaedr. 510 percussae tremunt veteres ... -i. CALP. ecl. 7, 5 veteres -os nova quam spectacula mavis cernere. PERS. 5, 59 lapidosa cheragra fecerit articulos veteris ramalia -i). ecl. 5, 13 in viridi nuper quae cortice -i carmina descripsi (SERV. *ad l.* ubi enim debuit magis rusticus scribere? *sim.* CALP. ecl. 1, 20 quaenam sacra depicta est pagina -o. *cf. supra l. 12*). PROP. 1, 18, 20 vos eritis testes ... -us et Arcadio pinus amata deo. OV. epist. 5, 21 incisae servant a te mea nomina -i. met. 8, 669 fabricata ... -o p o c u l a (fast. 5, 552 pocula -us erant. SEN. Herc. O. 653 tenet e patula pocula -o). 10, 92. VERAN. Macr. sat. 3, 20, 2 felices arbores putantur esse quercus . . . -us *eqs.* VITR. 2, 9, 9 cerrus et -us ... umores penitus recipiendo celeriter marcescunt (7, 1, 2 de cerro aut -o seu farno nullus ad vetustatem potest permanere. PLIN. nat. 17, 218 non improbatur et -us in aqua et iuglans. *ibid.* -us et cerrus celeriter marcescunt). SEN. Herc. O. 1619 -us umbras perdit et toto iacet succisa trunco. Tro. 1082. COLVM. 7, 9, 6 nemora sunt convenientissima, quae vestiuntur quercu ... -o. CALP. ecl. 1, 11 -us aquas radice sub ipsa protegit. BVC. Eins. 2, 15. PLIN. nat. 16, 16 dulcissima omnium -i *glans* (*cf.* CORIPP. Iust. 4, 39 crebris cadit ictibus ardua pinus, tunc -i dulces). 16, 18 -i glans nucleis similis triangula cute includitur. *ibid.* arborum *glandiferarum* fertilitas omnium fere alternat, sed maxime -i. 16, 19 nec cum cadunt flavescentia *folia* ut -i. 16, 35—36 *de usu -i.* 16, 74 descendunt et in plana. 16, 185 -is pectines traversi in pulpa *sunt.* 16, 229 facilis *in opere* et -us, quamquam fragilis et tenera. 24, 14 -i folia manducantur in gingivarum labrorumque vitiis (MARCELL. med. 11, 9). STAT. Theb. 6, 98 cadit ardua -us (*cf.* CORIPP. Iust. 4, 39 *l. 42*). APVL. flor. 1 p. 4 religiosam moram viatori obiecerit ... -us pellibus coronata. NEMES. ecl. 1, 31 has ulmos potius -osque petamus. 4, 9. CLAVD. 24, 290 (*de cervis iugalibus Deliae*) summas aequantia -os cornua . . . surgunt. 24, 324 (*in venatione*) rudibus -is texuntur ... frondentes caveae. rapt. Pros. 2, 126 -i ... cava dimissus ab alvo mellifer ... exercitus obstrepit herbis. 3, 365. MART. CAP. 3, 225.

2 *i. q. glans fagi arboris*: VERG. georg. 2, 71 gessere ... castaneae -os. CALP. ecl. 4, 35 hiberna prohibes ieiunia solvere -o. *cf.* fagum *p. 172, 71.*

deriv.: fageus, fagineus, faginus. *Wulff.*

fagūtal, fagūtālis *v. nom. propr.*

faidus, -ī *m. vox germ.* ('*Fehde*'). *i. q. pecunia pro damno data*: LEX Sal. 35, 7 inter freto et faido sunt *tot denarii* (*i. summa pecuniae et pacis et damni*). capit. 4, 12, 1 dominus ... iuxta modum culpae inter freto et f e d o (feitum, faido, faidum, foedum *var. lect.*) compensetur. *cf. etiam Ducange s. v.* faida.

failla *v.* favilla.

fala, -ae *f.* [*orig. inc.; cf. v. Planta, Gramm. d. osk.-umbr. Dialekte I 460; Schuchardt, Zeitschr. f. roman. Philol. 28 (1904) 140 sqq. Th.*]. *scribitur* phal- *infra l. 79.* PAVL. FEST. p. 88 -ae dictae ab altitudine, a 'falado', quod apud Etruscos significat caelum. *ibid.* ex -is, id est ex locis exstructis (*p. 174, 20*). NON. p. 114 -ae turres sunt ligneae . . . haec sunt et in circo, quae apud veteres propter spectatores e lignis erigebantur. p. 555 *p. 174, 24.* SERV. Aen. 9, 702 hoc autem telo (*falarica*) pugnatur de turribus, quas -as dici manifestum est ⟨unde et in circo -ae dicuntur divisiones inter euripum et metas, quod ibi constructis ad tempus turribus, his telis pugna edi solebat⟩ (*add.* SERV. auct.) . . . ergo a -is dicta est falarica, sicut a muro muralis (*item* ISID. orig. 18, 7, 8). GLOSS. -a id est turris. turris. fal[l]ae turris ligneae. p h a l (a) e et phalaric(a)e sunt bellicae turres vel machinae, quae muris applicitae frequentibus eos pulsant bal(l)istis. *fort. huc pertinet*: PAVL. FEST. p. 91 Faleri oppidum a f a l e dictum (*estne a fala? an nom. sing.* fales*?*). *v. de re Pollack, PW. VI 1967; paulo aliter Daremberg-Saglio II 1191. IV 961. adde Ducange s. v.* phala. *turris in o b s i d i o n e*: ENN. ann. 397 malos diffindunt, fiunt tabulata -aeque. PLAVT. Most. 357 isti qui hastis trium nummorum causa subeunt sub -as (falsa *codd., corr. Camerarius*). *in circo*: IVV. 6, 590 quae ... consulit ante -as delphinorumque columnas. [NOVIVS Atell. 12 (*ex Nonio p. 109*) *v. sub* falla *p. 176, 38.*] *praeterea cf.* PAPYR. Genav. 1, V, 3, 2 *al. s. v.* phal(. . .).

falacer *v. nom. propr.* **falacrocorax** *v.* phal-.

faladum (-ī *n.*) *ap. Etruscos i. q. caelum, cf.* PAVL. FEST. p. 88 *p. 173, 70.*

falancārius, falang-, falanx *sim. v.* phalan-.

falārica, -ae *f.* [*a* fala *ducunt antiqui, fortasse recte. Th.*]. *scribitur* p h a l- *in codd.*: VERG. (*at* fal- *Serv. et Non. ad l.*) LIV. *bis* LVCAN. SIL. *bis* (1, 351. 9, 339, *at* 6, 273 fal-) GELL. 10, 25, 2 HIER. epist. 112, 13 (= AVG. epist. 75, 13) *codd. plerique* (pal- *B*, fall- *A*) VEN. FORT. Mart. 3, 286 *M* (*rell.* fal-). GLOSS. Plac. *infra l. 35* (phalar- *GP*, palericae *R*). GLOSS. IV 419, 3 *infra l. 36.* *apud alios* fal-, *quod voluerunt grammatici* PAVL. FEST. *l. 20* NON. *l. 22* SERV. (*et* ISID. orig.) *l. 24* GLOSS. *passim* (*praeter* GLOSS. Plac.). *n e u t r u m* falaricum (-ī) *non evinci potest loco lacunoso* ENN. ann. 544 *infra l. 45.*

de r e (*de origine teli Iberica v. infra l. 48 et 56*): PAVL. FEST. p. 88 -a genus teli missile, quo utuntur ex falis ... dimicantes. GELL. 10, 25, 2 hasta pilum, -a, semiphalarica *al.* (*inter nomina telorum iaculorumque*). NON. p. 555 -a telum maximum ... et dictum hoc genus teli a falis, id est turribus ligneis. SERV. Aen. 9, 702 (*exscripsit* ISID. orig. 18, 7, 8) de hoc telo legitur, quia est ingens, torno factum, habens ferrum cubitale et rotunditatem de plumbo in modum sphaerae. in ipsa summitate dicitur etiam ignem habere affixum, ⟨stuppa circumdatum et pice oblitum incensumque aut vulnere hostem aut igne consumit⟩ (*add.* SERV. auct.); hoc autem telo pugnatur de turribus . . . ergo a falis dicta est -a sicut a muro muralis. sane -am Lucanus dixit nervis mitti tortilibus et quadam machina, ut (*6, 198 l. 54*) . . . Vergilius vero ait Turnum manu iaculari potuisse *eqs.* (*syn.* talem hastam). GLOSS. χειροβαλλίστρα. genus hastae grandis (*var. lect.*: gen. arcae gr., g. artis gr., g. argente gr.; *latetne*: genus arcus gr.? *aliter v. infra l. 75*). genus teli maximi. genus teli (est). lancea magna vel genus teli magni. Plac. V 38, 17 (90, 20. 130, 21) -ae sunt tela maiora pilis bello necessaria. GLOSS. IV 419, 3 paralica hasta vehemens trium angulorum ferrum habens (V 165, 12 *idem, ubi* alarica). *cf.* HESYCH. φαλάρικα εἶδος λόγχης. *describitur* LIV. 21, 8, 10 *l. 48*, SIL. 1, 351/64 *l. 56 sqq.*, VEG. mil. 4, 18 (*infra l. 63*). *iacitur et t o r m e n t i s* (SIL. 6, 279 *sq. l. 62* VEG. mil. *l. 63* SIDON. *l. 68; cf. supra l. 30*) *et m a n u p u g n a n t i u m* (*velut* VERG. *l. 46* LIV. 34, 14, 11 GRATT. *l. 53* SIL. 1, 351 GREG. TVR. *l. 69; cf. supra l. 31 et 32*). *v. etiam Fiebiger, PW. VI 1908; Daremberg-Saglio IV 962; Sieglin, Rhein. Mus. 38, 356 adn. adde Ducange s. v.* phalarica.

ENN. ann. 544 quae valide veniunt ⟨. . .⟩ -a missa (⟨velut alta⟩ -a missa *Vahlen*). VERG. Aen. 9, 702 sed magnum stridens contorta -a venit fulminis acta modo, quam nec *scutum nec lorica* . . . sustinuit. LIV. 21, 8, 10 -a erat Saguntinis missile telum hastili abiegno et cetera tereti praeterquam ad extremum, unde ferrum extabat; id, sicut in pilo, quadratum stuppa circumligabant linebantque pice, ferrum autem tres longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset *eqs.* 34, 14, 11 emissis soliferreis -isque gladios strinxerunt. GRATT. 342 (*sc. de telo venatico*) terribilemque manu vibrata -a dextra det sonitum. LVCAN. 6, 198 *hostem* aut tortilibus (*i. tormentis*) vibrata -a nervis obruat aut vasti muralia pondera saxi. SIL. 1, 351 portis arcuit hostem (*sc. Saguntinos*) librari multa consueta -a dextra, horrendum visu robur celsisque nivosae Pyrenes trabs lecta iugis, cui plurima cuspis, vix muris toleranda lues; sed cetera pingui uncta pice atque atro circumlita sulphure fumant *eqs.* 1, 364 -*a* arma virosque simul pressit flagrante ruina. 6, 273 iamque alvo penitus *serpentis* demersa -a sedit (*cf. de eadem*: 6, 215 immensae cuspidis hastam; 6, 277 ingentis conti; 6, 279 tormentis stridens ... trabs acta). 9, 339 ipsis metuenda -a muris. VEG. mil. 4, 18 p. 140 ad maiores ballistas malleolos vel -as cum incendio destinant. *ibid.* -a autem ad modum hastae valido praefigitur ferro inter tubum etiam et hastile sulphure, resina, bitumine stuppisque convolvitur infusa oleo . . . ballistae impetu destinata perrupto munimine ardens figitur ligno turritamque machinam frequenter incendit. SIDON. carm. 5, 411 hunc torta -a iactu proterit. GREG. TVR. Franc. 9, 35 emissam ex adverso lanceam contra Waddonem dirigit, cuius mediam alvum ictu penetrans a tergo egressa -a. VEN. FORT. Mart. 3, 286 stipula exilis quasi dura -a fixit.

in imag.: HIER. epist. 112 (= AVG. epist. 75), 13 quod *vulnus* lancea et ut ita dicam -ae mole percussum est.

notiones singulares (corruptae?) in GLOSS.: V 362, 4 -a theca gladii (*pertinetne huc*: genus arcae? *v. supra l. 33*). GLOSS. Phillips. bellicae turres vel machinae *eqs. v. p. 173, 79 sq.* *vix addendum* PAPYR. Genav. 1, V 3, 2 *al. v. s. v.* phal(. . .). *Mbr.*

falāris *v.* phal-. **falbus** *v.* flavus.

falcārius, -ī *m. a* falx. 1 *i. qui falcem (i. telum) g e r i t, habet*: GLOSS. V 294, 15 (362, 13) falcem ferens. 599, 23 gladiator falcem gerens (*cf. p. 175, 33 et 206, 52 sqq.*). III 298, 21 -i δρεπανηφόροι. *adde*: CORP. VI 31075 (*a. 362*) sifona⟨rius⟩ falc⟨arius⟩ unc⟨inarius⟩ (*refertur ad cohortes vigilum, quas falcibus usas esse ad subruenda aedificia consentaneum est*). 2 *i. qui falcem f a b r i c a t*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GLOSS. II 70, 15 δρεπανοποιός. *in nomine vici urbis Romae*: CIC. Catil. 1, 8 te priore nocte venisse inter -os ... in M. Laecae domum. Sull. 52 inter -os ad M. Laecam ... convenit (*v. Jordan, Topographie I p. 515, 42*).

falcastrum, -ī *n.* [*a* falx. *Th.*]. *nomen ferramenti*: ISID. orig. 20, 14, 5 -um a similitudine falcis dictum. est autem ferramentum curvum cum manubrio longo ad densitatem veprium succidendam. hi et runcones dicti. GREG. M. dial. 2, 6 *Benedicto* dari ferramentum iussit, quod ad falcis similitudinem -um vocatur, ut de loco quodam vepres abscinderet. GLOSS. V 361, 40 uuidubil (*anglosax., v. p. 203, 41*). 568, 48 runco, a similitudine falcis. 578, 7 runcones ⟨a⟩ [t]runcando, id est [sunt] -a. 615, 46 ⟨h⟩arpis (*i.* ἅρπη) est -um. *v. Seck, Archiv 1 (1884) 398.* [*it.* falcastro, *francog. vet.* fauchart. *M.-L.*]

falcātus, -a, -um [*a* falx. *Th.*]. **1** *i. q. formam falcis exhibens, curvatus*: **a** *proprie*: VERG. Aen. 1, 732 (*de Oscis*) laevas caetra tegit, -i comminus enses (SERV. *ad l.* -us ... ensis est harpe, qua usus est Perseus. OV. met. 4, 727 *Perseus beluam* -o vulnerat ense. SIL. 3, 279 -us ab arte ensis Adyrmachidis. 8, 753. COMMENT. Lucan. 9, 678 'hamati vulnere ferri': -o ense). OV. epist. 2, 131 sinus adductos modice -us in arcus (met. 11, 229 est sinus Haemoniae curvos -us in arcus). met. 3, 681 -a novissima cauda *avis* est, qualia dimidiae sinuantur cornua lunae (PLIN. nat. 10, 47 *gallus* in sublimi caudam quoque -am erigens). PLIN. nat. 16, 95 digitorum omnis longitudo illis (*siliquis*) et interim -a. 17, 63 serendas quam maxime -as amygdalas. AVIEN. Arat. 251 huc -a Chii repserunt cornua monstri (*i. chelae Scorpii.* 1187 -is monstrum [*i. Scorpius*] petit morsibus Oriona. *cf.* 1128 -as [*trad.* flagratas; *corr. Winterfeld*] emittunt marmora chelas). EVSTATH. Bas. hex. 8, 3 p. 948ᴮ -os ungues *avium*. **b** *translate i. q. tortuosus, insidiosus*: FVLG. myth. 1, 18 p. 31, 4 *custodes* et furantis astutia et negotiantis circumvenit astuta -aque cautela. **2** *i. q. falce ornatus, falcem gerens*: **a** *de hominibus sim.*: TERT. nat. 2, 12 *Saturnum* ideo -um *esse*, quia tempore ⟨omnia di⟩rimantur. GLOSS. V 455, 39 (500, 7) -os: gladiatores (*cf. p. 174, 80 et 206, 52 sqq.*). **b** *de rebus*: LIV. 38, 5, 3 arietibus muros quatiebat, asseribus -is detergebat pinnas (*cf. p. 206, 9 sqq.*). MELA 3, 52 covinnos vocant *Britanni*, quorum -is axibus utuntur (*cf.* VAL. FL. 6, 387 -os infert Ariasmenus axes *et infra l. 39 sqq.*). PASS. Desid. 17 (Mon. Germ. Merov. III p. 635, 36) *in imag.*: mordacibus tribulis vepribusque -is laniemur. quadriga: BELL. Alex. 75, 2 -ae regiae quadrigae permixtos milites perturbant. LIV. 37, 40, 12. 37, 41, 5. CVRT. 4, 9, 4 hostium terror, ducentae -ae quadrigae. FRONTIN. strat. 2, 3, 17. GRAN. LIC. p. 24, 9 *Mithridates* mittit quadrigas -as septuaginta. VEG. mil. 3, 24 quadrigas -as ... rex Antiochus et Mithridates habuerunt; ... postmodum fuere derisui. currus: GLOSS. -is curribus: armatis. Plac. V 68, 20 antiqui dextra laevaque currus -os habebant cum gladiis haerentibus rotis bellabant. *rell. v. vol. IV p. 1522, 83 sqq., ubi pro* FLOR. epit. 1, 24, 16 *corrigas*: 2, 8, 16; *addas*: ITIN. Alex. 23. IVL. VAL. 1, 43 Darius spem ... maximam in -is curribus ponit. RVF. FEST. 12 ANON. de mach. bell. 18. IORD. Get. 2, 15 curribus -is, quos more vulgare essedas vocant.

falcicula, -ae *f.* [*a* falx *deminutive. Th.*]. ARNOB. nat. 6, 26 -ae, claves, caliandria, fomites *eqs.* (*in deorum imaginibus, velut Priapi, Saturni*). PALLAD. 1, 42, 3 -as brevissimas tubulatas quibus silicem solemus abscidere. AVG. c. Faust. 6, 4 p. 288, 23 cultello vel -a armatus in hortum prosiliat. [*francog.* faucille. *M.-L.*]

falcifer, -a, -um *a* falx *et* ferre. *i. qui falcem fert*: GLOSS. II 280, 59 δρεπανηφόρος. 579, 41 falcis portator. LVCR. 3, 642 -os ... currus *cett. v. vol. IV p. 1523, 7 sq.* OV. met. 13, 930 prato confinia litora ... *non* umquam -ae secuere manus. CARM. epigr. 1238, 9 (*saec. III*) -a cum turma virum processerat arvis. *epitheton Saturni*: OV. Ib. 216 -i ... senis (fast. 5, 627 MART. 11, 6, 1 SIDON. carm. 15, 61). fast. 1, 234 Tuscum rate venit in amnem ... -r ... deus. MART. 5, 16, 5 -i defendere templa Tonantis. ARNOB. nat. 3, 29 *Cronon* vitisatorem -um vetustas edidit prisca. DRAC. laud. dei 3, 118 si deus ullus erat Saturnus -r umquam.

falciger, -a, -um *a* falx *et* gerere. *i. q. falcifer*: SIL. 17, 417 agmina -o circumvenit arta covinno. *de Saturno*: AVSON. 385, 36 -um placant sanguine caeligenam. *Wulff.*

falcis *v.* falx.

falcitenēns, -ntis *adi. a* falx *et* tenere. *is qui falcem tenet*: INSCR. Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1909, 468 (*aetatis bonae*) de voce patris falciten⟨entis⟩ (*sc. Silvani*). *Mbr.*

falcito, -āre [*a* *falcare, falx. *Th.*]. *i. q. falce secare*: AVG. in psalm. 33 serm. 2, 18 adduxisti me ad vineam ut -em illam et putem. GLOSS. -at putat. secat, [aestimat].

1. falco, -ōnis *m.* [*a* falx *ductum esse videtur. Th.*]. PAVL. FEST. p. 88 -es dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curvati, a similitudine falcis. GLOSS. -es: δάκτυλοι ποδῶν ἔσω βλέποντες. qui pollices pedum intro curvos habent. *cf. nom. propr. et* 2. falco.

2. falco, -ōnis *m.* [*ab* 1. falco *fortasse non diversum, cf.* falcula 'unguis' (*v. Kluge, Etymol. Wörterb. d. deutschen Spr.*⁷ *s. v.* Falke). *alii a Germanis tractum esse putant; v. Baist, Zeitschr. f. franz. Sprache und Lit. 13, 2, 185 sqq. Th.*]. ISID. orig. 12, 7, 57 capys Itala lingua dicitur a capiendo. hunc nostri -em vocant eo quod incurvis digitis sit (GLOSS. IV 341, 3 genus avis pollices intra curvos habentes. *cf.* SERV. Aen. 10, 145 quidam Falco condidisset *Capuam*, cui pollices pedum curvi fuerunt quem ad modum -es aves habent, quos viros Tusci capyas vocarunt. *cf. etiam p. 175, 77 sqq.*). *nomen avis*: GLOSS. κίρκος. ὀξύπτερον. capus: -o. avis armata unguibus, quam nos -em vocamus. capis: -bus: ITALA lev. 11, 19 (Lugd.) haec quae abominamini ex volatilibus et non manducabitur abominatio est ... -em (*deest* LXX *et* VVLG.). POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 17 *inter nomina volucrum*. SIDON. epist. 5, 5, 2 post ferulas lectionis Maronianae ... quasi de harilao vetere novus -o prorumpas (*cf. Otto, Sprichwörter p. 131*). [FIRM. math. 5, 8, 2 (*loco interpol.*) nutritores accipitrum, -um ceterarumque avium.] [*it.* falcone, *francog.* faucon, *hisp.* halcon. *M.-L.*]

falcula, -ae *f.* [*a* falx *deminutive. Th.*]. **1** *fere i. q. falx*: CATO agr. 11, 4 -as viniaticas XL, -as rustarias X (*trad.* faculas *bis*). 54, 3 quod -a secueris, non renascetur. COLVM. 12, 18, 2 -ae (faculae *SA*) et ungues ferrei quam plurimi parandi et exacuendi sunt, ne vindemiator manu destringat uvas. **2** *i. q. unguis curvus*: PLIN. nat. 8, 41 pardos, pantheras, leones ... condito in corporis vaginas unguium mucrone ... ingredi aversisque -is currere. [*brix.* fioca, *rhaetorom.* farcla. *M.-L.*] *cognomen v. nom. propr.* *Wulff.*

falerae, falerātus *v.* phal-.

falere, -is, *abl.* -e *n.* [*orig. inc. terminatio vocem peregrinam indicare videtur. Th.*]. *i. q. suggestum quoddam, pro fundamento usitatum* (*cf. etiam* fala): VARRO rust. 3, 5, 14 (*in descriptione ornithonis*) subter columnarum stylobaten est lapis a -e pedem et dodrantem alta, ipsum -e ad duo pedes altum a stagno, latum ad quinque ... infimo intra -e est stagnum ... circum -e et navalia sunt excavata anatium stabula. 3, 5, 16 ex suggesto -is ... prodeunt anates in stagnum ac nant. *Mbr.*

fales, -is *v.* fala *p. 173, 82.* **faletra** *v.* phalera.

faliscus, -a, -um (-us *venter*, -a *praesaepis*, -um *carmen, metrum*) *v. nom. propr.*

falix *v.* falx.

falla, -ae *f.* [*si recte traditum, cf. c.* fallere. *Th.*]. [*it.* falla, *hisp. vet.* falla. *fallia: *it.* faglia, *francog.* faille. *M.-L.*] NON. p. 109 (*cf.* GLOSS. V 641, 35) -am pro fallaciam. *affert*: NOV. com. 12 is me non vocabit; ob eam rem hanc feci -am.

***fallācia,** -ae *f.* [*a* fallax. *Th.*]. *abl.* fallacie: APVL. met. 5, 27. VARRO ling. 6, 55 -a ... quod fando quem decipit ac contra quam dixit facit. itaque si quis re fallit, in hoc non proprio nomine -a, sed tralati⟨ci⟩o *eqs.* GLOSS. ἀπάτη. pseustia. *legitur inde a* PLAVTO; *plural. passim apud* PLAVT. TER. QVADRIG. hist. 16 CIC., *dein rursus apud* TAC. *et inde ab* APVL. (met. 5, 16?) DIG. TERT.; *nota plur. tantum apud* CIC. TAC., *cum solum sing. exhibeat* VAL. MAX. (*etiam coniunctum cum plurali alterius nominis, ut* 7, 4 ext. 2 insidiis et -a. 9, 6 ext. 2).

i. q. deceptio, fraus, dolus, circumventio, mendacium (*cf.* PAVL. FEST. p. 192 offucias -as. *nota passive i. q. error: p. 177, 5. 14*): **1** *absolute*: PLAVT. Asin. 69 nauclerico ... ornatu per -am ... abduxit ... mulierem (TER. Phorm. 1038. Haut. 1041 per -as. QVADRIG. hist. 16 BELL. Hisp. 22, 6 LIV. 44, 44, 4 SVET. Tib. 62 Cal. 39. VLP. dig. 17, 2, 45 *syn.* dolove malo. AMM. 28, 1, 7 per dolosas -as. EVGRAPH. Ter. Haut. 701). PLAVT. Asin. 250 argento comparando fingere -am (TER. Haut. 533. Andr. 220 inter se). Asin. 266 meae falsae -ae. Capt. 40 expediet hanc docte -am. 671 tuis scelestis falsidicis -is. 674 mi exemisti Philocratem -is (*abl. nudus ut* 678 Pseud. 1055. 1194 CIC. div. 2, 85). Cas. 860 nec -am astutiorem (*cf.* RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 197ᴬ) ullus fecit poeta atque ut haec est fabre facta ab nobis (TER. Andr. 212). Cist. 540 quot admoenivi fabricas, quot -as in quaestione (Mil. 875). Mil. 192 domi habet *mulier* ... dolos, domi delenifica facta, domi -as (Pseud. 672. 705ᵃ CAECIL. com. 209 SALL. Catil. 11, 2 VAL. MAX. 7, 4 ext. 2 PHAEDR. 1, 31, 5. ITALA act. 13, 10 [codd. e g VVLG.; ῥᾳδιουργίας. *at* d: falsi]. AMM. 20, 11, 2 VVLG. Sirach 1, 40 AVG. civ. 5, 12 p. 214, 8). PLAVT. Poen. 195 hanc perdoceamus ut ferat -am (Pseud. 765. *cf.* TER. Andr. 433 portare. 471 affertur). 774 compositast- a. *al.* CAECIL. com. tit. (*Non. p. 512*) -a (*cf.* Καταψευδόμενος). TER. Andr. 197 quicquam ... -ae conari (*cf.* GLOSS. V 533, 66 doli). 778 -a alia aliam trudit (*cf.* DON. *ad l.* proverbium). Haut. 513 intendenda in senemst -a (LACT. inst. 2, 12, 17 *syn.* calliditates). *al.* TVRPIL. com. 206. CIC. Q. Rosc. 20 ex fraude, -is, mendaciis constare totus videtur (Cluent. 101 MAR. VICTORIN. in Eph. 4, 25 p. 1279ᶜ. RVFIN. hist. 6, 43, 6 [τεχνάσματα καὶ πονηρεύματα]. AVG. civ. 22, 22). CIC. Rab. Post. 35 *syn.* praestigiae. de orat. 2, 191 simulatione. Att. 1, 1, 1 sine fuco ac -is, more maiorum, negatur (*an proverbialiter? cf. p. 177, 23*). VERG. georg. 4, 443 nulla fugam reperit -a (CIRIS 378). VAL. MAX. 7, 3 pr. nisi -a vires assumpsit. 7, 3, 2. 8. 9, 6 ext. 2 mendaciis et -a quasi praeclaris artibus gaudens (TERT. adv. Marc. 3, 9 p. 391 FILASTR. 61, 5 PASS. Petr. Paul. long. 22 *cf. l. 72 et p. 177, 41. 65. 66*). 3, 16, 10. SEN. epist. 45, 8 praestigiatorum ... calculi, in quibus me -a ipsa delectat. COLVM. 11, 2, 68 haec ipsa res habet aliquam -am. PETRON. 103 non est dilata -a. 125 FRONTIN. strat. 3, 3, 6. 3, 14, 1. TAC. ann. 12, 4 nomine censoris serviles -as obtegens (ARNOB. nat. 4, 26).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SVET. rhet. 25 (*ex vetere controversia*). FLOR. epit. 1,16,7 GAIVS dig. 4,3,23. APVL. met. 2,30 -ae reliqua (4,15). 5,16 quam ⟨con⟩colores -as (-am *cod.*) attexamus. 9,6. 21. FLORENT. dig. 49,15,26 *opp.* vi. ITALA II Thess. 2,10 (Tert. adv. Marc. 5,16 p. 631) erit eis ⟨in⟩ instinctum -ae (πλάνης, codd. d g *et* VVLG. erroris), ut ⟨credant mendacio⟩. ITALA (Filastr. 123, 2) *et* VVLG. Col. 2,8 videte ne quis vos decipiat per filosofiam et inanem -am (ἀπάτης, cod. d, Lucif. non conv. 9 p. 19,8: seductionem. *cf.* AVG. civ. 19,23. 20,24 vana). TERT. nat. 1,7 -ae negotium perpetratur. scorp. 12 *opp.* veritas. anim. 57 dicemus magiam ... -am. adv. Prax. 11 p. 243 neque perversitas neque -a deo congruat. adv. Marc. 3,8 lucis id est veritatis et tenebrarum id est -ae. 5,16 p. 631 -ae immissio. VLP. dig. 2,14,7,9 dolus malus fit calliditate et -a (4,3,1,2. *cf. p. 176, 71*). ARNOB. nat. 5,1 insidiosa ... -a. FILASTR. 33,1 diversis erroribus et -is pessumdatus est *Nicolaus.* 33,7 SYMM. epist. 10,23,2. AMM. 14,11,20 umbratis (*cf.* AVG. in Iob p. 573, 20 tenebrosas). 15,5,11 *syn.* insidiis. 15,5,13 -arum nube discussa. 19,12,13 -arum et nocendi species, 28,2,11 exquisitis -is abundantes. 28,6,3 omni -arum via. 28,6,21 *opp.* pretio. MAXIMIN. c. Ambr. 87 ingeniosae. VVLG. II Macc. 13,3 cum multa -a (εἰρωνείας) deprecabatur. HIER. chron. a. Abr. 837 apaturion i. e. -arum sollemnitas. AVG. civ. 2,26. 3,6 artes -ae suae. 8,22 spiritus ... -a callidos. 10,11 -as et malitias et ineptias. 14,11 tamquam instrumento abutens -a *diabolus. al.* bon. viduit. 19,23 non amat ille -arum fucos. epist. 126,11. PASS. Petr. 8 -ae conditor, habitaculum satanae. LEO M. epist. 18 viperea. CLAVD. MAM. anim. 1,24 p. 84,13 -arum ... ludibriis. 2,7 p. 127,5 illectamentis. BOETH. herm. pr. 2,14 p. 213,25 in quibus est -a (ἀπάτη). *al.* PASS. Theclae D 1 p. 130,15 *syn.* hypocrisi. ACTA Achat. 5 huius artificiosae -ae. PALLAD. hist. mon. I 13 diabolicis irrisionibus ac -is. *nota de re fallente*: TERT. anim. 17 auditus -ae reus (*cf. antea* mendacium visui obicitur). *ibid. syn.* frustratio. 46 Homerus duas portas divisit somniis, corneam veritatis, -ae eburneam. **2** *add. genet.: (subi.) hominum* (*bestiae l. 35*): RVT. LVP. 1,7 unius. BELL. Alex. 24,6 pueri. AETNA 29 vatum (*cf.* IORD. Get. 5,40 poetarum. GREG. TVR. glor. mart. pr. Vergilii). VAL. MAX. 5,6 ext. 4 eorum. 7,2,5 illius. COLVM. 9,7,6 lacerti, qui ... apibus affert exitium. TAC. ann. 6,22 -is ignara dicentium. APVL. met. 5,27 germanitatis. apol. 81 Rufini. VLP. dig. 2,15,9,2 coheredis. 21,1,1,2 vendentium (21,1,37). TERT. anim. 57 spiritus nequam (AVG. civ. 7,33 *al. cf.* 4,2 daemonum. *al.* 20,8 diaboli [RVFIN. hist. mon. 29 p. 454A GREG. TVR. vit. patr. 5,3]. COMM. apol. 181 veteris ... hostis). TERT. adv. Marc. 3,8 p. 389 mendaciis et -is creatoris. IVVENC. 3,681 hominis. DON. Ter. Andr. pr. 3,5 p. 40,12 PS. AVR. VICT. epit. 21,4. PRISCILL. can. praef. p. 110,5 haereticorum versutam -am (RVFIN. hist. 10,15 p. 980,15 *syn.* doli). AMM. 14,11,24 Caesaris. 25,10,7. VVLG. prov. 5,2 ne attendas -ae mulieris. II Macc. 15,10 gentium (ἀθεσίαν). RVFIN. hist. 4,25 *syn.* deceptiones (πλάνην). AVG. civ. 15,22. MARCELL. chron. II p. 97,511 *syn.* dolis. SIDON. epist. 5, 7,5 videbis illic ... Vlixis argutias et Sinonis -as (*an proverbialiter?*). *adde*: TERT. adv. Marc. 3,8 p. 389,11 veritatem spiritus, -am carnis confundens. *rerum*: AETNA 76 plurima pars scaenae rerum est -a (*i. composita est ex rebus falsis. cf.* TERT. scorp. 6). PROP. 1,1,19 deductae ... -a lunae. OV. met. 8,168 tanta est -a tecti. 13,164 deceperat omnes ... sumptae -a vestis. MANIL. 3,311 falsi -a mundi. SEN. nat. 1,15,7 speculi ... -am alienum corpus nihil aliud quam mentientis (*cf.* PETIL. Aug. c. Petil. 2,26,60). PLIN. nat. 14,146 legum contra bibendi -as. APVL. met. 7,8 habitus alieni -a tectus. ITALA Matth. 13,22 (codd. δ f ff¹ VVLG.) divitiarum (cod. a: voluntates div., codd. b g¹ q: volupta(te)s, cod. d: seductio). TERT. spect. 10 consecrationis. anim. 57 somniorum. CARM. de Sod. 138 solvitur in cinerem vacui -a pomi (*i. pomum fallax*). HIL. in psalm. 13,3 voluptatum. in Matth. 10,9 verborum. AMM. 31,13,19 Romani ... -is lusi bellorum. VVLG. Hebr. 3,13 peccati. PELAG. in II Tim. 3 p. 893C per argumentorum -am (*syn.* praestigias). RVFIN. hist. mon. 28 p. 451B visus (CLAVD. MAM. anim. 2,4 p. 113,13 visionum). Orig. in Ios. 7,1 divinationum. FLAVIAN. Leo M. epist. 26,3 per -am mendacii subrepere ... auribus. *add. in*: TERT. adv. Marc. 2,10 p. 348,12 unde ... malitia mendacii et -ae *diaboli* in homines et infamiae in deum?

syn. et coniuncta: calliditas, deceptio, dolus, error, fraus, frustratio, hypocrisis, insidiae, machinatio (VLP. dig. 4,3,1,2), mendacium, persecutio (AVG. civ. 20,8), praestigiae, simulatio, temptatio (AVG. civ. 19,10). *opp.*: pretium, veritas, vis.

deriv.: fallaciosus.

fallāciēs, *abl.* -ē *v. p. 176, 40.*

fallāciloquēla (*vel* **fallāciloquentia**), -ae *f. a* fallax *et* loquela (*vel* loquentia). CIC. fin. 4,68 ex illa difficultate illae '-ae', ut ait Accius (*v. 694*, fallaciloquelae *codd. Cic.*, fallaciloquentiae *Non. p. 113 et* GLOSS. V 641, 61. *cf.* TRAG. inc. 114 versutiloquas), 'malitiae' natae sunt.

fallāciōsus, -a, -um [*a* fallacia. *Th.*]. *i. q. plenus fallaciae, dolosus, vafer*: GELL. 6,3,34 usum esse Catonem ... argumentis ... vafris ac -is. 14,1,34 ambages -ae *Chaldaeorum.* APVL. met. 8,10 promissioni -ae mulieris.

fallācitās, -ātis *f. a* fallax. GLOSS. II 233,40 ἀπάτη.

fallāciter *v. p. 180, 24.*

? **fallanio**, -īvī, -īre *cf. c.* fallo. *i. q. occultare*: LEX Sal. 41,2 (*un. cod.*) si non -ivit *occisum* (*pler. codd.* celaturus texerit).

fallātor, -ōris *m.* [*cf.* fallare (*v. p. 180, 73*), falla. *Th.*]. GLOSS. II 579,39 simulator.

fallāx, -ācis *adi.* [*a* fallere. *idem vocabulum esse ac gr.* φήληξ *censet Ehrlich, Zur indogerm. Sprachgeschichte 29. Th.*]. *legitur inde a* CATONE LVCILIO AFRANIO (*deest* PLAVTO *et* TER., *sed uterque habet* fallacia); *comp. inde a* CIC. Mur. 36 *al.* (*nota* magis -x: CELS. 2,6 PLIN. nat. 8,26). *superl.*: CIC. dom. 23 *al.* PRISC. gramm. II 140,9 in 'ax' plerumque verbalia inveniuntur ab omni coniugatione. GRAMM. suppl. 74,24. 119,1. *genet. plur.* fallacum: CATVLL. 30,4. AVG. soliloq. 2,9,16 -x id recte dicitur quod habet quendam fallendi appetitum *eqs.* ISID. orig. 10,105 -x quod fando id est loquendo decipiat. *distinctio inter -em et pellacem*: GRAMM. suppl. 283,13 (DIFF. ed. Beck p. 55), *inter -em et mendacem*: ISID. diff. 1,210. GLOSS. ἀπατεών. decipiens, criminosus, dolosus. illecebrus, perlax (*sic*). planum -em ἀπὸ τοῦ πλανᾶν. NOT. Tir. 56,20. *fort. cogn.* (CORP. IV 1604), *v. nom. propr.*

1 *de hominibus i. q. decipiens, insidiosus, mendax, perfidus* (*cf.* SERV. Aen. 2,80 vanum: -em): **a** *absolute*: SERV. Aen. 11,700 Ligures ... omnes -es sunt, sicut ait Cato (*orig. 32; cf.* orig. 31 mendaces. NIGID. frg. Serv. auct. Aen. 11,715 Ligures ... latrones, insidiosi, -es, mendaces. AVSON. 345,22 *cf.* SERV. Aen. 11,715. 716). POMPON. sat. frg. 2 blanda -x superba impotens discordis. CIC. dom. 23 homini taeterrimo, crudelissimo, -issimo (CATVLL. 30,4 HIL. op. hist. frg. 1,4. RVFIN. hist. 4,7,2 [ἀπατηλοί]). Pis. 66 *syn.* perfidiosus, impudens. Scaur. 42 -issimum genus esse Phoenicum ... monumenta ... nobis prodiderunt (*cf.* 45a Att. 11,7,3 SIL. 1,384). Planc. 22 vicinitas ... non assueta mendaciis, non fucosa (fucata *pars codd.*), non -x. div. 1,37 barbari vani atque -es (*sc. Chaldaei; antea* vanos, futtiles). off. 1,63 viros fortes ... veritatis amicos minimeque -es esse volumus (*opp.* bonos et simplices. 3,57). ad Q. fr. 1,1,16 -es sunt permulti *Graeci* et leves (VAL. FL. 8,275 Graecia -x). ad Brut. 1, 10,3 interpretibus ac nuntiis (LIV. 44,27,3). CATVLL. 64,151 tibi -i. BELL. Alex. 7,2 Alexandrini neque -es ... neque temerarii (24,1). VERG. Aen. 6,344 Apollo. 11,717 Auno. CIRIS 2 vulgi (*i. mobilis*). HOR. carm. 3,7,20. TIB. 1,6,15 puellae (LYGD. 6,51 PROP. 2,5,5. *cf.* 2,24,16 dominae. OV. am. 2,9,43 amicae. ars 3,641 MART. 5,42,5). PANEG. in Mess. 109 Pannonius. LYGD. 4,49 quae dico non -x ... vates (PROP. 2,4,25). OV. am. 1,15,17 servus (*cf.* MART. 11,50,3 ancilla). epist. 16,229 Iason (ars 3,33). ars 3,456 viro. met. 7,326 Aeetias. 13,712 Vlixis (SEN. Tro. 149 MART. 3,64,4). 13,799 fast. 3,487 trist. 2,398 LIV. 2,27,4. 25,41,4 gens -x (*sc. Numidae.* AMM. 21,13,4 VVLG. Is. 10,6). VAL. MAX. 7,8,5 *syn.* insidiosi. PHAEDR. app. 4,5 Dolo. SEN. Ag. 57 Fortuna. Herc. O. 966 Nesse. Oed. 119 Parthi. Phaedr. 634 Amor (OCTAVIA 198 *syn.* levis). Tro. 39 Sinon. 460 umbra *Hectoris.* COLVM. 10,204 *Iuppiter.* VAL. FL. 1,809 senectae (*i. seni*). SIL. 11,10 ambiguis -x ... Apulus armis. 15,792. STAT. Theb. 1,246 arcano de pectore -x Tantalus. 2,293 MART. 6,93,7. 8,59,12. 9,65,8 Lichas. 10,26,8 Nile. MIN. FEL. 11,9 poetis. 38,5 daemonis (AVG. civ. 2,10. 4,1 *et saepe, syn.* malignus, astutus). TERT. adv. Marc. 1,1 p. 291,20 Histro -ior *Marcion.* 3,8 p. 389,9 *opp.* verax. PANEG. 2,11 *syn.* lubrica. HIL. in Matth. 3,3 diabolus (hymn. 3,7). FILASTR. 107,11. 113,1. AMM. 18,9,3 *coni.* turbidos. 22,7,8 Gothos saepe -es et perfidos. *al.* VVLG. prov. 6,19 testem. HIER. in Tit. 1,12 p. 707 vulgare proverbium, quo Cretenses -es appellabantur (*cf.* VVLG. Tit. 1,12 mendaces). Didym. spir. 60 -x fraudulentusque deceptor. CARM. c. pag. 92 Mercurius. AVG. civ. 2,2 falsos et -es eorum deos (2,18. 29. 9,9 mediatores. 9,18. 11,13. 12,14 sapientibus. *cf. p. 179, 78*). DRAC. laud. dei 2,514. *adde*: CIC. epist. 3,10,7 nihil in me non modo perfidiosum et insidiosum et -x in amicitia, sed ne humile quidem aut ieiunum debes agnoscere. *figurate de partibus corp.*: OV. epist. 2,116 casta ... -i zona recincta manu (*cf.* VAL. MAX. 9, 2,1 dexterae. VAL. FL. 7,344). ars 2,143 -i timide confide figurae. met. 5,279 -i (*i. ficto*) veneratus numina vultu (OCTAVIA 377). CELS. 3,6 p. 85,30 venis ... credimus, -issimae rei. SEN. nat. 1,3,9 nihil esse acie nostra -ius (*cf.* CIC. div. 2,91 oculorum -issimo sensu. CLAVD. MAM. anim. 3,3 p. 156,1. TERT. anim. 17 -es et mendaces dominos ... sensus). SIL. 13,282 virum -ia corda (ITALA Rom. 16,18 [Sacr. Leon. p. 352] per dulces sermones suos seducentes corda -ia [*i. simplicia?* τῶν ἀκάκων, codd. d g *et* VVLG. corda innocent(i)um]). VVLG. prov. 26,28 lingua -x non amat veritatem. DRAC. Orest. 249 reducem -i voce salutat (*cf.* OV. rem. 687). *de bestiis*: OV. met. 3,1 posita -is (*i. non veri*) imagine tauri. SIL. 17,529 cornipedis (17,547). QVEROL. p. 30,9 isti *anseres* sunt ariolorum longe -issimi. VVLG. psalm. 32,17 (HIER. psalt. sec. Hebr. 33,17) -x (ψευδής) equus ad salutem (ITALA Eucher. form. 4 p. 27,4 in salutem. *cf. p. 192, 43*). **b** *add. in c. abl.* (*cf. l. 61*): POMER. 3,8,2 in humilitate -es *superbi.* PASS. Petr. Paul. long. 47 -x es in omnibus. *cf.* POMER. 3,10,2 ubique. *add. genet.* (*cf. p. 179, 44*): TAC. ann. 16,32 specie bonarum artium falsos et amicitiae -es (*i. simulatores*). HYD. chron. II p. 33,219 Suebi promissionum suarum ut semper -es et perfidi. *dat.* (*cf. p. 179, 46*): TAC. hist. 1,22 genus hominum (*sc. mathematici*) potentibus infidum, sperantibus -x. *ad, in c. acc.*: *v. supra l. 76 sq.*

masc. subst. **fallāx,** -ācis (*cf.* GLOSS. IV 237, 20 factiosus, -x, deceptor): OV. met. 3, 638. trist. 1, 8, 11 tantane te, -x, cepere oblivia nostri? (MART. 1, 103, 11 o -x atque infitiator. 11, 73, 5). ITALA II Ioh. 7 (Lucif. non conv. 13) multi -es (πλάνοι, VVLG. seductores) progressi sunt ... isti sunt -es et antichristi. TERT. adv. Prax. 11 p. 243, 20 mendacem ... et -em et d e c e p t o r e m fidei *deum* (RVFIN. hist. 9, 10, 6 VIGIL. Thaps. c. Arrian. 2, 35). IREN. 1, 4, 3 mysteria ... exquisita -bus (τοῖς φιλοψευδέσι). HIL. c. Const. 14 -es potius quam ecclesiae episcopi. in Matth. 25, 2 VVLG. prov. 17, 4 CLAVD. 5, 484. 26, 566 PHYSIOGN. 44, 7. CLAVD. MAM. anim. 1, 2 p. 25, 23 -um tenerariorum. MVTIAN. Chrysost. hom. 11 p. 314 eum impostorem, -em, irrisorem vocamus.

2 *de rebus i. q. fallens, decipiens, fraudulentus, periculosus*:

a *corporeis*: LVCIL. 201 fiscina -i cumulo (*i. multis, sed immitibus uvis*). CIC. Rab. Post. 40 -es *merces* ... et fucosae ⟨e⟩ chartis et linteis et vitro. Lael. 68 *novae amicitiae* spem afferunt, ut tamquam in h e r b i s non -bus fructus appareat (TIB. 2, 1, 19. VERG. georg. 1, 195 siliquis [*cf.* SERV. *ad l.*]). VERG. Aen. 5, 850 -bus a u r i s et caeli ... deceptus fraude sereni (HOR. carm. 1, 5, 12 [*in imag.*]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 6, 4, 4 p. 198, 16). 9, 390 perplexum iter ... -is silvae. HOR. sat. 1, 6, 113 circum (*i. furibus frequentatum*). PROP. 2, 34, 35 -x Maeandria ... errat et ipsa suas decipit unda vias. 3, 13, 64 equum *Troianum*. 4, 4, 50 limite. 4, 11, 24 -x Tantaleo corripere ore liquor (*cf.* OV. met. 3, 427 fonti. SEN. Herc. O. 944 unda [APVL. Socr. 22 p. 172 RVFIN. epist. Clement. 14]). OV. am. 2, 11, 8 -es ... vias ire Corinna parat. ars 1, 245 lucernae. 1, 401 arvis (*cf.* MANIL. 4, 401 rura). 2, 189 -ia retia *Atalantes* (*cf.* Pont. 2, 7, 9 hamo [MART. 4, 56, 5]. met. 15, 476 cibis. SYMPH. 178 escas. OPTAT. 6, 8 p. 157, 1 ramis). OV. Pont. 4, 2, 41 a l e a -x, per quae clam tacitum tempus abire solet (SEN. apocol. 15). Ib. 495 Theseae -ia vela carinae. CELS. 3, 6 p. 86, 9 calor. SEN. Ag. 560 Caphareus (*antea* mendax. *cf.* PLIN. nat. 5, 128 vadis. SIL. 3, 472). Med. 658 igne. nat. 2, 49, 1 -ia *fulgura*, quae per speciem alicuius boni nocent. LVCAN. 1, 530 sereno. PETRON. 136, 6 epulae *Phinei*. PLIN. nat. 8, 25 vallem manu factam et longo tractu -em. 14, 36 etesiaca *vitis* -x (14, 37). 21, 77 *venenatis favis* nihil esse -ius potest. 25, 8 pictura *herbarum* -x est coloribus tam numerosis. 37, 114 fulgore. VAL. FL. 3, 186 tenebris. SIL. 1, 544 teli. 2, 171 -i gyro campum secat. 2, 181 telae *Penelopes*. STAT. Theb. 9, 475 subruta -i servat vestigia limo (*cf.* SCHOL. *ad l.* qui creditos sibi gressus decipiebat et nutare faciebat). silv. 1, 3, 18 imago *arborum* (*cf.* AVSON. 157, 25 formas. Mos. 229 figuras). IVV. 13, 4 urna. TAC. ann. 1, 61 umido paludum et -bus campis. NEMES. auc. 7 vincula. ANTH. 426, 4 oceanus. ARNOB. nat. 5, 2 poculis. AVSON. 322, 30 aluta. CLAVD. 22, 398 pulvis. PS. DAMAS. epigr. 102, 1. AVG. civ. 3, 14 -ia ... tegmina et deceptoriae dealbationes auferantur a rebus. *nota add. genet.*: VERG. ecl. 4, 24 -x (*i. dissimulatrix, occultans*) herba veneni occidet (*vix pro genet. exeg. interpretandum videtur*). *dat.*: PLIN. nat. 3, 80 Planasia *insula* a specie dicta, aequalis freto ideoque navigiis -x.

b *de rebus incorpor.*: AFRAN. com. 14 -i aspectu: paries pictus putidus. CIC. Mil. 94 o s p e s -es, cogitationes inanes meae (Phil. 12, 7 *syn.* falsa. de orat. 3, 7 OV. ars 1, 446 LIV. 6, 15, 6 SIL. 7, 57 MIN. FEL. 8, 5 ANTH. 415, 1). ac. 2, 46 -bus et captiosis interrogationibus circumscripti atque decepti quidam. 2, 75 contorta et aculeata quaedam sophismata: sic enim appellantur -es conclusiunculae (*cf.* frg. inc. K 19 cavillationes). 2, 140 non ... virtus, sed -x imitatio simulatioque virtutis. nat. deor. 3, 75 est ... malitia versuta et -x r a t i o nocendi (LIV. 26, 41, 20 *cf.* CIC. Mur. 36. AVG. civ. 20, 1 ratiunculis. ISID. vir. ill. 12 argumentis). off. 3, 36 i u d i c i i s (LIV. 6, 20, 4. *cf. l. 61*). Att. 10, 11, 1 quae ... scribis, ... habent nihil ὕπουλον, nihil -x, nihil flexibile. CATVLL. 64, 56 -i ... excita somno *Ariadne* (*cf.* OV. epist. 10, 5 me somnus ... male prodidit). LVCR. 4, 514 si pravast regula prima normaque si -x rectis regionibus exit (*cf.* 4, 519 iudiciis. AVG. civ. 8, 7 regulis). BELL. Alex. 24, 3 disciplinis. VERG. catal. 3, 10 hora. TIB. 1, 9, 83 amore. PROP. 4, 1, 135 elegos, -x opus. 4, 7, 21 verba. OV. epist. 15, 321 si non est -x f i d u c i a nostra (met. 11, 430 SIL. 6, 333 PS. RVFIN. in psalm. 2, 13). met. 1, 391 sollertia. fast. 5, 191 hominum sententia -x. LYGD. 4, 7 nocte. LIV. 7, 15, 7 -i equitum s p e c i e (SEN. benef. 4, 34, 1. *cf.* LIV. 39, 16, 6 nihil ... in speciem -ius est quam prava religio). 7, 40, 18 ira et spe, -bus auctoribus. 8, 11, 10 l i t t e r i s (TAC. ann. 14, 6). 22, 16, 7 c o n s i l i i (23, 35, 4). 22, 61, 4 reditu. 27, 44, 9 condicionibus. 33, 25, 5 pacem. 42, 22, 8 a r t e (ARATOR ad Parth. 42). 42, 52, 8 colloquio. VAL. MAX. 1, 7 ext. 9 haud -i nocturna i m a g i n e (COLVM. 3, 10, 8 fecunditatis. AVG. civ. 20, 9 *opp.* veraci effigie. PARTHEN. epist. vers. 3). 3, 8, 1 promissis. 7, 8, 8 -is et ingratae culpae. CELS. 2, 6 p. 38 in acutis morbis -es magis notas esse et salutis et mortis. SEN. Oed. 6 o -x bonum! Phaedr. 918 o v i t a -x! (dial. 6, 22, 3 *cf.* epist. 99, 9). dial. 1, 6, 3 longo -ique somnio. 4, 24, 1 suspicio et coniectura, -issima irritamenta. 12, 9, 5 voluptate. epist. 26, 5. 59, 15. 82, 19 -em ... alteram et f a l s a m *Zenonis interrogationem* (AVG. civ. 12, 21. 20, 1 retract. 1, 7, 1 c. Parm. 3, 6, 29. *cf. supra l. 50*). 88, 46 tota rerum natura umbra est aut inanis aut -x. OCTAVIA 35 aulae. CVRT. 9, 3, 19 m i r a c u l u m (AVG. civ. 7, 35. *cf.* 8, 22 signis). COLVM. 11, 2, 67 quae omnia -ia sunt. PETRON. 109, 9 o -x natura deum! PLIN. nat. 2, 85 collectionis nunquam -is. 5, 12 experimento. 8, 26 genere (33, 91. 36, 186). 18, 238 observatione minime -i aut dubia. 22, 106 coniecturam. 31, 44 augurio. VAL. FL. 5, 631 insidiis. SIL. 6, 615 a s t u s (*cf.* RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 196ᶜ calliditate. AVG. civ. 10, 16 astutia). 8, 98 gentis Massylae levitas. QVINT. decl. 290 p. 159, 21 -x ista velox medicina. PLIN. epist. 1, 20, 17 iudicum ingenia (*syn.* imperspicua, incerta). paneg. 32 anni fidem. TAC. ann. 4, 33 amicitias. 14, 22 ambitio. 14, 56 blanditiis. GELL. 10, 12, 4 illecebra. ITALA I Tim. 6, 20 (Nicet. symb. 8) oppositiones -is (ψευδωνύμου, *cf. etiam p. 193, 21*) scientiae. ARNOB. nat. 5, 15 mendaciis. MAR. VICTORIN. in Eph. 1, 4 p. 1240ᴬ intellectus ... -x et ... decipiens. HIL. c. Const. 9 (*syn.* ementitum). 20. FILASTR. 38, 1 notitiam. AMM. 31, 10, 2. 31, 12, 13. MAXIMIN. c. Ambr. 87 perfidia. VVLG. prov. 31, 30 -x gratia et vana est pulchritudo (*cf.* SALON. in prov. p. 992ᶜ). Dan. 2, 9 interpretationem ... -em et deceptione plenam. CLAVD. 3, 238 causis. 22, 173 veris et non -bus ... v o t i s (VAL. CEM. hom. 4, 3 *opp.* succedentibus. DRAC. Orest. 359 *syn.* mendacibus). COD. Theod. 9, 17, 6 (*a. 381*) -x et arguta sollertia. 1, 1, 5 (*a. 429*) iura. AVG. civ. 1, 29 consolationem. 2, 29 malignitate. 3, 17 f e l i c i t a t e m (*cf.* 11, 4 beatitudine. 17, 20). 8, 23 figmenta. 10, 25 g a u d i i s (CARM. epigr. 1400, 5. PS. RVFIN. in psalm. 7, 10 laetitiae). *al.* MART. CAP. 2, 102 -x mortalium curiositas. 6, 644 *syn.* mentiens. *al.*

neutr. pro subst.: Q. CIC. pet. 54 Roma est civitas ..., in qua multae insidiae, multa -ia, multa in omni genere vitia versantur. MIN. FEL. 14, 5 de -bus iudicare.

adv. **fallāciter.** *i. q. falso, simulate, mendaciter, insidiose* (*i. q. clam, occulte: l. 31*): GLOSS. πλαστῶς. *legitur inde a* CIC., *item superl.* CIC. dom. 77 qui *maiores* non ficte et -r populares, sed vere et sapienter fuerunt. har. resp. 48 vobis se coepit subito -issime venditare. part. 90 voluptas ... boni ... naturam -r imitando adulterat. div. 1, 35 portenta interpretari. off. 3, 68 *syn.* insidiose, simulate (AVG. epist. 82, 4). OV. met. 11, 643 ille ... -r omnia transit. PLIN. nat. 12, 71 -issime ... adulteratur India murra. 21, 12 odorum vi subrepente -r. HERM. Pal. mand. 2, 5 qui ... -r (ἐν ὑποκρίσει) acceperint *donum*. sim. 8, 6, 2 IVVENC. 1, 546 COD. Iust. 9, 46, 9 (*a. 382*; COD. Theod. 9, 37, 3) -r incusantibus. PS. AMBR. laps. virg. 4, 12 PELAG. in Col. 3 p. 859ᴰ AVG. civ. 2, 8. 10, 10. epist. 120, 6 *opp.* veraciter (virg. 18, 18 SACR. Leon. p. 354). 175, 4 *syn.* inaniter. in psalm. 85, 14 *syn.* falso. AVIAN. fab. 26, 7 VINCENT. LER. 14, 20 p. 22 CASSIOD. in psalm. 15, 11 GREG. M. in euang. 7, 1. 18, 2 FACVND. defens. 2, 2 p. 564ᴬ.

syn.: *ad 1*: astutus, callidus, deceptor, deceptorius, falsus, fraudulentus, fucosus, futtilis, insidiosus, levis, lubricus, malignus, mendax, perfidiosus, perfidus, vanus. *ad 2a*: deceptorius, fucosus, mendax. *ad 2b*: captiosus, decipiens, dubius, ementitus, falsus, fragilis (CIC. de orat. 3, 7), imperspicuus, inanis, incertus, infidus (AVG. civ. 8, 7), insidiosus, levis (SEN. epist. 26, 5), lubricus (SEN. epist. 99, 10), mendax, mentiens, pravus, simulatus (LIV. 33, 25, 5). *opp.*: *ad 1*: bonus, simplex, verax. *ad 2*: certior (PLIN. nat. 31, 44), speciosus (SEN. dial. 12, 9, 5), succedens, verus, verax.

syn. ad adv.: falso, ficte, inaniter, insidiose, simulate. *opp.*: veraciter, vere.

fallenter *v. p. 190, 77.*

fallibilis subdolus, malitiosus, mendax, insidiosus GLOSS. *a* fallere.

fallio, -ītus, -īre *v. infra l. 70 sqq.*

***1. fallo,** fefellī, falsus, -ere [*si ex* *falnō *factum est, conferri potest c. gr.* φηλός, φηλοῦν, φηλήτης, *ind.* hvrnāti, hvárati, hválati *'declinat, incurvatur, errat, prolabitur'*, vi-hrunāti *'deflectit, in errorem inducit'; v. Fick, Zeitschr. f. vergl. Sprachf. 22, 104 sq.; Fröhde, Bezzenbergers Beitr. z. Kunde der idg. Spr. 3, 306 sq. alii coniungere malunt c. hibern.* dall *'caecus', got.* dwals *theodisc.* tol *'stultus', anglosax.* gedwola *'error'; v. Luft, Zeitschr. f. vergl. Sprachf. 36, 148. alii alia proponunt; cf. Walde, Lat. etym. Wörterb.² s. v. Th.*]. *f o r m a e*: fallier: PERS. 3, 50. *de secunda syllaba perfecti positione longa cf.* PRISC. gramm. II 460, 3 praesentis tempora servantur in praeteriti paenultima, ut ...'-o fefelli'. f e f e l s i t: GLOSS. IV 80, 5. *sup.* falsum *non est in usu, sed cf.* DIOM. gramm. I 377, 1 -or falsus sum facit *eqs.*; *hoc legitur*: ARNOB. nat. 1, 46 LACT. inst. 4, 14, 12 HEGES. 2, 1, 3 AVG. civ. 8, 26 p. 364, 28. 16, 4 MART. CAP. 5, 449. *cf.* GLOSS. lib. Gloss. -lsus sum circumventus, deceptus sum [*inde explicatur error*: GLOSS. V 599, 54 falsosum circumventosum, deceptosum]. *v. etiam* falsus *et* falsus sum *sub adi. p. 192, 68 sqq.* f e f e l l ĭ t u s sum: PETRON. 61. f a l l i o, -ī r e: GLOSS. II 470, 32 falleo. PS. VEN. FORT. vita Med. 5, 15 fallire. LEX Sal. 17, 1 falierit. BENED. reg. 45 fallitus fuerit. *cf.* falliturus *p. 190, 79.* f a l l o, -ā r e (*cf.* falla, fallator): GLOSS. Löwe Prodr. (cod. Leid. 67 E) aucupes viscillarii, in⟨e⟩scantes, cantu fallantes, fistolarii. *cf.* GLOSS. IV 341, 10 (*codd. Paris. Hauss.*) fallat (*rell.* -it) decepit *etc.* V 197, 34 fallare consolari. 529, 9 obrepere dicere fallare *et hic illic in codd. ut* SVLP. SEV. chron. 2, 43, 1. VARRO ling. 6, 55 ab eodem (*verbo 'fari'*) -i, sed et falsum et fallacia. itaque si quis re -it, in hoc non proprio nomine fallacia, sed tralati⟨ci⟩o, ut a pede nostro pes lecti. DIFF. ed. Beck p. 56, 2 -it re, decipit ore. ISID. diff. 1, 381 ille mentitur qui vult videri quod non est: qui autem non volens aliud putat quam est, non mentitur, sed -itur *eqs.* GLOSS. ἀπατῶ. ἐξαπατῶ. φενακίζω. -it ἐξαπατᾷ, πλανᾷ. decipit, circumvenit, delectat, obrepit. fefellit fraude decepit. elusus vel illusit vel frustratus sive con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cisus. frustratus est: fefellit, illusit. ludis: eludis vel -is. circumvenit: -it, decipit. NOT. Tir. 56, 14 -it. 56, 15 fefellit. 56, 16 non -it. 56, 17 non fefellit. *verbum legitur inde a* PLAVTO *et* CATONE *per totam latinitatem; frequentant* CIC. (*161^ies*) OV. (*148^ies*) LIV. (*88^ies*) SEN. phil. (*85^ies*) QVINT. (*69^ies*). [*dub.*: Ov. met. 9, 753 fiant *M*, fallas *N*, SEN. epist 74, 9.] [*it.* fallere, *francog.* faillir faloir, *hisp.* fallecer. *M.-L.*]

I *generatim i. q.* ***decipere, circumvenire, fraudare,*** *frustrari, eludere, saepe i. q.* ***verbis*** *decipere, mentiri, cf. inprimis sub I A 1 et structuris.* GLOSS. -ere mentire. fefellit fraudulenter mentitur; *distinctiones*: AMM. 29, 1, 15 -ere non minus videtur, qui gesta praeterit sciens quam ille, qui numquam facta fingit. *cf.* NIGID. frg. Gell. 11, 11, 1. *de peiurio: l. 65. p. 182, 35. sublucet hic illic vis, quam originariam putaverim, i. q. 'caducum reddere, deicere' sim., cf. gr.* σφάλλω *et p. 186, 7. 187, 16; sed ubique iam notio decipiendi viget.*

A ***homines -unt:*** **1** *absolute vel obi. supplendo* (*seq.* quod: *l. 32*): **a** *verbo nudo*: PLAVT. Amph. 392 tuae fide credo? ... quid si -es? (Aul. 776). AFRAN. com. 125 non fefelli. ACC. trag. 475 satin astu et -endo callet? (CIC. leg. agr. 2, 95 studium -endi. Font. frg. 19 in -endo exercitatissimum [AMM. 15, 5, 4]. div. 2, 83 *coniunct.* errore, superstitione. ad Q. fr. 1, 2, 4 ingenia ad -endum parata [LIV. 1, 54, 2 SEN. epist. 88, 29 QVINT. inst. 3, 8, 63 TAC. hist. 2, 8 ann. 2, 66 *al.*]. Verr. 3, 134 *opp.* eripere. SALL. Iug. 61, 4 copia -endi. epist. Mithr. 20. TIB. 3, 12, 12 vias. SIL. 3, 233 docilis -endi. QVINT. inst. 2, 15, 23 -endi artem *rhetoricen* [AVG. civ. 2, 10]. FLORENT. dig. 18, 1, 43, 2 *al., nota abundantiam in figura*: AVG. civ. 2, 5 non quem monendo ... faceret, sed quem -endo deciperet. 4, 32 p. 187, 28. 6, 10 p. 270, 7). NIGID. frg. Gell. 11, 11, 1 qui mentitur, -it, quantum in se est *eqs.* CIC. dom. 125 ementiri, -ere, abuti deorum immortalium numine (off. 3, 81 VAL. MAX. 9, 6 pr. QVINT. decl. 379 p. 424, 20 GELL. 14, 1, 36 TERT. adv. Marc. 3, 8 p. 389, 6 ARNOB. nat. 2, 39 HIL. in Matth. 10, 29 c. Const. 9) CIC. Rab. Post. 1 fefellit rex. fin. 2, 53. div. 2, 97 quod aiunt ..., -unt. off. 1, 41 tum cum maxime -unt. 3, 55 SALL. Iug. 56, 2. VERG. Aen. 11, 701 dum -ere fata sinebant. TIB. 1, 8, 56. 63 perfida -it (*i. non stat promisso; cf.* MART. 2, 25, 2). 1, 9, 37 non ego -ere doctus (SIL. 10, 187). PROP. 4, 1, 146 persuasae -ere rima sat est. OV. epist. 2, 134. 6, 124 -ere non norunt. 19, 190. ars 1, 585 per amici -ere nomen. 3, 31. 616 *syn.* verba dabis. met. 8, 721 SEN. suas. 2, 16 CELS. 5, 26, 1. SEN. benef. 6, 30, 5 una contentio *amicorum*, quis blandissime -at. epist. 3, 3 CVRT. 4, 13, 8. VAL. FL. 4, 675 nil -is (vel fallit *V*). 7, 280 promisi; ne -e (*sc. expectationem*), precor. SIL. 15, 103. 16, 404 alterni nequicquam -ere temptant (*i. adversarium arte eludere*). 17, 559. STAT. silv. 2, 6, 29 non -o (*i. mentior; cf.* QVEROL. p. 14, 21 -is turpiter. RVFIN. hist. mon. 2 p. 407^B coram ipso. hist. 3, 6, 2 [ἀρνησαμένους]. PASS. Thom. p. 127, 4 ait -ere eos [ψεύδεσθε]). Theb. 11, 298 'non -is' ait (*sc. me, i. frustra mentiris; cf.* SCHOL. *ad l.* non celas, quid tuus animus ... festinet). MART. 4, 42, 15 iam scio nec -es. QVINT. decl. 340 p. 344, 19 non -isti? (*antea* circumscribere vectigalia). SVET. Nero 16, 2 -ere ac furari per iocum. GRAN. LIC. p. 9, 11. TERT. adv. Val. 2 p. 178, 21 praestat ... errare quam -ere. adv. Prax. 12 p. 245, 14 -it aut ludit *deus* (ARNOB. nat. 4, 12 PS. HIL. libell. 14. *nota*: FIRM. err. 12, 2 deus ... in cygno -it, ... ludit in satyro). LAMPR. Alex. 19, 2 si -issent ... testes. FIRM. err. 7, 7. QVEROL. p. 34, 8 nihil fefellit (*i. horam accurate praedixit; cf.* AMM. 16, 12, 41). HYG. astr. 4, 2 p. 100, 23. AMBR. virg. 1, 12, 64 *syn.* circumscribit, decipit. PRVD. ham. 506. *nota*: DRAC. laud. dei 3, 398 licet ipse fefellit *Scaevola* (*i. erravit ictu? cf.* MART. 1, 21, 7), non manus audaces animos. *adde de partibus corporis*: OV. epist. 7, 81 omnia mentiris neque enim tua -ere lingua incipit a nobis. DRAC. laud. dei 1, 565 de quo *deo* ... nec mens quaecumque praesumpsit pura fefellit.

de re personata: LIV. 28, 42, 7 fraus fidem in parvis sibi praestruit, ut, cum operae pretium sit, cum mercede magna -at. *de bestiis* (*c. infra l. 83*): CIC. div. 2, 79 aves ... ⟨si⟩ prosperos eventus ostenderunt, certe -erunt (*cf.* HOR. carm. 3, 17, 12 aquae nisi -it augur annosa cornix). OV. hal. 35 *polypus* hic quoque -it (*antea* eludit). PLIN. nat. 10, 26 ni -erit *coccyx*. *nota speciatim de peiurio*: TRAG. inc. Cic. epist. 7, 1, 2 si sciens -o (CIC. ac. 2, 146; *cf. formulas plenas*: PAVL. FEST. p. 115 LIV. 22, 53, 11 IVS IVR. Arit. [Corp. II 172] 13 PLIN. paneg. 64, 3 *cf.* PAVL. dig. 12, 2, 26, 1. *adde*: PROP. 2, 20, 16 si -o, cinis heu sit mihi uterque gravis. 4, 7, 53. 4, 11, 27 [-or *codd.*] LIV. 21, 45, 8). OV. fast. 4, 229. SEN. benef. 3, 37, 4 iuravit tribunus nec fefellit. dial. 11, 10, 7. PLIN. nat. 2, 21 in Capitolio -unt ac fulminantem peierant Iovem. PORPH. Hor. carm. 2, 8, 1 (re- *cod.*). BACHIAR. fid. 1. **b** *adduntur*: *abl.*: CIC. Mur. 62 improbi ... hominis ⟨est⟩ mendacio -ere. VARRO ling. 6, 55 si quis re -it. TIB. 1, 2, 53 cantus, quis -ere posses. PROP. 1, 4, 16 accepta ... fide. OV. fast. 4, 228 qua *Venere* -am. LVCAN. 9, 1062 his -ere vocibus audet (*cf.* SIL. 2, 385 dictis. HIL. c. Const. 21 verbis). SIL. 4, 178 laevo meditatur -ere gyro. 6, 482 astu. MART. 8, 48, 8 qua possis melius -ere, sume togam. QVINT. inst. 9, 1, 20 nutu. *seq. praep.* (per *v. supra l. 37*, coram: *l. 44*): TER. Haut. 671 quod de argento sperem ... me -ere. HIL. in Matth. 10, 29 de se. *cf. supra l. 59.* CIC. Verr. 3, 132 in sortitione -ere. Mur. 77 in eo quidem -is et decipis. har. resp. 47 in quo -bat (*syn.* mentiebatur). NEP. Them. 7, 2 in ea re. GERM. frg. 4, 5 nec pecus in fetu -et. QVINT. decl. 248 p. 15, 27 tamquam in hoc -ant. TERT. anim. 28 in durioribus fefellit, qui molliora mentitus est. VLP. dig. 11, 6, 5, 2 si *mensor* in aedificii mensura fefellit. 11, 6, 7, 2 in modo. 11, 6, 7, 4 *tabularius* in computatione. 14, 1, 1, 10 in pretiis rerum emptarum ... magister. SALV. gub. 3, 54 quamvis in hoc -erim. *seq. acc. c. inf.*: HIL. trin. 1, 24 deum verum ex eadem *lege* proferre se -erunt (*syn.* ementiti essent). quod: ITIN. Anton. Plac. rec. A 15 quod -ent homines de uxore Loth, eo quod minuatur ab animalibus lingendo, non est verum. AVG. civ. 8, 26 p. 364, 28 falsus ac -ens, quod remeavit in caelum. ut: VVLG. exod. 8, 29 noli ultra -ere, ut non dimittas populum sacrificare.

2 *aliquem* (*de best.*: *l. 50 sq.*). *cf.* FEST. p. 229 prodit ... -it. EVGRAPH. Ter. Andr. 912 eorum animos lactas: eorum ingenia -is ac decipis. *saepe speciatim de* ***peiurio***, *cf. l. 35 sqq.; de mendacio cf. l. 57 sq.; hic illic i. q. alicuius* ***opinionem*** *decipere, e spe eripere, cf.* CIC. Sest. 20 eorum *consulum* alter fefellit neminem. p. red. in sen. 10. NEP. Lys. 3, 3 hac spe cum profectus esset in Africam, multum eum antistites Iovis -erunt. LIV. 6, 12, 11 nec dux legiones nec fortuna fefellit ducem. GRATT. 350 nec expertos -et deus. **a** *alterum quendam* (*active vel passive*): α *obiectum solum*: PLAVT. Bacch. 694 senem hodie doctum docte -as. Epid. 354 *patrem.* Col. frg. 2 qui data fide firmata fidentem -erint. CATO or. frg. 41 clientem (CLAVD. 3, 180). TER. Andr. 204 nihil me -is (*cf.* GLOSS. V 533, 67 lates decipiens). 495 nunc hic se ipsus -it, haud ego. 602 erum (867 Haut. 537). Eun. 385 *meretrices* itidem -am, ut ab illis -imur? (*cf. hanc oppositionem activi et passivi*: SEN. Phoen. 493 MIN. FEL. 27, 2 COD. Theod. 12, 7, 2 AVG. civ. 8, 26 ZACCH. 1, 9 POMER. 1, 2, 1). *al.* GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 4 omnes (MART. 3, 43, 3 QVINT. decl. 314 p. 236, 15 PLIN. paneg. 62, 9). CIC. inv. 1, 71 nos per fidem. S. Rosc. 116 socium (Q. Rosc. 17 *syn.* fraudarit. *al.*). Verr. 3, 78 utrumque. Rab. Post. 33 me scilicet maxime, sed proxime illum quoque -issem. Att. 11, 12, 3 non -endi, sed confirmandi mei causa. PLANC. Cic. epist. 10, 21, 3. BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 2, 2 *syn.* decipiendi. CATVLL. 30, 3 *syn.* prodere. 76, 4. LVCR. 5, 1156 -it ... divom genus humanumque. RVT. LVP. 2, 19. VERG. Aen. 4, 296 quis -ere possit amantem? (OV. met. 4, 128 MART. 8, 51, 25 QVINT. inst. 12, 1, 39 FRONTIN. strat. 2, 5, 34). 6, 324 di cuius iurare timent et -ere numen (*cf. de peiurio*: OV. am. 3, 11, 46 deos [fast. 5, 685 prudens. *al.* LIV. 2, 45, 13. 30, 42, 21 CVRT. 6, 4, 12. 7, 8, 29 SIL. 13, 746 PLIN. epist. 2, 20, 6 AVSON. 92, 5. *cf.* TAC. ann. 1, 73 Iovem. COMM. instr. 1, 11, 7 divinus]. OV. rem. 303 sic me iurata fefellit. epist. 19, 95 Delia. VAL. MAX. 2, 9, 8 Carthaginienses). HOR. carm. 4, 4, 52 quos *lupos* opimus -ere et effugere est triumphus. 4, 6, 16 Priami ... aulam. TIB. 1, 2, 15 custodes (OV. trist. 2, 449). PROP. 1, 13, 4. 3, 6, 3. LYGD. 4, 62 virum (OV. ars 3, 484). OV. am. 3, 4, 20 hos *oculos Argi* ... saepe fefellit Amor. 3, 7, 71 dominum. epist. 2, 63 credentem ... puellam (PLIN. paneg. 66, 5). ars 1, 645 -ite -entes. met. 6, 117 aries Bisaltida -is *Neptune* (*antea* elusam, luserit). Pont. 3, 3, 53 nuptas. *al.* LIV. 7, 35, 6 *syn.* eluseritis. 25, 7, 12. 25, 24, 4 terrendique magis hostes erant quam -endi (42, 47, 7 CVRT. 8, 13, 17). SEN. suas. 7, 9. PHAEDR. 5, 2, 11 ignorantes. *al.* SEN. epist. 95, 67 intelligas nobilem equum, ne -aris empturus. *al.* CVRT. 5, 10, 15 SCRIB. LARG. 97 LVCAN. 9, 388. 1081. PETRON. 61 nec unquam fefellitus sum. PLIN. nat. 10, 100 *perdices* maritos suos -unt. 35, 65 *Zeuxis* volucres. VAL. FL. 1, 180 ignarum (SVET. Galba 3, 4). 3, 490. 5, 223. QVINT. inst. 2, 17, 28 in hoc ipsum -endi sint *iudices*, ne errent (4, 1, 78. 4, 5, 5 SCHOL. Cic. Bob. p. 145, 9). decl. 341 p. 347, 22 *syn.* circumscribimur. *al.* VLP. dig. 4, 3, 1, 2 (*ex Labeone*) *syn.* circumveniendum, decipiendum. ARGVM. Plaut. Pseud. 2, 14 lenonem. ITALA iud. 16, 15 (Aug. loc. hept. 7, 63 p. 629, 8) hoc tertium -isti me (ἐπλάνησας, Lugd. abusus es me, VVLG. mentitus es mihi). Matth. 24, 4 (Cypr. Fort. 11) cavete, ne qui vos -at (πλανήσῃ, codd. a b c d δ e f ff¹ ff² g¹ h q *et* VVLG. seducat). Matth. 24, 5 *et* Marc. 13, 6 (Cypr. Fort. 11 unit. eccl. 14) multos -ent (codd. *et* VVLG. seducent). Matth. 24, 24 (Aug. c. Faust. 13, 5) electos (πλανῆσαι, cod. d ut seducantur, codd. a b ff² g¹ *et* VVLG. in errorem inducantur, *sim.* codd. c f h q; codd. e δ ut errent, cod. ff¹ in errorem mittant). COMM. instr. 1, 11, 17. 1, 12, 14. SYMPH. 96 si me non Graecia -it. AVSON. 58, 5. QVEROL. p. 37, 19 *syn.* decipi. p. 37, 23 *syn.* circumveniri. AMM. 16, 11, 7 relatione fefellit Constantium finxitque *eqs.* HIER. epist. 14, 6, 5. VVLG. III reg. 13, 18 fefellit eum. CYPR. GALL. num. 388 cives (*antea* mendaci eludere fatu). PS. PRIMAS. in II Cor. p. 579^D *satanas* decipiat ac -at incautos. *nota de capiendis piscibus* (*cf. p. 183, 55*): TERT. anim. 31 Pyrrhus ... -endis piscibus agebat, Pythagoras contra nec edendis. *adde res pro hom.*: HOR. carm. 3, 24, 60 periura patris fides consortem socium -at. VAL. FL. 8, 409 -ique sinit nec virginis annos (*i. Medeam puellam*). *pro obi. sunt partes corporis vel animus*: VITR. 6, 2, 2 non ... veros videtur habere visus effectus, sed -itur saepius iudicio ab eo mens (*cf.* QVINT. decl. 309 p. 218, 13 animum). CVRT. 7, 11, 21 ne -retur acies (*cf.* COLVM. 2, 4, 3 visu. LACT. opif. 9, 5 oculi [NICET. symb. 4 p. 42, 5]. EVSTATH. Bas. hex. 6, 9 p. 932^B APRING. in apoc. 19, 20 aspectus). CLAVD. 21, 113 in more maligno -ret Augustas occultus proditor aures. *add. partic.* (*cf. l. 49 et p. 184, 39. 187, 19. 188, 55. 83. 189, 40. 79*): VAL. FL. 8, 216 *Medeam* -it ad Haemonios hortatus surgere montes. TAC. ann. 1, 47 negotia varie causatus primo prudentes ... fefellit. FILASTR. 29, 1 inultos -bat *Simon* dicens. CLAVD. carm. min. 30, 31 trahat arte procos -atque furentes stamina nocturnae relegens Laërtia telae. PALLAD. hist. mon. I 55

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aegrotam se simulans coniugem suum fefellit ac distulit. *seq. enunt.*: GELL. 1, 3, 3 in hoc certe tempore non -o me nihil esse quicquam commissum a me. SCHOL. Cic. Bob. Sest. 141 p. 142, 10 astute ... Xerxem fefellit, quasi futurum esset ut pons ... rescinderetur.

β add. ablativus: PLAVT. Most. 923 egone te ioculo modo ausim dicto aut facto -ere? (*cf.* TER. Haut. 711 vera dicendo. CIC. Phil. 7, 26 oratione. NEP. Epam. 5, 3 verbo [Ov. fast. 2, 262]. Ov. am. 3, 3, 44 numen ... femina mendaci ... ore). TER. Andr. 493 quem tam aperte -ere incipias dolis (LYGD. 6, 12. *cf.* TER. Haut. 470 technis). RHET. Her. 4, 10, 15 specie gravitatis -untur (Ov. fast. 6, 686 specie numeroque. CVRT. 7, 2, 14 amicitiae. QVINT. inst. 8, 3, 56 boni). CIC. inv. 1, 16 quos non ... imprudentia -i putamus. S. Rosc. 117 socios induxit decepit destituit ... omni fraude et perfidia fefellit (Ov. Ib. 432 Pont. 3, 1, 108). rep. 3, 47 errore quodam -imur ita disputando (STAT. Theb. 7, 295 vidindi. EVGRAPH. Ter. Phorm. 735 visus. *cf. infra l. 50*). fin. 3, 72 ne ... captiosa probabilitate -amur (ac. 2, 75). nat. deor. 3, 76 patrimonia spe bene tradendi relinquimus, qua possumus -i (QVINT. inst. 12, 7, 7 decl. 280 p. 143, 27). VERG. georg. 3, 392 munere ... lanae ... Pan ... captam te, Luna, fefellit. PROP. 2, 2, 2 me composita pace fefellit Amor. 4, 1, 81 -itur auro Iuppiter. Ov. epist. 5, 134 poteras -i legibus ipse tuis. ars 1, 310 sive virum mavis -ere, -e viro! 3, 487. met. 5, 309 indoctum vana dulcedine vulgus. 9, 460. trist. 2, 505 cumque fefellit amans aliqua novitate maritum *in mimo*. LYGD. 4, 56 *puella te* vanum nocturnis -it imaginibus. GRATT. 224 si quast qua -itur *metagon* ... turba loci. VAL. MAX. 9, 14 ext. 1. COLVM. 6, 37, 8 *equa* optime tenebris -itur. PLIN. nat. 10, 118 nisi subinde eadem audiant, memoria -i *picas* (*cf.* AVG. civ. 20, 15 oblivione). VAL. FL. 7, 213 imagine somni *Medea*. STAT. silv. 4, 3, 117 visu -imur? Theb. 7, 123 aure (*cf.* TERT. anim. 17 p. 323, 26). QVINT. inst. 2, 4, 14 iudicio non -bantur (decl. 314 p. 235, 20 *syn.* circumveniri, decipi *cf. p. 182, 75*). decl. 263 p. 74, 27 num -imur numero? (CLAVD. 26, 488 *cf. supra l. 11*). APVL. met. 5, 27 concinnato mendacio -ens maritum (CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 123, 7. *cf.* AMM. 28, 6, 20 arte mendaciorum). 9, 14. ITALA II Cor. 11, 3 (Aug. c. Faust. 15, 3) serpens Evam fefellit (ἠπάτησεν, codd. dg *et* VVLG. seduxit) astutia sua (AVG. civ. 21, 27). TERT. bapt. 18 nat. 2, 17. SEN. contr. exc. 4, 8 promissione iudex. AVSON. 436, 4 *Patroclus* Troianos Achillis specie. 446, 3. AMM. 21, 1, 3 ne per amicitias fictas insidiis -retur occultis (SVLP. SEV. Mart. 21, 2). 21, 1, 12 ratiocinantes coniectura. HIL. myst. p. 14, 29 ne quoquo genere -atur *Isaac ab Iacobo*. HIER. epist. 30, 5 litterarum ambiguitate. CLAVD. 5, 367 cuncta ... affatu. 22, 131 (*res pers.*) te iucunda fronte ... Luxuries (*antea* capit). GENNAD. dogm. 44. AVG. civ. 5, 18 iurando. 16, 4 nonnulli ambiguo Graeco falsi sunt. 18, 19 habitu pauperis apparendo. 19, 9. *nota*: VERG. Aen. 4, 18 postquam primus amor (*i. maritus*) deceptam morte fefellit. *pro obi. sunt partes corporis vel mens homin.*: VERG. Aen. 12, 246 *signum* turbavit mentes Italas monstroque fefellit. CALP. ecl. 2, 87 gracili digitos lanugine -o. *adde de insania*: CELS. 3, 18 p. 101, 33 quidam imaginibus, non mente -untur ...; quidam animo desipiunt. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 151 aliarum specierum errore. 1, 5, 154 mente. *de aucupio sim.*: VERG. georg. 1, 139 laqueis captare feras et -ere visco (*cf.* COMM. instr. 2, 7, 1 -untur volucres et silvarum bestiae viscis [silvis *codd.*]). Ov. met. 15, 474 volucrem viscata -ite virga (*syn.* illudite). MART. 14, 217 non tantum calamis, sed cantu -itur ales. DRAC. laud. dei 1, 508 retibus ... pisces. *nota abl. damni illati* (*cf.* auro circumducere *sim.*): CAECIL. com. 202 aut tu illum *patrem* fructu -as aut per litteras avertas aliquod nomen.

γ seq. praep.: in *c. abl.* (*passivum pro refl. v. p. 184, 45 sqq.*): CIC. S. Rosc. 116 in rebus minoribus socium -ere turpissimum est. Verr. 1, 5 fortasse aliqua in re nos aliquando -isset. Phil. 5, 12 in quo nos fefellit (Att. 2, 19, 4 off. 1, 91). PVBLIL. B 41 in morte. QVINT. inst. 4 pr. 3 in iis. VLP. dig. 11, 6, 1 pr. in modi renuntiatione (19, 1, 32). AVG. civ. 4, 32 populum in religionibus (*cf.* 4, 27). *adde*: VOPISC. Prob. 2, 1 ne in aliquo -am carissimam mihi familiaritatem tuam. PORPH. Hor. epist. 2, 1, 88 oculos nostros in multis -i. in *c. acc.* (*cf. p. 184, 57*): CIC. Sest. 21 alter *consul* multos plane in omnes partes fefellit. de: CAPITOL. Gord. 31, 2 ut senatus de his rebus, quas non noverat, -retur. FIRM. err. 7, 4 credulam de calamitatibus suis ... matrem. super: ITIN. [Silv.] 12, 7 -ere vos super hanc rem non possum. per (*cf. supra l. 38 et p. 182, 27*): TER. Eun. 39 -i per servom senem (Haut. 471 technis). SEN. Thy. 320 per quos *liberos* -ere alium cogitas. AVG. civ. 10, 27 plurimos per caecam ... sententiam. ab: Ov. trist. 2, 462 qua nuptae possint -ere ab arte viros. sub: MANIL. 4, 366 nec tua sub titulis -antur pectora notis.

b *sese ipsum*: *α se -ere reflexive*: TER. Andr. 495 *p. 182, 21* CIC. Rab. Post. 33 *p. 182, 28*. Phil. 12, 21 nisi me forte -o. Ov. rem. 513 te quoque -e. trist. 1, 3, 59 meque ipse fefelli. Pont. 2, 8, 71 aut ego me -o nimiaque cupidine ludor. SEN. dial. 6, 19, 1 nosmet ipsi -amus. 10, 11, 1 tam libenter se -unt quam si una fata decipiant. PANEG. 4 (9), 3 neque me sciens -o. ITALA (Aug. spec. 46 p. 272, 9) *et* VVLG. Iac. 1, 22 -entes (παραλογιζόμενοι) vosmet ipsos. BACHIAR. repar. laps. 21 te. POMER. 3, 10, 2 se ipsos. *add. abl.*: PLIN. nat. 8, 6 ut sese longinquitatis aestimatione -rent *elephanti*, aversos retrorsus isse. ARNOB. nat. 6, 14 ipsi vos ... voluntaria -itis et circumscribitis caecitate.

β passive (*pro reflex.*; *cf.* GLOSS. σφάλλομαι. -eris erras): *αα absolute*: CIC. Phil. 12, 1 -i, decipi, errare eum, cui vos ... assentiamini (off. 1, 94. MIN. FEL. 32, 7 erras ... et -eris [ARNOB. nat. 3, 22 SEDVL. op. pasch. 2, 7 p. 204, 5]). CIC. Phil. 12, 2 qui minime -i posset. fin. 1, 15 vide, quantum ... -are, Torquate (*cf.* VALG. carm. 2, 7 -eris, insanus, quantum si gurgite nauta *eqs.*). 3, 72 a vero abduci -ique. ac. 2, 66 ne capiatur *sapiens*, ne -atur. nat. deor. 3, 15 medici ... saepe -untur. 3, 76 div. 1, 24. 2, 16 fat. 15. Att. 4, 19, 1 nisi -or, citius te ... videbo (16, 6, 2 VERG. Aen. 5, 49 Ov. fast. 4, 623. SEN. Ag. 960 forte. epist. 14, 3. 54, 5 COLVM. 3, 2, 23. 5, 1, 1. 7, 11, 3 PLIN. nat. 14, 70 *al.* STAT. Theb. 2, 656 Ach. 1, 40 QVINT. decl. 388 p. 436, 7 *et passim. cf.* GLOSS. εἰ μὴ σφάλλομαι nisi -or. *adde*: ENNOD. dict. 26, 5 p. 503, 21 nisi -imur. AVG. c. Fort. 17 p. 93, 15 si non -or. CASSIAN. conl. 20, 4. *cf. infra l. 41*). CIC. Att. 13, 21, 5 possum -i ut homo (*cf.* AVG. civ. 21, 7 humanitus). epist. 13, 73, 2. VARRO ling. 9, 104 quidam reprehendunt ...; -untur. CIRIS 228 aut -or, quod ut o potius ... -ar (HOR. ars 42. Ov. met. 1, 607 aut ego -or aut ego laedor. SEN. dial. 9, 8, 4 PETRON. 141 QVINT. decl. 301 p. 189, 24). AETNA 161 -eris et nondum certo tibi lumine res est. 348 quod si -or. HOR. epist. 1, 18, 78 -imur et quondam non dignum tradimus. LYGD. 1, 6 seu -or. PROP. 2, 32, 17 -eris. Ov. am. 1, 6, 49 -imur an verso sonuerunt cardine postes? (3, 1, 34. 3, 12, 7 met. 13, 641 fast. 1, 515. 2, 853. 5, 549 Pont. 2, 8, 21 trist. 1, 2, 107 SEN. Herc. O. 1978 VAL. FL. 8, 351 STAT. Theb. 4, 596). epist. 1, 79 -ar! 7, 35. 9, 113 -eris et nescis. 15, 307 -eris: ignorat! ars 1, 346. 347 met. 7, 832. 10, 287 fast. 1, 58. 2, 151. Pont. 3, 2, 29 -or? (STAT. Theb. 9, 71 num -or). trist. 3, 1, 37. CELS. 7, 7, 14 ne mediocriter quidem peritus -i potest. PHAEDR. 1, 23, 6 multum. SEN. Herc. O. 1603. 1930 -or, -or vesana. dial. 2, 19, 2. 3, 20, 5 magno hoc dictum spiritu putas? -eris (*cf.* MART. 3, 62, 7 haec animo magno credis te ... parare? -eris. *al.*). nat. 2, 7, 2. 2, 45, 3 *syn.* errabis, peccabis. 3, 24, 3 epist. 81, 2. 92, 19. 95, 59 COLVM. 4, 18, 1. CALP. ecl. 4, 137 neque -or (falet *N*). SIL. 7, 395 crede experto, non -imur. 13, 785 STAT. Theb. 10, 722 MART. 14, 9 QVINT. decl. 374 p. 414, 5 TAC. ann. 6, 30 PLIN. epist. 1, 5, 1 nec -batur, irascebar. 1, 20, 9 ego, forsitan -ar, persuasum habeo *eqs.* 4, 29, 3 dices ...; -eris. 8, 3, 2 ANTH. 444, 1 AVG. civ. 18, 8. PHOEBAD. c. Arrian. 7 nihil -or. *nota*: MART. 9, 38, 9 ut peccare velis, ... -i (*sc. captando parmam*) non potes. TAC. ann. 11, 24 non, ut plerique -untur (*i. falso putant*), repens, sed priori populo factitatum est. *seq. part.*: LACT. inst. 4, 14, 12 -lsi deceptique sunt putantes. *cf. l. 42.* *ββ add. abl.*: CIC. Tusc. 3, 4 non tam voluntate quam cursus errore -untur. Ov. epist. 5, 127 Theseus, nisi nomine -or (met. 9, 710). met. 11, 84 esse putes ramos et non -are putando. SEN. epist. 8, 3 in quibus *beneficiis* hoc quoque miserrimi -imur *eqs.* LVCAN. 4, 92 tectarum errore viarum -itur. PERS. 3, 50 angustae collo non -ier (*sc. ictu*) orcae. *γγ add. praep.*: in (*cf. p. 183, 58 sqq.*): RHET. Her. 3, 18, 31 ne forte in numero locorum -i possimus. CIC. Mur. 61 sapientem ... nulla in re -i (SEN. contr. 1 pr. 19). fin. 3, 59 in iudicando. div. 1, 124 in ceteris artibus. epist. 11, 21, 3 in eis. CELS. 2, 10 in his medicus imperitus. SEN. dial. 5, 32, 2 in hoc enim praecipue -imur: an ferrum venimus *eqs.* nat. 2, 34, 1 in quo. COLVM. 3, 10, 1 in eo. PLIN. nat. 17, 10 qua in re plerique -untur. QVINT. inst. 1, 10, 5 in minimis. 4, 1, 23 quo in loco. 7, 4, 42. MIN. FEL. 18, 11 -untur in nomine. ARNOB. nat. 3, 14 *syn.* errare. SEN. contr. exc. 3, 7. HEGES. 2, 1, 3 nec in successore -i potuit (*cf. Ios. bell. Iud. 2, 2, 6* ἐσφάλλετο), qui non est falsus in confirmatore. AVG. civ. 20, 23 c. Cresc. 3, 2, 2 p. 412, 4 MART. CAP. 4, 367. BENED. reg. 45 tit. de his qui -untur (*i. peccant*) in oratorio. *nota*: AVG. epist. 177, 18 in id (eo *ed. Maur.*) quisque -itur. de: TERT. resurr. 59 p. 120, 10 numquid et de nationibus -imur? AVG. civ. 11, 11 p. 478, 2. *δδ seq. structurae (parataxin v. supra l. 29. 35. 50)*: *enunt. interrog.* (*nota etiam genet., cf.* meminisse oblivisci *sim.*): PLAVT. Epid. 239 nec sermonis -bar tamen, quae loquerentur. *cf.* LIV. 9, 45, 3 eum, ad bellum pacemne inclinent animi, -i non posse. *enunt. relat.*: RHET. Her. 4, 17, 25 qui adulescentium peccatis ignosci putant oportere, -untur (*antea* errant; Ov. ars 1, 400 PLIN. nat. 24, 33. MART. 6, 70, 14 *syn.* decipitur. QVINT. decl. 345 p. 363, 1 AVG. civ. 19, 18. *cf.* CIC. div. 2, 16 opinantur. DIOM. gramm. I 376, 18. PLIN. nat. 18, 70 existimaverit. 32, 153 QVINT. inst. 12, 10, 73. MART. 1, 28, 2 credit. QVINT. inst. 12, 10, 21). CIC. div. 2, 16 quodsi -untur ii, qui ... dicunt (*cf.* SEN. dial. 5, 38, 2 negant). Ov. trist. 5, 11, 9 CELS. 3, 4 p. 78, 35 CVRT. 5, 12, 5. 7, 7, 13. CARM. epigr. 978, 3 (*Sagunti, saec. I*) Parcae -untur, Fontanum quae rapuerunt. TAC. hist. 1, 30 -untur, quibus luxuria specie liberalitatis imponit. quod: CIC. orat. 28 errant, quod solum *putant eum Attice dicere*; quod Attice, non -untur. NEP. Epam. 5, 6 LIV. 5, 29, 9. SEN. epist. 1, 2 in hoc (81, 18 COLVM. 2, 2, 16 in eo [AVG. civ. 11, 26 p. 498, 13]). PORPH. Hor. carm. 3, 16, 29/32. ut: AVG. civ. 14, 11 in eo -i potuit *Adam*, ut veniale crederet esse commissum. si: PROP. 2, 22, 21 tibi si exiles videor tenuatus in artus, -eris. Ov. ars 2, 99 -itur (*sc. spe*), Haemonias si quis decurrit ad artes. LIV. 29, 31, 2 magnopere. 33, 12, 4 -i ... eum tota re (*cf. Polyb. 18, 36, 6* τοῖς δ' ὅλοις πράγμασιν ἀγνοεῖν), si ... credat. SEN. dial. 4, 3, 2. QVINT. decl. 312 p. 225, 26 plurimum. TAC. ann. 4, 40 AVG. civ. 1, 15. *infin. vel acc. c. inf.*: LVCAN. 7, 289 dicere non -ar (*cf.* ADNOT. *ad l.* certum dicam), quo sit *lancea* vibrata lacerto.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Avg. civ. 11, 13 p. 480, 1 *ut* in *deo* ... se in aeternum esse mansurum nec ulla dubitatione cunctetur nec ullo errore -atur. 11, 26 p. 498, 12 quia ... sum si -or, quo modo esse me -or, quando certum est me esse, si -or? quin: Fronto p. 8, 8 N. non -or igitur, quin (qui *Naber*) malim amorem erga me tuum fortuna potius quam ratione genitum. Svlp. Sev. dial. 1, 14, 1 nec facile umquam bestia (*lupa*) -retur (*i. omitteret; de vi cf. francog.* faillir), quin illi ad legitimam horam refectionis occurreret.

3 *aliquid*: a *obi. q. dicitur intern.*: Plavt. Amph. 933 id ego si -o, tum te, summe Iuppiter, quaeso (Cist. 482 hoc. Catvll. 22, 18 idem). Ov. met. 12, 218 felicem diximus illa coniuge Pirithoum: quod paene fefellimus omen. fast. 5, 680 peragit *mercator* solita -ere voce preces. *adde*: Vitr. 3, 3, 11 quod oculus -it, ratione est exaequandum (3, 3, 13 quod -itur). *nota i. q. mentiri, simulare (cf. p. 187, 40)*: Verg. Aen. 1, 684 tu faciem illius ... -e dolo (*cf. Soph. Phil. 128 μορφὴν δολώσας*). Prop. 4, 5, 14 sua nocturno -ere (*i. per dolum convertere, mutare*) terga lupo. b *obi. q. d. rerum externarum (add. in: l. 23. 25. 27. 31. 32)*: Trag. inc. 60 fide sacratae ius perpetuo -ret (Ov. epist. 15, 284 casta ... iura tori. *cf. p. 187, 39*). Rvt. Lvp. 1, 4 cum ceterorum opinionem -ere conaris, tu tete frustraris (Cic. epist. 1, 6, 2 Bell. Alex. 16, 4). Cic. off. 1, 39 Regulus ... redire maluit quam fidem hosti datam -ere (Anton. Cic. Phil. 13, 42 Priap. 58, 1. Ov. am. 3, 3, 1 iurata. Liv. 5, 51, 10 in pondere auri foedus ac fidem. 9, 11, 12 Sen. Phoen. 588 benef. 3, 15, 3. 4, 35, 2 Plin. epist. 10, 96, 7. Nerat. dig. 18, 3, 5 re, in qua fidem -isset *emptor*. Vlp. dig. 13, 5, 1 pr. *adde*: Verg. Aen. 6, 613 dextras. Liv. 29, 24, 3 fas fidem dexteras deos). Cic. epist. 1, 9, 16 in quo ego spem fefelli ... inimicorum (Verg. Aen. 8, 218 Liv. 2, 39, 2 Pavl. Fest. p. 300 Sen. benef. 1, 1, 10. dial. 5, 6, 4 *coniunct.* distulit, intercepit. Cvrt. 9, 4, 33. Paneg. 12 [9], 18 spem atque expectationem. *cf. infra l. 59*). Bell. Alex. 15, 4 neque tuum iudicium -emus (Qvint. inst. 8, 3, 37 in quo. Gallican. Avid. 6, 1. Ivst. 2, 15, 20 in bello). Hor. carm. 2, 8, 10 expedit matris cineres opertos -ere *peiurio*. Prop. 4, 4, 18 *Tarpeia* voluit flammas (*i. numina*) -ere, Vesta, tuas. Ov. met. 9, 120 Nessoque paranti -ere depositum (*i. Deianiram, postea* intercipe). 9, 697 mandataque -e mariti. Pont. 2, 9, 29 si -at vota coloni ... Ceres. Sen. Med. 396 di -ant metum! benef. 5, 13, 4 qui veri beneficii speciem fefellit *ingratitudine*. Cvrt. 7, 10, 9 nec promissum -erunt (*cf.* Greg. Tvr. Franc. 3, 7 quod mihi pollicitus est fefellit). Colvm. 12, 3, 7 si quis ... curam contubernalis (*i. vilici*) ... tergiversans -erit (Avson. 195, 34 curam -isti patrum *negligenter instituendo liberos. cf. infra l. 54*). Mart. 6, 2, 1 sacrae conubia -ere taedae. Apvl. met. 2, 30 industriam ... eius. 10, 8 conscientiam meam (Cod. Theod. 4, 9, 1 [*a. 319*]. Cod. Iust. 7, 10, 7, 1 principis). Tert. scorp. 8 si Darii digna praesumptio de deo -i debuisset. Arnob. nat. 4, 35 -ere (*i. violare*) castitatem alienarum ... familias matrum. Hil. hymn. 2, 29 *mortem*. Qverol. p. 50, 18 cupiditas. Avg. civ. 5, 9 praescientia (5, 10). Rvt. Nam. 1, 509 hunc ego complexus ventorum adversa fefelli (*i. fregi*). *nota*: Nemes. ecl. 4, 9 nunc fagos placitas fugiunt promissaque -unt antra. *add. abl.*: Planc. Cic. epist. 10, 21, 1 cavebo, ne mea credulitate reip. summa -atur (*i. labefactetur*). Ciris 432 forma vel sidera -as (*antea* decepta). Prop. 4, 5, 74 cum -enda (*i. clam aperienda*) meo pollice clatra forent. 4, 11, 80 cum venient *liberi*, siccis oscula (*i. osculantes*) -e genis. Ov. ars 3, 645 -itur et multo custodis cura Lyaeo. rem. 326 iudiciumque brevi limite -e tuum. fast. 2, 837 animo sua nomina *Brutus* -it (*i. mendacia, falsa efficit*). Sen. Phaedr. 1074 arte fluctum -it (Clavd. 8, 424 moderamine). Apvl. met. 8, 7 multis caritatis nominibus veritatem ipsam. Paneg. 7 (6), 1 quorum ego expectationem ... brevitate dicendi. Firm. err. 18, 7 spes hominum pravis interpretationibus. Hil. trin. 7, 1 simplicium aurium securitatem verbis. Avg. c. Cresc. 3, 2, 2 p. 411, 25 simplicitatem fratrum duplici corde. *nota*: Mart. 1, 109, 11 desiderio coacta ventris guttā pallia non fefellit ullā *catella*.

B *res -unt*: 1 *absolute vel obi. supplendo (add. abl.: l. 82. p. 186, 2 bis. 15; seq.* quod*: l. 67)*: Plavt. Pseud. 142 faciem cum aspicias eorum, hau mali videntur: opera -unt. Cic. div. 1, 25 ea coniectura -it fortasse non numquam (Svet. Vit. 18). Att. 9, 18, 1 illa -erunt, facilem quod putaramus (*cf.* Lact. inst. 2, 7, 5 hoc -it [eos *add. B*], quod ... non putant fieri posse ut *eqs.*). Lvcr. 4, 464 pars horum (*de visionibus*) maxima -it. Verg. ecl. 2, 27 si numquam -it imago (Ov. fast. 2, 397). georg. 2, 467 nescia -ere vita *agricolarum*. Aen. 12, 877 nec -unt (*sc. me*) iussa superba ... Iovis. Hor. sat. 2, 5, 50 perraro haec alea -it. Ov. am. 2, 19, 7 quo mihi fortunam, quae numquam -ere curet? met. 14, 357 non mea carmina -unt. trist. 5, 3, 2 si modo non -unt tempora. Liv. 3, 42, 5. 28, 27, 9 quantum opinio fefellit (Cvrt. 4, 5, 16 Paneg. 5 [8], 15 Ambr. exc. Sat. 1, 1 Avg. civ. 22, 23). 34, 34, 2. Gratt. 243 si forte loco spes prima fefellit (*sc. metagonta.* Plin. epist. 8, 2, 2 Svet. Nero 32, 1. Gell. 1, 13, 3 *opp.* si res ... melius vertisset). Manil. 2, 320 haec eadem species -et (-it *al.*) per signa quadrata. 4, 95 prudentia -it. Vitr. 8, 5, 1 dioptrae libraeque -unt (*i. infidae sunt*). Cels. 2, 6 p. 38, 20 cum saepius aliquando responderit *medicina*, interdum tamen -at. 3, 2 p. 76, 29 saepius -at *hoc remedium* (*i. non respondeat*). 3, 8. 8, 4 p. 334, 1 potest ... sutura eo nomine -ere, quia. Sen. epist. 45, 6 res -unt (*antea* decipiant). 66, 30 speciosa ... cum ad pondus revocata sunt, -unt. Cvrt. 4, 3, 13 si prior *murus* -isset (*i. non suffecisset*). Colvm. 1 pr. 24 quarum terrarum non nullae colore, nonnullae qualitate -unt. 1, 1, 16. Pers. 4, 12 -it pede regula varo. Plin. nat. 13, 142 quod si -erint (*i. irritae fuerint*) insidiae. 17, 26 argumenta ... iudicantium saepe -unt. 17, 181 si forte custos (*i. palmes vitis*) -at (*sc. spem*). 28, 33 e Pythagorae inventis non temere -ere *hoc*. Val. Fl. 2, 282 Sil. 1, 493. 5, 496 fragmine putri ramorum et senio male fida -erat arbor (*i. Siculos dolose deiecerat, excusserat; cf.* Mart. 5, 31, 6 poterant -ere plana magis. 12, 14, 6. Plin. epist. 2, 1, 5 per leve et lubricum pavimentum -ente vestigio cecidit. Itin. Alex. 44 ubi loci condicio -isset. *cf.* Qvint. inst. 1, 5, 5 ne qua tam lubrica observatio -at). Sil. 15, 790. Stat. Theb. 2, 464 -it origo. 10, 260 umbris. Ach. 1, 762. Qvint. inst. 5, 11, 26 -ere similitudinum species. 6, 4, 11. 8, 2, 13 -unt (*i. non intelleguntur, de obscuritate*) etiam verba ... artium propria. 8, 6, 74 mentiri hyperbolen nec ita, ut mendacio -ere velit. 10, 7, 3. 11, 3, 121 si memoria -erit. 12, 10, 76 decl. 246 p. 6, 22. Svet. Vesp. 25 nec res fefellit. Porph. Hor. epod. 17, 60 -it (*i. falsus est*) sensus hic ...; sic potius intellegendum. Avson. 156, 4. Clavd. 21, 207 nec fama fefellit iustitiae. Svlp. Sev. chron. 2, 9, 7 si tamen investigatio Romanorum consulum non fefellit. Mart. Cap. 5, 458. Drac. laud. dei 1, 523 veniet nec -it hiems (*sc. praedictionem*) nec tardat adesse. 1, 528. Boeth. arithm. 2, 2 hoc ... non -it (*i. fidum est*). Lex Sal. 17, 1 si quis alterum voluerit occidere et colpus falierit (praeterfall- *pars codd.*). *add. in*: Manil. 3, 440 in nulla -et regione horoscopus unquam. Cels. 7, 26, 2 p. 307, 32 saepius utique in hoc -at *medicina* (*opp.* proficiat).

2 *aliquem (seq.* de *l. 35. p. 187, 11. 12, abl.: l. 39. 47. 63. 67)*: Plavt. Men. 1082 nisi me animus -it, hi sunt gemini (Ter. Haut. 614. 668 multum. Phorm. 735 Cic. S. Rosc. 48. Sall. Catil. 20, 17 forte. *cf.* Sil. 16, 89 aut me praescia mens -it). Ter. Haut. 682 nihil me fefellit (Cic. div. 1, 127 Att. 10, 8, 7. 16, 3, 3 epist. 9, 2, 2). Phorm. 220 ego plectar pendens, nisi quid me -erit (Cic. epist. 5, 20, 6 Qvint. decl. 271 p. 112, 26). Acc. trag. 138 nisi me -it in obitu[m] sonitus. Cic. inv. 2, 2 neque tum eos illa opinio fefellit (2, 21. Verr. 5, 86 hic homines. Cluent. 143 multum. Liv. 9, 43, 20. 23, 36, 2. 35, 30, 10 Sen. suas. 7, 2 Treb. trig. tyr. 3, 10. Rvfin. hist. 3, 10, 9 de eorum testimonio [προσδοκήσας οὐ διήμαρτον]). Cic. inv. 2, 23 eventus (Qvint. inst. 12, 8, 15 Svlp. Sev. dial. 3, 2, 7. *cf.* Paneg. 10 [4], 25 exitus). part. 81 vitia. div. in Caec. 4 ut ... eos homines spes -ret (epist. 1, 3, 2. 3, 2, 1. Ov. epist. 16, 234 augurio. Cvrt. 9, 8, 28 Val. Fl. 6, 713 Qvint. decl. 347 p. 367, 22 Spart. Sept. Sev. 20, 3 Avg. civ. 17, 20 Drac. laud. dei 2, 640. *cf.* Ov. met. 3, 271 *fiducia*). Cic. leg. agr. 2, 90 neque vero ea res fefellit homines (Att. 10, 8, 5. Lent. Cic. epist. 12, 15, 2 vehementer. Bell. Afr. 75, 4 Nep. Alc. 8, 6 Dion 5, 5 Cels. 3, 21 p. 106, 19 Lampr. Alex. 62, 5). Cic. Catil. 1, 7 dies (Mil. 45). Sull. 41 id me multum fefellit (epist. 3, 1, 3). *cf.* S. Rosc. 61 quae (epist. 12, 30, 6 Sen. epist. 40, 5 Qvint. inst. 2, 12, 3). Att. 9, 6, 7 haec (9, 10, 3. Qvint. decl. 309 p. 216, 8 ignorantia, *postea* peccasse). 10, 8, 7 quod (16, 5, 1 Bell. Afr. 3, 5 *al.*). Cic. Pis. 1 voltus (*syn.* decepit, induxit). leg. 3, 34 ista sententia maxime -it imperitos (Verg. Aen. 10, 607 Avg. civ. 1, 30). div. 1, 24 multa (1, 124 Att. 9, 18, 3. *cf. p. 187, 33*). 2, 116 amphibolia. Att. 8, 7, 1 nisi me omnia -unt (Sen. dial. 12, 14, 1 epist. 95, 42). 15, 2, 2 ut iam nos hoc -at, de Buthroto te non -et. epist. 6, 6, 3 si te ratio quaedam Etruscae disciplinae ... non fefellit (Manil. 2, 738 Val. Max. 7, 3 ext. 6 Plin. nat. 2, 73 Sil. 8, 329), ne nos quidem nostra divinatio -et. Planc. Cic. epist. 10, 7, 2 si me fortuna non -erit (*i. destituerit.* Liv. 30, 30, 12 *syn.* decepit. Pavl. Fest. p. 160 *mentem*). Verg. georg. 1, 425 numquam te crastina -et hora. 2, 152 nec miseros -unt aconita legentes. Aen. 6, 347 neque te Phoebi cortina fefellit (*cf.* Ov. met. 1, 491 oracula [Stat. Theb. 9, 662]. met. 13, 771 ales. Val. Max. 8, 9 ext. 2 augurium [8, 11, 2 Plin. epist. 7, 33, 1]. Calp. ecl. 3, 96 praesagia. Stat. Ach. 1, 147 omina). Aen. 6, 691 mea cura. 7, 215 nec sidus regione viae litusve fefellit (*sc. ut deerraremus; cf.* 9, 383 Euryalum ... -it timor regione viarum. *cf. p. 188, 44*). 9, 241 nec nos via -et euntes (*cf.* Sen. Oed. 778 error ancipitis viae). 10, 811 pietas tua. Aetna 449. Hor. ars 437 nunquam te -ent animi sub volpe latentes. Priap. 80, 3. Lygd. 6, 46 vos ... blanda sordida lingua fide. Prop. 2, 34, 23 nunquam vitae -et me ruga severae. 4, 3, 5 si qua incerto -et te littera tractu. Ov. epist. 18, 113 iniuria. ars 1, 450 dominum ... ager (Paneg. 3 [11], 15. *cf. p. 187, 35 sq.*). 1, 457 littera Cydippen (Cvrt. 6, 9, 15 *epistula*). 1, 657 periuras merito periuria -ant. 3, 443 coma. rem. 42 quos suus ex omni parte fefellit amor. 350 forma (*syn.* decipit. Sil. 13, 642). met. 3, 463 imago. fast. 1, 191. Liv. 1 pr. 11 me amor suscepti negotii (Plin. epist. 4, 27, 2. *cf. supra l. 72*). 10, 41, 7 fefellitque *id* non Samnites modo, sed etiam Romanos. Gratt. 300 carmina. 499 sunt *equi* quos imbellia -ant corpora. Manil. 3, 506. Val. Max. 7, 3 ext. 10 mendacium (Carm. epigr. 930, 1). Cels. 3, 18 p. 102, 8 consilium insanientem (Val. Cem. hom. 18, 3. *cf. p. 187, 21*). Sen. nat. 3, 25, 1 Styx appellata ab incolis advenas -it (*i. latet nocens, non deprehenditur*), quia non facie, non odore suspecta est. 4, 2, 9 computatio. 7, 25, 7 Cvrt. 9, 1, 3 Colvm. 2, 9, 13. Lvcan. 4, 559 nec quemquam dextra fefellit, cum feriat. 7, 290 signa ducem numquam -entia. 8, 172 sidera. 8, 311 foedera. Petron. anth. 650, 1 -unt nos oculi (*postea* mentiuntur). Plin. nat. 16, 62 ementes *fraxinus*.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

17, 39 *odor terrae*. VAL. FL. 6, 734 dent ... mihi fata diem, qui -at (quo fallet *Vat.*) Achivos. SIL. 9, 212. STAT. Theb. 8, 741 virtus. Ach. 1, 336 sexus. MART. 5, 49, 3 calvae me numerus tuae fefellit. QVINT. inst. 5, 13, 43 consuetudo. 10, 1, 20 *liber*. 10, 3, 7 indulgentia. APVL. met. 3, 25 *syn.* decepit. 11, 13 nec me fefellit caeleste promissum. 11, 22 deae ... benignitas. ITALA Rom. 7, 11 (Aug. c. Faust. 15, 8) peccatum per mandatum fefellit me (ἐξηπάτησεν, codd. d g *et* VVLG. seduxit). LAMPR. Alex. 45, 4. PS. ORIG. tract. 2 p. 16, 6 si me intentio mea non -it aut decipit. IVST. 37, 2, 5 conatus. HIL. syn. 89 color vini. AMM. 17, 13, 17 aspectus. CLAVD. carm. min. 30, 178 socerum -ente rota *proditione Myrtili*. AVG. civ. 14, 8 si me de nomine hominis memoria non -it. 21, 23. COMM. instr. 1, 7, 1 de circulo zonae -it vos imperitia vestra. BOETH. mus. 1, 11 *regula* indicio. *nota*: TAC. hist. 3, 23 donec ... luna surgens ostenderet acies -retque (*sc. ut ictus fallerentur*). *de venatione* (*cf. p. 183, 51*): CLAVD. 24, 341 non illos *leones* taedae ardentes, ... non fossa fefellit. *accedit fere ad notionem "deicere, praecipitare"* (*cf. p. 186, 7*): CVRT. 7, 11, 16 quos instabiles gradus -erat. STAT. Theb. 4, 813 hos lubrica -unt saxa. *cf.* 8, 155 -untque ruentes genua viros. *seq. part.*: SEN. dial. 5, 3, 6 ne quem -at tamquam aliquo tempore ... profutura *ira*. quin: BELL. Alex. 32, 2 neque eum consilium suum fefellit (*sc. quo non dubitavit*), quin hostes eo proelio audito nihil iam de bello essent cogitaturi. *acc. c. inf.*: VAL. FL. 5, 316 nec pelagi nos mille viae nec fama fefellit Soligenam Aeeten media regnare sub arcto. *adde c. obi. part. corp.*: CIC. ac. 2, 84 -et *similitudo* ... sensum. LVCR. 5, 62 simulacra solere in somnis -ere mentem. SEN. clem. 1, 6, 4 purgavit animum, ut nihil obturbare eum amplius possit ac -ere (PORPH. Hor. carm. 1, 10, 9 oratio ... animos audientium). dial. 2, 1, 2 aciem longinquitas. TERT. anim. 17 p. 324, 27 causae ... sensus. DRAC. laud. dei 3, 398 manus ... animos, *v. p. 181, 55*. *seq.* in: CIC. Verr. 2, 88 multum te ista fefellit opinio et quidem multis in locis (NEP. Ages. 3, 5 in quo). 3, 28 in hominibus eligendis nos spes amicitiae. 6, 173 in hoc me ratio (epist. 5, 20, 7). Flacc. 3 multa nos et in nostris rebus et in re publica -erunt. epist. 3, 5, 4 si quid nunc me -it in scribendo. 6, 6, 4 *divinatio* nos nihil in his tam obscuris rebus. Ov. fast. 4, 645 saepe Ceres primis dominum -bat in herbis. VELL. 2, 53, 4 quos in aetate[m] *Pompei* ... fefellit quinquennium. CELS. 3, 4 in his quidem antiquos *medicos* ... admodum Pythagorici numeri -erunt.

3 *aliquid*: STAT. Ach. 1, 362 iam mutua iura -ere transmissae pelago didicere carinae. *nota*: APVL. mund. 16 -unt (*i. falsam exhibent, antea* mentiuntur, *opp.* vere videntur) imaginem irides.

4 *passive pro reflex.* (*add.* in: *l. 43. 46*): LVCR. 4, 379 nec tamen hic oculos -i concedimus hilum (LACT. opif. 9, 1 in quibus. *cf.* PLIN. nat. 9, 56 visus). LIV. 24, 26, 7 quantum spes hominum falli! SEN. dial. 10, 10, 3 censura sua, quae numquam -itur. PLIN. nat. 17, 9 in quibus maxime -itur (*i. errat*) vita. QVINT. decl. 252 p. 33, 11 in aliis fortasse -i ista possunt (*de rumore*). PS. APVL. herm. p. 270 quod alicubi -itur, certo repudiatur. AVG. civ. 18, 52 coniectura mentis humanae ... aliquando ad verum pervenit, aliquando -itur. SIDON. epist. 1, 2, 5 rarius -itur figentis ictus quam destinantis obtutus. CASSIOD. compl. in Hebr. 4, 11 non potest -i, quod a tanta noscitur veritate proferri.

C *impersonaliter* (*cf. p. 190, 14; add.* in *l. 54*): *c. enunt. relativo*: CIC. de orat. 1, 149 in quo -it eos quod audierunt *eqs.* *absol.*: VARRO rust. 2, 1, 25 vide, inquit Atticus, ne te -at. 2, 3, 10 tantum ... fefellit (*opinio Gaberium*), ut brevi omnes *capras* amiserit morbo. CIC. dom. 113 tantumne te fefellit, cum mihi summa ... praemia ... fore putabas? Sest. 160 nunc, nisi me -it, in eo statu civitas est, ut (Cael. 45 nisi me propter benevolentiam forte -bat. Att. 14, 12, 2 epist. 12, 5, 2 ad Brut. 1, 18, 5). Phil. 2, 92 num ... me fefellit, aut num diutius sui potuit dissimilis esse? off. 2, 25 qui ... putaret ...: nec eum fefellit (SPART. Geta 2, 8). epist. 4, 2, 3 gratiam ... nos inire ... arbitrabamur; quantum nos -erit et quem in locum res deducta sit, vides. QVINT. inst. 9, 1, 24 -it parum diligenter intuentes. PRAEDEST. 1, 89 diceret per epistulam, ut, si eum forte -isset (*i. si peccavisset*), emendaret dictum. *seq.* quod: PLIN. nat 33, 18 -it plerosque, quod ... arbitrantur. SIL. 11, 342 -it te, mensas inter quod credis inermem *Hannibalem*.

II *speciatim*: A *i. q. dissimulare, celare*: 1 *generatim* (*subi. hom. vel res; add. abl. l. 71. 72. 77*): Ov. met. 8, 578 spatium discrimina -it (*i. tollit*). fast. 3, 22 sua divina furta fefellit ope. MANIL. 1, 240 -ente solo declivia longa. 1, 676 rectaque devexo -it *zodiacus* vestigia clivo (*i. 'obliquitate positionis dissimulat lineae rectitudinem'*). PLIN. nat. 27, 49 alii pueris folia *absinthii* in fico sicca *dant*, ut amaritudinem -rent. 36, 85 crebris *labyrintho* foribus inditis ad -endos occursus. SIL. 11, 420 afflatus -ente Cupidine. AMM. 30, 4, 2 subagreste ingenium ... coacto vultu -ente. COD. Iust. 3, 28, 33, 1 (*a. 529*) cum possit ... mater ... suam naturam *non* -ere. *nota inf.*: CARM. epigr. 1808, 7 (*christ., Mauretan.*) quos (*iustos priores*) diuturna quies -bat posse videri.

2 *tempus, laborem sim. decipere (ut non sentias, cf. 'hinwegtäuschen'), detinere*: a *subi. homines*: *absol.*: CIC. Brut. 234 *Lentulus* cum esset nec peracutus ... nec abundans verbis, etsi -bat in eo ipso (*cf. postea* ut ea quae deerant non desiderarentur). *aliquid* (*add. abl. l. 3. 5. 7. 8 bis. 13. 15*): VERG. Aen. 4, 85 infandum si -ere (*i. expellere*) possit amorem. HOR. sat. 2, 7, 114 iam vino quaerens, iam somno -ere curam (Ov. Pont. 4, 10, 67 detinui ... tempus curasque fefelli. NEMES. ecl. 1, 59. *cf. infra l. 23*). PROP. 1, 3, 41 purpureo -bam stamine somnum. Ov. epist. 1, 9 spatiosam -ere noctem (*cf.* VAL. FL. 2, 349 mox tempora -unt noctes. Ov. trist. 3, 3, 12 labentia tarde tempora narrando -at. met. 8, 651 medias -unt sermonibus horas). Ov. epist. 18, 38 feminea tardas -imus arte moras (*postea* deceptae ... noctis). trist. 4, 1, 14 -itur ancillae decipiturque labor (SEN. apocol. 4 detinet intentas *parcas* cantu -itque laborem. *cf. infra l. 21*). 5, 7, 39 detineo studiis animum -oque dolores (*syn.* curis ... dare verba. *cf.* SEN. dial. 11, 17, 2 melius est vincere illum *dolorem* quam -ere *eqs.* VAL. FL. 3, 319 tenui luctum solamine -ens). SEN. dial. 1, 3, 10 mero se licet sopiat et aquarum fragoribus avocet et mille voluptatibus mentem anxiam -at. STAT. Theb. 4, 203 coetu solante timorem -ere (*cf.* SCHOL. *ad l.* hoc est dissimulare). CLAVD. 11, 20 cum post labores sub platani voles ... umbra ... torrentiorem -ere Sirium. b *subi. res*: *absol.*: QVINT. inst. 4, 2, 46 -it voluptas *amplitudinem dicendi* et minus longa quae delectant videntur (*cf. l. 25*). *aliquid* (*nota bestiam l. 26*): HOR. sat. 2, 2, 12 molliter austerum studio -ente laborem (*cf.* PORPH. *ad l.* studium ipsum effice⟨re⟩, ne labor sentiatur. Ov. met. 6, 60). Ov. trist. 3, 2, 16 dum ... iactabar ... undis, -bat curas aegraque corda labor. SEN. benef. 6, 8, 1 metus repentinus animum in aliam curam avertendo suspectas horas fefellit. PLIN. nat. 9, 35 quae voluptas libere spirandi in tantum -it oblitas sui *testudines*, ut solis vapore siccato cortice non queant mergi. STAT. Theb. 12, 230 gravem luctu -ente laborem. MIN. FEL. 3, 4 iter fabulis -entibus. MAXIMIN. eleg. 1, 164 quicquid vitae -ere damna solet.

B *i. q. latere, praeterire, fugere* (*cf.* GLOSS. fefellit latuit): 1 *de animantibus*: a *absol.* (*add. abl. l. 32. 39. 46*): VERG. Aen. 1, 688 occultum inspires ignem -asque veneno. HOR. epist. 1, 16, 54 sit spes *servo* -endi (*i. occulte faciendi*), miscebis sacra profanis (1, 16, 61). Ov. met. 1, 696 ritu quoque cincta Dianae -ret *Syrinx* et posset credi Latonia (1, 698). LIV. 7, 36, 3 quoniam non -rent, clamorem tollere iussis. 8, 26, 2. 8, 38, 4. 21, 48, 5. 21, 57, 3 spe -endi (*i. non deprehendendi, clam evadendi*) resistendive, si non -ret. 22, 33, 1 speculator Carthaginiensis, qui per biennium -erat Romae (*i. clam conversatus esset*). 24, 46, 4. 40, 14, 11. 44, 6, 13 ut furto -erant (*opp.* propalam). 44, 11, 6. SEN. clem. 1, 25, 4 serpentes parvulae -unt nec publice conquiruntur (*cf. postea* verba dare, evadere). LVCAN. 5, 512 questus *Caesar* tacite quod -ere posset *vigiles transsiliens* (*cf.* ADNOT. *ad l.* ut his ignaris possit abscedere). SIL. 13, 649 umbra ... ter frustra per inane petita fefellit (*i. evasit*). 17, 579 -ens regione viarum *Iuno* (*postea* celata). TAC. hist. 1, 75 Vitellianis per tantam hominum multitudinem mutua ignorantia -entibus. 2, 98 plures fefellere fide amicorum aut suomet astu occultati. 3, 41 neque ad -endum aptus numerus neque ad penetrandum (5, 22). 3, 59 varias -endi artes (3, 73). ann. 4, 45 per ... avia sequentes frustratus est. neque diu fefellit. 6, 50. 11, 12. 13, 1 venenum ... datum est apertius quam ut -rent. PLIN. epist. 4, 25, 2 ille tamen fefellit et latuit (*i. non deprehensus est*). LACT. inst. 5, 19, 31 quid venenarius *sacrificans roget* nisi ut -at (*i. latenter agat*)? PS. VEN. FORT. vita Med. 5, 15 custodis deceptione callida -ire potuit *fur*; pecus ... non evasit. *add. part.* (*cf. gr.* λανθάνειν): HOR. epist. 1, 17, 10 nec vixit male, qui natus moriensque fefellit (*cf.* PORPH. *ad l.* ignoratus est, latuit ... λάθε βιώσας). LIV. 5, 47, 9 vigiles eius loci, qua -erat ascendens hostis. 8, 20, 5. 10, 14, 6 non fefellere ad Tifernum hostes in occulta valle instructi. 42, 64, 3 media nocte profectus, ut prima luce aggressus -ret. 44, 29, 5. STAT. Theb. 5, 157 -it ubique mixta Venus. *add. subst. vel adi. praedicativum*: VERG. Aen. 12, 634 dudum agnovi *te* ... et nunc nequiquam -is dea. LIV. 25, 9, 2 ne quis agrestium procul spectator agminis -ret. PLIN. nat. 10, 180 nec impedit partus quasdam *equas* ab opere -untque gravidae. b *aliquem* (*add. abl. instr. l. 68. 71. 80; abl. causae l. 78*): VERG. Aen. 2, 744 defuit *Creusa* et comites natumque ... fefellit (*cf.* GLOSS. IV 449, 29 latuit). HOR. carm. 3, 11, 40 scelestas -e sorores. epist. 1, 5, 31 atria servantem postico -e clientem. Ov. ars 2, 573 quis Solem -ere possit? met. 4, 85 nocte silenti -ere custodes (LIV. 5, 47, 3 CVRT. 5, 4, 19. *cf.* LIV. 22, 22, 17 custodias [38, 5, 8 SEN. epist. 70, 25]. 21, 57, 6 vigiles). Ov. met. 4, 94 suos. LIV. 5, 47, 4 anseres. 7, 35, 11 vel silentio incautos -entes vel sentientibus ... pavorem iniecturi (26, 17, 8). 24, 41, 6 hostes (CVRT. 5, 4, 16. 8, 11, 5 LVCAN. 4, 30). 25, 34, 9. 33, 48, 7. PLIN. nat. 30, 30 *buprestis animal* -it (*i. latet nociturum*) inter herbas bovem maxime. VAL. FL. 3, 182 Sagen ... -ere nervo (*i. occulto ferire*) tum primum puer ausus Hylas. 4, 451 harpyiae semper mea pabula servant, -ere (*i. evadere*) quas nusquam misero locus. SIL. 6, 193 monstrum. STAT. Theb. 8, 598 non semianimi clamore Menoecea lapsus -it Atys. MART. 5, 4, 2 -at ut nos (*i. ut foetorem celet*), folia devorat lauri *Myrtale*. TAC. hist. 3, 54 nec exploratione occulta -ere Antonium temptavit. AMM. 19, 13, 1 praetenturas militum ut montani -entes. *adde*: CLAVD. 28, 233 quis ... divinum -ere pectus possit?
add. partic.: VERG. Aen. 7, 350 *anguis* -it ... furentem vipeream inspirans animam (*cf.* SERV. *ad l.* inicit furorem sine accipientis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sensu). LIV. 2, 19, 7 nec fefellit veniens Tusculanum ducem. 3, 8, 6 Lucretium .... praedonum agmen fefellit supra montes Praenestinos ductum. 31, 38, 9 cum abire inde et -ere abiens hostem vellet (*postea* abisse hostem cum sensisset). 38, 7, 6 non solum sub terra fodientes, sed egerentes etiam humum fefellere hostem. CVRT. 7, 6, 4 nec barbaros fefellit subductus ex acie, quippe ex edito monte cuncta prospexerant. LVCAN. 5, 679 non tam remeans Caesar ... quam tacita sua castra fuga comitesque fefellit (*cf.* COMMENT. *ad l.* non sine intellectu absentiae ad suos rediit ut erat furtim profectus). STAT. silv. 1, 2, 10 *Elegea* decimam *Musam* ... videri se cupit et medias -it permixta sorores. *add. abl. gerundii*: LIV. 44, 39, 7 nec -ere nos interdiu aut nocte abeund⟨o potest⟩. c *aliquid*: HOR. carm. 1, 10, 16 Priamus ... Thessalosque ignes et iniqua Troiae castra fefellit. OV. epist. 19, 45 ut partem effugias, non omnia retia -es. PLIN. nat. 9, 157 pisces attritu ventrium coeunt tanta celeritate, ut visum -ant. PS. QVINT. decl. 13, 2 vitam -ere *constitui* (*antea* ignobile aevum agere).

2 *de rebus*: a *absol.* (*add. abl. l. 25. 38*): VERG. Aen. 9, 569 hic iaculo bonus, hic longe -ente (*i. clam feriente*) sagitta (10, 753. *cf.* SIL. 5, 401 iaculo tacitus -ente per auras. 11, 388 tela). AETNA 273 nullum -ere opus. OV. am. 1, 8, 49 labitur occulte -itque volubilis aetas. rem. 653 -at et in tenues evanidus exeat auras ... amor. LIV. 25, 23, 5. 31, 26, 3 non fefellere insidiae (PRISCILL. tract. 7, 115 per occulta. *cf.* TAC. ann. 15, 66 conspiratio). MANIL. 1, 473 nec -unt *sidera* numero (*i. propter multitudinem*). 4, 306 aliis alia opposita est et -it imago *eqs.* (*cf. postea* ne lateant aliae vires aliena per astra). CELS. 3, 18 p. 102, 1 si in potione non accipit, pani adiciendum est *album veratrum*, quo facilius -at *adiectum*. 8, 4 p. 333, 24. SEN. clem. 1, 17, 2 citius ... sanaturus *medicus* remediis -entibus. nat. 3, 27, 2 incrementis (PLIN. nat. 21, 80). PERS. 5, 37 -ere sollers (*eum qui corrigitur, sc. ut non animadvertat*; SCHOL. *ad l.* ut ipsa emendatio lente ... fiat) ... intortos extendit regula mores. CALP. ecl. 4, 113 coepit et uberior sulcis -entibus (*i. opertis, obscuris*) ... luxuriare seges. PLIN. nat. 21, 56 semen thymi non potest deprehendi, cum origani, perquam minutum, non tamen -at. 26, 129 cicatrix. STAT. Theb. 6, 280 -entibus undis imminet *Tantalus* (*postea* refugae ... silvae). QVINT. inst. 7, 10, 17 transitu. 11, 3, 108. decl. 331 p. 304, 19 neque ideo conscripta sunt *iura*, ut ignorantia -ant (TAC. Germ. 16). IVV. 14, 109 -it ... vitium specie virtutis et umbra. PLIN. epist. 5, 6, 14 sensim clivo -ente. *add. part.* (*cf. l. 79*): LIV. 29, 35, 2 ne -ret bis relata eadem res. PLIN. nat. 25, 108 est ... herba, quae saepe -it pro ea *verbasco* capta. 34, 112. TERT. coron. 8 passivitas -it obumbrans corruptelam conditionis. b *aliquem*: α *subi. est pronom.*: CIC. dom. 129 multa illum et te -isse (*cf. antea* si tibi ... omnia in mentem venire potuissent). orat. 114 quod te ... minime -it (*cf.* QVINT. inst. 4, 2, 45 minus [*syn.* transvolat]). Att. 12, 21, 3 si quid nos -erit (PLIN. epist. 5, 12, 1 SVET. Iul. 43, 2). LVCR. 4, 1185 nec Veneres nostras hoc -it (PETRON. 94 QVINT. decl. 319 p. 254, 4). VERG. georg. 4, 447 neque est te -ere quicquam (LIV. 22, 28, 1. 41, 2, 2). LIV. 24, 19, 2 nihil (TAC. hist. 2, 34 VVLG. prov. 24, 12). 42, 16, 9. QVINT. inst. 4, 2, 59 *opp.* deprehenditur. decl. 334 p. 316, 24 idem. TAC. hist. 3, 53 ea. PLIN. epist. 7, 9, 2 *syn.* fugere. FIRM. err. 24, 5 AVG. civ. 16, 40 HIST. Apoll. rec. A 27. β *subi. est subst.*: HOR. epod. 5, 68 nec latens in asperis radix fefellit me locis. 15, 21 nec te Pythagorae -ant arcana. carm. 2, 5, 22 mire sagaces -ret hospites discrimen obscurum. 3, 14, 20 Spartacum si qua potuit vagantem -ere testa. epist. 2, 2, 127 dum mea delectent mala me vel denique -ant. OV. epist. 15, 367 te mea robora -unt. met. 10, 528. 13, 462 mors ... matrem. 15, 623 scitis enim nec vos -it spatiosa vetustas. trist. 1, 2, 97 acta deos numquam mortalia -unt. 1, 5, 8 officium ... te. 4, 2, 17 nos ... communia gaudia. LIV. 4, 11, 4 plebem tribunosque ... consilium. 23, 19, 10 eo custodias hostium -bant *dolia in flumine missa*. SEN. contr. 7, 3, 1 nec secreta te -unt. VAL. MAX. 7, 2 ext. 8 facta hominum deos. CELS. 1 pr. p. 3, 30. 5, 28, 12 p. 214, 38 callus ... neminem -it. SEN. dial. 10, 8, 1 -it ... illos *tempus* ... quia sub oculos non venit (*cf.* epist. 49, 2 velocitas temporis). nat. 3, 28, 5 campos intuentem quae paulatim devexa sunt -unt (*postea* non intellegimus). epist. 103, 4. CVRT. 4, 2, 21 *molis* incrementum eos antea -erat. COLVM. 9, 14, 12 nec me -it Hipparchi ratio. 11, 1, 1 eventus rei. PLIN. nat. 18, 208. SIL. 9, 470 non haec superum -bant proelia regem. TAC. hist. 1, 24 *praefectum* nota pariter et occulta -bant. 2, 7 non -bat duces impetus militum. 5, 26 ann. 3, 10. 13, 13. FIRM. err. 7, 3 HIL. in Matth. 14, 12. HIER. epist. 15, 5, 1 ne forte obscuritas in quo dego loci -at baiulos litterarum. 54, 8, 1 Christo quem secreta non -unt. CLAVD. 26, 285. carm. min. 25, 54 nec te conubia -unt ulla. AVG. civ. 22, 8 sinus -erat medicos atque ... latuerat. SVLP. SEV. chron. 2, 44, 7 fefellit ... audientes fraus professionis (*antea sententiae* inerat occultus dolus). *nota*: ZACCH. 3, 3 p. 1153[C] numquam ... diei -untur adventu *monachi* (*i. adventum sentiunt*). *add. partic.*: HOR. epod. 3, 7 num viperinus his cruor incoctus herbis me fefellit? LVCAN. 6, 64 prima quidem surgens operum structura fefellit Pompeium. 6, 68 unda Caledonios -it turbata Britannos (*cf.* COMMENT. *ad l.* ignorare facit). *adde*: HOR. carm. 3, 16, 32 segetis certa fides meae fulgentem imperio fertilis Africae -it sorte beatior. SIL. 15, 617 percita -i sub tanto motu tellus nequit. c *aliquid* (oculos *sim.*): OV. ars 2, 578 lumina -it opus *Vulcani* (met. 4, 177 retia. 6, 66 transitus *arcus*). *cf.* ars 3, 627 tuta quoquest -itque oculos e lacte recenti littera (*postea* feret occultas pura tabella notas. MANIL. 1, 873; *opp.* revisunt. CELS. 7, 9 p. 284, 27 GAIVS inst. 2, 70. *cf.* RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 42 dum nescimus ... dum -untur oculi). SEN. Med. 835 visus (HIL. trin. 3, 6). OV. ars 2, 656 assiduo domitas *nares* tempore -it odor. CVRT. 4, 16, 14 nec ulla adeo avia et sicca lacuna erat, ut ... sitim -ret. SIL. 14, 456 nec pervigilem tu fallere vultum *Batonis* obscuro quamvis cursu, Cynosura, valeres. STAT. Theb. 6, 240 nec conscia -it sidera *Lucifer* (*post* deprenditur). *nota*: OV. trist. 2, 213 fasque ergo est aliqua caelestia pectora -i (*i. Caesarem ignorare, postea* effugiunt curas inferiora).

3 *impersonaliter*: *aliquem*: PLAVT. Bacch. 298 non me fefellit, sensi. CIC. Sest. 115 neminem vestrum -it. Att. 6, 1, 20 nec enim me -isset nec -et. LIV. 28, 8, 9 haud fefellit Aetolos. CVRT. 4, 15, 6 non -erat Parmenionem. *seq. acc. c. inf.*: TER. Haut. 514 num me fefellit hosce id struere? CIC. or. frg. A VIII 2 quem ... nostrum fefellit ita vos esse facturos? Att. 3, 23, 4 in lege nulla esse eius modi caput te non -it (*postea* fugerit). LVCR. 1, 136 nec me animi -it Graiorum obscura reperta difficile illustrare Latinis versibus esse (VERG. Aen. 4, 96 LIV. 5, 2, 3. 6, 15, 7. 22, 16, 5. 22, 24, 3 CVRT. 6, 1, 17. 8, 4, 8 PETRON. 137 PLIN. nat. 24, 159 STAT. Theb. 1, 287 QVINT. inst. 2, 4, 40. 3, 6, 58 AVSON. 335. 437, 1). BELL. Afr. 80, 2 LIV. 30, 31, 1. 31, 33, 8 neutros fefellit ... hostes appropinquare. 33, 47, 9. 40, 21, 7. PLIN. nat. 2, 233 omnes fontes aestate quam hieme gelidiores esse quem -it? *seq.* quod: RHET. Her. 3, 24, 40 non te -it, quod tantopere utile sit (*facile meminisse*), quanto labore sit appetendum. QVINT. inst. 12 pr. 2 fefellit *nos* ..., quod initium *scribendi* a parvis ceperamus. *enunt. interrog.*: CIC. Quinct. 54 non multum me -it, si consulamini, quid sitis responsuri. de orat. 1, 255 neque enim hoc te, Crasse, -it quam multa sint ... genera dicendi. CAEL. Cic. epist. 8, 5, 3 quam hoc Caesari ... superet, non te -it. LVCR. 1, 922 nec me animi -it, quam sint obscura (5, 97). 4, 535 nec te -it item, quid corporis auferat ... perpetuus sermo. BELL. Afr. 56, 3. SALL. Iug. 85, 3 neque me -it, quantum ... negoti sustineam. LIV. 28, 41, 12 periculi ... quantum adeatur quem -it? 31, 25, 8. 36, 6, 5 neminem, quid ageretur, -bat (36, 34, 7). SEN. contr. 1, 1, 7 non fefellit te (fefellit et *codd.*), qualis essem: scivisti. COLVM. 12, 3, 2 (*ex Cic., cf. phil. frg. I 10*) sic minus -it, qui exitus futurus sit (*Xen. oec. 9, 8* οὕτως γὰρ ἧττον λανθάνει, ὅπως κτλ.). QVINT. inst. 3, 8, 41 decl. 266 p. 87, 5. TAC. ann. 3, 10 haud -bat Tiberium moles cognitionis quaque ipse fama distraheretur. *seq.* quin (*cf.* abest): TER. Hec. 728 nec pol me multum -it quin, quod suspicor, sit quod velit.

epitheta (*cf. etiam p. 207, 4 sqq.*): admirabilis: Cic. orat. 33. adversa: Liv. 37, 47, 6 Sen. Thy. 204 Tac. hist. 1, 73. 4, 51. aemula: Sil. 4, 4 Herculei laboris. non aequa: Sil. 17, 34. aequabilis: Sall. Iug. 43, 1. aeterna: Verg. Aen. 7, 2 Phaedr. 3 prol. 53 Lvcan. 8, 617 Lavs Pis. 249 Avr. Vict. Caes. 33, 26 Clavd. 8, 410. altera: Avien. Arat. 108. ambigua: Tac. hist. 1, 50. antiqua: Liv. 38, 17, 19 Mart. epigr. 7, 11. *alio sensu*: Cic. epist. 13, 73, 2. apertior: Tac. hist. 2, 37 in dies. atrox: Sall. hist. 1, 107 *al. v. vol. II p. 1109, 38 sqq.* audax: Stat. Theb. 8, 152. non bella: Hor. sat. 1, 4, 114. bona: Plavt. Most. 228 *al. v. vol. II p. 2091, 10 sqq.*; *ubi addend.*: Cic. epist. 13, 10, 2 Corp. VI 23137 (= I² 1347) Liv. 6, 11, 7 Avson. 267, 3 Vvlg. I reg. 2, 24. Corp. X 5551 ⟨opti⟩ma. *corrig.* Pvblil. B 27 Hier. epist. 52, 13, 1 Vvlg. Phil. 4, 8. caduca: Ov. Pont. 4, 8, 46. calamitosa: Cic. Cluent. 4. calumniosa: Tert. anim. 49 in barbaros. cara (*ubique pro praed.*): Cic. ad Q. fr. 1, 1, 13 Gratt. 256 Mart. 8, 18, 4. casca: Avien. ora 591. cassa: Stat. Theb. 6, 71. celebris: Liv. 27, 33, 1 *al. v. vol. III p. 740, 22 sqq.* (*at cf.* sublimis *p. 225, 24*); *addend.*: Liv. 27, 33, 1 Colvm. 3, 3, 3 Apvl. met. 4, 13 flor. 15 p. 56 Amm. 20, 4, 1 *al.* celer: Liv. 27, 39, 13. celerior spe: Clavd. carm. min. app. 2, 118. 133 *cf.* Liv. 24, 21, 5. certa: Ov. met. 15, 58 *al. v. vol. III p. 919, 7 sqq. ubi add.*: Plin. nat. 6, 201 Stat. Theb. 6, 303. clara: Ov. epist. 16, 17 *al. v. vol. III p. 1275, 76 sq. ubi add.*: Plin. nat. 4, 96 Tac. ann. 12, 44 inter accolas. Anth. 407, 5 Spart. Sept. Sev. 22, 4 Porph. Hor. carm. 3, 9, 7. commendatior: Plin. nat. 25, 130. communis: Cic. Verr. 3, 18 *al. v. vol. III p. 1971, 25 sq.* conscia: Verg. Aen. 10, 679. *cf. p. 225, 69.* consentiens: Call. dig. 22, 5, 3, 2. conspicua: Ivv. 10, 125. constans: Cic. ad Q. fr. 1, 1, 24 *al. v. vol. IV p. 538, 48 sqq. ubi add.*: Liv. 21, 20, 9; *corr.*: Gell. 3, 9, 2 Ivst. 25, 5, 3. contraria: Sen. epist. 94, 12 monitionibus tuis. crebra: Plin. nat. 36, 195 *al. v. vol. IV p. 1120, 73 sq.* decolor: Ov. epist. 9, 3. densior: Lampr. Alex. 20, 2. deterior: Mar. Victorin. defin. p. 26, 14. detestanda: Capitol. Aur. 12, 3. dextera: Carm. epigr. 964, 1 (*aet. Aug.*). digna: Lavd. [Turiae] (Corp. VI 1527) 1, 34 Stat. Theb. 3, 103. dispar: Tac. hist. 2, 4. diversa: Tac. hist. 4, 40 ann. 16, 2 Svet. Claud. 44. dubia: Ov. ars 3, 453 Liv. 29, 14, 12. Avson. 270, 3 privato in tempore. Gloss. IV 334, 5. duplex: Liv. 1, 1, 6. 8, 20, 6 *al.* Svet. Cal. 58. duratura: Tac. dial. 34. egregia: Sall. epist. Mithr. 2 Tac. Agr. 20 ann. 13, 30 *al.* falsa: Ter. Hec. 758 *etc., v. p. 193, 55.* felix: Rvfin. hist. 4, 7, 14. ficta: Clavd. 18, 346. flagitiosissima: Tac. hist. 2, 31. forensis: Q. Cic. pet. 17. fortior: Qvint. inst. 12, 9, 4 Op. imperf. in Matth. 5 p. 661. fraterna: Val. Fl. 1, 178 Sil. 11, 499. frequens: Cic. inv. 2, 166 Liv. 2, 32, 3. futura: Cic. fin. 3, 57 post mortem. Sil. 12, 50. [generosa: Nep. Dion 1, 2 *codd.*; nobilis *vulgo mutato ordine verborum.*] Graia: Pacvv. trag. 119. grata: Cic. epist. 10, 14, 1. Symm. epist. 3, 45, 1 oppido. gravis: Cic. ad Q. fr. 3, 4, 1 Liv. 27, 24, 1. 28, 24, 1 Capitol. Aur. 15, 5 Avson. 275, 2. Herculea: Sil. 3, 263. hilarior: Cod. Iust. 2, 6, 7. honesta: Serv. Aen. 4, 91 Avg. civ. 2, 10 p. 65, 2. honora: Stat. Theb. 2, 629. non ignobilis: Capitol. Alb. 11, 8. illustris: Cic. Marcell. 26 Avr. Vict. Caes. 33, 26. immanis: Mela 2, 11. immerita: Stat. silv. 5, 2, 100. impar: Sall. Iug. 57, 6. impia: Verg. Aen. 4, 298. improspera: Tac. hist. 2, 30. inanis: Verg. Aen. 4, 218 Prop. 3, 12, 9 Tac. hist. 4, 11. incerta: Ov. epist. 1, 64. 9, 41 Liv. 6, 27, 3. 27, 50, 6 Cvrt. 4, 5, 12 Plin. nat. 4, 94. inclita: Liv. 6, 11, 2 Sil. 16, 608. incolumis: Cic. Deiot. 43 epist. 13, 73, 1 Hor. sat. 1, 4, 118. incredibilis: Verg. Aen. 3, 294. inermis: Plin. nat. 5, 51. infausta: Sil. 13, 97. infelix: Verg. Aen. 12, 608. infitianda factis: Ov. epist. 9, 3. ingens: Liv. 22, 19, 4 Arrvnt. hist. 7 Sen. benef. 3, 32, 2 Petron. 141 Val. Fl. 6, 10 Stat. Theb. 10, 215 Tac. Agr. 39 Plin. paneg. 10 *al.* Ivst. 22, 6, 10 Anth. 447, 5 Avg. civ. 2, 3 p. 56, 8. ingrata: Cvrt. 5, 8, 10. inhonesta: Arnob. nat. 7, 12 p. 246, 15. insignis: Qvint. inst. 10, 1, 116. integra: Cic. Quinct. 97 Sall. Iug. 67, 3 Papin. dig. 26, 10, 4, 2 Call. dig. 48, 19, 28, 16 *al.* invalida: Amm. 16, 10, 17. inveterata: Cic. rep. 2, 4 Liv. 28, 43, 1. inviolata: Sall. Iug. 43, 1. iusta: Evgraph. Ter. Ad. 855. iuvenalis: Plin. nat. 33, 32. laeta: Liv. 9, 38, 4 Tac. ann. 11, 19. lasciva: Avson. 18, 1. lasciviens: Sol. 52, 16. Latia: Stat. Theb. 1, 22. latior: Sol. 40, 3 Amm. 16, 8, 8. lepida: Plavt. Trin. 379. levis: Verg. Aen. 7, 232 Cvrt. 4, 4, 2. longa: Stat. Theb. 7, 772. loquax: Ov. met. 9, 137 Pont. 2, 9, 3 Octavia 762 Lvcan. 8, 782 Mart. 12, 4, 4 Avg. serm. ed. Mai 49, 1. maesta: Lvcan. 5, 775 Stat. Theb. 9, 787 Tac. hist. 2, 46. magna: Cael. Cic. epist. 8, 8, 2 Caes. civ. 3, 36, 1 Bell. Alex. 48, 1 Sall. hist. frg. 1, 107 Nep. Lys. 1, 1 *al.* Prop. 4, 2, 41 Ov. am. 3, 6, 90 met. 6, 30. 7, 542 *al. saepe.* magnifica: Rvfin. hist. mon. 7 p. 411ᶜ. mala: Plavt. Persa 386 (*vers. interpol.*) Ter. Phorm. 169 Pvblil. D 13 Sall. Iug. 35, 4 Ov. Pont. 2, 3, 86 Liv. 3, 43, 7. 27, 8, 5 Stat. silv. 1, 4, 14 Tac. ann. 2, 28 *al.* Sacr. Leon. p. 366. maledicae: Plavt. Trin. 186. mansura: Lvcan. 8, 74 in saecula. Plin. epist. 9, 3, 1. Mantuana: Stat. silv. 4, 7, 28. memor: Cic. off. 3, 25 beneficiorum. Ov. fast. 2, 380. mendax: Aetna 369 Prop. 4, 2, 19 Pomer. 3, 9, 1. mendosa: Aetna 74. merita: Ov. met 3, 512 Plin. epist. 5, 14, 3. militaris: Tac. hist. 1, 5. 2, 76 *al.* mirabilis: Plin. nat. 34, 83. non mollis: Stat. Theb. 4, 346. numquam moritura: Cvlex 362. multa: Verg. Aen. 11, 224 Tac. ann. 13, 15. 16, 15 militaris. multiplex: Liv. 5, 18, 9. muta: Avien. orb. terr. 1139. nigra: Mart. 10, 3, 9. nobilis: [Nep. Dion 1, 2 *ex coni. v.* generosa.] Liv. 45, 5, 5 Val. Max. 4, 6 ext. 3. nobilitata iam ante: Spart. Sept. Sev. 4, 7. nota: Plin. nat. 25, 47. nova: Ov. epist. 18, 108 Liv. 3, 51, 7 Carm. epigr. 878, 4. nullis obnoxia iussis: Ov. met. 15, 853. obscura: Verg. Aen. 5, 302. 7, 205 annis. Ov. fast. 6, 104 aevo. Liv. 23, 20, 3. 30, 19, 11. 45, 9, 4. 45, 12, 9 Sil. 14, 48 Plin. epist. 5, 13, 10 Svet. vita Ter. 4 Sol. 1, 124 Serv. Aen. 4, 184. [pallens: Tac. dial. 13 (pallantem *vel* palantem *codd.*).] par: Hor. sat. 2, 8, 66. Liv. 26, 19, 7 vanitate et fabula. 38, 17, 19 illi antiquae. Mart. 1, 111, 1. Tac. ann. 1, 13 (*i. egregia*). parva: Ov. trist. 4, 2, 18 Liv. 26, 20, 5 Colvm. 1 praef. 31 Lvcan. 9, 754 Plin. nat. 14, 76 *al.* Stat. Theb. 12, 499 factis. Mart. 4, 75, 6. paterna: Stat. Ach. 1, 468. perennis: Cic. carm. frg. 22, 25 Verg. Aen. 9, 78 Ov. am. 1, 10, 62.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1,15,7. perobscura: LIV. 1,16,4. perpetua: LVCAN. 10,544 PLIN. paneg. 55 SVET. Nero 55 CORP. X 5349,10 (*a. 408*). perspecta: PROP. 1,11,17. pertinax: PLIN. nat. 24,159 AMM. 31,3,2. pervagata: CIC. Marcell. 26. pervulgata: APVL. apol. 31. popularis: CIC. fin. 2,48. 50 Tusc. 1,110. 3,4. 5,46 Q. CIC. pet. 49. porrecta: APVL. met. 4,29. 5,4 latius. postuma: TERT. test. anim. 4 p. 140,3. potens: MART. 7,12,10. potior: PANEG. in Mess. 199 AVSON. 470,29. praecipua: MELA 3,66. praeclara: CIC. Att. 7,26,1 SALL. Iug. 55,2 CLAVD. 10,121 AVG. civ. 8,3 p. 324,12 *al.* praesens: STAT. Theb. 12,8,12 NEMES. ecl. 1,84. prima: SEN. benef. 6,42,2 STAT. Theb. 11,316 SVET. Cal. 6 FLOR. epit. 4,11,4. prior: VERG. Aen. 4,323 STAT. Theb. 4,32 *al.* IVLIAN. epit. novell. 36,141. prisca: STAT. silv. 2,2,146. propria: PLIN. nat. praef. 26. prospera: TAC. hist. 1,14 ann. 4,52. 14,51. publica: SEN. contr. 10,5,13. pudica: PROP. 2,32,21. pulchra: CIC. Font. frg. 2. Pylia: PANEG. in Mess. 112. recens: PLIN. nat. 10,124 MART. 9,43,5 TAC. hist. 2,3 AVSON. 398,38. repens: LIV. 6,42,4. 22,21,6. sacra: LVCAN. 9,982 AVSON. 192,20. salva: TAC. hist. 4,2 PLIN. epist. 9,1,2. sancta: FRONTO p. 209,3. saucia: AVSON. 213,3. secunda, *i. q. prospera*: LIV. 27,10,13. 43,8,2 *al.* TAC. Agr. 38 SVET. Iul. 2 Aug. 3. *i. q. altera*: OV. trist. 1,6,22 MART. epigr. 31,1. 7,27,2 CLAVD. carm. min. 19,2. septena: STAT. silv. 5,3,95. haud sincera: GELL. 7,8,5. sinistra: OV. am. 3,14,11 IVV. 14,1 SIL. 12,62 TAC. hist. 1,51 ann. 6,32 PAVL. NOL. epist. app. 2,23. splendida: PROP. 3,20,8. sterilis: STAT. Theb. 6,71. subita: SVLP. SEV. Mart. 18,1. sublimis: STAT. silv. 4,4,44 (*cf. p. 158, 27*). summa: ENN. scaen. 8 CIC. Att. 5,20,6 TREBON. Cic. epist. 12,16,1 SVET. Tit. 4. superstes: HOR. carm. 2,2,8 OV. trist. 3,7,50 DRAC. laud. dei 3,470 CARM. epigr. 1375,4 (*a. 533*). tenuis: AVSON. 200,50. terribilis: LIV. 22,30,9. tristis: CIC. Phil. 14,15. tumultuosior: LIV. 10,33,8 quam res erant. turpis: ACC. trag. 459 SALL. Iug. 85,33 HOMER. 78 TAC. ann. 12,49 AVSON. 311,7 BACHIAR. repar. laps. 11. vacua: PRVD. psych. 231. vaga: OV. met. 8,267 HOMER. 328 STAT. Theb. 9,32. *cf. infra l. 63.* validissima: TAC. ann. 13,8. vana: [LIV. 22,24,14] CVRT. 10,10,5 LVCAN. 1,469. varia: LIV. 25,17,4 TAC. ann. 14,20 SVET. Iul. 79 SPART. Hadr. 14,6. velox: PANEG. 10(4),32,4 SYMM. epist. 3,45,1 VVLG. Ruth 1,19 OROS. hist. 6,1,8. venerabilis: PASS. Paul. 1 *codd. MR.* veniens: VERG. Aen. 6,889. vera (*plerumque praed.*): VERG. georg. 4,42 Aen. 3,551 OV. met. 5,262 LIV. 25,16,25 GERM. 106 SEN. Herc. f. 727 *al.* VAL. FL. 2,560 MART. 7,88,1 TAC. Germ. 45 AVSON. 319,27. 413,8. FERRAND. epist. 12. vetus: CIC. inv. 2,34 nat. deor. 3,60 NEP. Phoc. 4,1 AETNA 571 CVLEX 362 HOR. sat. 2,1,36 OV. fast. 5,625 LIV. 25,19,16 [37,51,9] *al.* GERM. 31 PLIN. nat. 2,140 SIL. 4,360 TAC. Germ. 37 *al.* PLIN. epist. 4,9,22 AVIEN. Arat. 576 AVSON. 69,15. vetusta: LIV. 31,1,7. 35,12,11 *al.* TAC. hist. 3,47. victura: MART. 5,15,4. PHOC. carm. de Verg. 64 in saecula. vivens semper: CARM. epigr. 1375,4 (*periit, a. 533*). unica: CATVLL. 61,230. volucris: OV. epist. 16,207. *cf. infra l. 71.* utilis *alicui*: TAC. hist. 4,63. vulgaris: STAT. silv. 4,8,34 PS. AVR. VICT. epit. 1,22. vulgata: LIV. 1,7,2. 6,21,1. 25,17,4. 26,19,7. [LVCAN. 6,604.]

IV **Fama** ***personata*** (*hoc loco audaciores tantum vel continuas translationes reperies, quibus quasi praesens quaedam imago sub oculis ponitur; illas usitatiores velut '-a aliquid nuntiat', 'celebrat' sim. v. supra sub I, II, III digestas*): **A** *-a ut rumigerula vel opinio vulgi vel rerum gestarum nuntia repraesentatur:* *allegoriae amplissimae*: VERG. Aen. 4,173 extemplo ... it -a per urbes, -a, malum quo non aliud velocius (*cf. supra l. 34*) ullum *eqs.* (*cf.* QVINT. inst. 9,2,36 formas quoque fingimus ..., ut -am Vergilius). OV. met. 12,43 -a tenet *locum* summaque domum sibi legit in arce *eqs.* *contra*: VAL. FL. 2,116 *Venus* -am ... vagam (*cf. infra l. 63*) vestigat in umbra, quam *eqs.*; illa fremens habitat sub nubibus imis *eqs.* STAT. Theb. 3,426 vigil omni -a sono vanos rerum succincta (CLAVD. 26,201 nigrantes ... pavoribus alas) tumultus ante volat currum *Martis eqs.* CATVLL. 80,5 an vere -a susurrat (*seq. acc. c. inf.* OV. epist. 20,233 vaga [*l. 31. 59.* CLAVD. 20,462 aulam ... quatit *eqs.*] -a. AMM. 26,6,2 obscurior -a). VERG. Aen. 4,666 bacchatur ... per urbem (*cf.* SIL. 7,504 furit *seq. acc. c. inf.*). 7,104 responsa ... circum late volitans ... -a per urbes ... tulerat (9,471 volitans pinnata per urbem nuntia -a ruit *eqs.* ANTH. 941,50. AMM. 18,6,3 per aërios tramites -am praepetem volitare. FAVST. REI. serm. 27 p. 333,27 per populos conscia [*cf. epith.*] tantorum bonorum -a volitabat). VERG. Aen. 11,139 -a volans (PETRON. 123,211 volucris [APVL. met. 11,18 *cf. l. 46*] motis ... pennis -a volat *eqs.* VAL. FL. 5,82 -a per extremos ... volat improba manes *eqs.* STAT. Theb. 10,261), tanti praenuntia (OV. met. 15,4 destinat imperio ... praenuntia veri -a Numam) luctus, ... moenia replet (OV. Pont. 4,4,19 *v. p. 226, 34sq.* DRAC. Romul. 8,442 Orest. 109. *cf.* MART. CAP. 2,98 magno ... complet tecta boatu). PROP. 2,23,7 quos dicit -a labores (OV. epist. 20,51 ne ... nihil credas in te ... dicere -am. *cf. p. 219, 53*). 4,11,72 laudat ... emeritum libera -a rogum (OV. met. 15,853 libera -a ... nullisque obnoxia iussis invitum praefert). OV. epist. 15,144 -a ... de forma paene maligna tuast (trist. 4,10,126. AMM. 16,10,17 invalida vel ma⟨li⟩gna. 31,5,8 rumorum nutrix). met. 9,137 -a loquax (*cf. epith.*) praecessit ad aures ... tuas, quae veris addere falsa gaudet *eqs.* Pont. 3,1,47 tacito me -a queretur. SEN. Herc. f. 193 alium ... omnes -a per urbes garrula (*cf.* loquax *epith.*) laudet *eqs.* epist. 81,29 res, de quibus non cum -a, sed cum rerum natura deliberandum est (*cf.* 95,54 aestimemus singula -a remota). LVCAN. 4,574 nullam maiore locuta est (MIN. FEL. 9,3 nec de ipsis ... maxime nefaria ... sagax -a loqueretur. *cf. p. 219,45 et infra l. 39*) ore ratem totum discurrens -a per orbem. SIL. 6,75 haud surda tractarat proelia -a. 7,271 morsus -ae depellere. 16,594 -a ducente triumphum. STAT. Theb. 1,683 nec sic aversum -a Mycenis volvit iter. 2,108 scit -a (MART. 8,38,8. *cf.* 6,64,6 meos, quos novit -a, libellos. *cf. l. 40*). 2,346 sollers deprendere semper -a duces (*cf.* CAPITOL. Aur. 15,5). 2,621 vix credet -a reverso (*cf.* TAC. hist. 1,34 credulā -ā inter gaudentes *eqs.*). 5,692 equitum praeverterat alas -a recens, geminos alis amplexa (10,627) tumultus. 6,2 nuntia multivago ... perlabitur (*cf. p. 220, 43*) urbes -a gradu. 9,32 solito pernicior index, cum lugenda refert, ... maxima fando damna vehit (AMM. 25,8,13 hos tabellarios -a praegrediens, index tristiorum casuum velocissima. *cf.* AVELL. p. 85,16 cita semper malorum enuntiatrix -a non tacuit). Theb. 9,68 iam Thesea -a tacebat (AMM. 16,12,70 res maximas ... silere *nescit.* PASS. Desid. [Script. rer. Merov. III] 5. *cf. l. 17. 32*). MART. 1,25,5 ante fores stantem dubitas admittere -am. IVV. 14,152 foedae bucina -ae. APVL. met. 8,6 -a dilabitur et cursus ... *illuc* detorquet *eqs.* MIN. FEL. 20,3 quicquid -ae licet fingere (TERT. nat. 1,7 p. 67,3). PANEG. 6(7),1,3 -a ultra naturam quae fingitur discursus volucres mutuata et ... mille vocibus sonora (*cf.* AMM. 21,9,3 mille, ut aiunt, linguis rerum mire exaggerat fidem). SPART. Geta 2,9 redit ⟨cum⟩ -a in gratiam parricida. AVSON. 419,82 quae auras praecedere solet, -am facias tardiorem. SYMM. epist. 3,45,1 laetis nuntiis rigat aures *eqs.* AMM. 15,5,24 nos ... aëria quaedam (via quadam *Clark*) antevolans prodiderat -a (*cf. p. 220, 6*). CLAVD. 8,275 abstrusos explorat ... recessus. 17,270. 22,408. MART. CAP. 1,66 cunctos ... vocabat -a praeconans. *allocutiones*: OV. Pont. 2,1,19 gratia, -a, tibi! per quam *eqs.* STAT. silv. 1,2,28 -a, tace! MART. 7,6,4 credo tibi, verum dicere, -a, soles. PS. AVG. serm. ed. Mai 49,1 o -a, quantum adiuvas fidem *eqs.* *-a ipsa loquens inducitur*: OV. Pont. 4,4,16 'en ego laetarum venio tibi nuntia rerum, -a ...' dixit, et ut laeto Pontum rumore replevit *eqs.* (*cf. p. 225, 74*). *-ae aliquid comparatur*: AMM. 22,2,5 *Iulianum* -ae instar cuncta facilius occupasse.

B *magna -a, gloria apud posteros, rerum gestarum memoria*: CATVLL. 78,4 qui sis, -a loquetur (*cf. supra l. 3*) anus (MART. 1,39,2 amicos, quales prisca fides -aque novit [1,93,6] anus. *cf.* 12,4,4 -a ... loquax chartaque dicet anus). HOR. carm. 2,2,8 illum aget pinna metuente solvi -a superstes. PROP. 2,34,94 hos inter si me ponere -a volet. 3,1,9 quo me -a levat terra sublimis! 3,22,20 -am, Roma, tuae non pudet historiae. OV. trist. 4,10,122 nomen ab exequiis quod dare -a solet. SEN. Phaedr. 742 conferat (*cf. infra l. 56*) tecum decus omne priscum -a miratrix senioris aevi (*cf.* STAT. silv. 1,1,8 -a prior [*cf. infra l. 55*] ... nomen Dardanii miretur equi. 1,3,7 iactet). epist. 79,15 quam multos -a non excepit sed eruit? LVCAN. 8,782 quo *crimine* te -a, loquax (*cf. supra l. 41 et epith.*) omnes accepit in annos. STAT. Theb. 12,812 praesens tibi -a benignum stravit iter (*inde* NEMES. ecl. 1,84) coepitque novam *Thebaida* monstrare futuris. silv. 2,7,108 poli per axem -ae curribus arduis levatus. 5,1,106 quae ... tuas laurus volucri ... curru -a vehit praegressa diem. ANTH. 938,3 comes armorum ... -a. *allocutiones*: STAT. Theb. 4,32 nunc mihi, -a prior (*cf. supra l. 46*) mundique arcana vetustas ... pande viros. MART. epigr. 16b,3 Caesaris atque Iovis confer (*cf. supra l. 45*) nunc, -a, iuvencos. 7,12,10 iuro potentis per genium -ae. CARM. epigr. 1551 A 5 (*aet. Hadriani vel Pii*) ne cesses, -a; meremur. SEN. Phaedr. 252 *v. p. 214, 4.* *-a pictura expressa*: ANTH. 312 *et* 313. *nota de ambitione, studio laudis*: HOR. sat. 2,3,222 quem cepit vitrea -a, hunc *eqs.* (*cf.* PAVL. epist. p. 49,18 nunc rapit omnibus aures ambitus et vitreo fert cava -a sinu). PRVD. ham. 436 ventosae scandit fastigia -ae.

*de **structuris** notabilia quaedam*: **1** *ii qui -am ferunt, indicantur:* *genetivo nominis: cf. ex. gr.* CIC. carm. frg. 7,3 bonorum. Scaur. 41 gentis suae. rep. 2,4 hominum. *saepe* top. 76 vulgi (QVINT. inst. 4,1,52 *al.*). Phil. 9,10 omnium mortalium. LVCAN. 6,570 loci. FRONTO p. 180,2 N. communium amicorum. *adiectivo; cf.* Graia, communis, popularis, militaris *sub epithetis.* **2** *res, quae in ore hominum sunt, indicantur*: **a** *pronomine demonstr. relat. poss.; cf. ex. gr.* PLAVT. Persa 384 haec -a. Rud. 935 meae -ae (*i. de factis meis; passim*). TER. Ad. 340 tua (*i. de vita et moribus tuis; passim*). OV. trist. 4,10,87 mea (*i. de me, de casu meo; multo rarius*). *cf.* fraterna *sub epith.* **b** *genetivo nominis*: *α is, de cuius vita et moribus -a est, passim addito genetivo notatur; cf. ex. gr.* CATO orig. 36 eius *mulieris*. CIC. inv. 1,19 generis et familiae. epist. 4,9,3 dignitatis tuae. *virtutes, vitia, artes genetivo notatas v. p. 208, 30sqq.* *β res gestae gerendaeve saepissime substantivis actionis vel passionis notam in se habentibus; cf. ex. gr.* CIC. Verr. 5,68 huius tui facti. OV. met. 9,14 laborum. LIV. 24,30,12 caedis; *hic illic etiam aliis substantivis per brevitatem quandam dicendi; cf.* CIC. Phil. 14,15 -am istam fascium. *al.; ad ea subst. accedunt saepissime participia perf. (rarius praes.), maxime apud historiarum scriptores, imprimis apud* LIV; *cf. ex. gr.* CIC. Cluent. 133 iudicii

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

corrupti. LIV. 2, 26, 5 cuius *exercitus* . . . haud procul . . . ab Aricia visi. 34, 12, 8 auxilii adventantis. *participii vice etiam adiectiva quaedam fungi possunt, velut* OV. met. 5, 256 novi fontis. LIV. 4, 40, 1 adversae pugnae. TAC. hist. 2, 16 victricis classis. *γ etiam -ae, qua aliquid esse cognoscitur, accedit genetivus; cf.* CVRT. 10, 1, 15 auri. PLIN. nat. 36, 18 Iovis. **c** *praeposit.; cf. ex. gr.* CIC. Verr. 5, 68 de nostrorum hominum avaritia. *acced. partic.*: NEP. Dat. 6, 1 de male re gesta. APVL. met. 4, 13 super *illo* munus edituro. *adiect.*: CIC. epist. 9, 16, 8 de mea nova lautitia. **d** *acc. c. inf.; cf. ex. gr.* TER. Hec. 775 *p. 207, 51* CIC. Font. 29. LIV. 32, 31, 2 -a Insubres victos allata. **3** *adverbialia varia*: LIV. 2, 7, 10 mea apud vos -a. *al.* VVLG. Dan. 11, 44 ab oriente.

syn. et iuxta posita (indicatur, quis primus copulet): rumor(es) (CATO), flagitia (TVRPIL. com. 162), existimatio (civium), sermo(nes), opinio, criminatio (CIC. de orat. 2, 339), litterae, nuntii, vox (CIC. prov. 33), suspicio (fin. 1, 50), auditio (nat. deor. 2, 95), consuetudo (Tusc. 1, 109), expectatio (CIC.); exploratores (VERG. Aen. 11, 511); invidia (SALL. Catil. 3, 5); admiratio (hominum) (LIV. 2, 49, 3); ambitio (SEN. epist. 110, 10 *al.*); auctor (VAL. FL. 3, 622; *idem opponitur l. 42*); forum (TAC. dial. 13); homines (PLIN. paneg. 69); lux (PLIN. epist. 9, 14, 1). laus, gloria, honos, nomen, dignitas, nobilitas (CIC. Tusc. 5, 46), commendatio (off. 2, 71), gratia (epist. 6, 6, 9 HOR. epist. 1, 4, 10 PLIN. epist. 5, 13, 2) (CIC.); species (VERG. Aen. 4, 170 LIV. 34, 60, 6); auctoritas (LIV.); claritudo (TAC. ann. 16, 24); dignatio (SVET. gramm. 5); claritas (IVST. 25, 5, 6). facta (PLAVT.); pudicitia, pudor (CIC. *cf.* PACVV. trag. 52); officium (BALB. Cic. Att. 9, 7^{b}, 1); mores (HOR.); corpusque animusque pudicus (OV. epist. 7, 5); vita (ARNOB. nat.). res, fides, -a, virtus, decus (PLAVT. Most. 144); *ex quibus praeterea* res *saepe*, fides (CIC. *al.*), virtus (VAL. FL. 1, 30), decus (SIL. *al.*); caput, fortunae, bona, vita (*aliter supra l. 27*), locus *et* fortuna (CIC. Lael. 94; locus *praeterea* BELL. Afr. 81, 2, fortuna: VELL. TAC.), salus (CIC.); opes (NEP.); pecunia, copiae, genus (SALL.); patrimonium (SEN. QVINT.); anima (IVV. 6, 500); *complura eiusmodi iuxta posita*: CIC. Sest. 1 HOR. sat. 2, 7, 67 INSCR. christ. Rossi I p. 811 (*a. 471*). memoria (TRAG. inc. CIC. *al.*); scripta (LIV. 38, 56, 1); posteritas (CVRT.); saecula (LVCAN. 10, 533); antiquitas (PLIN. nat. 24, 159); fides (MART. 1, 39, 2; *aliter supra l. 29*); chartae *et* populi (MART. 5, 25, 5; charta *etiam* 12, 4, 4); aeternitas (SVET. Nero 55); testes (AVSON. 398, 16).

oppos.: gloria (ENN. scaen. 8, 9 CVRT. 8, 1, 1); claritas (SEN. epist. 102, 17 *cf.* 8). ratio (CIC. Manil. 43); res (CIC. Att. 5, 20, 6 *al.*); veritas (CIC. ad Q. fr. 1, 2, 2); auctor (VERG. Aen. 10, 509); ipse (OV. VAL. FL.); rerum natura (SEN. epist. 81, 29); natura (MELA 1, 93); experimentum (COLVM. PLIN. nat. *al.*); argumenta (PLIN. nat. 25, 5); iudicium nostrum, oculi nostri (PLIN. paneg. 59); historia (LAMPR. Alex. 48, 8). facta (RHET. Her.); arma (VERG. TAC.); fata (VERG. TAC.); vires (LIV. 33, 8, 5); *cf.* vis (TAC. ann. 6, 30); fortuna (ANTH. 447, 3). conscientia (VELL. SEN. PLIN. epist. TERT. AVG.). infamia (SIDON. epist. 1, 11, 6). vita (MART. 1, 49, 42).

annominationes: fames: CIC. Att. 1, 16, 5 *p. 211, 46*. PETR. CHRYS. serm. 9 p. 213^{B} *largiri* ad suam -am, non ad pauperis famem. flamma: CIC. Cluent. 4 *p. 207, 58 cf.* QVINT. inst. 9, 3, 75. forma: RHET. Her. 4, 20, 28 *p. 218, 23*. *praeterea saepissime coniungitur cum verbis nominibusque, quorum f est prima littera, velut* falsus, facta *al. (cf. syn. et opp.) imprimis a* SCAEN. VERG. TAC.

deriv.: famella (*cf.* PAVL. FEST. p. 87). famatus, famosus, famosis.

compos.: famidicus, famigeratus, famigerulus. infamis. *Vetter.*

?**famactum**, -ī *n.* *fere i. q. fimum*: CHIRON 560 -um bubalum colligito et ex aceto -um contemperato et inducito (*pro medicamento.* fimum *Veg.*, fimacium *coni. Oder*). *Mbr.*

fāmātus, -a, -um [*a* fama. *Th.*]. [CIC. Scaur. 13 quibus criminibus haec tota ... infamata (*Schütz*, -a *cod.*) causa est]. *i. q. famigeratus, celeber*: PALLAD. hist. mon. I 2 p. 261^{A} sanctitate -is viris (περιβοήτοις). 23 p. 305^{A} vitam -am finire. male -us *i. q. famosus, infamis*: GLOSS. infamis male -us. [GLOSS. V 424, 59 *v. s.* formatus.] *Vetter.*

?**fambulus** (-um?), -ī *quid sit nescio*: VIRG. gramm. epist. 2 p. 121, 11 cuidam conflictum fugienti dicere fidenter ausus est 'gurgo', inquit 'fugax -o (fabulo *N*) dignus est'. *cf. Aldhelm. ed. Giles p. 95 et Ducange s. v. 'gurgo'.*

famedicus *a* 1. fames *et* edere *finxit* DON. Ter. Eun. 260 (*v. l. 80*).

famel *v.* famulus. **famelia** *i. q.* familia *v. p. 235, 2.* *Mbr.*

famēlicē *v. p. 228, 28.*

famēlico, -āvī, -āre [*a* famelicus. *Th.*]. *i. q. esurire*: GLOSS. V 164, 30 esuriunt -ant (146, 29 esurivit -vit).

?**famēlicōsus**, -a, -um. *si recte conicitur, a* famelicus. GLOSS. IV 445, 45 improba ventris rabies (*Verg. Aen. 2, 356/357*): famiclosa pauperies (-a *Götz; an* famiculosa *corrigendum?*).

famēlicus, -a, -um [*a* 1. fames. *Th.*]. *cf.* NOT. Tir. 40, 32/33 fames -us. DON. Ter. Eun. 260 -us a fame et ab edendo dictum est, quasi famedicus. GLOSS. λιμόξηρος πιναλμος (πειναλέος?). famen (*sic*) patiens, esuriens, ieiunus. GLOSS. IV 237, 10 fameticum a fama (fame *ab*) vel esurientem. *cf.* SCHOL. Hor. Gloss. Γ sat. 2, 2, 14 inanis -us. GLOSS. V 455, 42 *v.* famidicus *p. 234, 50.* [*hisp. merid.* jamelgo. *M.-L.*]

1 *proprie i. q. esuriens, ieiunus*: **a** *adiect.*: *de hominibus*: PLAVT. Cas. 130 cum lassus fueris et -us. Rud. 311 -a hominum natio. SEN. contr. 1, 1, 20 seni. 10, 4, 2 familiam. TERT. apol. 15 tres Hercules. PAVL. NOL. epist. 46, 2 micas a divitis mensa cadentes avido -i cordis ore colligere. AVG. c. Petil. 2, 226 homines. beat. vit. 2, 8. *de bestiis*: PRIAP. 70, 10 canum. PLIN. nat. 10, 28 alitem. IVV. 14, 146 iumenta. AVIAN. fab. apol. 1 lupus. 9 leo. **b** *subst.*: PLAVT. Stich. 575 quid agit *homo*? :: quod -us. TER. Eun. 260 ille ... miser -us videt mihi esse tantum honorem. PS. QVINT. decl. exc. Monac. 12 ut carperet -us nasum et labia. *ibid.* nostros -i comedimus. exc. Paris. 12 -is aes nihil est. PS. AMBR. sacr. 6, 5, 22 quasi -us ad cibum de cibo primum incipere. VVLG. I reg. 2, 5 -i saturati sunt. Iob 5, 5 messem -us comedet. PAVL. NOL. epist. 44, 2 ut -i faciunt, cum epulis ... digestis ... esurire coeperint. AVG. c. Faust. 15, 7 p. 430, 12 si incurras in ... -um. serm. 50, 7 aluntur -i. in psalm. 145, 17. FVLG. RVSP. epist. 2, 9, 17. GREG. M. in euang. praef. -*i* prius escas edere appetunt, quam plenius excoquantur (epist. 4, 17a).

2 *metonymice*: **a** *i. q. famem efficiens, non amovens, cf.* GLOSS. macilentus, indignus. APVL. met. 1, 26 evasi ... -um convivium somno non cibo gravatus. PS. AMBR. paenit. 31 qualicumque victu -am sustentare ... esuriem. AVG. serm. 389, 1 ne in -a eremo pereamus. **b** *fere i. q. pauper, inops* (*cf.* GLOSS. mendicus): AVG. in psalm. 67, 31 qui sibi videntur copiosi, cum sint -i.

3 *translate*: *fere i. q. cupidus, avidus*: *in malam partem*: AVG. conf. 9, 4, 10 volentes gaudere ... imagines eorum (*sc. temporalium*) -a cogitatione lambiunt. *subst. in bonam partem c. gen. obiect.*: GREG. M. moral. 6, 5 -os fidei dominus praevidit.

adv. **famēlicē**: GLOSS. II 70, 24 λιμοξήρως. [ARNOB. nat. 7, 27 *v. p. 253, 22.*]

derivatum: famelicare (*fort.* famelicosus). *Bannier.*

fāmella (-ae *f.*) deminutivum a fama PAVL. FEST. p. 87.

fāmen, -inis *n.* [*a* fari, *cf. gr.* φήματα· ῥήματα *Hesych. Th.*]. *i. q. loquela, sermo, verbum*: IVVENC. 1, 85 divinae vocis completa est -e (*M R*; aff≡amine *V*2, flumine *C*1) sancto *Elisabeth.* VEN. FORT. carm. app. 1, 54 mulcebar placido -e ... tuo. Mart. 4, 549 rabidum ... per mollia -a mulcens. ISID. ord. creat. 2, 2 *Ezechiel dei quadrigam* quattuor ... rotis mystico -e coniungit. 5, 4 Isaias ... illustratus spirituali -e inquit. EVG. TOLET. carm. 1, 6 sim ... linguae -e cautus. CARM. poet. min. V 65, 4 adque suos tali -e fatus erat. *adde titulum libri (fort. saec. VI vel posterioris?)* Hisperica -a. *Vetter.*

famerea *v.* funerea.

*1. **famēs**, -is (*vel* -ēī; famis, -is) *f.* [*orig. inc.; sunt qui conferant c.* adfatim, fatisci, fatigare (*quae v.*) *et c. gr.* χαίνειν, χατίζειν, *v. Walde, Lat. Etymol. Wörterb.*2 *s. v. Th.*]. *de formis*: *nom. sing.* -ēs *apud veteres fere unus in usu comprobatur metro multis locis, ut* VERG. Aen. 1, 216. 7, 124. 128 *al.* OV. MANIL. LVCAN. SIL. STAT. *al.* -is: *cf.* PROB. app. gramm. IV 198, 16 -es non -is (CAPER gramm. VII 105, 22). *traditur apud scriptores*: VARRO rust. 2, 5, 15 SEN. epist. 94, 62 *codd. BA* PS. QVINT. decl. 15, 9 *BV* TERT. nat. 1, 9 ITALA Rom. 8, 35 (cod. d *et* Tert. scorp. 13 *cod. A*). gen. 41, 27 *et* 30 (Ambr. Ios. 7, 37 *cod. B*). 43, 1 *et* 47, 4. 13 (Lugd.) Ier. 14, 15 (Wirc.) Luc. 4, 25 *et* 15, 14 (codd.) COMM. apol. 846 ITIN. [Silv.] 16, 3 AMBR. hex. 6, 9, 71 (*codd. plerisque*) patr. 9, 38 *BV* GILD. Brit. 20 chron. III p. 36, 5 (-es *AB*). 85 chron. III p. 73, 16 VEREC. in cant. 3, 10 (*saepius*) LIB. iubil. 13, 10 GLOSS. III 476, 68 LYD. mag. 1, 11. *in carminibus traditur vocali ancipiti*: CYPR. GALL. gen. 884 ω. 1302 *AG* exod. 581 *C* lev. 276 ω. *metro postulatur* -ĭs *itemque traditur*: TIBERIAN. carm. 2, 28 CARM. adv. Marc. 3, 185 PRVD. psych. 479 (*sed compl. codd.* -es) PAVL. PETRIC. Mart. 2, 118 INSCR. christ. Rossi II p. 127, 6, 11. *falso contra metrum traditur* -is: CYPR. GALL. gen. 813 (ω) PAVL. PETRIC. Mart. 3, 109 (*codd. RPV*). *affertur inter nomina tertiae declinationis* GRAMM. suppl. 61, 17. 131, 27, *sed flexerunt veteres etiam* -es -ei (-e *vel* -i), *dat.* -ei *quinta declinatione testibus grammaticis*: CHAR. gramm. I 55, 15 Varro genetivo huius -i, quamquam -is sit rationis. GELL. 9, 14, 4 ab eo quod est haec -es, tam huius -is quam huius -i dixerunt. 9, 14, 9 sic . . . dies dii a veteribus declinatum est, ut -es -i. CHAR. gramm. I 40, 11 quidam . . . -is, quidam -e dixerunt genetivo. EXC. Bob. gramm. I 547, 38 -ei ut fidei. PRISC. gramm. II 243, 12 -es -ei dicebant veteres. III 475, 38 -es -ei, quod nunc -is. SERV. gramm. IV 453, 5 EXPLAN. in Don. gramm. IV 496, 7. 498, 23 SERV. auct. Aen. 1, 636 POMP. gramm. V 175, 29 GRAMM. suppl. 131, 27. BEDA gramm. VII 238, 7 veteres huius -ei, non huius -is et huic -ei, non huic -i dicebant. *testatur* GELL. 9, 14, 4 *genet.* -i *apud* CATON. (*or. frg. 37, 1*) *et* LVCIL. (*430*). *genet.* -is *legitur passim inde a* CIC. Catil. 1, 26 *per totam latinitatem, genet.* -ei *vel* -e *nusquam.* *dat.* -i: PLAVT. Stich. 158 (*P, Charis.*), -ei *nusquam legitur.* *abl.* -ē: CHAR. gramm. I 55, 13 -e . . . producitur (PRISC. gramm. II 243, 12 SERV. gramm. IV 453, 5 EXPLAN. in Don. gramm. IV 498, 23 POMP. gramm. V 175, 15 GRAMM. suppl. 131, 27). -ē *comprobatur metro: iambico vel trochaico*: LIV. ANDR. trag. 27 PLAVT. Asin. 145 Cist. 45 Most. 193 Persa 318 Rud. 312 Stich. 216 CAECIL. com. 219 TER. Haut. 980 PHAEDR. 4, 3, 1 MART. 1, 99, 18. 12, 32, 7 PRVD. cath. 4, 50. *dactylico*: LVCR. 3, 732 VERG. georg. 4, 318 Aen. 3, 218. 6, 421 catal. 13, 36 TIB. 1, 5, 53 (*sed sequitur* st) OV. met. 5, 165. 8, 784.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

843. 11, 369. 13, 52 fast. 6, 393 trist. 1, 6, 9 LVCAN. 3, 352. 10, 158 SIL. 2, 490. 683. 4, 563. 7, 717 IVV. 6, 424. 14, 84. 15, 102 CLAVD. 15, 127. 22, 31. 388 carm. min. 29, 21 SEDVL. carm. pasch. 1, 237 DRAC. laud. dei 3, 448 CARM. epigr. 346, 5. *sed* -ē: ANTH. 299, 6. *abl. sing.* -i: LVCIF. Athan. 2, 21. *conicitur etiam* AVIAN. fab. 1, 6, *sed cod. P, ut videtur, recte genet.* -is. *de numero*: CHAR. gramm. I 32, 5 feminina semper singularia ... -es (EXC. Bob. gramm. I 548, 6 GRAMM. suppl. 84, 31 GLOSS. II 361, 14, *sed* GRAMM. suppl. 84, 28 *inter nomina numero communia*). *legitur plur.: notione sub I B significata*: TERT. nat. 1, 9 adv. Marc. 4, 39 p. 553 ARNOB. nat. 1, 10 HIER. in Matth. 24, 37 in Eph. 1, 7. *notione sub I A significata*: ITALA Matth. 24, 7 (Cypr. Fort. 11; *gr.* λιμοί) MART. BRAC. form. vit. 4, 4. *dubitandum utrum sing. an plur.*: CYPR. Demetr. 2. *de notione*: GLOSS. λιμός. LYD. mag. 1, 11 φάμις ὁ λιμός. SERV. Aen. 8, 269 Pinarii dicti sunt ἀπὸ τῆς πείνας, id est a -e. *cf.* ADNOT. Lucan. 4, 376 -em dicit edendi cupiditatem. AVG. civ. 14, 15 p. 37 voluptatem ... praecedit appetitus quidam, qui sentitur in carne quasi cupiditas eius, sicut -es. PROSP. in psalm. 104, 16/17 cum -es nihil aliud sit, quam ex inedia contracta pernicies. CASSIOD. in psalm. 104, 16 -es ... est discessio copiarum. *cf. p. 232, 25 sqq.* *nota proprie et translate*: VVLG. Am. 8, 11 mittam -em in terram: non -em panis ... sed audiendi verbum domini. GREG. M. moral. 6, 44 sicut -es carnis est subtractum subsidium corporis, ita -es mentis est silentium divinae locutionis. *legitur inde a* LIV. ANDR. *et* NAEVIO. *de* fames *et* fama *v. p. 227, 50.* [*val.* foame, *it.* fame, *francog.* faim, *hisp.* hambre. *M.-L.*] -es *personata sim. v. nom. propr.*

I ***proprie*:** **A** *generatim i. q. cibi cupiditas, ieiunitas, appetitus, ex digestione ventris vel ex inopia cibi exorta*: LIV. ANDR. 27 ne *puer* -e perbitat (*i. pereat*). *cf.* PLAVT. Cist. 45 lugubri -e familia pereat (Most. 1106 Poen. 30 Rud. 312 CAECIL. com. 219 CIC. inv. 2, 171. 172 CASS. Cic. epist. 12, 13, 4 SALL. hist. frg. 3, 93 SEN. contr. 1, 1, 6. 7 *al.*). NAEV. carm. frg. 54 -es acer augescit hostibus. PLAVT. Asin. 531 ne nos moriamur -e (Stich. 640 POMPON. Atell. 77 CIC. Att. 6, 1, 6 LIV. 7, 35, 8. 10, 35, 14 SEN. contr. 1, 1, 3. 1, 7, 8 [*bis*] PETRON. 10 PLIN. nat. 11, 64 HIER. epist. 55, 4, 2. 58, 7, 1 *al.* *cf.* PLAVT. Stich. 216 emortuos). PLAVT. Aul. 311 -em ... utendam si roges *avarum*, numquam dabit. Capt. 466 neque magis ecfertum -e vidi. Curc. 318 lippiunt fauces -e. Stich. 155 (*iocose*) -em ego fuisse suspicor matrem mihi (158). 163 ego non pauxillulam in utero gesto -em. 236 adhaesit homini ad infimum ventrem -es. 341 quid ego, quoi misero medullam ventris percepit -es? 387 exigere ex utero -em. 561 ut ... me ... iugularem -e. 627 quicumvis depugno multo facilius quam cum -e. Truc. 524 nos extinxit -es (ORIGO Const. 6, 31 per Constantinum ... centum prope milia -e et frigore extincta sunt). Boeot. 1, 9 maior pars populi aridi reptant -e. TER. Haut. 980 adeon rem rediisse, ut periculum etiam a -e mihi sit (*cf.* FRONTO p. 32, 17 N.). CATO agr. 5, 7 *scabies pecori* ex -e ... fieri solet. or. frg. 37, 1 pueri atque mulieres extrudebantur -i causa. LVCIL. 599 hic cruciatur -e (CIC. fin. 2, 65 PHAEDR. 4, 18, 31). VARRO Men. 401 neque ... coquam carnes, quibus satullem ... -em ventris. CIC. inv. 2, 171 -em perpeti (SEN. dial. 4, 25, 4). *cf.* CIC. Tusc. 5, 79 -em ... patiuntur (OV. Ib. 615 QVINT. decl. 283 p. 148 TAC. hist. 4, 59 ITALA psalm. 58, 7. 15 [Veron. VVLG.] IVST. 28, 3, 7 VEG. mil. 3, 3. *nota*: COLVM. 7, 1, 2 *asellus* -is maxime patiens. 7, 11, 3 sues ... impatientissimae -is). CIC. Verr. 1, 13 nautae ... Siculorum -e necati (Att. 9, 9, 2 SEN. contr. 1, 7, 13 QVINT. inst. 3, 6, 27). *cf.* CIC. div. 2, 73 *avis* -e enecta (LIV. 21, 40, 9 SVET. Nero 36). CIC. Verr. 6, 87 nautae coacti -e radices palmarum agrestium ... colligebant (VERG. Aen. 7, 124 PHAEDR. 4, 3, 1 SEN. epist. 103, 2. AVG. civ. 15, 27 p. 120 quid est ..., quo vesci non cogeret -es? *cf.* 9, 16 p. 390 -e adacti). CIC. Verr. 6, 89 quod reliquum vitae viriumque -es fecerat. 6, 100 remigibus militibusque dimissis reliquis (*nautis*) egestate et -e perditis (6, 134 APVL. met. 4, 1. 9, 12). 6, 101. 122. 134 nautas -e ... confectos fuisse (off. 3, 29 epist. 7, 26, 1 AMPEL. 14, 7 AVG. civ. 22, 20 p. 600). Cluent. 67 bestiae -e monitae (*cf.* SEN. epist. 46, 1 -es admonebat). Catil. 1, 26 ostentes tuam ... patientiam -is. 2, 9 *Catilina* -e ... *perferenda* fortis (fin. 5, 48). *cf.* Catil. 3, 16 -em ferre (CATVLL. 28, 5 OV. met. 15, 355 LIV. 5, 48, 5 SEN. epist. 17, 7. 67, 4 MART. 3, 22, 3). CIC. dom. 61 neque ... manus copiaeque Catilinae caementis ac testis tectorum meorum se -em suam expleturas putaverunt (Vatin. 32 PHAEDR. 4, 18, 5 SVLP. SEV. chron. 2, 7, 3). prov. 5 milites ... -e consumpti (CAES. Gall. 7, 20, 12 VAL. MAX. 7, 6, 3 PHAEDR. 1, 27, 8 AMM. 31, 7, 3 VVLG. deut. 32, 24). *cf.* LIV. 21, 37, 4 absumptis (22, 39, 14. 23, 19, 17 TAC. ann. 2, 24 AMM. 25, 7, 4). CIC. Pis. 40 exercitus ... interitus ... -e. 98 *milites* -em ... effugerunt. fin. 1, 37 cibo ... -es ... depulsa (SEN. epist. 4, 10 TAC. ann. 15, 12 CLAVD. 22, 388). *cf.* TIB. 2, 1, 38 pellere glande -em (OV. met. 14, 216 SEN. Thy. 734 SIL. 11, 285 HIL. trin. 6, 33). HOR. sat. 1, 2, 6 propellere (depellere *R* φ). OV. Pont. 4, 3, 40 reppulit (PORPH. Hor. sat. 1, 1, 74/75). TAC. Germ. 23 expellunt (HIER. epist. 54, 12, 1). CIC. fin. 2, 90 (*proverbialiter*) cibi condimentum esse -em. 4, 69 -em propulsare (LIV. 6, 17, 2 CVRT. 9, 2, 6 COLVM. 2, 10, 1 TAC. ann. 14, 24 APVL. apol. 32). Tusc. 5, 90 mihi ... est ... pulpamentum -es. 5, 97 obsonare ambulando -em. phil. frg. V 85 ⟨ut⟩ -e debilitetur eculeorum nimis effrenata vis. Att. 1, 16, 5 *iudices* -es magis quam fama commoverit. 6, 2, 8 ut interierint non nulli *senatores* -e (CAES. Gall. 5, 30, 3 NEP. Hann. 2, 4 CELS. 3, 23 p. 113 PLIN. nat. 1, 10, 93. 8, 222. 10, 198 VVLG. Is. 5, 13). Att. 9, 10, 3 civibus -em ... inferre. epist. 9, 20, 1 integram -em ad ovum affero. 14, 14, 1 verendum est, ne brevi tempore -es in urbe sit. LVCR. 3, 732 *animae* sollicitae ... -e. CAES. Gall. 1, 28, 3 domi nihil erat, quo -em tolerarent (LIV. 23, 19, 6. 26, 4, 1 SEN. epist. 17, 6 TAC. hist. 4, 35 SVET. Iul. 68 GELL. 16, 3 tit. 16, 3, 4 *al.* *cf.* 16, 3, 9 vim quandam -is non tolerabilem). CAES. Gall. 5, 29, 7 longinqua obsidione -es ... timenda (pertimescenda *codd. β*; *adde* SEN. contr. 1, 7, 9 CELS. 3, 18 p. 100). 7, 17, 3 ut ... milites ... pecore ex longinquioribus vicis adacto extremam -em sustentarent (PAVL. FEST. p. 172). *cf.* SEN. dial. 5, 20, 3 sustinebant (PLIN. nat. 35, 102). CAES. civ. 3, 48, 2 cum ... Pompeiani -em nostris obiectarent (LIV. 5, 48, 4 obicerent). VARRO rust. 2, 5, 15 -is macescere *oves* cogit. 2, 9, 8 -es ... hos (*canes*) ad quaerendum cibum ducet. SALL. Iug. 24, 3 ferro an -e acrius urgear incertus sum (LIV. 5, 48, 1 -es ... exercitum urgebat. 6, 40, 12. 26, 6, 16 CVRT. 9, 10, 13 SIL. 7, 280 IVV. 6, 424 FLOR. epit. 2, 18, 14. 3, 5, 17 *al.*). SALL. Iug. 89, 8 cibus illis adversus -em atque sitim, non lubidini neque luxuriae erat. epist. Pomp. 6 egestatem et -em redditis. hist. frg. 2, 93 -es ⟨am⟩bos fatigavit (4, 8 NEP. Eum. 12, 4 VVLG. II reg. 17, 29). VERG. georg. 1, 159 -em in silvis solabere quercu (CALP. ecl. 4, 32). 4, 259 *apes* ignavae ... -e. 4, 318 amissis ... apibus ... -e. Aen. 1, 216 *et* 8, 184 exempta -es. 3, 218 pallida semper ora *harpyiarum* -e. 3, 256 dira -es ... ambesas subigat malis absumere mensas (7, 124). 9, 338 leo per ovilia turbans — suadet enim vesana -es (10, 723) — manditque trahitque molle pecus. catal. 13, 36 -eque genuini crepant. MORET. 82 -em domat area porri (SEN. dial. 9, 9, 2 SIL. 15, 110). 119 pulsoque timore ... -is. HOR. carm. 1, 21, 13 *Apollo* miseram -em ... a populo et principe Caesare in Persas atque Britannos ... aget. TIB. 1, 5, 53 *lena* -e stimulante ... herbas ... sepulcris quaerat (OV. trist. 1, 6, 9 LIV. 25, 13, 7 SIL. 2, 683. 5, 312. 7, 717 HOMER. 397 IVV. 14, 84. *cf.* OV. met. 5, 165 tigris exstimulata -e). PROP. 4, 3, 22 tuam pascat, aselle (*sc. Ocni*) -em. OV. epist. 14, 96 fronde levas nimiam caespitibusque -em. met. 8, 812 sensisse -em (LIV. 25, 13, 1 CVRT. 9, 10, 11 PLIN. nat. 5, 58. 18, 127. 25, 82. 26, 19). 8, 843 -e patrias ... attenuarat opes *Erysicthon*. 11, 129 copia nulla -em relevat. 11, 369 lupus saevit pariter rabieque -eque. 11, 371 -em finire (SEN. epist. 110, 19 -em -es finit). 13, 52 *Philoctetes* fractus morboque -eque. Ib. 318 sit ... mortis causa -es ... tuae. 426 inextincta ... -e (*cf.* SEN. dial. 11, 10, 2 -em ... extinguere. epist. 18, 9. 21, 10 DRAC. laud. dei 3, 43). fast. 4, 534 exsolvisse -em. 6, 352 fecerat obsidio ... diuturna -em. 6, 530 deposuisse -em. LIV. 2, 9, 7 in obsidione ac -e ... concordem civitatem. 2, 11, 5 quod in obsidione et -e servitia infida transfugerent. 3, 23, 4 -es detraxit hostem. 5, 48, 6 -em vinci (LVCAN. 2, 384 STAT. Theb. 1, 540. 715 AVG. serm. 335, 1). 9, 15, 3 -e domiti Samnites. 21, 54, 9 -e deficere. *al. passim; saepius* -em sedare, -em lenire, -e interfici, -e laborare, -e vinci, -e tabescere *sim.* *nota fere i. q. mors, interitus -e facta*: SALL. *et* AMM. *v. p. 232, 27 et 33.* SVLP. SEV. chron. 1, 43, 2 *Elias* ipse se intra periculum -is ... concluserat (dial. 1, 11, 2. 1, 16, 3. *cf. p. 229, 46*).

vergit fere ad notionem nominis actionis, plerumque abl., fere i. q. -e efficienda, facienda: *generatim*: PLAVT. Asin. 145 reddam ego te ex fera -e mansuetem. Cas. 151 ego illum -e ... amatorem ulciscar. Most. 193 ego illam anum interfecero ... -e (PAVL. FEST. p. 162). Persa 318 ne enices -e. *cf.* PLIN. nat. 8, 134 necat (SVET. Tib. 54 GAIVS inst. 3, 219 *al.*). CAES. Gall. 7, 20, 9 *servos* -e ... excruciaverat *Vercingetorix*. SALL. epist. Pomp. 1 *me* cum exercitu ... -e ... confecistis. LIV. 2, 32, 10 dum *membra* ventrem -e domare vellent (SEN. dial. 5, 22, 5 PLIN. nat. 8, 25. 27). SEN. dial. 5, 32, 2 -e vindicamus rem castigandam flagris levioribus. COLVM. 6, 2, 11 -e ... bovem emendare; *al.* *speciatim in re bellica*: CIC. Att. 9, 7, 4 suffocare urbem et Italiam -e. ad Q. fr. 2, 3, 2 quis esset, qui plebem -e necaret. OV. fast. 6, 393 posse -e vinci *Romanos* (LIV. 5, 6, 9 VIR. ill. 58, 6). LIV. 2, 35, 1 -e se iam sicut hostes peti. 9, 31, 2 Cluviani praesidium Romanum ... obsessum -e in deditionem acceperant Samnites. 21, 41, 11 ad Erycem clausos ... -e interficere. 23, 15, 3 *Nuceriam consul* -e ... in deditionem accepit. 26, 13, 7 circumvallatos inclusosque nos -e macerant *hostes*. CVRT. 7, 7, 38 quos Spitamenes -e in deditionem subacturus obsedit. PLIN. nat. 2, 117 piratis ... transitus maris -e tenentibus (*sic codd. fort. recte, cf.* SALL. Iug. 38, 9 tametsi ipsum *Aulum* cum exercitu -e et ferro clausum teneret). QVINT. decl. 317 p. 247 interclusos commeatibus in deditionem venire -e cogimus. TAC. hist. 3, 48 ut *Vespasianus* ... urbem *Alexandriam* ... -e urgeret (ann. 2, 59 FLOR. epit. 1, 10, 2 IVST. 5, 8, 1; *cf.* SPART. Pesc. 5, 4 perurgeret). 4, 32 saepta ferro -eque premimus. SVET. Aug. 14 *Augustus L. Antonium* ad deditionem -e compulit (FLOR. epit. 3, 5, 10). LIV. perioch. 95 exercitum Mithridatis -e ferroque delevit *Lucullus* (FLOR. epit. 3, 19, 11). FLOR. epit. 3, 10, 25 *Caesar Gergoviam* -e domuit (VIR. ill. 85, 2). 3, 19, 8 *servos* victos ... cum -e ... consumpsisset *Perperna*. TREB. Gall. 4, 1 Aemilianus ... multa oppida malo -is pressit. VIR. ill. 74, 5 Mithridatis copias ferro et -e afflixit. VEG. mil. 4, 7 deditionem sperat *adversarius* a -e. HIL. c. Const. 7.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *speciatim:* **1** *cibi inopia ex messi mala (vel regionis natura infertili sim.) exorta:* Cic. Flacc. 17 *Athenagoras* in -e frumentum exportare erat ausus. dom. 10 quae causa *novi consili capiendi* maior quam -es esse potuit ...? 11 cum in ipsa -e subvenissent *provinciae. ibid.* cum ingravesceret annona, ut ... -es ... timeretur (12 Liv. 4, 25, 4 Ps. Qvint. decl. 12, 13). *ibid. concursus* fuit ex ... -e *ad templum Concordiae.* 12 ut -es stimularet homines. *ibid.* erat ... futura -es (17 Manil. 5, 277 Sen. benef. 7, 5, 2 Ps. Qvint. decl. 12, 3 Spart. Hadr. 21, 5 Arnob. nat. 1, 15 Vvlg. gen. 42, 5 III reg. 18, 2 IV reg. 4, 38 *al.*). Cic. dom. 18 rem maximam fuisse ... a -e. 25 impendebat -es. Phil. 1, 13 si qui accidisset gravior rei publicae casus ... si -es. off. 3, 50 si ... vir bonus Alexandrea Rhodum magnum frumenti numerum advexerit in Rhodiorum ... -e. Att. 5, 21, 8 iter ... ita per Asiam feci, ut etiam -es ... mihi optanda fuerit (Svet. Cal. 31). Ov. fast. 4, 767 absit iniqua -es (Lact. Phoen. 20). Liv. 2, 34, 2 invasit ... -es (Plin. nat. 36, 10 Comm. apol. 846 Vvlg. Iudith 11, 10 Marcell. chron. II p. 82, 446, 5). 3, 32, 2 *silentium tribunorum* praebuit ... -es. 4, 9, 3 *factiones* fuerunt eruntque ... populis magis exitio ... quam -es. 4, 12, 6 annus ... insignis ... -e. 4, 12, 7. 4, 52, 5 -es quam pestilentia tristior erat. 5, 31, 5 -em ... in agro Romano ex siccitate caloribusque nimiis ortam (Tac. ann. 12, 43 Vvlg. gen. 26, 1 II par. 6, 28 III reg. 8, 37 oborta). Octavia 833 ignes ruinae ... populum premant turpisque egestas, saeva cum luctu -es. Lvcan. 2, 199 tot ... iuvenes occumbere leto saepe -es ... numquam poena (*i. genus poenae*) fuit. 7, 413 insanamque -em ... hi possent explere viri, quos undique traxit in miseram fortuna necem. Plin. nat. 7, 33 Fausta quaedam ... duos mares, totidem feminas enixa -em, quae consecuta est, portendit. 18, 168 si *Nilus evagatus* XII cubita non excessit, -es certa est. Stat. Theb. 1, 108 *igneo vapore Tisiphones* -es ... populis ... venit (Vvlg. gen. 41, 27. 50 II reg. 24, 13 IV reg. 8, 1 act. 7, 11 apoc. 18, 8). Ps. Qvint. decl. 12 *fusius de -e, ut* 12, 7 -e laborantem civitatem (12, 10. 20 Vvlg. IV reg. 7, 12 Avg. civ. 3, 17 p. 123 Ps. Avg. quaest. test. I 115, 49). 12, 8 omnem patientiam vicerat ignea -es. 12, 13 universas familias -es extinxit. Plin. paneg. 29 emit fiscus, quidquid videtur emere ... inde hic satietas, nec -es usquam. 31 nec minus erubescebat *gens* -e quam torquebatur. Svet. Aug. 16 ob interclusos commeatus -emque ingravescentem (Vvlg. gen. 47, 4). 70 auxit cenae rumorem summa tunc in civitate ... -es. Nero 45 ut in publica -e Alexandrina navis nuntiaretur pulverem luctatoribus aulicis advexisse. Tert. nat. 2, 8 recondendis praesidiis in futuram -em de copia priore. Capitol. Pius 9, 1 adversa eius temporibus haec provenerunt: -es ... circi ruina, terrae motus. Aur. 8, 4 *Tiberis inundatio* -em gravissimam peperit. 11, 3 Italicis civitatibus -is tempore frumentum ... donavit. 12, 4 cum -is tempore populo insinuasset de bello. Firm. err. 13 cum in Aegypto aeris ardore arescentibus frugibus malitiosum -is immineret exitium (Greg. M. epist. 1, 70. 11, 37). Avson. 320, 28 cui non longa penus, huic quoque prompta -es. Vvlg. gen. 12, 10 facta est ... -es (Ruth 1, 1 II reg. 21, 1 IV reg. 6, 25 I Macc. 9, 24 Luc. 4, 25. 15, 14 Lib. pontif. p. 153, 10). gen. 12, 10 praevaluerat ... -es in terra (41, 54 IV reg. 25, 3). *cf.* Avg. civ. 3, 17 p. 123 -e invalescente (Svlp. Sev. chron. 1, 54, 5 Orig. in Matth. 18, 37). Vvlg. gen. 41, 30 consumptura est ... -es omnem terram. 41, 56 crescebat ... -es in omni terra. *ibid. Aegyptios* oppresserat -es (47, 13. *cf.* 43, 1 terram ... premebat). 45, 11 quinque anni residui sunt -is. deut. 28, 20 mittet dominus super te -em. 28, 48 servies inimico tuo ... in -e. II par. 20, 9 si *irruerit* super nos ... -es. II Esdr. 5, 3 accipiamus frumentum in -e. Iudith 5, 9 cumque operuisset omnem terram -es. Ier. 52, 6 nona (*sc. die*) mensis obtinuit -es civitatem (Rvfin. hist. 2, 8, 1). *al. passim.* Hier. in Eph. 1, 7 Decii Mures ... -es suis mortibus represserunt. Rvfin. hist. 2, 12, 1 -es magna obsederat ... Iudaeam. Avg. civ. 1, 10 p. 20 multos ... Christianos -es diuturna vastavit (3, 17 p. 123). *ibid.* quos ... -es necavit, malis vitae huius ... eripuit. 16, 19 p. 155 ire in Aegyptum -is necessitate compulsus. Pavl. Med. bened. 10, 2 Aegyptum -e deficientem. Novell. Valent. 33 (*a. 451*) obscaenissimam -em per totam Italiam desaevisse (Pallad. hist. mon. I 28 p. 314ᴬ saeviret). Sidon. epist. 1, 10, 2 ne -em populi Romani theatralis caveae fragor insonet. **2** *in arte medica sanandi genus, cf.* Sen. dial. 1, 3, 2 miraberis quosdam ferro et igni curari nec minus -e ac siti. *fere i. q. ieiunium:* Cels. 3, 7, 1 *in pestilentia* minime utile est aut -e aut medicamentis uti (5, 28, 3. 8, 10, 7 Cael. Avr. acut. 2, 21, 126). *ibid. aegrum* non cruciare ... -e. 3, 12 p. 93 cum inveteraverunt *febres* utilis -es non est. 4, 26 p. 151 donec conquiescat *alvus* contra ... -e ... niti. 6, 11 p. 250 prodest *puero* etiam -es. 8, 7 p. 340 -em primum esse necessariam. 8, 9, 1 decem ... diebus extenuabitur -e corpus. 8, 10, 7. 8, 25 p. 362 in omnique tali morbo magnum ex longa -e praesidium est. Plin. nat. 10, 157 medicina *pituitae* in -e. 22, 136 qui medicinam -e exercent. **3** *ritus genus:* Hier. epist. 3, 5, 1 quas nunc diabolum nectere credis tricas, quas parare arbitraris insidias? forsitan ... -em suadere temptabit (22, 10, 2).

epitheta: ad I: speciatim magnitudinem -is significantia: Naev. carm. frg. 54 acer. Plavt. Stich. 164 maximam (Phaedr. 4, 18, 5 Plin. nat. 8, 48 Vvlg. IV reg. 6, 25. I Macc. 9, 24 magna valde. Luc. 4, 25 act. 11, 28 Rvfin. hist. 2, 12, 1 Marcell. chron. II p. 82, 446, 5). Plavt. Stich. 164 gravissimam (Cic. Phil. 1, 13 Lib. pontif. p. 163, 2 Pallad. hist. mon. I 28 p. 314a). Verg. Aen. 6, 421 rabida. 9, 338 vesana (10, 723 Apvl. met. 8, 15). Ov. epist. 14, 96 nimiam (Lib. pontif. p. 159, 2). Sen. dial. 11, 10, 9 ultima (Petron. 141). Lvcan. 4, 94 saeva (Octavia 833). 7, 413 insanam. Sil. 7, 280 arta. Homer. 397 ieiuna (Ivv. 5, 10). Flor. epit. 1, 13, 15 summa. Lact. Phoen. 20 violenta. Vvlg. III reg. 18, 2 vehemens. Luc. 15, 14 valida. Cypr. Gall. lev. 276 postrema. Lib. pontif. p. 145, 17 grandis. Gild. Brit. 16 chron. III p. 37 profunda. Sidon. epist. 2, 9, 7 cenatoriae. *cum temporis notione:* Ov. fast. 4, 534 longam (6, 530 Sen. Herc. f. 419 Colvm. 9, 14, 17 Sil. 5, 312). Colvm. 9, 13, 2 hibernam. Plin. nat. 8, 139 annua. Apvl. met. 4, 22 diutina. Avg. civ. 1, 10 p. 20 diuturna. *cum loci et temporis notione:* Lvcan. 1, 41 Perusina (Avson. 415, 42). Avson. 415, 42 Saguntina. *de gradibus -is:* Val. Fl. 2, 348 prima (Stat. Theb. 5, 205 Ach. 1, 863). *generatim qualitatem miseram -is significantia:* Plavt. Cist. 45 lugubri. Stich. 387 importunam. Pacvv. trag. 158 tenebrica. Verg. Aen. 3, 256 dira (Ov. met. 8, 845. 11, 371 Rvfin. hist. 2, 8, 1 Cypr. Gall. gen. 1302 exod. 581 Gild. Brit. 20 chron. III p. 36). Aen. 3, 367 obscaenam (Novell. Valent. 33 Drac. laud. dei 2, 438. 3, 642). Hor. carm. 1, 2, 6 duram (Ov. Pont. 4, 3, 40). carm. 1, 21, 13 miseram (Firm. err. 18 Novell. Theod. 4, 1). Ov. fast. 4, 767 iniqua. Liv. 25, 31, 15 perniciosa. Vell. 2, 112 exitiabilem. Val. Max. 9, 4, 3 scelesta. Ps. Qvint. decl. 12, 1 funestissima. Apvl. met. 6, 32 letali. Drac. satisf. 284 inops. *cf. natura -is substantivis, appositionibus indicata:* Cic. Att. 5, 21, 8 -es, qua nihil miserius est. Liv. 27, 44, 8 -e ac frigore, quae miserrima mortis genera sint. Sall. epist. Pomp. 1 -e, miserruma omnium morte. Liv. 2, 34, 2 aliud multo gravius malum ... caritas primum annonae ... -es deinde. 3, 32, 2 duo ... mala ingentia ... -es pestilentiaque. 4, 9, 3. 21, 41, 11 ultimo supplicio ... -e. Colvm. 2, 2, 7 taeterrimam comitem mortis, -em. Ps. Qvint. decl. 12, 15 -es ... animi tormentum, corporis tabes ... durissima necessitatium, deformissima malorum. Amm. 17, 9, 4 -e, ignavissimo mortis genere (25, 7, 4). 19, 10, 1 -em, ultimum malorum omnium. Corp. III 6660 -em, qua non gravius malum. Cypr. Gall. gen. 813 malesuada -is et prima malorum.

β *propter luxuriam, ignaviam* (*de hominibus et de rebus*): LVCAN. 7, 277 ite per ignavas gentes -aque regna *orientis* (ADNOT. -a sunt malae famae). IVV. 6, 83 -a ... moenia Lagi. 15, 46 -o ... Canopo. SVET. Vit. 2, 2 praela⟨u⟩tus ... -usque cenarum magnificentia. 13, 2 -issima ... cena (AVSON. 258, 7 -e Vitelli. *cf.* SIDON. carm. 5, 325 Vitelli ... -i ventris). CAPITOL. Ver. 88 villam ... extruxit ... -issimam.

γ *propter turpia lucra sim.*: *de rebus*: GLOSS. -ae opes αἰσχρὰ κέρδη. SALL. Iug. 15, 5 regis largitionem -am impudentemque. ASCON. Corn. I arg. p. 47, 10 St. turpiaque et -a ... lucra. TAC. hist. 2, 97 -um *proconsulatum* (*opp.* integrum). *de hominibus*: TAC. ann. 13, 23 exercendis ... sectionibus -us. LAMPR. Alex. 17, 3 -us crimine furtorum. CLAVD. 18, 198 (*de Eutropio*) institor imperii, caupo -us honorum.

δ *t. t. iuris publici: de hominibus, qui aut quaestum inhonestum exercent aut ob famosum aliquod delictum deteriore iure sunt*: CALL. dig. 48, 19, 28, 16 maiores nostri ... severius ... -os quam integrae famae homines punierunt. VLP. dig. 3, 2, 2, 5 omnes propter praemium in scaenam prodeuntes -os esse (12, 2, 9, 2. 26, 10, 3, 18. 48, 13, 8, 1 qui furanti sinum praebuit ..., -us efficitur. PAVL. dig. 3, 2, 6, 6 mandati te si condemnavero, -um facio [*infra* infamis sit]. 3, 2, 14. 4, 3, 29 pr. -um non fieri. sent. 2, 31, 15 efficitur [5, 4, 9. 20 COLL. Mos. 7, 5, 6]. *al.* MARCIAN. dig. 49, 14, 18, 7 COD. Iust. 2, 11 [12], 16). VLP. dig. 3, 2, 6, 1 inter -os habetur. MARCIAN. dig. 48, 2, 13 -i accusantes ... admittuntur. MOD. dig. 48, 4, 7 pr. -i, qui ius accusandi non habent.

B *latiore sensu i. q.* **sermonibus celebratus,** *omnibus notus* (*passim accedit* ille): 1 *de hominibus* (*et in bonam et in malam partem*): PETRON. 70, 10 etsi prasinianus es -us. CALL. dig. 48, 19, 28, 15 -os latrones (*cf.* MOD. dig. 49, 1, 16 insignes. PAVL. dig. 1, 15, 3, 1 nisi si qua tam atrox tamque -a persona est *eqs.* APVL. met. 7, 5 praedo -us Haemus. 7, 12 *cf.* IVVENC. 4, 601 -o nomine latro. AMM. 24, 2, 4 -i nominis latro). APVL. met. 10, 18 -os ... gladiatores (*cf. p. 258, 32*). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 81 -issimi comoediarum ⟨actores⟩. FIRM. math. 3, 2, 18 magos [ac] -os ... vel philosophos opinatos. 3, 4, 27 oratores (SCHOL. Cic. Bob. Arch. 6 p. 177, 14 St. *Hortensius* ... -osi[or] oratoris nomen obtinuit). math. 3, 6, 10 *illa constellatio* faciet ... -os vel quodam honore nobilitatos. AVR. VICT. Caes. 42, 17 captis -is regibus. HIL. op. hist. frg. 2, 5 p. 636, 2 -issimum illum Scyrum. HIER. epist. 58, 6, 3 fidelis et -us tuorum quondam dispensator. VVLG. gen. 6, 4 isti (*gigantes*) sunt potentes a saeculo viri -i. Ezech. 23, 10 et factae sunt -ae mulieres. RVFIN. hist. 4, 15, 47 -issimus *martyr* (περιβόητος). *al.* AVG. civ. 18, 17 p. 276, 32 illa maga -issima Circe. AVELL. p. 33, 18 -issimus ille Antonius. CHRON. Alex. chron. I p. 128, 304 -i philosophi. IORD. Get. 33, 199 rex ille -issimus Ardaricus. 43, 227 Attila -us et multarum victoriarum dominus. CORIPP. Iust. 3, 272 -os ... tyrannos. FACVND. defens. 8, 1 p. 711^{B} in sic admirabilibus et -issimis viris. *al.* *adde*: ORIENT. comm. 1, 321 -os despice vultus (*de insigni forma; syn.* 1, 344 laudatam faciem). *de nationibus*: AVIEN. orb. terr. 1253 -um ... Persam (*cf. infra l. 66*). CLAVD. 3, 324 (*de Hunnis*) genus ... quo non -ius (animosius *al.*) ullum arctos alit. *cf.* ENNOD. carm. 2, 18, 5 Hyperboreis -um germen in arvis. *indicatur causa*: *abl.*: TAC. hist. 1, 10 vir secundis adversisque iuxta -us. APVL. met. 11, 21 sobriae religionis observatione -us. IVL. VAL. 3, 28 regina ... pulchritudine -issima. AVIEN. Arat. 581 -a ... Maia prole dei. in *c. abl.*: FIRM. math. 3, 2, 18 sacerdotes in magica ... opinione -os. RVFIN. hist. mon. 27 -issimum in dei gratia (*syn.* insignis). *indicatur, quibus finibus fama se teneat* (*cf. infra l. 77*): VVLG. Iudith 8, 8 erat haec in omnibus -issima. RVFIN. hist. mon. 7 p. 410^{C} -issimus in omnibus Thebaidae finibus habebatur.

2 *de rebus* (*bestiis infra l. 30*): HOR. ars 469 nec ... ponet -ae mortis amorem *poeta insanus* (*cf. infra l. 26 et 74; hic fortasse ambiguae notionis, cf. A 1*). COLVM. 10, 244 -a ... coriandra. LVCAN. 4, 654 -a vetustas (PHOC. carm. de Verg. 56). STAT. silv. 1, 1, 67 *Curtius*, cuius ... -i ... lacus nomen memorabile servant. TAC. hist. 3, 38 nota per eos dies *illius* mors (*cf. supra l. 22*) et -a fuit. 5, 2 -ae urbis supremum diem (RVFIN. hist. 3, 5, 4 magnificae et -issimae civitatis Hierusalem. COSMOGR. 1, 6 oppida. *al.* IORD. Get. 16, 92 Marcianopolim, ... urbem -am). PLIN. epist. 6, 23, 1 causam ... pulchram ... et -am. SVET. Cal. 19, 2 -orum equorum. FLOR. epit. 3, 7, 6 victoria. FRONTO p. 37, 16 N. lineam istam (*sc. margaritarum*) -am atque celebratam. APVL. met. 4, 13 gladiatores ... -ae manus (*genet.*). 9, 18 hac ipsa ... -a castitate ... instinctus. 10, 12 illius ... senis -a atque fabulosa fortuna. apol. 78 illas -issimas litteras. TERT. anim. 30 p. 350, 3 solitudines -as retro. PANEG. 10 (4), 16, 6 saevissimorum regum -a supplicia. PASS. Mar. Iac. 4 p. 50, 19 quasi ad -am sedem fidei. CAPITOL. Alb. 6, 7 praeturam egit ... -issimam (*cf.* MARCELL. chron. II p. 101, 521, 32 -issimum ... consulatum). ITIN. Alex. 39 amnes (COSMOGR. 1, 20 flumina ... -a. SCHOL. Hor. carm. 4, 14, 25. *cf.* AMM. 23, 6, 65 duo -i nominis flumina). FIRM. math. 1, 7, 3 -i sceleris ... infamia. AVR. VICT. Caes. 4, 2 Drysadarum -ae superstitiones. HIL. ad Const. 2, 10 locuturus tecum sum ... sub publica conscientia, ... sub lite -a. c. Const. 11 querela. trin. 12, 44 principum -a opera. AVIEN. Arat. 258 -a *Lycaonis* ... commenta. AVSON. 456, 2 freti Siculi -a portenta. ITIN. [Silv.] 23, 7 -issimum martyrium. HIER. psalt. sec. Hebr. 40, 3 eduxit me de lacu -o, de luto caeni. in Ezech. 11, 37 p. 432 -a est visio et omnium ecclesiarum Christi lectione celebrata. epist. 53, 1, 4 -issimam Solis mensam. in Is. 65, 20 p. 791 in loco *sacrae scripturae* -issimo. in Gal. 3, 14 p. 436 -issima quaestio (RVFIN. orig. princ. 2, 5, 4 hist. 5, 27 [πολυθρύλητος] AVG. civ. 15, 11 p. 77, 22 D.). RVFIN. hist. 3, 5, 4 in ipso ... -issimo (περιβοήτῳ) ... templo (CASSIOD. chron. 58. *cf.* ENNOD. opusc. 2, 107 p. 320, 7 -is ... delubris; *cf. infra l. 71. 77*). Greg. Naz. orat. 7, 17 Aegypti ... -issimae plagae. Orig. in gen. 5, 3 illa -issima fabula. PRVD. psych. 64 -um ... tropaeum (*sc. caput Holofernis*). CLAVD. 26, 285 clades ... -um vulgavit iter. NOVELL. Theod. 1, 1 viris ... -ae doctrinae. FAVST. REI. grat. 2, 9 p. 82, 26 -i ... exundatio ... diluvii. IVL. HON. cosmogr. A 50 montes (CASSIOD. inst. div. 25 COSMOGR. 1, 4 *al.*). GILD. Brit. 20 chron. III p. 36, 5 famis dira ac -issima. CASSIOD. inst. div. 22 -orum palma certaminum. CORIPP. Iust. 3, 386 -a ... regna. IORD. Get. 41, 217 in hoc -issimo bello. VEN. FORT. carm. praef. 6 opusculum (*opp.* latens). COSMOGR. 1, 3 oceani orientalis -ae insulae sunt. *al.* *indicatur causa*: *abl.*: PLIN. epist. 2, 11, 1 accipe ..., quod per hos dies actum est, personae claritate -um. PANEG. 12 (2), 14, 2 -a naufragiis maria (*cf.* AVIEN. orb. terr. 539 periclis saepe carinarum -a Ceraunia). 12 (2), 22, 4 Persis (*cf. supra l. 10*) ... multis Romanorum ducum -a funeribus. RVF. FEST. 13 Cyprus -a divitiis. MART. CAP. 6, 641 Formiae ... Laestrygonum habitatione -ae. 6, 651 Acheron infernae fabulae errore -us. 6, 655 Phlegra ..., proeliorum ... immanium temeritate -a. PS. RVFIN. in Os. 1, 1 *sq.* p. 963^{A} -um miraculis tempus. SCHOL. Hor. carm. saec. 69 templa (*cf. supra l. 53*) -a cultu et magnitudine. *genet.*: APVL. met. 10, 11 mandragorum illum gravedinis compertae -um. de: TERT. nat. 1, 18 p. 90, 23 de bestiis -a mors (*cf. supra l. 22*). resurr. 13 p. 42, 6 alitem ... de singularitate -um. pro: ANON. de mach. bell. 18 -i pro magnitudine fluminis (*cf. supra l. 39 sq.*). *indicatur, quibus finibus fama se teneat*: VVLG. II Macc. 2, 23 -issimum (περιβόητον) in toto orbe templum (*cf. supra l. 53*). AVG. civ. 15, 21 p. 105, 17 D. vanas ... glorias -i in terra nominis. *nota*: -ior *plane i. q. notior*: ORIG. in Matth. 18, 55 p. 1687^{B} alia expositio, quae -ior est eis, quae iam tradita sunt.

-us *i. q.* εὐδαίμων: CHRON. Alex. chron. I p. 106, 164 Arabia -a (p. 108, 172 Arabi -i ...; isto ... nomine nominatur ab omnibus Arabia -a; *cf. ibid.* lib. gener. 201 eudemones; ... eudemon).

II *i. q.* **famae malae plenus:** A carmina, libelli *sim.*:

[Vetter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. LYD. mag. 3,46 στίχοι ⟨ἤθους⟩ τοῦ λεγομένου παρὰ μὲν Ῥωμαίοις φαμώσον, καθ' ἡμᾶς δὲ βλασφημίας. HOR. sat. 2, 1, 68 -is . . . Lupo cooperto versibus. epist. 1,19,31 nec sponsae laqueum -o (PORPH. infami) carmine nectit (SEN. contr. exc. 5,6 numquid carmen -um composui? TAC. ann. 16, 29. SVET. Tib. 28 adversus convicia malosque rumores et -a de se ac suis carmina. vita Lucani p. 51 VLP. dig. 28, 1, 18,1 PAVL. sent. 5,4,6.15 CHAR. dig. 22,5,21 pr. ARCAD. dig. 22,5,21 pr. PORPH. Hor. sat. 2,1,83 cum ille -a vellet intellegi '*mala' carmina*). TAC. ann. 1,72 cognitionem de -is libellis (SVET. Aug. 55. SATVRN. dig. 48, 19, 16 pr. falsa et -i libelli. PAVL. sent. 5, 4, 1. 17 AMM. 20, 4, 10. DIG. 47, 9, 10 de iniuriis et -is libellis. COD. Iust. 9, 36, 1.
speciatim i. q. libelli delatorii ad imperatorem vel praesidem vel iudicem missi: EDICT. imp. Constant. de accus. [Corp. III 12043] 37 placet . . . -os libellos non admitti. COD. Theod. 9, 34, 3 [*a. 320*] -is libellis fides habenda non est. 9, 34, 7 [*a. 365—373*] -orum infame nomen est libellorum. *cf.* OPTAT. 1, 17 p. 19, 4 per -am nescio quam . . . epistulam reus appellatus est. COD. Theod. 9, 34, 4 [*a. 328*] -a scriptio libellorum, quae nomine accusatoris caret, minime examinanda est *eqs.* 9, 34, 10 [*a. 406*] -am seriem scriptionis. *al.* LEONT. vita Ioh. Mis. 36 p. 72, 5 Gelzer ἤρξαντο κατ' ἀλλήλων δίδειν φάμουσα [*E*, φαμοῦσα *A B*] τῷ . . . βασιλεῖ. *ibid.* l. 11 τὰ δοθέντα αὐτῷ φάμουσα [λοιδορίας *C*]). SVET. Iul. 73 -a epigrammata *Calvi*. Dom. 8,3 scripta -a vulgoque edita, quibus primores viri ac feminae notabantur. SPART. Hadr. 15, 5 Heliodorum -issimis litteris lacessivit. PS. AVR. VICT. epit. 4, 8 lepidissime -o elogio vulgatum. HIL. c. Const. 2 nihil in eam *sectam* . . . -um . . . scripsi.

B iudicia *sim., quibus -i efficiuntur rei damnati* (*cf. supra I A 2 δ*): SVET. Tib. 35, 2 -i iudicii notam sponte subibant (VLP. dig. 3, 1, 1, 10. 12, 2, 9, 2. 50, 17, 104 *al.* SCHOL. Cic. Bob. Flacc. 42 p. 103, 10 St. 'turpissimis iudiciis' -is, ut saepe iam dictum est). *cf.* MARCELL. dig. 4, 1, 7, 1 actionem -am constituere (VLP. dig. 2, 4, 10, 12. 3, 2, 6, 1. 4, 3, 1, 4. 37, 15, 5, 1. 40, 14, 6. 47, 10, 7 pr. *al.* PAVL. dig. 3, 2, 7. 3, 3, 73 MACER dig. 48, 19, 10, 2 COD. Iust. 5, 21, 2). VLP. dig. 44, 7, 36 ex -is causis (46, 3, 7 *ter.* frg. Vat. 340^{b}). VLP. dig. 43, 16, 13 neque 'unde vi' neque aliud edictum -um est. PAVL. dig. 4, 8, 32, 6 de -o delicto.

synon.: turpis (ASCON. Corn. I arg. p. 47 St.), invisus (TAC. hist. 2, 97), pessime diffamatus (AVG. epist. 87, 5 p. 401, 21). celebratus (FRONTO p. 37, 16 N.), fabulosus (APVL. met. 10, 12), opinatus (FIRM. math. 3, 2, 18), lectione celebratus (HIER. in Ezech. 11, 37 p. 432), magnificus (RVFIN. hist. 3, 5, 4), insignis (RVFIN. hist. mon. 27), admirabilis (FACVND. defens. 8, 1 p. 711^{B}). *nota annominationem*: LVCIL. 419 (formosus). *opponuntur*: integer (TAC. hist. 2, 97), integrae famae (CALL. dig. 48, 19, 28, 16). latens (VEN. FORT. carm. praef. 6).

adv. **fāmōsē**. TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 320, 14 *medicus*, qui nutriat morbum . . ., quo pretiosius aut -ius curet. AVR. VICT. Caes. 20, 23 *uxorem* adeo -e complexus est, uti *eqs.*

deriv.: famositas. *cf.* famosis. *Vetter.*

famul, famula *v.* famulus.

famulābundus, -a, -um [*a* famulari. *Th.*]. *i. q. famulans*: ITALA Dan. 7, 14 (Tert. adv. Marc. 3, 7 p. 387) data est ei potestas regia . . . et omnis gloria, -a (πάντες οἱ λαοὶ φυλαὶ καὶ γλῶσσαι δουλεύουσι; *scriptum fuisse videtur* δουλεύουσαι. VVLG. servient).

famulāns, famulanter *v.* famulor.

famulāris, -e [*a* famulus. *Th.*]. [*dub.*: SEN. Herc. O. 564 *v. p. 268, 63*.] 1 *i. q. famulo conveniens, ad famulum pertinens*: CIC. Tusc. 1, 116 *Codrus* se in medios immisit hostes veste -i (VAL. MAX. 5, 6 ext. 1 -em cultum induit. *cf.* 6, 7, 3). OV. met. 15, 597 quem . . . si Romam intrarit, -ia iura daturum (*cf.* 15, 595 rex erit). VAL. MAX. 6, 8, 3 -is . . . fidei robur admiror. SEN. Tro. 747 iugum. DRAC. Orest. 503 amor. *nota*: VAL. FL. 2, 268 *Hypsipyle Thyadis habitum induens* hederis . . . ligat -bus artus (*i. quales habent famulae dei*). *pro genetivo*: SEN. Herc. O. 837 -is illum retinet . . . manus. Thy. 901 turba (STAT. Ach. 741). *acc. sing. neutr. pro adverbio*: STAT. silv. 3, 1, 40 veni nec turbidus ira nec -e timens (*appellatur Hercules*).
2 *i. q. subditus*: TERT. apol. 21 populum vectigalem et -em sibi.

famulātio, -ōnis *f. a* famulari. NON. p. 206 -o plerumque genere feminino, masculino (*i.* famulatus) Cicero. *plur.*: *l. 79*. GLOSS. δουλεία. servitus. *i. q. famulatus*: PS. HIER. epist. 18, 3 p. 184^{C} si . . . Christi corpus pia plebi -e distribuis. PAVL. NOL. epist. 23, 4 p. 161, 5 sancti fratris famulatum . . . fide capiendae benedictionis admisi. benedictio enim mihi erat sancta in nomine dei -o. PETR. CHRYS. serm. 114 p. 513^{D} melior est devota -o, quam vaga et praesumpta libertas. ALC. AVIT. epist. 85 p. 95, 12 vobis . . . etiam praesentium litterarum -o offertur (*cf. p. 261, 5*). CASSIOD. var. 6, 18, 4 quod Romanae copiae laudabili -e serviret. 8, 33, 4. 9, 24, 3 inoffensa -e. 11, 37, 4 exemplum liberae -is. in psalm. 73, 14 cum *peccatores* a diaboli -e diviserit. COD. Iust. 12, 17, 2 nostrae pietatis -bus adhaerentes decani.

famulātōrius, -a, -um [*a* famulari. *Th.*]. *i. q. famularis*: TERT. nat. 2, 14 mendicitas. anim. 33 animae humanae pro vita et meritis genera animalium sortiantur . . . subigendae quaeque in -is (*sc. animalibus*).

famulātrīx, -īcis *f. a* famulari. [*dub.*: DON. Ter. Andr. 30 coquina medicinae -x (*dett.*, adulatrix *meliores*) est.] *i. q. famulans, adiective de rebus*: SIDON. carm. 2, 128 penna. MAX. TAVR. hom. 73 -x *Petrum* unda custodiens. VEN. FORT. vita Hil. 4, 13 crescebat . . . opinio -x virtutum.

famulātum, -ī *n.* GLOSS. -um servitium *ad* famulatus *pertinere videtur.* PS. FVLG. RVSP. serm. 53 p. 922^{C} (*in oratione homoeoteleutis abundante*) benedictione dominica cumulatum canorae vocis tibi restitutum est -um (*i. famulitium; novatum, ut videtur, propter praecedens* cumulatum). *cf. etiam p. 261, 63.*

×**famulātus**, -ūs *m.* [*a* famulari *vel* famulus. *Th.*]. *dat.* -u: CASSIAN. conl. 23, 12, 3. GLOSS. δουλεία. -um servitium (*cf. l. 5*). *legitur bis (I A 1 et 2 l. 16. 55) apud* CIC. (*cf.* NON. p. 206 *p. 259, 69*), *singulis locis apud* SEN. trag. (*II*), COLVM. (*I A 2*), TAC. (*III*), *frequentius apud* ECCL. *plur. l. 24.*

I *i. q.* ***famuli condicio****, servitus, ministerium*: A generatim: 1 *strictiore sensu*: CIC. Lael. 70 qui aliquamdiu propter ignorationem stirpis . . . in -u fuerunt. HIL. in psalm. 52, 14 in *regum* gratia permanere -u impio. SYMM. rel. 9, 3 quidquid nationum -us obtulerit, statim publicum est. HIER. in Ier. 27, 9 p. 1034 expleto -u . . . reversuros Iudaeos. VVLG. exod. 1, 14 perducebant vitam eorum operibus duris . . . omnique -u. PAVL. NOL. epist. 23, 3 p. 160, 25 *minister* non solum contubernio spiritali gratissimus nobis, sed et corporeo -u sedulus (*syn.* 4 p. 161, 22 corporea servitus). RVFIN. Basil. hom. 2, 5 p. 1759^{B} *excogitant* . . . obsequia subiectorum clientium -ūs (*de plurali cf. gr.* τὰς παρὰ πάντων τιμάς) clientium. AVG. quaest. hept. 2, 78 (*de statu famulae*). COD. Theod. 4, 8, 7 -ūs nexibus liberare eum. CANON. Migne 56, 698^{A} servos . . . ad ecclesiasticum -um . . . admitti. 56, 703^{A} cuncta quae non nisi virorum -ui deputata sunt. GILD. Brit. 2 chron. III p. 27, 27 de . . . subiectione ac diro -u (*sc. Britanniae*). PROSP. chron. I p. 483, 1373 *spado* sibi imperatoris animum insincero -u obstrinxerat. CASSIOD. var. 5, 29, 2 in -um trahi. VITA Nicet. 4 pedes eorum fideli -u . . . lavare studuit. 2 *latiore sensu*: COLVM. 1 praef. 10 miserrimo -u . . . imperium . . . mercari. ITALA Rom. 9, 4 (Cypr. testim. 2, 6) quorum adoptio est . . . legis constitutio et -us (λατρεία. VVLG. obsequium). HIL. in psalm. 91, 6 'non potest filius facere a se quicquam, nisi quod viderit patrem facientem'. ergo omne, quod facit ille, -us est (*syn.*: ministerium. *cf.* VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 34 *de spiritu sancto*). AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 3 *iumenta* aliqua munia . . . humano quodam -u obire consuerunt (*cf.* AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 484, 20 canes . . . dominis blando -u alludentes). SYMM. epist. 5, 68, 3 *in senectute* servile munus iure habebitur cura venandi. -us est enim quidam, si cedentibus viribus recusemus uti laborum vacatione. HIER. adv. Iovin. 1, 11 ne . . . videretur . . . in -um nos tradidisse coniugum *apostolus*. AVG. c. Iul. op. imperf. 5, 2 degeneris animi -um emere. CASSIAN. conl. 23, 12, 3 *Adam* progeniem perpetuo eidem cuius effectus est servus subdidit -u. SIDON. epist. 2, 13, 2 inquietissimo . . . subiacere -ui, qui rei publicae student. *i. q. obsequium, famulandi studium, oboedientia* (*cf. B 1. 2*): AVG. c. Faust. 22, 73 p. 671, 13 (*de Abraham*) in occidendo filio . . . deo . . . iubente obsecundans -us . . . laudabilis invenitur. NOVELL. Theod. 3, 10 cum divinis, tum principalibus iussionibus adhibere -um. SIGISM. Alc. Avit. epist. 47 p. 77, 6 miseramus . . . in parente famulum: ecce adicimus in filio (i. f. *S*; *om. L*) -um. GREG. M. dial. 4, 55 p. 417^{A} qui omne ministerium cum magno -u perageret. moral. 15, 4 in -u subditorum.
translate de rebus (*cf. l. 79. p. 261, 21. 28*): CIC. off. 3, 117 quam miser virtutis -us servientis voluptati! ARNOB. nat. 1, 46 *Christus* calcabat ponti terga . . . in -um subeunte natura (PAVL. NOL. carm. 22, 58 aeterno natura omnis -u . . . strata . . . nomen genitoris adorat. 27, 58. DRAC. laud. dei 3, 243 naturae -us adest servire paratus). HIL. in Matth. 2, 5 in -um spiritūs corpus assumptum (*cf.* AVG. c. epist. fund. 33 p. 236, 16 regimen et moderamen animae -umque corporum. FAVST. REI. epist. 5 p. 190, 16 quod mens domina exercet imperium et caro subiecta -um. 9 p. 212, 12 mens . . . lingua). PS. PROSP. vocat. gent. 2, 9 quibus . . . elementorum -u . . . consulebat *deus*. ENNOD. dict. 9 p. 454, 5 in cuius laudis ministerio . . . temporalem exhibeat lingua -um. *de corpore humano*: GREG. TVR. virt. Mart. 3, 54 vocis perdidit -um. VIGIL. THAPS. c. Eutych. 1, 11 odoratus . . . -ūs sui obsequio fungitur.

B *speciatim de devotione* (*cf. p. 264, 82*): 1 *erga deum* (*deos, sanctos*): TERT. idol. 3 idololatria omnis circa omne idolum -us et servitus (= ISID. orig. 8, 11, 14). 11 interpretamur idololatriam . . . -um idolorum colendorum. GAVDENT. serm. 4 extr. debitum reddentes Christo domino -um (AVELL. p. 137, 13 tu deo istis [*sc. viris devotione conspicuis*] similem redde -um. GREG. M. epist. 5, 39 p. 327, 4 illi . . . suum -um reddat). LVCIF. Athan. 1, 31 *dei* maiestati -um *praebere*. VEG. mil. 2, 5 praesenti et corporali deo impendendus pervigil -us (LEO M. epist. 162, 1 religiosae providentiae [*genet.*] -um divinis . . . dispositionibus perseverantem impenditis). AVG. conf. 11, 2, 3 sacrificem *deo* -um cogitationis et linguae. civ. 2, 2 p. 54 -um deditum Christo non solum verum, sed etiam timore confictum . . . honoraverunt *barbari*. OP. imperf. in Matth. 1 p. 616 diligit deus . . . voluntarium -um (*syn.* subiectio). GREG. TVR. Franc. 7, 1 *martyres* summo excolemus -u. SERM. Caspari Anecd. p. 329, 9 poscitur . . . oris -us et cordis affectus. *accedit genetivus obiecti*: HIL.

[*Ammann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in Matth. 25, 8 antichristi. AMBROSIAST. in Gal. 3, 20 *Christus* abstulit . . . gentibus . . . -um elementorum. HIER. in Tit. 1, 1 dei (FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 14, 24 *syn.* cultus). VICTRIC. 4 sanctorum. 27 martyrum. SEDVL. epist. 1 p. 8, 6 in Christi -u non deficiendo.

2 *erga homines* (*locutio sollemnis in epistulis, orationibus usitata*): AVELL. p. 62, 4 statim debito -u implere, quae fuerant imperata, properavi (*saepius, cf. index s. v.*). ALC. AVIT. epist. 5 p. 32, 18 pro debiti -us reverentia. 10 p. 44, 22 depenso salutationis honorificae -u. 12 p. 45, 28 offerre me paginam debiti -us. *al.* 58 p. 87, 7 debito -us obsequio servimus. ENNOD. epist. 6, 31 p. 167, 5 -us mei humilitatem exhibens. dict. 12 p. 462, 12 fideli oris nostri -u si parum in elevatione meritorum tuorum suggerimus.

II *i. q.* ***famuli munus,*** *actus ad famuli officium pertinens, strictiore et latiore sensu*: SEN. Phaedr. 991 o . . . -us gravis! (*sc. nuntii*). HIL. in Matth. 7, 6 'et surrexit et ministrabat eis' . . . sanata (*sc. infidelitas in Petri socru praefigurata*) officii -u ministrat (*opp.* vitiorum aegra dominatu). 18, 5 ambitioso angelorum -u ac ministerio. 33, 9 angelus . . . domini . . . resurgenti filio . . . virtutum caelestium ministeria mittentis . . . resurrectionis est index, ut quodam -u paternae voluntatis resurrectio nuntiaretur. LEO M. serm. 33, 5 *stellae* -us ad formam nos sui hortatur obsequii. SIDON. epist. 2, 2, 5 ut ministeriorum sese non impediente -u tot possit recipere sellas (*sc. frigidarium*). *laxiore sensu fere i. q.* ***opera, auxilium***: AVG. civ. 7, 11 p. 288 *diva Rumina* in hoc opus (*sc. animalibus mammas praebendi*) adiutorium *Iovi* -umque *praebuit*. LEO M. epist. 104, 1 per sedis apostolicae -um euangelii erat defendenda libertas. AVELL. p. 350, 24 *libellum* nostri obsequii -u . . . pietas vestra . . . contradidit. *de rebus*: ALC. AVIT. epist. 23 indicari vobis litterario (*i. litterarum*) -u cuncta (40 p. 68, 24). 30 p. 60, 8 praesentis paginae -u respondere. 41 p. 69, 27 (= AVELL. p. 559, 24) filios . . . cum praesentis -us pagina destinavi.

III *collective i. q.* ***familia,*** *famulorum turba*: TAC. Agr. 31 sicut in familia recentissimus quisque servorum etiam conservis ludibrio est, sic in hoc orbis terrarum vetere -u novi nos et viles *eqs.* HIL. in Matth. 19, 9 rem . . . saeculi -us dei non sine saeculi ipsius vitiis assequitur.

iuncturae verbales frequentiores: deferre: COD. Theod. 16, 8, 23 nostris . . . statutis. SACR. Leon. p. 324. ALC. AVIT. epist. 9 p. 43, 7 ad vos. exhibere: OPTAT. 2, 15 p. 50, 2. PELAG. in Gal. p. 822[D] peculiarem fidei -um. AVG. civ. 18, 14 p. 274 LEO M. epist. 104, 3 AVELL. p. 59, 8 VAL. CEM. hom. 3, 3 ENNOD. dict. 9 p. 454, 5 IORD. Get. 24, 129 GREG. TVR. Franc. 4, 6 *al.*

iuncturae nominales: genet. obi. passim, cf. I A 2. B 1. *nota genet. explicativum*: HIL. in Matth. 7, 6 officii. in psalm. 118 ain 12 proprium hoc prophetae est, ut se servum dei profiteatur . . . -u condicionis suae fungens. AVELL. p. 350, 24 obsequii (SIGISM. Alc. Avit. epist. 47 oboedientiae). *cf. I B 2.* *nota genet. subiect. ex abundantia positum*: AVELL. p. 156, 21 eos *Acacio* prohibitum sui exhibuisse -um.

syn. ad I et II: obsequium, servitus, ministerium, cultus, subiectio, servile munus. *opp.*: dominatus, regimen, imperium.

famul(i)tās, -tātis *f.* [*a* famulus, famul. *Th.*]. -ltas: *l. 56.* NON. p. 109 -itas est servitus. ACC. trag. 118 postquam . . . vos oppressit -itas. PACVV. trag. 52 (Non. p. 109) -itas (-ilitas *Leid.*), vis, egestas *eqs.* LAEV. carm. frg. 22 expavida, gravis, dura, fera asperaque -ltas (*opp.* dominio superbo).

? **famulitio,** -ōnis *f. si recte traditur, confusum ex* famulitium *et* famulatio. *i. q. famulitium* (*1*): APVL. met. 2, 2 frequenti stipatam -e. 6, 8 una de -e Veneris. *utroque loco legendum videtur* famulitio.

famulitium, -ī *n.* [*a* famulus, *cf.* servitium. *Th.*]. *scribitur in codd. etiam* -ulic-: *passim*, -ulet-: *l. 63*, -ilit-: *l. 68*, -ulat- (?): *l. 65.* PAVL. FEST. p. 87 -uletium dicebatur, quod nunc servitium. GLOSS. -um famulatum. [*dub.*: FVLG. aet. mund. p. 145, 27 (*in sermone homoeoteleutis abundante*) duplato . . . -latio (-litio *S*) *i. tempore -i. fort. scribendum* -lato, *cf.* famulatum.] **1** *i. q. familia, servorum turba*: APVL. apol. 17 -ii paucitatem. flor. 22 p. 102 frequens -um. met. 8, 22 ex eodem -o (-ilit- *F*) conservam. CAPITOL. Pert. 11, 6 supervenerunt *milites* Pertinaci, cum ille aulicum -um ordinaret (SPART. Sept. Sev. 6, 3 occurrente omni -o aulico). IVL. VAL. 1, 3 omne -um. MACR. sat. 1, 7, 1 unus e -o. 1, 24, 23 praesul -i (*syn.* 22 servilis moderator obsequii). MART. CAP. 2, 218 singulas ex -o dilectuque Cyllenii (*cf. infra l. 78*). 8, 804 -um Veneris, *syn.* vernaculae (6, 705 Venus cum deliciis -oque tam comi). 9, 905 Terpsis e -o Dionae. SIDON. epist. 1, 6, 2 equis, armis, veste, sumptu, -o instructus. **2** *i. q. famuli officium*: IVL. VAL. 1, 28 bestia -um quoddam templis praestare videbatur. MART. CAP. 1, 36 *Cyllenium* comparatas habere quam plures in -o Disciplinas (*cf. l. 73*).

×**famulor,** -ātus sum, -ārī *et* **famulo,** -āvī, -ātum, -āre [*a* famulus. *Th.*]. famol-: ALC. AVIT. hom. 21 p. 139, 1 *papyr. Paris.* *infin.* -arier: SEDVL. carm. pasch. 2, 197. *supin.*: SIL. 2, 571 (*p. 262, 35*). *activam flexionem testatur*: DIOM. gramm. I 364, 18 -o -avi. NON. p. 109 (*et* GLOSS.) -antur: pro serviunt. ISID. diff. 1, 229 -ari est debiti, obsequi voluntatis proprie. GLOSS. -or δουλεύω. -ari servire. -o δουλεύω. -are servire. obsecundare, oboedire. *cf.* SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 91 'parentem' -antem, oboedientem.

I ×**famulor** *deponens (sub II* famulo *ea solum posui, quae ad deponens pertinere nequeunt). legitur (inde a* CIC.*) singulis locis apud* CIC. (*infra l. 20*), CATVLL. (*infra l. 35*), PVBLIL. (*infra l. 21*), VAL. MAX. (*infra l. 68*), LVCAN. (*infra l. 22*), VAL. FL. (*infra l. 47*), SIL. (*infra l. 35*), *duobus apud* PLIN. nat. (*p. 263, 14 et 75*), *8[ies] apud* STAT., *frequentius inde a* TERT., *imprimis in poesi dactylica pro* servire. *deest cum alibi tum* VVLG. AVG. civ. [*sensu dub.*: ALC. AVIT. hom. 21 p. 138, 1 . . .⟩ usu -ante. *corrupt.*: PAVL. NOL. epist. 16, 11 mitte illos . . . altercatione vesana cum suis phantasmatis -atos (fabulantes *M*; *legendum videtur* fabulatos). *sensu cassum*: NOVELL. Iust. 102 praef. nisi -retur administratio, *ubi pro* ἢ μηδ' ὅλως εἶναι *interpres legit* εἰ μὴ δουλευθῆναι.]

A *i. q.* ***famuli munere fungi***:

1 *proprie de* ***personis*** (*de bestiis infra l. 65 et 74. interdum de* ***locis,*** *in quibus personae cogitantur. nota locutiones figuratas infra l. 45. 59. 69. p. 263, 28 sqq. cf. etiam 2 a β*): **a** ***absolute***: CIC. rep. 3, 37 est . . . genus iniustae servitutis, cum ii sunt alterius, qui sui possunt esse; cum autem ii -antur (*desunt reliqua*). PVBLIL. F 29 -atur dominus, ubi timet, quibus imperat (*cf.* AVSON. 385, 16 festa . . . servorum, cum -antur eri). LVCAN. 6, 368 -antis pascua Phoebi (*i. in quibus famulatus erat.* STAT. Theb. 6, 375 Peliacis hic cum -rer in arvis. silv. 3, 3, 58). AMBR. Abr. 1, 5, 36 unum dominum appellavit *Abraham*, ipsius . . . se servum fatetur. deinde . . . etiam *ministris* deferre gestit obsequium, iam non iure debito servitutis obstrictus, sed blando sedulitatis nomine usuque -atus. PAVL. NOL. epist. 28, 6 p. 247, 8 non dominandi superbia, sed humilitate -andi potentem. ZACCH. 3, 4 in dei voluntate . . . -antium servitus gloriosa. BOETH. mus. 1, 34 p. 225, 1 citharoedi . . . -antur (*sc. artificium corporale factitantes et rationis expertes, cf. p. 264, 14*). CORIPP. Ioh. 7, 277 auxilium *tulit* -atus laudas. 8, 126 acies -antis Iaudae.

b *accedit (vel supplendus est)* ***dativus*** (PRISC. gramm. III 274, 3): *α* -ari ***hominibus***: ***strictiore sensu***: CATVLL. 64, 161 quae tibi iucundo -rer serva labore. SIL. 2, 571 nos Sidoniis -atum matribus actas. PS. RVFIN. in Os. 1, 1 regi . . . sub . . . tributorum onere . . . -atus est. PAVL. NOL. carm. 20, 1 saepe boni domini caris -antur alumnis mente pia. AVG. epist. 147, 41 (*v. p. 265, 24*). VAL. CEM. hom. 18, 3 tyranno satellitum turba -atur. SEDVL. carm. pasch. 5, 23 famulis . . . libens -atus (*sc. Christus*). DRAC. Orest. 418 quibus . . . si -retur (*opp.* imperium dabat). PASS. Thom. p. 141, 22 omnes angeli dei -antur *isti homini* (PASS. Barth. 2 p. 132, 6). *de gentibus in dicionem redactis*: STAT. silv. 3, 3, 47 quibus (*sc. dominis*) occasus pariter -antur et ortus. AMM. 22, 7, 10 ad -andum rei Romanae semet offerentibus Mauris. CLAVD. 1, 160 sic nobis Scythicus -etur Araxes (*i. incolae eius*). 15, 207 soli -bitur Africa Romae. ***latiore sensu***: *de amante*: VAL. FL. 2, 146 captae (*dativ.*) indigno -atur amore (*an* amori? *cf. p. 263, 22*). *cf.* DRAC. Romul. 8, 523 (*appellat Paris Helenam*) tali semper ego dignatus coniuge felix non desim: -er supplex (*syn.* servus veniam). *de medici opere, i. q. opitulari* (*cf. p. 263, 45*): THEOD. PRISC. log. 34 quibus . . . partes . . . usus venerii officium pernegarint, tunc ita . . . his adiutoriis -bor. *i. q. sectae alicuius adhaerere*: AMBROSIAST. in II Cor. 11, 20 'si quis vos in servitutem redigit' . . . ut -rentur pseudoapostolis. RVFIN. hist. 5, 18, 10. ***imperio, legibus, dictis sim.***: HIL. syn. 27 -antes . . . eorum dictis. HEGES. 2, 9, 1 l. 88 Athenae nunc alienis legibus -antur, *gr.* δουλεύουσι Ῥωμαίοις (SACR. Leon. p. 343 *Roma apostolorum* -ata doctrinis). CLAVD. 5, 77 clientum agmina privatis . . . -antia signis. 21, 332 procerum iussis -antia cernimus arma (*cf. p. 264, 52*). MACR. sat. 1, 4, 4 -bor arbitrio iubentis. SIDON. epist. 4, 8, 5 -or iniunctis (*i. mandatis*). ALC. AVIT. carm. 6 prol. p. 274, 9 me . . . -antem iudicio, immo potius affectui tuo. CASSIOD. var. 6, 13, 7 nostris iussionibus speciali sollicitudine. *al.* IORD. Get. 263 reginimi. 290 imperio. *nota*: EVSTATH. Bas. hex. 6, 7 p. 929[A] *stellae malignae* animalia quaedam putanda sunt arbitrio suo -antia. ***β dis, deo, divino numini vel consilio*** (*idolis: infra l. 77, diabolo: p. 263, 9, martyri: p. 263, 12); interdum i. q.* ***colere, venerari*** (*cf. I B*): VAL. MAX. 1, 1, 9 si divinae potentiae bene atque constanter fuissent -ata (*sc. imperia i. qui in imperio sunt. syn.* servire). STAT. Theb. 4, 476 cui (*Plutoni*) servire dati manes . . . atque imi -atur regia mundi (CLAVD. rapt. Pros. 1, 21 di, quibus . . . -atur Averni vulgus). 9, 478 imbelli -ate (*vocativus, increpatur Ismenos*) deo (*sc. Baccho.* 9, 794 Thyias -ata Lyaeo). 10, 190 *Apollini* me (*vatem*) -ari. IVL. VAL. 1, 29 cui (*sc. heroi*) anguina obsequio -entur. MACR. sat. 1, 20, 15 tempora (*bestiarum imaginibus designata*) cui nisi proprio -rentur auctori? (*i. Sarapi*). MART. CAP. 4, 424 (*alloquitur Dialectica Minervam*) uni -andum est tibi, virgo. *idolorum cultus reprehenditur*: ITALA exod. 20, 5 (Tert. scorp. 2) non adorabis *simulacra*, neque -beris eis (μὴ λατρεύσεις, VVLG. coles). Dan. 3, 18 (Tert. scorp. 8) neque idolo tuo -bimur (τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, ITALA Wirc. *et al.* deis tuis non servimus, VVLG. colimus). PS. RVFIN. in Os. 13, 1/2 p. 1027[B] ut vitulis . . . supplicent homines, precum ac victimarum oblatione -antes. *sensu Christiano: deo uni, Christo*: ITALA deut. 6, 3 (Tert. scorp. 2) illi -beris soli (λατρεύσεις, VVLG. servies).

[Ammann.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

HIL. trin. 1,3 *animus deo* -ans. 1,18 dictis *dei* pia veneratione -emur. in Matth. 28,1 qui sibi (*Christo*) . . . -entur. OPTAT. 3,3 p. 77,7 cum episcopi deo debeant -ari. RVFIN. Orig. in gen. 14,4 divinae sapientiae -emur. PS. RVFIN. in psalm. 2,9 tanto potentius sibi *quisque* spiritualiter dominatur, quanto auctori suo humilius -atur. AVG. c. Faust. 16,8 (*v. p. 265, 27*. VEREC. in cant. 8,16 domino. *al.* CASSIOD. in psalm. 23, div. *et* 1 *al.*). in psalm. 118,89 mandatis *dei* pia humilitate. *nota*: HIL. trin. 2,24 dei filius natus ex virgine est et spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione -ante. *diabolo*: AMBROSIAST. in Rom. 6,19 ea mensura nos deo servire praecepit, qua prius -bamur diabolo (*cf.* 6,16 actibus [*abl.*] diabolo -ari; *syn.* servos esse). *martyri*: PAPYR. Marini 4 (*saec. VII ex.*) monachorum martyri Benigno sub regimine . . . abbatis devote -antium.

γ *rebus: sacris, divinis*: PLIN. nat. 2,20 externis -antur sacris *homines*. HIL. trin. 2,27 partui *Christi* proclamans per prophetam spiritus et angelus nuntians et novae lucis stella -atur (*cf. p. 264, 8*). PAVL. NOL. carm. 21,727 *Abella* prompte -ata sacro Felicis honori. SACR. Leon. p. 295 mysteriis. p. 310 digne tuis -emur altaribus. CARM. epigr. 1414,9 (*christ.*) laudibus aetheriis -atus mente fideli. *cum despectu: rebus pravis, vilibus*: LACT. ira 24,7 non est fas hominem . . . terrenis fragilibusque -ari. FVLG. aet. mund. p. 146,14 uxoris voluptatibus (HEGES. 1,32,1 Antonius Cleopatrae amori defeneratus inserviebat atque addictus eius libidini -batur [ἥττων ἦν ἐν πᾶσι τῆς ἐπιθυμίας]). PS. RVFIN. in Ioel 2,4/11 p. 1045^{A} ipsos altaris ministros ambitioni . . . luxuriaeque -ari. CASSIAN. inst. 5,14,4 usui potius vitae quam mentis desiderio -antes, *sc. in corporis cura*. CASSIOD. compl. in Rom. 6,15 -andum non . . . esse delictis. IORD. Get. 171 privatae vitae. *adde*: TERT. pudic. 17 exhibuistis membra vestra -ari immunditiae et iniquitati. adv. Marc. 4,33 p. 530,5 *nummo* (*auctori et dominatori totius saeculi*) -atam videns Pharisaeorum cupiditatem. PETR. CHRYS. serm. 114 p. 514^{B} quando tantum virtuti quantum vitiis fragilitas humana -atur? *nota gerundivum*: SALV. eccl. 1,8 quicunque augendis opibus terrena cupiditate -antur. *pro dativo accedit* (*per zeugma*) ad: GREG. M. moral. 4,34 ad peccati illecebram non solum delectatione pertrahi, sed etiam consensu -ari. *latiore sensu: i. q. operam navare: rebus domini*: OPTAT. 5,7 p. 136,16 ministri, qui mensae dominicae -antur. *muneri, officio*: COD. Theod. 9,7,1 (*a. 326*) = COD. Iust. 9,9,28 (29) utrum domina cauponae an ministra fuerit . . . et ita obsequio (*i. muneri*) -ata servili, ut *eqs.* 1,6,6 (*a. 365*) singuli . . . credito sibi -entur officio. 13,5,35 (*a. 412*) universos . . . praedictae functioni debere -ari. EPIST. pontif. 311 (Innoc. I) Migne 20, 561^{A} qui (*clerici*) . . . divinis -antur officiis. VEREC. in cant. 4,8 dominicis . . . obsequiis. CARM. epigr. 1743,3 (*christ.*) o⟩bsequiis est -ata tuis. *de medici opere* (*cf. p. 262, 50*): THEOD. PRISC. log. 115 *expositis catholicis adiutoriis* insequenti etiam particulis (*sc. corporis*) -bor. *nota*: BOETH. herm. pr. 1,5 p. 73,11 ad faciliorem intellectum Latinae orationi -antes (*i. linguae latinae usum secuti*) hoc apposuimus.

2 *translate de* **rebus**: **a** *res -antur personis*: α *deo vel divino numini sim.* (*cf.* VAL. MAX. 1,1,9 *p. 262,69*): CHALC. transl. p. 46^{C} qui . . . sensus -antur actibus opificis dei (οἷς θεὸς ὑπηρετοῦσι χρῆται. comm. 260 *ad l.* dicit hos ipsos sensus -ari divinis actibus perinde ut opifici -antur organa). AVIEN. orb. terr. 1007 caurorum . . . flabra deo (*Baccho*) -antia. TRACT. in Luc. 5,8 caelum tibi -atur. AMBR. obit. Theod. 49 cui (*Christo*) regna -antur, cui servit potestas. AMBROSIAST. in I Thess. 4,17 domino -atae sunt nubes. RVFIN. Orig. in exod. 5,5 voluntati divinae elementorum -entur obsequia (*cf. p. 264, 49*). PS. RVFIN. in Am. 5,9 cum eius nutui universa -entur. in psalm. 39,6 fecisti . . . haec . . . tua, id est tibi subdita, tibi -antia. ZACCH. 1,13 -antibus *Christi* viae fluctibus (ALC. AVIT. c. Arr. 26 p. 10,29 *Christi* viae -ata pendenti aura). PS. PHOEBAD. fid. 6 p. 42^{B} cuius nomini et virtuti -atur hic orbis. EVSTATH. Bas. hex. 4,5 p. 906^{D} *aqua* -ata praecepto dominantis effluxit. SIDON. carm. 5,368 verbis . . . deae -ante metallo aurea concordes traxere fila sorores. CLAVD. MAM. anim. 1,13 p. 56,10 anima, quae corpori iuste dominata, quae domino pie -ata est. SALV. carm. pasch. 1,240 creatori omne suum -atur opus. DRAC. laud. dei 2,340 quaecumque deo -antur sidera magno militia per clara poli. 3,549 stat -ans natura deo. PASS. Paul. 8 mors et vita -antur . . . Christo. *accedit* ad: GREG. M. moral. 2,50 ad desponsandam ecclesiam domino interposita prophetia -atur. β *hominibus, hominum usui* (*de rebus personarum vice fungentibus*: ENNOD. opusc. 1,24 p. 268,9 suspecta est oboedientia, quae -atur indignis. CASSIOD. var. 5,40,6 mentis firmitas . . . dominis pura integritate -atur. *al.*): *res naturales*: PLIN. nat. 2,157 terra . . . cruciatur . . . multo plus, ut deliciis, quam ut alimentis -etur nostris. LACT. inst. 2,5,6 *opera dei* commodis atque usibus hominis perpetua necessitate -ari. HIER. in Eph. 5,20 p. 652 nobis serviunt pluviae, . . ., elementa -antur (SIDON. epist. 1,7,3 tamquam sibi . . . quodammodo elementa -rentur). RVFIN. Basil. hom. 2,6 terra, flumina fontesque tuis vel usibus vel voluptatibus -antur. *alia*: CHALC. comm. 260 opifici . . . organa (*v. supra l. 53*). PAVL. NOL. carm. 21,388 pauperibus -atur porticus aegris. COD. Theod. 15,2,6 (*a. 395*) privatis . . . meatus (*i. fossae*) mensura -etur. SEDVL. carm. pasch. 4,22 nec male defessum -atur furibus aurum. CASSIOD. art. 3 p. 1178^{D} *dialectico et oratori* illae duae species argumenti -antur. inst. div. 21 p. 1136^{C} simplicibus viris -etur . . . mundanarum peritia litterarum. *accedit* ad: RVFIN. Orig. in gen. 2,6 p. 174^{C} concupiscentia et ira . . . ad peccandum homini -antur.

b *res -antur rebus*: α *rebus sacris, divinis* (*cf. B. divino numini sim. v. sub I A 2a*): STAT. Theb. 12,346 *mariti* -ata sepulcro . . . fides *coniugis*. *sensu Christiano*: HIL. trin. 2,27 partui *Christi* . . . novae lucis stella (*cf. p. 263,16 et B*). PAVL. NOL. carm. 21,102 laudibus . . . domini . . . vario -ans pede musica currat. *latiore sensu fere i. q. praestolari, apparere* (*cf. B*): OROS. hist. 6,22,5 *Christi* adventui pax ista -ata est (SACR. Leon. p. 380 sacris sollemnitatibus -etur concessa securitas). *inde sive cum ironia sive notione paulum immutata i. q. praesidio esse*: LEO M. epist. 12,7 eorum ordinationi atroces tumultus et saevae seditiones memorantur esse -atae. β *-antur ratione carentia rationi* (*vel rebus, quibus ratio inesse creditur*): PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 173,11 corpus solum animo -ari debere (CHALC. comm. 260 nihil incorporeum fore, cui pareat -eturque corpus). HIL. in psalm. 51,8 quia . . . cogitatis potius -etur lingua quam cogitet (CASSIOD. in psalm. 51,2 *linguam* consilio -ari. BOETH. herm. pr. 2,14 p. 208,6 quae sunt in voce, illis, quae sunt in anima, -antur. *dat. sensu finali*: ENNOD. epist. 5,8,1 elocutio . . . prosperorum -atur indicio [*cf. p. 265, 10*]. *fortasse etiam* ENNOD. epist. 3,29,1 sensuum pignoribus verba -antur). PS. PROSP. vocat. gent. 1,4 p. 650^{B} donec vigor rationalis ingenii . . . ad -antium sibi membrorum usum . . . moveatur. CHALC. transl. p. 43^{D} diversi circuli diversis motibus incertisque -antur (*Plato aliter*). ZACCH. 1,25 rationi signa (*i. sidera*) -antia. EVSTATH. Bas. hex. 6,8 p. 931^{A} *vicissitudines temporum* solis discursibus -antes. ENNOD. dict. 5 p. 439,19 ut certis -rentur per longum confusa temporibus (*i. ut quae antea confusa fuerant, temporum certae rationi parerent*). *de instrumentis sim.*: CLAVD. carm. min. 51,7 (*de sphaera Archimedis*) inclusus variis -atur spiritus astris et vivum certis motibus urget opus. BOETH. mus. 1,2 p. 187,23 *instrumentis*, quae cantilenae -antur. γ *de rebus pravis*: VAL. CEM. hom. 13,5 hic . . . misericordia crudelitati -atur. 14,5 alienis moribus -atur pauperis patientia. ENNOD. carm. 2,79,2 forma *Venerii iuvenis pudici* nominibus nil -ata suis. *cf. p. 263, 27 sqq. 73.*

c *absolute* (*dativus plerumque facile suppletur*): TERT. bapt. 4 spiritus . . . dominatur, caro -atur (BOETH. mus. 1,34 p. 224,3 artificium corporale quasi serviens -atur, ratio vero quasi domina imperat). *cf. supra l. 16.* HIL. in Matth. 12,22 columnam nubis ac luminis nocte dieque -antem (*sc. Iudaeis*). PRVD. c. Symm. 2,804 dum servant elementa suum -antia cursum (*cf.* 2,797 servit mundus, *sc. hominibus*). CLAVD. carm. min. 31,35 illius (*Iunonis*) expectent -antia sidera nutum (*item de sideribus*: SEDVL. carm. pasch. 1,168 *apud Gibeon* -ata sidera. *cf.* op. pasch. 1,13 -antia. DRAC. laud. dei 2,25 *solis* militia -ante. *cf.* ZACCH. 1,25 *supra l. 26*). LEO M. serm. 33,2 heredes sideribus designati (*in promissione Abrahae data*) ortu novi sideris excitantur, ut, in quo caeli adhibitum fuerat testimonium, caeli -retur obsequium (*cf. p. 263, 58*). DRAC. laud. dei 3,554 rerum natura parens -ata (*sc. deo, cf. p. 263, 68*) tremescit. CYPR. GALL. gen. 1020 plus species quam tela *hostium appropinquantium* nocent -antibus armis (*i. famulis armatis. cf. p. 262, 59*). num. 399 signa sequentes . . . dei -ans victoria ditat. *accedit* ad: AVG. conf. 1,9,14 artibus ad honorem hominum et falsas divitias -antibus. PS. PROSP. carm. de prov. 406 omnis . . . auctori servit natura . . ., quaeque ad opem cedunt, eadem -antur ad iram. VEN. FORT. carm. 3,10,22 ad victum plebis nunc -antur aquae.

saepe 're -ante' (*et plur.*) *i.* '*opitulante, auxiliante*', *vel* '*ope, auxilio rei*' *vel plane i. q.* '*re*': α *singular.*: HIL. trin. 1,1 beluis (*dat. vix pendet a* -ante) . . . natura ipsa in summa rerum copia et securitate -ante . . . copia redundat utendi (PAVL. NOL. carm. 21,825 *de Nola*: auxit natura -ante tuum manus *dei* decorem). AMBROSIAST. in Rom. 8,39 salvatorem nube -ante ascendisse (I Tim. 3,16 -antibus nubibus). CLAVD. 26,513 *Stilico* iniquos fortuna (*sive* Fort-) -ante premit. PAVL. NOL. carm. 18,2 hunc celebrare . . . eloquio -ante diem (*sensu qui est sub B vigente*). VAL. CEM. hom. 19,4 *gula* ebrietate -ante magistra solet esse damnorum. SEDVL. op. pasch. 3,8 p. 238,5 dominus navigio -ante subvectus (*cf. infra l. 74*). CASSIOD. var. 6,13,2 efficacia -ante. GREG. TVR. Mart. 1,2 omnes litori . . . unda -ante restituit *flatus aurae. saepe sim.* *in sermone epistulari vi verbi, quae sub B explanata est, vigente*: ALC. AVIT. epist. 20 p. 53,26 qua de re plurimum pagina -ante deposco (39 p. 68,3. 64 p. 88,17; *cf. p. 265, 7*). β *plural.*: AMBROSIAST. in I Tim. 3,16 (*v. supra l. 63*). PAVL. NOL. epist. 49,8 p. 397,15 -antibus lembulis suis . . . navem ad portum duxerunt (*cf. supra l. 68*). ZACCH. 1,18 -antibus elementis dei auxilio usi sunt *Iudaei*. 1,24 -antibus cunctis. VAL. CEM. hom. 6,5 laquei, quibus -antibus . . . diabolus . . . operatur. SALV. gub. 1,43 datum *Israelitis* astris (*i. caelo*) . . . -antibus cibum. SEDVL. op. pasch. 3,8 p. 239,6 vectorem proprium umeris -antibus revexit *claudus*. *vi propria resuscitata*: DRAC. Romul. 8,560 *Iuppiter Europam portat* -antibus undis (*aliter l. 69*).

B *i. q.* **devotionem, reverentiam praestare,** *venerari*, προσκυνεῖν (*de nonnullis sub A positis dubitatio relinquitur, an potius huc pertineant; cf. imprimis* HIL. trin. 2,27 OROS. hist. 6,22,5

[Ammann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 264, 10 sqq.): **1** *de rebus*: AMBR. in psalm. 118 serm. 18, 23 Ioseph ...*patri* curru submisso obvius et -antibus ceteris amplae potestatis insignibus. CLAVD. 28, 654 hunc (*sc. annum sexti consulatus tui*)... privati titulis -antibus anni (*quibus privatus fuisti vel futurus es*)... ceu numen adorent. FAVST. REI. serm. 9 p. 258, 19 magi se humiliabant, quia -ari astra cernebant. *in sermone epistulari*: ALC. AVIT. epist. 38 p. 67, 16 affectum tui ... studio paginae -antis excolui (78 p. 93, 5. *cf. p. 264, 72*). ENNOD. epist. 4, 14, 3 p. 109, 18 -antem salutationem. *accedit dativus: personae*: LEO M. serm. 35, 1 cui (*Christo nato*) supernae militiae -retur occursus. *rei*: ENNOD. carm. 1, 2, 3 dulcia temporibus (*sc. celebrandis*) -antur fila (*sc. orationis*) secundis. **2** *de homine*: PAVL. NOL. carm. 18, 47 ego munere linguae...-or, de me mea debita solvens. *cf.* 21, 727 *p. 263, 17.*

C *i. q.* ***subsequi, more pedisequi se adiungere***: GREG. M. moral. 1, 52 p. 551^A saepe gravitatem cordis quasi ex latere subiuncta tristitia sequitur...; quae et nonnunquam tanto tardius repellitur, quanto et pressae menti quasi serior -atur. in euang. 40, 5 prima namque male (*i. luxuriose*) convivantibus -atur culpa loquacitatis, post... ludendi etiam levitas sequitur.

structurae: *accedit dat. finalis p. 264, 20 incertum an dat. finalem vim habeat p. 264, 22.* *accedit ablativus*: VAL. FL. 2, 146 indigno amore. IVL. VAL. 1, 29 obsequio (LEO M. epist. 80, 2 trepido; *cf.* VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 34 iubentis imperio per obsequium ministerii -atur). AMBR. Abr. 1, 5, 36 blando sedulitatis nomine usuque. PS. RVFIN. in Os. 13, 1/2 precum ac victimarum oblatione. PAVL. NOL. carm. 18, 47 munere linguae. AVG. epist. 147, 41 cum ... isti ... illis quodam officio nuntiandi et ministerio -antur. c. Faust. 16, 8 religionis, qua -or Christo. THEOD. PRISC. log. 34 adiutoriis. DRAC. laud. dei 2, 341 militia (*sed cf. Vollmeri adn.*). *accedunt praepositiones*: ad: *accedit ad verbum c. dativo coniunctum: p. 263, 70. 264, 4; ad verbum absolute positum: p. 264, 53; pro dativo: p. 263, 34.* in *c. acc.*: LEO M. epist. 80, 2 ut in damnationem ... antistitis et in receptionem detestabilis pravitatis trepido -rentur obsequio. in *c. abl.*: GREG. M. in Ezech. 1, 2, 17 *Christo* ignis iudicii in reproborum vindicta -bitur. per: *v. l. 23.*

synonyma: *ad A*: servire, parere, subditum esse, obsecundare. *ad B*: adorare. *ad C*: sequi.

opposita: dominari, imperare.

partic. **famulans**, -antis: **1** *substantive: i. q.* famulus (-a, *v. infra l. 53*): IVL. VAL. 3, 31 habitu -antis. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 187, 13 non reprimere iubentis imperium, sed tollere -antis obsequium (PAVL. NOL. epist. 23, 5 p. 161, 26. *cf.* SVLP. SEV. dial. 2, 6, 5 *regina* eminus secundum -antium disciplinam solo fixa constitit immobilis). OPTAT. 5, 7 p. 136, 21 (*syn.* famuli, ministri). ZACCH. 1, 32 iubentis imperiis consequens ... similitudo -antum (*syn.* ministros). COD. Theod. 12, 1, 96 pr. (*a. 383*) ne personae -antium facultate locupletes onera ... obscuritate nominis vilioris evadant. EVCHER. pass. Acaun. 8 basilicae -antium manibus illata. SALV. eccl. 2, 64 inter pauca -antium ministeria. *plur. i. q. subiecti*: HEGES. 2, 9 l. 100 nobilitas -antium (*opp.* victoris opes). ENNOD. opusc. 1, 24 p. 268, 5 -antum (*opp.* tyrannus). CASSIOD. var. 3, 49, 1 felicitas regnantis est -antes amare, quod expedit. **2** *adiective*: *de hominibus*: PAVL. NOL. epist. 18, 5 p. 132, 23 -antium viduarum (*sc. monacharum*). SIGISM. Alc. Avit. epist. 93 p. 101, 1 -antibus populis. *de bestiis*: FAVST. REI. epist. 5 p. 189, 9 Lazarus post linguas -antium canum susceptus manibus angelorum. *de rebus*: *i. q. ad famuli condicionem pertinens*: PAVL. NOL. carm. 6, 268 paruit auditis -anti mente Iohannes. 8, 17 quicunque hominum -antia corda iudicio regitis. MEROB. poet. 5 hiberni -antia foedera ... orbis (*i. hibernus orbis foedere iunctus Romanis, ita tamen, ut serviat*). ALC. AVIT. carm. 4, 192 angelicus ... chorus ... -antia suetus ferre ministeria.

adv. **famulanter**. NON. p. 111 -r pro suppliciter. GLOSS. famulant⟨er⟩ supplicant⟨er⟩. *i. q. humiliter*: ACC. trag. 642 deum ... adfare et -r pete. DRAC. laud. dei 2, 72 ut *caela eqs.* ... -r adorent (famulentur *B*). GREG. TVR. Franc. 9, 41 (*epist.*) -r saluto.

II famulo: **1** *transitive i. q. in servilem condicionem redigere*: **a** *active*: TERT. apol. 21 cum *Christus* ... elementa ipsa -ret compescens procellas *eqs.* (*at qui haec exscripsit* CYPR. idol. 13 cogeret sibi elementa -ari). adv. Hermog. 29 p. 158, 3 ut ... ex illa (*terra*) decerpam lignum fructuosum et ex illa animalia usui meo -em (*F*, -entur *rell.*). **b** *passive*: ITALA Rom. 6, 22 (Tert. resurr. 47 p. 96, 17) liberi facti a delinquentia, -ati autem deo (δουλωθέντες τῷ θεῷ codd. d g *et* VVLG. servi ... facti). TERT. apol. 39 parasiti affectant ad gloriam -andae libertatis sub auctoramento ventris ... saginandi. resurr. 47 p. 97, 24 quod ereptum est redimens, quod -atum est liberans, quod seductum est revocans. **2** *intransitive i. q. famulari*: IORD. Get. 115 imperatorum decretis ... -arunt (*alias dep.*). VEN. FORT. carm. 11, 7, 6 matri pietate benigna, quod minus impendi, tu -are velis (*alias dep.*). [*dub.*: SALV. gub. 4, 15 *servi* -are (*A*, -ari *cett. et edd.*) optant et fugere coguntur.]

deriv.: famulabundus, famulatio, famulatorius, famulatrix, famulatum, famulatus.

?**famulosus**, -a, -um. GLOSS. -us serviens (famul Oscis serviens *Graevius*). [CATO Gell. 9, 12, 7 etsi -us (*codd. Gell.*, famosus *Non. recte*) et suspiciosus fuisset.] *Ammann.*

famultas *v.* famulitas.

***famulus**, -ī *masc.*, ***famula**, -ae *fem. subst. et* **famulus**, -a, -um *adi.* [*i. q. osc. paelign.* famel '*famulus, servus*', *cf.* familia. *Th.*]. *de etymologia*: PAVL. FEST. p. 86 LYD. de mag. 1, 11. *formae notabiles*: **famel**: PAVL. FEST. p. 87 famuli origo ab Oscis dependet, apud quos servus -el nominabatur, unde et familia vocata. **famul**: ENN. ann. 313 mortalem summum Fortuna repente reddidit ⟨e⟩ summo regno ut -ul infimus esset (ut -ul optimus esset *trad. ap.* NON., *correctum e* LVCR. 3, 1035 Scipiades ... ossa dedit terrae proinde ac -ul infimus esset). MAR. VICTORIN. gramm. VI 56, 10. GLOSS. -ul famulus. famolus, famola *legitur passim in* INSCR. *velut* CORP. V 5417, 8. 5427, 9. XII 2085, 6 *al.* famulle: INSCR. Notiz. degli scavi 1901 p. 488 (*Romae*). famlus: CORP. V 5418, 1. *notatur* fam(ulus): CORP. V 5230. *de masculino et feminino*: GRAMM. suppl. 124, 25 sunt nomina, quae nec in totum fixa nec in totum mobilia, ut gal-lus gallina ... -us -a.

substantivum *masc.* **famulus**, -ī. *de formis: genet. plur.* -orum: CIC. rep. 2, 37 APVL. met. 6, 2 TERT. ieiun. 10 HIER. epist. 64, 7, 1 VVLG. *bis. al.* -um: VERG. Aen. 11, 34 VAL. FL. 1, 752. 3, 20. 282 STAT. silv. 3, 4, 57 Theb. 1, 554. 11, 327 ZACCH. 3, 10 p. 1166^B. *de notione*: HIER. in Tit. 1, 1 p. 688 puer ... hoc est παῖς, quia potest secundum Graecos et -um et filium significare. GLOSS. minister, servus. θεράπων, οἰκεῖος. III 275, 18 -us domus οἰκέτης. *de differentia quae est inter servum et famulum*: PS. CATO dist. 4, 44 cum -os fueris proprios mercatus in usus, et servos dicas, homines tamen esse memento. ISID. diff. 1, 525 inter servum et -um. servi sunt in bello capti ..., -i autem ex propriis familiis orti. DIFF. ed. Beck p. 56, 6. GLOSS. -us est unus ex familia, servus vero ex condicione servitutis. [*it. sept. vet.* fámelo. *M.-L.*]

I ***generatim***: *i. q. servus*: **A** *proprie*: ENN. ann. 156 prodinunt -i: tum candida lumina lucent. PLAVT. Asin. 184 volt placere sese amicae, volt mihi, volt pedisequae, volt -is, volt etiam ancillis (*cf.* OV. epist. 19, 77 subsequor ancillam furtim -umque). Cas. 951 quid nunc agam? nescio, nisi ut improbos -os imiter ac domo fugiam. Mil. 351 neque cuiquam quam illi in nostra meliust -o familia. Stich. 396 i intro, Pinacium, iube -os rem divinam mi apparent. TRAG. inc. 138 tela, -i, tela propere. sequitur me Thoas. ACC. carm. frg. 2 calones -ique metallique caculaeque. 3, 4 *Grai* exercent epulas laeti -osque procurant quisque suos; nostrisque itidem mos traditus illinc iste, ut cum dominis -i epulentur ibidem. LVCIL. 1055 neu qui te ignaro -i[s] subducere. CIC. rep. 2, 37 qui cum -orum in numero educatus ad epulas regis adsisteret. leg. 2, 19 feriis iurgia amovento easque in -is operibus patratis habento. 2, 27 neque ea quae a maioribus prodita est, cum dominis tum -is posita in fundi villaeque [in] conspectu religio Larum repudianda est. Tusc. 2, 48 hos quidem ut -os vinclis prope atque custodia, qui autem erunt firmiores ..., hos admonitu oportebit ut bonos milites revocatos dignitatem tueri. Lael. 55 parare quae parantur pecunia: equos -os vestem egregiam. off. 2, 24 ut eris in -os, si aliter teneri non possunt. CATVLL. 63, 52 ego quam misera relinquens, dominos ut herifugae -i solent. VERG. Aen. 1, 701 dant manibus -i (famulae *M P*) lymphas Cereremque canistris. 3, 329 (*Andromache loquitur*) me -o famulamque Heleno transmisit habendam. 5, 263. 8, 584. 11, 34 ibat ... circum omnis -umque manus Troianaque turba. HOR. carm. 3, 1, 36 huc frequens caementa demittit redemptor cum -is. 3, 17, 16 cras Genium mero curabis ... cum -is operum solutis. PROP. 3, 11, 30 quid modo quae nostris opprobria vexerit armis et -os inter femina trita suos? OV. ars 3, 695 -is canibusque relictis. epist. 14, 71 patrem -osque patris lucemque timebam. met. 3, 229 -os fugit ipse suos. 6, 649 comites -osque removit (STAT. silv. 3, 3, 178 Theb. 1, 554). 7, 806 nec mecum -os nec equos nec ... ire canes ... sinebam. 8, 635. 9, 183 solitus longos ferro resecare capillos viderat hoc -us. 14, 418 -i populusque per omnes discurrunt silvas. trist. 4, 10, 101 quid referam comitumque nefas -osque nocentes? SEN. Ag. 787 -i, attollite, refovete gelido latice. 800 hanc fida -i turba ... retinete. Herc. f. 430 sceptrone nostro -us est potior tibi? *eqs.* 450 -ine fuerant antequam fierent dei? 1074 par regi -oque venis (*cf.* Herc. O. 228 felix quisquis novit -um regemque pati). Herc O. 375 crinemque mitra pressit et -us stetit. Oed. 843 regnum obtinente Laio -us greges agitasti? Phaedr. 1105 errant per agros funebris -i manus. COLVM. 7, 12, 1 quis *cane* -us amantior domini? LVCAN. 2, 149 domini per viscera ferrum exegit -us. 4, 218 ut ... habeat -os nullo discrimine Caesar, exorandus erit? 5, 509 Caesar ... vix -is audenda parat. 10, 341. 520. TEST. porcelli p. 243 porcellus comprehenditur a -is. VAL. FL. 1, 447. 752 horruit ... -um clamore supremo maesta domus. 3, 282 -um matrumque dolor. SIL. 1, 66. 16, 455 -is florente iuventa huic datur *praemium certaminis*. STAT. silv. 2, 1, 58 accensum quis bile fera -isque tumentem leniet? 3, 4, 57 cessere priores deliciae -umque greges. MART. 1, 101, 5 ne ... ad Stygias -us descenderet umbras (*seq.* 10 dixit ad infernas liber iturus aquas). 9, 65, 5. APVL. met. 2, 31. 7, 13 procurrunt parentes affines clientes alumni -i. ITALA gen. 9, 25 (Aug. civ. 16, 1) maledictus Chanaan puer, [Jachmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-us (οἰκέτης, VVLG. servus) erit fratribus suis. exod. 7, 9 (Lugd.) palam Pharaonem et palam -is eius (θεραπόντων, VVLG. servis). deut. 29, 2 (Lugd.). 34, 11 (Lugd.) TERT. ieiun. 10. adv. Marc. 4, 14 p. 462 aspernamento habetur a nationibus, -is et magistratibus. LACT. inst. 4, 28, 8 non ... nobis odiosi videntur ii -i, qui assidui et frequentes ad obsequium fuerint. COD. Iust. 1, 13, 1 (*a. 316*). COD. Theod. 4, 7, 1, 1 (*a. 321*) cum *clerici* suis -is tribuunt libertatem. AVSON. 193, 12. 466, 4 Melanthium -orum Vlixis unum. AMM. 23, 6, 80 ministranti -o. VEG. mil. 2 praef. libellum de dilectu atque exercitatione tironum ... tamquam -us obtuli. HIER. epist. 53, 9, 3 Paulus ... pro fugitivo -o deprecatur. 64, 7, 1. VVLG. gen. 41, 12 puer Hebraeus, eiusdem ducis militum -us. lev. 25, 39 si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes servitute -orum, sed quasi mercennarius et colonus erit. I reg. 8, 15 det eunuchis et -is suis. AVG. civ. 7, 3 ab illo qui vitae et sensibus universaliter praesidet, his quasi -is ista carnalia commissa sunt. CLAVD. carm. min. 53, 119 deserta ... mansit regia Neptuni -is veneranda profundis (*i. Tritonibus sim.*). MACR. sat. 5, 3, 17. FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 139, 3 formam servi accipiens -o deus iungitur. DRAC. laud. dei 2, 480 caelestes (*sc. angeli*). CASSIOD. in psalm. 134, 9 illius ... -i dicimur cui consentanea mente servimus. CORP. III 14368[16] (*opus musivum*) Optatinus ⟨e⟩t Aurelia cum -is suis ... ⟨f(ecit)⟩. *de puero delicato*: STAT. silv. 2, 6, 10 -um gemis ... pium, sed amore fideque has meritum lacrimas, cui maior stemmate iuncto libertas ex mente fuit. 2, 6, 21. 3, 4, 38 nec te plebeia manebunt iura: Palatino -us deberis amori. *de bestiis*: CATVLL. 66, 57 ipsa suum Zephyritis eo -um (*struthocamelum, ut videtur*) legarat. MART. 14, 216, 1 *accipiter* praedo fuit volucrum: -us nunc aucupis idem. APVL. met. 8, 26 susceptum novicium -um (*sc. asinum*) trahebat ad domum. TERT. adv. Marc. 2, 4 p. 338 consulens homini, quo deo adhaereret, ne non tam liber quam abiectus videretur, aequandus -is suis, ceteris animalibus, solutis a deo et ex fastidio liberis. *nota de dis*: ACT. Arv. a. 183 II 2 -is divis verbeces duos. a. 224 l. 10 (*cf. Samter, PW. VI 1986*).

B *translate*: APVL. met. 5, 6 illi tuo -o Zephyro praecipe. TERT. adv. Hermog. 10 p. 137 aut -us erit mali deus aut amicus. adv. Marc. 2, 6 p. 341 homo ... aliorum dominus, sui -us. AVG. civ. 10, 6 corpus quo inferiore tamquam -o vel tamquam instrumento utitur anima (*cf.* gen. ad litt. 9, 11 p. 281, 4 BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 1 p. 137, 5). PRVD. c. Symm. 1, 343 *sol* -us subiectus agit quodcumque necesse est (*cf.* DRAC. laud. dei 1, 674 sol, oculus caeli, -us super astra Tonantis. SERM. Caspari Anecd. p. 321, 7). BOETH. mus. 1, 9 p. 196, 6 ut quasi oboediens quidam -usque sit sensus, iudex vero atque imperans ratio. *accedit dativus*: TERT. adv. Marc. 2, 6 p. 342 et malo sicut bono -us.

C *latiore sensu*: LVCAN. 8, 339 aversosque polos alienaque sidera quaeris, Chaldaeos culture focos et barbara sacra, Parthorum -us? (*fere i. q. addictus*). STAT. Theb. 8, 511 duris -us dum casibus omnes lustro vagus terras. CLAVD. 8, 74 per varium gemini scelus erupere tyranni tractibus assiduis: hunc saeva Britannia fudit, hunc sibi Germanus -um delegerat exul. *i. q. comes, aulensis*: SIL. 13, 886 *Hannibal* Assyrio -us regi (*cf.* 889 altera servitia). CORIPP. Ioh. 1, 101 quem primum maximus orbis imperialis apex -um rebusque fidelem tunc habuit lectum. 7, 219 -i ... magna laborant ... magistro, pellentes dubias exire in proelia turmas. Iust. 1, 225 properare fideles urguebat -os. 1, 227. 252. 3, 8. *i. q. subditus*: CLAVD. 24, 84 *Roma* non ... supplex ... ademptam legatis poscit Libyam -osve precatur ... suos. *de subdito qui domino militarem operam praestat*: IORD. Rom. 357 contra ultimum suum -um Vitalianum de Scythiam ... bellum extraxit. *i. q. obnoxius*: RVST. HELP. hist. testam. 8 *Adam et Eva* poenarum -i linquunt felicia regna.

II *speciatim famulus deorum*: **A** *i. q. sacerdos*: CIC. leg. 2, 22 praeter Idaeae matris -os eosque iustis diebus ne quis stipem cogito (MANIL. 4, 760 Idaeae matris). CATVLL. 63, 68 ego nunc deum ministra et Cybeles -a ferar? HOR. ars 239 custos -usque dei Silenus alumni. OV. met. 3, 574 hunc ... comitem -umque sacrorum cepimus. LIV. 37, 9, 9 fanatici Galli ... iussu se matris deum -os deae venire memorant. GERM. 38 Dictaeae ... deae -i Corybantes. VAL. FL. 3, 20 Dindyma sanguineis -um bacchata lacertis. 6, 642 hinc puero cognomen erat -umque ferebant Phasidis intonso nequiquam crine parentes. STAT. Theb. 6, 377 (*Apollo loquitur*) Peliacis hic cum famularer in arvis ..., tura dabat -o. 7, 692 -o (*i. Amphiarao*) decus addidit omne ... Apollo. 7, 771. MART. 9, 28, 10 Roma sui -um dum sciat esse Iovis. APVL. met. 6, 2. 11, 27. *sim. de bestiis*: VERG. Aen. 5, 95 *Aeneas* incertus, geniumne loci -umne parentis esse putet anguem (*genium Anchisae mortui, cf.* SERV. *ad l.*). OV. met. 8, 272 sus ... infestae -us vindexque Dianae. VAL. FL. 3, 458 angues, umbrarum -i. SIL. 6, 288 -um ... sororum Naiadum (*i. serpentem*).

B *apud Christianos: famulus dei, domini, Christi*: **1** *de prophetis*: ITALA Ier. 7, 25 (Tert. adv. Marc. 4, 31 p. 527) emisi omnes ad vos -os (δούλους, VVLG. servos) meos, prophetas. TERT. adv. Marc. 3, 3 p. 379 cum probaturus sim creatorem easdem virtutes ... interdum per -os suos retro edidisse, interdum per Christum suum edendas destinasse. 3, 24 p. 422. 4, 9 p. 442 ideo Christum negas creatoris, quia potentior fuerit -o creatoris, quia ad Helisei pusillitatem maior agnoscatur (4, 20 p. 484 *al.*). 4, 35 p. 539 dominus ... operetur per ... prophetas -os suos. VVLG Ios. 1, 13 Moyses -us domini. Ps. RVFIN. in Ioel 1, 1 munus imposuit -o suo doctor aeternus. DRAC. laud. dei 3, 217 *Daniel* dei -us. **2** *i. q. fidelis*: ITALA gen. 24, 44 (Aug. loc. hept. 1, 88 p. 520, 16) haec mulier est, quam paravit dominus -o suo (τῷ ἑαυτοῦ θεράποντι, VVLG. *aliter*). exod. 4, 10 (Aug. quaest. hept. 2, 7) ex quo coepisti loqui -o tuo (τῷ θεράποντί σου, VVLG. ad servum tuum). lev. 25, 55 (Tert. scorp. 2) filii Israel -i (οἰκέται, VVLG. servi) pueri mei. Is. 42, 19 (Tert. adv. Marc. 5, 17 excaecati sunt -i dei (οἱ δοῦλοι τοῦ θεοῦ, VVLG. servus domini). TERT. scorp. 11 *Christus* -os suos instruit. ARNOB. nat. 1, 31 da veniam, rex summe, tuos persequentibus -os. *passim apud* ECCL. OPTAT. 1, 16 p. 50, 20 ex -o dei factus est minister inimici (*cf.* MAXIMIN. c. Ambr. 114 nec vero respexisti ... ab antichristi ministro -os Christi ... iudicari non posse). 5, 7 p. 136, 24 se et ceteros ... Paulus -os cum humilitate fateatur. Ps. DAMAS. epigr. 77, 11 rite suis -is discet adesse deum. HIER. epist. 16, 1, 2 Paulus ... vinctos Christi -os ducebat ad concilium Iudaeorum. VVLG. III reg. 8, 25 nunc igitur, domine deus Israel, conserva -o tuo David patri meo quae locutus es ei. INSCR. Nuovo bull. crist. 10 (1904) p. 68 domini (INSCR. Röm. Quartalschrift 22 [1908] p. 104). PRVD. cath. 10, 19 hanc tu, deus optime, mortem -is abolere paratus. psych. 643 patrium -is aperire profundum. AVG. civ. 2, 19 tolerare Christi -i iubentur, sive sint reges sive principes *eqs.* DRAC. laud. dei 2, 429 Loth iustus -usque dei. CORP. XII 2073 hic requiescit in pace -us dei Vranius. XIII 23038 Vitalis -us di eremita. INSCR. christ. Hisp. 11 (*a. 544*) depositio Pauli -us (*sic*) dei. *passim in* INSCR. **3** *de monacho, presbytero*: RVFIN. hist. mon. 30 p. 457[A] ut praedixerat -us dei. EVGIPP. Sev. 16, 3 cur istic -o dei posito tuam credideras posse latere praesentiam? CORP. XIV 2210 hic requiescit -u⟨lus dei⟩ presbi(ter). CARM. epigr. 673, 4 cuius (*Christi*) ego in sacris -us vel in ordine rector officio levita fui. 1371, 6 *al.*

III *laxiore sensu, usurpatur ad humilitatem, obsequium designandum*: VVLG. gen. 44, 18 ne irascaris -o tuo. num. 32, 5 des nobis -is tuis eam *terram* in possessionem. I reg. 20, 8 fac ... misericordiam in servum tuum, quia foedus domini me -um tuum tecum inire fecisti. PAVL. NOL. carm. 12, 28 ut -is -os a puppi suggere ventos. EPIST. pontif. 591 (Felix III) 1 Thiel p. 223 conveniens fuit ut Vitalis et Miseni fratrum ... et -i vestri (*Zenonem imp. alloquitur*) Felicis ecclesiae defensoris ad vos ... legatio mitteretur. GREG. M. epist. 3, 61 *al.*

fem. *****famula,** -ae *f.* *de formis: abl. plur.* -is: OV. met. 14, 311 una ... e -is (*cf. dat.*: STAT. Theb. 12, 112). -bus (*cf.* GRAMM. suppl. 94, 1): VVLG. exod. 2, 5 (-is *Amiat.*) AVG. epist. 36, 4 GREG. TVR. Franc. 9, 13 ISID. in gen. 25 tit. fămula: CARM. epigr. 1846, 10. *de notione*: AVG. quaest. hept. 2, 78 p. 143, 6 -a, quam οἰκέτην Graeci vocant. GLOSS. θεράπαινα. [*loc. dub.*: FVLG. myth. 3, 6.]

I *generatim i. q. serva*: **A** *proprie*: LVCR. 4, 1176 miseram taetris se suffit odoribus ipsa, quam -ae longe fugitant furtimque cachinnant. VERG. Aen. 1, 703 quinquaginta intus -ae, quibus ordine longam cura penum struere et flammis adolere penates. 3, 329 *v. p. 266, 54.* 4, 391. 8, 411 -as ... ad lumina longo exercet penso. CIRIS 444 men alias inter -arum munere fungi. MORET. 91 clara -am poscit mortaria voce. PROP. 3, 15, 15 -am pensis oneravit iniquis. OV. epist. 3, 75 nos humiles -aeque tuae data pensa trahemus. 5, 121. met. 4, 5 festum celebrare sacerdos immunesque operum -as dominasque suorum pectora pelle tegi ... iusserat. 4, 35. 220. 223. 14, 260. 311 quod clam mihi rettulit una quattuor e -is ad talia sacra paratis. Ib. 391 Icaridos -ae. fast. 2, 743. 6, 481 quae dea sit, quare -as a limine templi arceat. SEN. Ag. 796 ne metue dominam -a. Herc. f. 100 incipite, -ae Ditis (*i. Furiae*). Herc. O. 279 Iovis ... fiet ex -a nurus. 354. 564 *vestis*, quae ... colu lassavit omnem ... -arum (-arem *A*, fabularum manus *E*) manum (Phaedr. 725). Phaedr. 387. 611 me vel sororem ... vel -am voca, -amque potius. 617 me -am accipe. OCTAVIA 103 meae subiecta -ae luce non grata fruor. 657 invisos intrare mihi thalamos -ae. CVRT. 3, 12, 25 matrem me et reginam vocas, sed ego me tuam -am esse confiteor. LVCAN. 2, 24 nec mater ... exigit ad saevos -arum bracchia planctus. 8, 63 fideles. VAL. FL. 2, 114. 4, 520 cur tenditis ... in -as saevire Iovis (*sc. Harpyias*). 6, 502 me ille (*Iason*) magistram sentiet et raptu -ae doluisse pudendo. STAT. Theb. 5, 498 me praedonum manus ... abripit et vestras -am transmittit in oras. 5, 687. 12, 112. Ach. 1, 958 *Achilles* ingentes -as captumque reversus Ilion ... promittit *Deidamiae*. APVL. met. 2, 6 Fotis -a petatur. 5, 2. 3 solas voces -as habebat. TERT. pudic. 20 de -ae concubitu. AVSON. 385, 10 cum stola matronis dempta teget -as. VVLG. gen. 12, 16 oves et boves et asini et *servi et -ae* (*cf.* deut. 12, 18 Esth. 7, 4. AVG. civ. 11, 16 plerumque carius comparetur equus quam servus, gemma quam -a). exod. 21, 7 si quis vendiderit filiam suam in -am. deut. 12, 12 *famuli et -ae* (*cf.* Ier. 34, 11. PRVD. psych. 56 famulos -asve dei. SACR. Leon. p. 339). I reg. 25, 41 ecce -a tua sit in ancillam, ut lavet pedes servorum domini mei. SIDON. carm. 5, 57 -a satus olim hic praedo. CARM. epigr. 1846, 10 nil tibi quod foedum, ... dum satis obsequeris, -a dicta viri. CORP. II 372. 2265, 6. VI 2254.

[*Jachmann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *translate: de rebus tam corporeis quam incorporeis*: CIC. Tusc. 1, 75 cum a re familiari, quae est ministra et -a corporis, ... sevocamus animum. 5, 2 sin autem virtus subiecta sub varios incertosque casus -a fortunae est. TERT. anim. 41 sequitur animam nubentem spiritui caro, ut dotale mancipium, et iam non animae -a sed spiritus (*cf.* resurr. 7 p. 36 caro, dum ministra et -a animae deputatur, consors et coheres invenitur). HIL. in psalm. 14, 6 cuius vita corporis -a sit. AVG. civ. 5, 20 tabulam ... verbis pingere, ubi voluptas in sella regali quasi ... regina considat, eique virtutes -ae subiciantur. 5, 24 suam potestatem ad dei cultum maxime dilatandum maiestati eius -am faciunt. *per prosopopoeiam*: SIL 2, 367 occumbam potius ne te, patria inclita, dedam aeternum -am.

II ***speciatim*** *famula deorum*: **A** *i. q. sacerdos*: CATVLL. 63, 90 illa (*Attis*) demens fugit in nemora fera: ibi semper omne vitae spatium -a *Cybebes* fuit. VERG. Aen. 11, 558 tibi hanc, ... Latonia virgo, ipse pater -am voveo. SEN. Ag. 255 veridici dei. VAL. FL. 7, 366 mox -ae (*i. Medeae*) monstrata seges, quae lampade Phoebes sub decima iuga feta metit. *sim. de bestiis*: SIL. 13, 124 numen erat iam cerva loci; -amque Dianae credebant. IVV. 14, 81 leporem aut capream -ae Iovis et generosae in saltu venantur aves. *de arbore*: VAL. FL. 1, 303 Dodonida quercum Chaoniique vides -am Iovis.

B *apud Christianos i. q. fidelis*: GAVDENT. serm. 17 p. 965ᴬ repperimus quasdam dei -as, monasterii sanctarum virginum dignissimas matres (PRVD. psych. 56. CASSIOD. var. 10, 26, 2 monasterium -arum dei. CORP. V 5419, 3. X 1351 CARM. epigr. 1446, 2. *passim in* INSCR.). PS. AMBR. laps. virg. 10, 51 require, *deus*, -am tuam *eqs.* AVG. bon. viduit. praef. Augustinus ... servus Christi ... religiosae -ae dei Iulianae ... salutem. MAR. MERC. Cael. 4, 3 Christi. CORP. III 3996 *al.* PASS. Theclae B 38 p. 108, 10.

III ***laxiore sensu***, *usurpatur ad humilitatem designandam*: VVLG. Ruth 3, 9 ego sum Ruth ancilla tua, expande pallium super -am tuam. I reg. 1, 11 domine exercituum, si respiciens videris afflictionem -ae tuae *eqs.* 25, 24 audi verba -ae tuae. *metonymice*: ALC. AVIT. epist. 83 p. 100, 4 quamquam istud -a vestra, prosapia mea, ... persolverit.

adiectivum (*omnia, quae praesto sunt, proponuntur exempla*): **I** *i. q. serviens*: **A** *de rebus, plerumque metonymice vel per prosopopoeian*: **1** *de rebus corporeis*: POMPON. Atell. 107 non erat qui corpus tremulum -a tutaret toga. OV. Pont. 2, 2, 80 nec dedignata est ... Illyris ... Caesareum -o vertice ferre pedem. fast. 1, 286 Germanice ..., tradiderat -as iam tibi Rhenus aquas (MART. 5, 3, 2 RVT. NAM. 1, 152). SIL. 3, 138 an Romana iuga et -as Carthaginis arces perpetiar? MART. 6, 76, 6 -um victrix possidet umbra *Fusci* nemus. 9, 1, 3 grande -i nomen asseret Rheni Germanicarum magna lux kalendarum. ITALA Rom. 6, 19 (Tert. resurr. 47 p. 96 pudic. 17) sicut exhibuistis membra vestra -a immunditiae (τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ, VVLG. membra vestra servire immunditiae [Tert. pudic. 17 m. v. famulari immunditiae]) et iniquitatis ad iniquitatem, ita et nunc exhibete membra vestra -a iustitiae (δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ, VVLG. servire iustitiae) in sanctificium. TERT. anim. 33 omnia -a sunt hominis, omnia subiecta, omnia mancipata. resurr. 5 p. 32 ut -a, iussu et imperio et sola vocali potestate universa processerant. AVSON. Mos. 360 te ... Celbis ... Erubris ... festinant -is quam primum allambere lymphis. PAVL. NOL. carm. 12, 28 ut famulis -os a puppi suggere ventos. ALC. AVIT. carm. 2, 79 vidit ... novos homines ... -o dominarier orbi. **2** *de rebus incorporeis*: CYPR. GALL. gen. 629 trepidus vates -o sermone poposcit. ANTH. 292, 4 *aper* posito -as furore temperat minas. PRVD. cath. 10, 166 -am tibi praecipe mentem genitali in sede sacrari. PAVL. NOL. carm. 16, 10 -ae ... munera linguae. epist. 23, 4 p. 161, 6 benedictio ... mihi erat sancta in nomine dei famulatio et in libertatis spiritu -a dilectio. FAVST. REI. grat. praef. p. 3, 19 qui oboedientiam -i laboris adiungit (grat. 1, 3 p. 15, 2 negat gratiae associandum -i laboris conatum). ALC. AVIT. epist. 76 p. 92, 9 cunctis ... semper amabilem, sed Cabillonensibus singularem -ae sollicitudinis litteras destinavi. carm. 1, 72 cui ... impendat -am longaevo in tempore vitam. ENNOD. dict. 16, 6 p. 473, 1 ne -a castitas hosti pretium fieret insultanti. *accedit dativus*: VIRG. gramm. epit. p. 67, 19 adverbium verbo quasi ex obliquo -um est.

B *de animantibus*: LVCAN. 10, 127 -ae numerus turbae populusque minister. 10, 405 duce sub -o iussuque satellitis irent. STAT. silv. 3, 4, 77 nec lege sinistra ferre timent -ae natorum pondera matres. CLAVD. rapt. Pros. 2, 13 it Venus ... iam Dite subacto ingenti -os Manes ductura triumpho. 3, 230 -ae longo post ordine Nymphae. carm. min. 18, 15 (*de mulis*) nec vinclis -ae nec libertate feroces, exutae laqueis sub dicione tamen. CLAVD. MAM. epist. 2 p. 203, 18 gens deliciis et divitiis serviens ignaviae et inscitiae -a. *de turba sim.*: SIL. 13, 360 immensi ... greges -ae ad convivia turbae. STAT. Theb. 11, 292 quid saeva fremis -amque cohortem respectas? silv. 4, 2, 39 -as ... ex ordine turmas. 5, 1, 21 -os lassare greges (MAR. VICTOR aleth. 3, 478). 5, 1, 158 nil -i coetus, nil ars operosa medentum auxiliata malis. *de gentibus, urbibus*: SIL. 1, 74 cum fugeret Dido -am Tyron (*sc. sub fratre tyranno*). CLAVD. 21, 383 quis ... caneret Fabium, si ... insultaret atrox -a Carthagine Maurus. carm. min. 30, 116 relictis sedibus Aurorae -as properatur ad urbes. *fort. huc pertinet*: CARM. de bell. Aeg. 19 haec mihi cum ⟨...⟩ plebes quoque ⟨...⟩ victrix vindicat ⟨... fa⟩mulam Roma⟨n⟩a ⟨p⟩ote⟨ntia⟩.

II *i. q. famuli vel famulae proprius, servilis*: OV. am. 2, 7, 21 Veneris -ae conubia liber inire. LVCAN. 4, 207 -as scelerata ad proelia dextras excitat. SIL. 10, 646 pro ... arce et sceptris ... vel -as armare manus (CLAVD. carm. min. 22, 17 PAVL. NOL. epist. 23, 4 p. 161, 15). CLAVD. 5, 386 nobis sperastis -as imponere posse catenas. *cf.* Famulus *nom. propr.* *Jachmann.*

fanagorium *v.* Phanag- *nom. propr.*

?**fanarius,** -a, -um. *in nomine herbae*: DIOSC. 4, 184 W. πτέρις .... Ῥωμαῖοι φίλις (*i. filix*) φανάρια (*an ea quae in fanis crescit? ῥανάρια coni. Wellmann*). *Mbr.*

fānāticus, -a, -um [*cf. c.* fanari, fanum. *Th.*]. *de etymologia*: GLOSS. II 579, 22 -us dicitur a fanatus. SERV. auct. georg. 1, 10 Cincius et Cassius aiunt ... aedes sacras 'faunas' primo appellatas postea fana dicta et ex eo ... -os dici. *cf.* SCHOL. Hor. ars 454 *infra l. 67.* GLOSS. V 198, 19 -i ... dicti ... a Fauno (198, 20. 199, 16. IV 516, 45). *notionem propriam 'ad fanum pertinens', fortasse ex etymologia deductam v. sub IV.* *de significatione*: GLOSS. ἱερατικός, ἱερόληπτος, ἱερόδουλος. templi minister. qui in templo divinat vel templi minister. in templo deserviens. qui in templo arguitur (ariolatur *Bücheler*). qui templum diu deserit (templo deservit *Götz dubitanter*). -i ministri templorum. *cf.* HIER. in Soph. 1, 6 *p. 271, 6.* *scribitur compendio* fanat. CORP. V 3925. *inde a* CIC.

I *strictiore sensu: ad cultum peregrinorum quorundam deorum, imprimis Bellonae, Magnae Matris, Cybeles, Isidis et Serapis pertinens*: **A** *adiect.*: **1** *de hominibus*: LIV. 37, 9, 9 -i Galli ... cum sollemni habitu ante portam occurrunt, iussu se matris deum famulos deae venire memorant. 39, 15, 9 (*de Bacchanalibus*) mares ... -i vigiliis (vigiles *codd.*), vino. IVV. 2, 112 crine senex -us albo sacrorum antistes *Cybeles.* **2** *de rebus*: LIV. 38, 18, 9 Galli Matris Magnae ... vaticinantes -o carmine. 39, 13, 12 *Bacchi sacris initiatos* cum iactatione -a corporis vaticinari. FLOR. epit. 3, 19, 4 Syrus quidam ... -o furore simulato ... Syriae deae comas iactat. VIB. SEQ. geogr. p. 148 Gallus *flumen* in Phrygia, unde qui bibit insanit more -o. *impersonaliter c. inf.*: QVINT. inst. 11, 3, 71 iactare id (*caput*) et comas excutientem rotare -um est. *fort. huc pertinet*: CORP. V 3924, 6 fanorum curatores ex pecunia -a faciundum curaverunt. 3925 de pecun(ia) fanat(ica) f. c. *sed cf. IV et Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.² p. 468 adn. 5.* **B** *subst.*: *sacerdos vel minister talium deorum, cf. l. 84 sqq.*: **1** *mascul.*: IVV. 4, 123 -us oestro percussus, Bellona, tuo divinat. FLOR. epit. 3, 19, 10 *pastor quidam* non minorem quam ille -us prior (*cf. supra l. 37*) conflavit exercitum. VLP. dig. 21, 1, 1, 9 (*ex Viviano*) si servus inter -os non semper caput iactaret et aliqua profatus esset (*cf. ibid.* quamvis aliquando quis circa fana bacchatus sit et responsa reddiderit). LAMPR. Heliog. 7, 2 *Heliogabalus* iactavit ... caput inter praecisos -os. VOPISC. Tac. 17, 1 -us quidam in templo Silvani tensis membris exclamavit: 'tacita purpura'. PRVD. perist. 10, 1061 cultrum in lacertos exerit -us (-os *A*) sectis Matrem bracchiis placat deam. apoth. 440 non spumat anhelus fata Sibyllinis -us edita libris (SCHOL. *ad l.* -us fani sacerdos). CORP. III 6681 C. Suettius Magnus -us. IV 2155 -i tres a pulvinar Synethaei. VI 490 ⟩elsinius Capitolinus ex aede Bellonaes Pulvine(n)sis -us. 2232 Q. Caelio Appollinari -o de aede Bellonae Pulvin(ensis). 2234 C. Cornelio Ianuario -o ab Isis Serapis ab aedem Bellone Rufiliae. 2235 Sev⟨...⟩ fanat⟨...⟩ ... ex vico Bellonae. **2** *femin.*: CORP. VI 32460 Nicae Pomponiae -ae monumentum.

II *latiore sensu: divino furore tactus, correptus; insaniens, furiosus*: **A** *adiect.*: **1** *de hominibus*: CIC. dom. 105 homo -e. div. 2, 118 isti philosophi superstitiosi et paene -i. TAC. hist. 2, 61 multitudinem. ann. 14, 30 muliebre et -um agmen. **2** *de rebus*: HOR. ars 454 error (PORPH. *ad l.* id est qui lymphatico agitantur. SCHOL. Hor. *ad l.* -um errorem pati dicuntur, qui a fanis (Fanis *i. Nymphis? cf. p. 271, 65*) percutiuntur, id est, qui lymphatico agitantur. SCHOL. Hor. Vind. *ad l.* -us error dicitur ille, qui evenit alicui propter aliquod peccatum, quod ipse commisit in templo. SCHOL. Hor. gloss. Γ -i dicuntur dementes, qui offensam deorum incurrentes eo, quod fana eorum violaverint, frenesim patiuntur). LIV. 4, 33, 2 multitudo ... velut -o ⟨furore *add. Cornelissen*⟩ instincta. **B** *subst.*: DIFF. Suet. p. 313, 2 fanum ... a fando, ut illi, qui futura videntur canere, -i dicuntur. SERV. auct. georg. 1, 10 qui futura praecinerent, -os dici. GLOSS. qui quasi accipit spiritum et dat (divinat?). -i, qui futura canunt. futura praecinentes. -i, qui futura praedicabant. *cf. fort.* V 500, 13 fanticus (*i.* -us *aut* fatidicus) mathematicus, qui quasi fata (sacra *codd.*) dicit. *nota*: GLOSS. II 261, 3 βωμολόχος ὁ πανοῦργος.

III *in sermone Christianorum (praeter* PRVD. *supra l. 52 et 53) modo i. q. daemoniacus, arrepticius (cf. I. II), modo generatim ad cultum deorum gentilium pertinens, gentilis*: **A** *subst.*: *sacerdos, fanorum cultor gentilis*: COMM.
[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nstr. 1, 37 tit. qui iudaeidiant -i (*cf.* v. 1 quid? medius Iudaeus, medius vis esse profanus [*i. gentilis*]). ARNOB. nat. 1, 24 haruspices has fabulas, coniectores, harioli, vates et nunquam non vani concinnavere -i. ZENO 5, 9 relatum . . . a -o . . . mysterium. AMBROSIAST. in I Cor. 2, 12 *per spiritum mundi* arripiuntur -i, qui sine deo sunt. HIER. in Soph. 1, 6 p. 679 idolorum sacerdotes non sacerdotes, sed τεμενίτας, id est aedituos vel -os appellavit. in Os. 6, 9 p. 66 sacerdotes Bethel, immo -i Bethaven . . . ponebant in itinere latrones. 7, 5 p. 72 'coeperunt principes furere a vino'. principes quasi temulentos et -os nescire, quid dicerent. in Is. 7, 12 p. 107 *Achar* idolorum cultor . . . pro Levitis habebat -os. PS. RVFIN. in Os. 12, 11 ad vilia -orum instituta descenderet atque idola. AVG. in psalm. 40, 1 audiunt *pagani* -os suos dicentes 'aliquando Christiani non erunt'. gen. ad litt. 12, 22 p. 413 ante prandium peractis sacrificiis agitatisque -is (*syn.* arrepticius). div. daem. 7, 11 qui *dei* in templis gentium colebantur . . . haec . . . per suos vates ac -os frequentare noluerunt. CASSIOD. var. 3, 52, 8 -um credis, quem tortuosis semitibus ambulare conspexeris. B *adiect.*: PAVL. NOL. carm. 25, 33 nec sit Christicolam -a pompa per urbem. GREG. TVR. Franc. 1, 31 senatores . . . -is erant tunc cultibus obligati (2, 10 Mart. 1, 2). Franc. 2, 27 *Chlodovecus* -is erroribus involutus. 5, 43 in pectore -o. ISID. eccl. off. 1, 41, 2 nonnulli *miseri homines, etiam fideles* . . . de -a adhuc consuetudine quibusdam ipso die observationum auguriis profanantur.

IV *proprio sensu 'ad fanum pertinens'*: MACR. sat. 3, 3, 3 *profanum esse*, quod extra -am causam sit. pecunia fanatica *v. sub I p. 270, 41 et 42.*

V *singulariter fere i. q. 'sacer'*: PAVL. FEST. p. 92 -a dicitur arbor fulmine icta.

adv. **fānāticē**. *in modum fanaticorum* (*cf. supra I*). APVL. met. 8, 27 *cinaedi* ab ingressu primo statim absonis ululatibus constrepentes -e provolant (per- *cod. cf. ea quae sequuntur*). *Bannier.*

fanculum *v.* faeniculum *p. 164, 14.*

fancuum (-ī *n.*) [*vocabulum oscum esse videtur. Th.*]. *notionis incertae, vix c.* famex *notione origineve coniunctum* [*fort. i. q. 'articulus', 'commissura'. Th.*]: INSCR. Bonner Jahrb. 116 (1907) 296 (*in devotione*, = CORP. I^2 n. 1614) pus olu solu (*i. 'ut illorum omnium'*) fancua recta sint. *cf. Bücheler l. l. et Rhein. Mus. 62 (1907) 557; Bréal, Mém. de la soc. ling. 15 (1908) 146.*

fandus *etc. v.* for(-ari).

?fane: GRAMM. suppl. 168, 10 *adverbia* demonstrandi, ut en . . . fane ecce. *v. etiam* fanus.

fanister NOT. Tir. 74, 54 (*inter* fanaticus *et* profanum) *quid sit nescimus. de stirpe cf.* fanum. *de terminatione* magister, minister *al.* *Mbr.*

fāno(r), -ārī (-āre) [*a* fanum, *cf.* fanaticus. *Th.*]. VARRO ling. 6, 54 hinc (*a* 'fanum') profanatum quid in sacrificio †ad quae Herculi decuma appellata ab eo est, quod sacrificio quodam -a[n]tur, id est ut fani lege sit. MAECEN. frg. Sen. epist. 114, 5 cervice lassa -antur nemoris tyranni (*i. 'cervi similesve ferae nemorales', Bücheler; sed rectius, ut videtur, 'Galli', Norden*). *cf.* GLOSS. II 579, 22 fanaticus dicitur a -atus.

fantasia *etc. v.* phant-. **fanticus** *v.* fanaticus *p. 270, 78.*

PAVL. FEST. p. 103, 8 hanula parva delubra, quasi **fānula** (*deminutive a* fanum).

***fānum**, -ī *n.* [*ex* *fasnom *factum esse videtur conferendumque c. osc.* fíísnú, *acc.* fíísnam *'fanum, templum', paelign.* fesn . . . *'fanum', umbr.* fesnaf-e *'in fanum (?)', c. ind.* dhiṣṇyah *epitheto deorum et c.* feriae, festus, hanulum, *fortasse c.* fas. *Th.*]. *de etymologia*: VARRO ling. 6, 54 hinc (*a* 'fando') -a nominata, quod (quae *cod.*) pontifices in sacrando fati sunt finem. *cf. l. 79.* PAVL. FEST. p. 88 -um a Fauno dictum (SERV. auct. *et* PROB. Verg. georg. 1, 10 ISID. orig. 15, 4, 8 DIFF. Suet. p. 313, 1 DIFF. gramm. VII 523, 28), sive a fando, quod dum pontifex dedicat, certa verba fatur (p. 93 -a, quod fando consecrantur. DIFF. Suet. p. 313, 1). MART. CAP. 2, 167 Nymphae . . . Fanae (*cf. p. 270, 68*), a quibus -a dicta, quod soleant divinare. *de significatione*: GLOSS. ἱερόν, ἱερὸν τὸ ἐν ἄλσει, ναός, τέμενος, templum, templum delubrum, templum vel candelabrum (*i.* φανόν). *cf.* IV 437, 41 delubra -a templa. *cf.* HESYCH. φάτριν· τόπον, ὕπαιθρον, ἐρείπιον, φᾶνα. *cf. praeterea p. 272, 24 sqq. et Samter, PW. VI 1995 sqq.* *de genere et formis*: *affertur inter neutra* GRAMM. suppl. 41, 22. *masculine* fanus, -ī: ITALA Mich. 5, 13 (Weing.) Ioh. 2, 19 (Ps. Cypr. mont. 4) BAVDON. 2 (*bis*). *genet. prisc.* -ei: LEX vic. Furf. (Corp. I^2 2 n. 756) 16. fanum: INSCR. christ. Rossi II 145, 4, 10. *notatur in titulis*: f(ani): CORP. XII 2807. 3061 (*cf. add.*). fan(i): CORP. IX 3520. fanor(um): CORP. IX 4891. 4896.

I ***proprie:*** *locus olim sub divo situs et tantum ara, postea etiam templo consecratus cf.* LIV. 10, 37, 15 *Fabius scribit* in . . . ea pugna Iovis Statoris aedem votam . . . sed -um tantum, id est locus templo effatus, [sacratus] fuerat. PS. ASCON. Verr. p. 237, 13 St. -um religiosissimum templum, unde fata petuntur. HIER. in Ezech. 6, 6/7 p. 68 τεμένη, id est -a atque delubra. *cf.* GLOSS. *supra l. 66.* *apud Christianos plerumque cum nota abominationis sacrum gentilium* (*opp.* templum, ecclesia) *cf.* COMM. instr. 1, 1, 5 ego . . . erravi tempore multo -a prosequendo. 1, 24, 13 exis inde (*e synagoga*) foris, iterum tu -a requiris. 1, 37, 22 in totum erratis, si deum et -a colatis. AMBR. epist. 40, 16 vindicabitur . . . Valentinianorum -um incensum? quid est enim nisi -um, in quo est conventus gentilium? HIER. adv. Iovin. 1, 10 non templa dei viventis, sed -a et idola mortuorum. in Ezech. 8, 10 p. 86 -isque gentilium. SVLP. SEV. Mart. 13, 1 cum in vico quodam templum antiquissimum diruisset et arborem pinum, quae -o erat proxima, esset aggressus excidere. 13, 9 ubi -a destruxerat, statim ibi aut ecclesias aut monasteria construebat (GREG. TVR. Franc. 1, 39). 14, 1. 15, 4. COD. Theod. 16, 10, 12 (*a. 392*) in templis -isve publicis . . . sacrificandi genus exercere. 16, 10, 19, 1 (*a. 407*) si qua *simulacra* etiamnunc in templis -isque consistunt. 16, 10, 25 (*a. 435*) cunctaque eorum (*paganorum*) -a templa delubra, si qua etiam nunc restant integra . . . destrui . . . praecipimus. SEDVL. carm. pasch. 1, 47 quid -a profana *coli* proderit. ENNOD. opusc. 2, 129 *urbem Romam* dei summi templa repudiatis -orum cultibus et novae lucis nitore gaudentem fecerunt. GREG. M. epist. 11, 37 *ad Adilbertum regem Anglorum*: -orum aedificia everte. 11, 56 quia -a idolorum destrui in eadem gente minime debeant, sed ipsa, quae in eis sunt idola destruantur. GREG. TVR. Franc. 4, 48 de -is ad ecclesias sunt conversi. GLOSS. IV 237, 12 -a illicita sacrificia. *al.* *enumeratur saepius cum aliis rebus, ut* POMPON. Atell. 37 balnea, forus, macellus, -a, portus, porticus. CIC. fin. 1, 69 loca . . . -a . . . urbes . . . gymnasia . . . campum . . . . off. 1, 53 forum, -a, porticus, viae. LEX Vrson. (Corp. I^2 594) 128 -a, templa, delubra (FRONTO p. 66. MAR. VICTORIN. defin. p. 22, 9 -a . . . templa . . . delubra. COD. Theod. 16, 10, 25). CIC. Att. 5, 21, 7 statuas, -a, τέθριππα. LVCR. 5, 75 -a, lacus, lucos, aras simulacraque divom. LIV. 5, 49, 3 -a . . . coniuges . . . liberos . . . sŏlum patriae. VITR. 7, 5, 2 portus, promunturia, litora, . . . -a, luci, montes . . . . PAVL. FEST. p. 138 PAVL. sent. 5, 23, 16 TREB. Claud. 3, 7 COD. Theod. 16, 10, 12, 3 DRAC. Romul. 5, 42. *cf.* DIFF. Suet. p. 313, 1 DIFF. gramm. VII 523, 28.

A *pro subiecto*: **1** -um est: **a** *cum attributis et cum genetivo, imprimis deorum vel dearum*: PLAVT. Curc. 14 hoc Aesculapi -um est (Rud. 61 id hic est Veneris -um. 284. 822. *cf.* CORP. XI 6731, 3 [*in lapide calcario*] -um Vener(is)). CATO orig. 1, 24 quod Termino -um fuit. *ibid.* -a in eo loco compluria fuere. VARRO ling. 5, 42 Saturni -um in faucibus. CIC. inv. 2, 95 erat in eo portu -um Dianae. Verr. 2, 54 Pergae -um antiquissimum et sanctissimum Dianae . . . esse. 5, 96 -um eius (*Chrysae*) est in agro. 5, 97 Matris Magnae -um apud Enguinos est. 5, 103 ab eo oppido (*Melita*) non longe in promunturio -um est Iunonis antiquum. 5, 119 in ea parte Fortunae -um antiquum fuit. nat. deor. 3, 46 *Eumenidum* Athenis -um est. div. 1, 96 *Pasiphaae -um* est in agro propter urbem. NEP. Paus. 4, 4 -um Neptuni est Taenari. LIV. 29, 18, 3 -um est apud nos Proserpinae. 38, 13, 1 VITR. 2, 8, 11 (*bis*). 2, 8, 13 PAVL. FEST. p. 283. VAL. MAX. 2, 6, 15 Siccae . . . -um est Veneris, in quod se matronae conferebant. MELA 1, 88. 2, 40. 46. 48 PLIN. nat. 5, 116. MART. 3, 47, 4 qua pusilli fervet Herculis -um. FRONTO p. 66, 27 N. AMPEL. 8, 4 in summo monte -um est Apollinis. 8, 8. 16. APVL. flor. 15 p. 51 id -um . . . viginti haud amplius stadia oppido abest. AVIEN. ora 242 iugum inde rursus et sacrum Infernae deae divesque -um. SCHOL. Hor. sat. 1, 5, 24. AVG. civ. 21, 6 p. 498 D. in . . . litteras est relatum fuisse vel esse quoddam Veneris -um. BAVDON. 2 -us . . . quantum miliario uno proximus erat. *nota*: CIC. Verr. 5, 111 urbs illa *Henna* non urbs videtur, sed -um Cereris esse.

b *cum nomine vel adiectivo praedicati loco posito*: CIC. Verr. 5, 103 *-um Iunonis* tanta religione semper fuit, ut . . . semper inviolatum sanctumque fuerit. Manil. 65 quod . . . -um putatis in illis terris nostris magistratibus religiosum . . . fuisse? prov. 7 quod -um in Achaia . . . tam sanctum fuit, in quo ullum simulacrum . . . reliquum sit? off. 1, 53 multa . . . sunt civibus inter se communia forum, -a, porticus, viae. LIV. 1, 45, 2 iam tum erat inclitum Dianae Ephesiae -um. **2** *cum aliis verbis*: PLAVT. Poen. 1180 haud sordere visust festus dies Venus nec tuom -um. CIC. har. resp. 29 -um antiquitate religionis carere. Pis. 85 dubitabat nemo, quin . . . -a vexata hanc . . . efficerent vastitatem (*sc. morbum militum*). HOR. carm. 4, 4, 48 -a deos habuere rectos. PROP. 2, 19, 10 illic te nulli poterunt corrumpere ludi -aque peccatis plurima causa tuis. OV. Pont. 3, 1, 132 non omni tempore -a patent. IVV. 12, 27 *rem* votiva testantur -a tabella. VOPISC. Aurelian. 41, 11 omnia in urbe -a eius (*Aureliani*) micant donis. AVG. civ. 3, 31 p. 143 D. -a renidebant.

B *pro obiecto*: *obi. pendet a verbis quibus significantur*: **1** *aedificatio, refectio, restitutio*: ENN. scaen. 347 o terra Thraeca, ubi Liberi -um inclutum Maro locavit. HEMINA hist. 11 -um fecerunt *Remus et Romulus* laribus Grundilibus (CIC. leg. 2, 28 Att. 12, 36, 1 LIV. 1, 45, 2. VITR. 10, 2, 15 ex marmore. AMPEL. 2, 1 IVST. 8, 3, 8 VVLG. III reg. 12, 31 IV reg. 23, 19 AVG. civ. 3, 25 p. 137 D.). VARRO ling. 5, 112 constituta (VITR. 1, 2, 7 LACT. inst. 1, 22, 21 AVR. VICT. Caes. 35, 7 CORP. III 1005). CIC. rep. 3, 15 reficienda (NEP. Timol. 3, 2 CORP. V 4007, 3). Att. 12, 9, 1 absolutum. LIV. 5, 50, 1 restituerentur (CORP. XIV 4001. XIII 3563 a fundamentis). VITR. 1, 7, 1 collocari. 4, 1, 5 aedificare (*fort.* 4, 1, 3 ITALA Ioh. 2, 19 (Ps. Cypr. mont. 4) VVLG. III reg. 11, 7). CORP. III 7118 (*a. 5 a. Chr.*) muro muniendum. APVL. met. 6, 3 -um sollerti fabrica structum. [*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

LACT. inst. 1, 22, 22 creari (epit. 19, 4). epit. 19, 4 posuisse (CORP. XIII 1449). CORP. V 308 *et* 309 Q. Caesius . . . perfecit. 4985, 5 Matri deum Numisius . . . -um ampliavit. VIII 12272 -um dei Mercurii . . . restauravit. 2 *votum, dedicatio, sacratio*: CATO orig. 1, 24 -*a* exauguravit . . . *Termini -um* nequitum exaugurari (LIV. 1, 55, 2). VARRO ling. 6, 17 *Servius Tullius* -um Fortis Fortunae secundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit Iunio mense (TERT. nat. 1, 10 Ps. AVR. VICT. orig. 5, 3 CORP. V 308. 309). LIV. 1, 27, 7 Tullus . . . vovit . . . -a . . . Pallori ac Pavori (1, 55, 2 TERT. nat. 1, 10). 1, 55, 2 consecrata inaugurataque. PLIN. nat. 2, 16 dicatum. TAC. ann. 15, 41 *aram -um* praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat (AVR. VICT. Caes. 40, 26). TERT. nat. 1, 10 senatus probasset. 3 *cultus*: CIC. Verr. 3, 52 adisti (MIN. FEL. 24, 3 AVIEN. ora 367). Verr. 4, 9 -a spoliis hostium ornasse (VVLG. II par. 24, 7 AVR. VICT. Caes. 35, 7. *cf.* LIV. 43, 4, 7 tabulis . . . pictis ex praeda -um Aesculapii exornavit *Lucretius*). fin. 1, 69 adamare. nat. deor. 3, 47 circumimus in agro Ardeati. OV. fast. 5, 485 -a . . . veteres illis clausere diebus, ut nunc ferali tempore operta vides. SVET. Iul. 54, 2 donis referta. COMM. instr. 1 praef. 5 erravi tempore multo -a prosequendo. 1, 21, 6 putas ut isti *dei* te salvent seu regant, seu minuant, nisi quid tu -i decurris. 1, 24, 13 requiris. 1, 37, 22 colatis (SEDVL. carm. pasch. 1, 47 op. pasch. 1, 1 p. 178 CARM. epigr. 525, 1 BAVDON. 2). VVLG. iud. 9, 27 ingressi sunt -um dei sui (9, 46). 4 *violentia in -a*: ENN. scaen. 90 -a flamma deflagrata. CIC. div. in Caec. 11 spoliasse (Verr. 2, 9. 46. 52. 54. 4, 6. 5, 101 Sull. 71 dom. 140 nat. deor. 1, 82 SALL. Catil. 51, 9 NEP. Ages. 4, 8 VAL. MAX. 1, 1 ext. 3). Verr. 1, 11 depeculatus (π *Schol. Gron. ad l. cf.* fin. 3, 32; depopulatus *D* Ψ *cf.* Verr. 2, 48). Verr. 2, 54 nudatum (6, 184). 3, 52 eversum atque extersum. 5, 30 expilasse (nat. deor. 3, 83 off. 3, 90 SVET. Iul. 54, 2). Verr. 5, 104 vexata (Pis. 85). 5, 139 direpta (Manil. 23 Pis. 85 CAPITOL. Maximin. 19, 4 SCHOL. Cic. Gron. A p. 345, 23 St. SVLP. SEV. chron. 2, 22, 5). Verr. 6, 185 compilavit (nat. deor. 1, 86 PHAEDR. app. 13, 6). rep. 3, 14 inflammari. 3, 15 poenire. NEP. Paus. 4, 4 violari. Timol. 3, 2 detecta (deserta *codd.*). HOR. carm. 4, 4, 48 vastata Poenorum tumultu -a. ITALA Ioh. 2, 19 (Ps. Cypr. mont. 4) destringite -um istum (λύσατε τὸν ναόν; VVLG. solvite templum). TAC. ann. 15, 41 *ara -umque* exusta (AMM. 22, 13, 1. BAVDON. 2 antequam . . . -us perureretur). LACT. mort. pers. 12, 5 *praetoriani* -um . . . solo adaequarunt (VVLG. II Macc. 14, 33 dei -um [σηκόν] in planitiem deducam). AMM. 23, 6, 24 incensa civitate milites -um scrutantes. AMBR. epist. 40, 16 Valentinianorum -um incensum (VVLG. I Macc. 5, 44 succendit igni). VVLG. IV reg. 23, 19 -a . . . abstulit Iosias (II par. 14, 5). SVLP. SEV. Mart. 13, 9 destruxerat *Martinus* (15, 4 COD. Theod. 16, 10, 25 ALC. AVIT. hom. 20 tit. GREG. M. epist. 11, 56 SERM. Caspari Anecd. p. 222, 8). *cf.* CORP. XIV 4001 -um Bonae deae vetustate dirutum. 5 *contemptus, neglectio*: PLAVT. Rud. 697 *scelesti* tuom fecerunt -um parvi. CIC. fin. 2, 63 contemneret. HOR. epod. 16, 19 habitanda -a apris reliquit et . . . lupis *Phocaeorum civitas*. PROP. 2, 6, 35 velavit aranea -um. IVV. 9, 22 scelerare (*P*, celebrare *rell.*). PAVL. sent. 5, 23, 16 qui . . . -um . . . polluerint. APVL. met. 6, 1 neglegere. apol. 56 si -um aliquod praetereat, nefas habet. COMM. instr. 1, 35, 19 daemonum -*e* (fata *codd.*) vitate. PANEG. 4 (9), 9, 4 ne -a . . . labes . . . deformet. INSCR. christ. Rossi II 145, 4, 10 tegit blattea palla -um. 6 *variae res*: PLAVT. Aul. 620 perscrutabor -um, si inveniam uspiam aurum. Curc. 204 audio aedituum aperire -um. Rud. 140 -a ventris causa circumis. 254 viden . . . -um . . . hoc? (CIC. nat. deor. 3, 63 IVV. 10, 290). CIC. har. resp. 28 qui . . . Brogitaro Gallograeco . . . -um vendideris (Sest. 56). div. 1, 54 -um illud Indicis Herculis nominatum est. VARRO Non. p. 44, 2 quod nunquam -um . . . clauderetur. PROP. 4, 9, 34 *Hercules ad nymphas*: pandite defessis hospita -a (vana *codd.*) viris (viis *codd.*). LIV. 5, 49, 3 recuperare patriam . . . in conspectu habentis -a deum et coniuges et liberos et solum patriae. FEST. p. 351 sistere -a cum in urbe condenda dicitur, significat loca in oppido futurorum constituere. quod Antistius Labeo ait . . . -a sistere esse lectisternia certis locis et dis habere (*cf. Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.*[2] *p. 422 adn. 1*). SEN. apocol. 6 *Febris* -o suo relicto sola cum illo (*Claudio*) venerat. TERT. nat. 2, 9 Sanctus . . . a rege Plotio -um consecutus. VIR. ill. 22, 3 anguis . . . Aesculapii -um petiit. 7 *situs*: MELA 1, 100 *sinus* Olbianos in promunturio fert Neptuni -um. PLIN. nat. 2, 210 celebre -um habet Veneris Paphos. APVL. flor. 15 p. 50 *Samos habet* -um Iunonis. AVIEN. orb. terr. 992 urbs Ephesus tetricae sustollit -a Dianae.

C *dativus*: PLAVT. Rud. 331 villam Veneris *proximam* (SVLP. SEV. Mart. 13, 1) -o. CIC. div. 2, 81 cum *Brennus* -o Apollinis Delphici nefarium bellum intulisset. Att. 12, 37, 4 si locum -o dederis. VARRO ling. 6, 54 profanum quod est ante -um coniunctum -o. OV. fast. 4, 756 agresti -o supposuisse pecus. SIL. 3, 669 stat -o vicina . . . lympha. APVL. Socr. 15 p. 153 *daemones* praediti (*i. praefecti*) -is. MIN. FEL. 6, 3 caerimoniis atque -is tantum sanctitatis tribuere . . . quantum. SVLP. SEV. Mart. 14, 1 cum . . . -o . . . ignem immisisset. CORP. VI 844 M. Plaetorius . . . M. Anicius . . . magistri -o contermini.

D *genetivus*: 1 *pendens ab* esse: LEX vic. Furf. (Corp. I[2] 2 n. 756) 16 sei quei ad huc templum rem deivinam fecerit . . . pelleis coria -ei sunto. 2 *pendens a substantivo*: a *incorporeae rei*: QVADRIG. hist. 2 sanctitudo. CIC. inv. 2, 1 religionem (Verr. 2, 46. 5, 96. 110. 111 LIV. 45, 4, 3 FEST. p. 253). Verr. 2, 7 caerimoniae. 2, 46 antiquitas. div. 2, 86 pulchritudo et vetustas. Att. 12, 35 nomine (SEN. benef. 7, 7, 3). SIL. 3, 17 origine (13, 86). CORP. XII 5370 reditu. b *actionis*: CIC. Verr. 2, 50 expugnatio (expilatio *Koch*). 3, 18 spoliationes (5, 102. 132). 4, 23 expilationibus, *cf. supra l. 6.* 5, 98 ornatum. Phil. 11, 6 direptione. VITR. 1, 3, 1 collocatio. ARNOB. nat. 1, 41 consecratione. c *fani partium, rerum sim.*: CIC. Verr. 4, 9 ornamentis (5, 97. 126 Manil. 66 LACT. inst. 2, 4, 27 Ps. RVFIN. in Os. 8, 4). 5, 97 decora. 6, 186 monumenta. leg. 2, 45 instrumenta. GELL. 7, 2, 13 asylum. LACT. inst. 2, 4, 27 simulacris. APVL met. 9, 10 donarium. ARNOB. nat. 4, 9 limina. AMM. 22, 8, 34 parietibus. VVLG. II Macc. 1, 15 ambitum. GREG. M. epist. 11, 37 aedificia. d *hominum*: α *magistratuum, servorum*: PLAVT. Rud. 284 sacerdos (NEP. Lys. 3, 3 SCHOL. Prud. apoth. 440). CIC. Verr. 5, 94 custodibus. 5, 99 antistitae (*cf.* LIV. 1; 45, 5 antistitem. FEST. p. 229). VARRO ling. 8, 83 servi (*cf.* CORP. II 3039 [*Compluti, periit*] Caecil(ius) Caecilianus -i (libertus)). CORP. V 3924 curatores (IX 3523. XIV 3544. 3599. 3601. 3609 *al.*). IX 4891 C. Abelasi . . . VIII vir(i iterum) -or(um) (4896) X 3918 Q. Peticio . . . mag(istro) -i Dianae (3924. 4620. XII 2807). β *aliorum*: APVL. met. 11, 26 eram . . . -i . . . advena. TERT. anim. 49 heroem . . . incubatores -i sui visionibus privantem. CORP. XII 3061 *add* T. Savinis ornatr(ix) ⟨-i⟩. 3 *pendens ab adiectivo*: CIC. har. resp. 28 refertam urbem atque Italiam -orum. 4 *pendens a verbo*: VARRO ling. 6, 54 cum profan⟨at⟩um dicitur, id est proinde, ut sit -i factum.

E *ablativus*: 1 *loci*: VARRO ling. 6, 54 olim -o consumebatur omne quod profanum erat. frg. Non. p. 547, 20 lepistae . . . Sabinorum -is pauperioribus . . . aut fictiles sunt aut aeneae. TIB. 2, 4, 23 suspensa sacris insignia -is. OV. fast. 6, 659 cantabat -is . . . tibia. 2 *instrum.*: TREB. Claud. 3, 7 si quidem omnes ordines, omnis aetas, omnis civitas . . . -is . . . principem . . . honoraverit. MART. CAP. 6, 651 mons Pindus Dryopesque Molossique Dodonaei Iovis -o inclyto celebrati.

F *pendet a praepositionibus*: 1 *c. accusativo*: a *loci*: α *quo*: in: PLAVT. Aul. 583 ut ted auferam, aula, in Fidei -um. Rud. 128 in -um Veneris qui mulierculas duas secum adduxit. 386 i . . . in Veneris -um huc intro. 454 fugere in -um. 570 rumpam . . . huc in Veneris -um. 586 abeo. 622 currite. 1286 nunc alteram illam, quae mea est, visam huc in Veneris -um. CIC. Tusc. 1, 113 sacerdos advecta in -um. nat. deor. 3, 83 venisset (CAES. civ. 3, 33, 1). 3, 84 referret. FEST. frg. p. 278, 21 (?). LACT. inst. 4, 27, 12 ducamus hunc . . . in Aesculapi vel Apollinis -um. ad: PLAVT. Rud. 94 huc ad Veneris -um venio visere (271. 308). VARRO Men. 115 deos . . . derepere ad hominum -a. CIC. Verr. 5, 95 ad -um ex urbe tota concurritur. Tusc. 1, 113 curru vehi . . . ab oppido ad -um. Att. 12, 41, 4 redeo ad -um. LIV. 1, 45, 6 Sabinus . . . bovem . . . deducit ad -um Dianae. 4, 23, 5 ut ad Voltumnae -um indiceretur omni Etruriae concilium. VITR. 10, 2, 11 scapos columnarum e lapidicinis . . . deportare . . . Ephesi ad Dianae -um. 10, 2, 12 non . . . plus sunt ab lapidicinis ad -um milia passuum octo. GAIVS inst. 1, 53 *servi* ad -a deorum . . . confugiunt. APVL. met. 11, 16 *sacrorum geruli* alacres ad -um reditum capessunt. AVIEN. ora 437 -umque ad usque Veneris . . . litus recumbit. VVLG. I Macc. 5, 43 fugerunt ad -um. Ps. RVFIN. in Am. 1, 6—8 qui . . . arcam testamenti . . . ad -um idoli . . . transtulerunt. β *ubi*: PLAVT. Rud. 865 me . . . praesto fore apud Veneris -um. CIC. Att. 15, 15, 3 quodque ex istis fructuosis rebus receptum est, id ego ad illud -um sepositum putabam. LVCR. 6, 848 esse apud Hammonis -um fons. VARRO ling. 6, 54 profanum, quod est ante -um coniunctum -o (ante *pro adverbio accipit deleto* 'est' *Wissowa, Rel. u. Kult. d. Röm.*[2] *p. 468 adn. 5*). HOR. epist. 1, 10, 49 haec tibi dictabam post -um putre Vacunae. LIV. 1, 30, 5 ad Feroniae -um . . . negotiatores Romanos comprehensos. 4, 25, 7 consilia ad movenda bella . . . ad -um Voltumnae agitata. 4, 41, 8 consul via Labicana ad -um Quietis erat. 4, 61, 2 Etruscorum concilium ad -um Voltumnae . . . habitum (5, 17, 6). 6, 2, 2 coniurationem de bello ad -um Voltumnae factam. 24, 23, 1 dimissi ex contione . . . circa -a omnia deum supplicaverunt. 40, 51, 6 *Fulvius locavit porticum* ad -um Herculis. 42, 30, 8 cum *consules* circa omnia -a . . . maioribus hostiis immolassent. VITR. 5, 9, 1 Athenis porticus Eumeniae *sunt* ad theatrum Patrisque Liberi -um. FRONTO p. 213, 13 N. si *sacerdos* apud -um desertum et avium sacrificet. VLP. dig. 21, 1, 1, 10 quamvis aliquando quis circa -a bacchatus sit (*bis*). TERT. nat. 2, 9 *arae* adventiciorum *deorum* ad -um Carnae. VVLG. deut. 3, 29 mansimusque in valle contra -um Phogor (4, 46). b *causae, finis*: LEX Vrson. (Corp. I[2] 594) 128 mag(istri) ad -a . . . suo quoque anno fiant. VVLG. III reg. 13, 32 contra omnia -a excelsorum *veniet sermo*. 2 *cum ablativo*: in: PLAVT. Aul. 615 *aurum* in . . . -o est situm. 617 aulam onustam abstrusisse . . . intus in -o Fide. Curc. 62 *leno* aegrotus incubat in Aesculapi -o. 527 in -o supplicare. Rud. 560 duae mulierculae hic in -o Veneris signum flentes amplexae tenent. 564 *mulieres* hic in -o Veneris *sunt* (CAEL. hist. 54 CIC. Verr. 5, 109 leg. 2, 26 div. 1, 48 LIV. 42, 30, 8 SPART. Hadr. 25, 2). 613 quid hic

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de animantibus et rebus: *aliquid*: CATVLL. 7, 12 nec *basia* mala -are lingua possit. VERG. ecl. 3, 103 nescio quis teneros oculus mihi -at agnos. MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 1 intellegentiam. SYMM. epist. 1, 48 quietem. EVTYCH. Leo M. epist. 21, 1 studium nostrum. CASSIOD. hist. 7, 2 p. 1064^A librum. *aliquem* (*homines et bestias*): ROMAN. Char. gramm. I 212, 12 ne puella -etur. TERT. carn. 2 puerum. ITALA deut. 28, 54 (Lugd.) oculo fratrem et mulierem *et* 28, 56 (Wirc.) oculo suo virum *eqs.* (βασκανεῖ, VVLG. invidebit. AVG. loc. hept. 5, 62 mollis in te et tenera valde -bit oculo suo fratrem suum *confusis versibus ambobus*). CHIRON 497 -ato *iumento* ... infunde per nares bitumen *eqs.* 988 si quod iumentum -atum fuerit. fit autem hoc ex indigestione sive motione. quodcumque movere voles ita -atus est (VEG. mulom. 2, 138 animal). AMBROSIAST. in Gal. 3, 1 omnis ... qui -atur de bono transit ad malum (*cf.* ACT. Archel. 58 quisnam ... te, o stulte Galata, -vit?). DAMIG. lapid. 33 *qui lapidem galactitem* portat, numquam -bitur. *fort.* SEN. contr. 2, 4, 13 Maecenas innuit Latroni -are Caesarem (*sc. adoptaturum filios Agrippae*). *absolute*: PLIN. nat. 13, 40 *lignum pomorum palmarum* limarum dente contra -antes religione politum. SCHOL. Pers. 2, 34 urentes (*sc. oculos*) -antes inhibere perita *avia aut matertera*, id est prohibere, ne -ent. HIER. in Gal. 3, 1 *v. supra l. 16.* PS. PRIMAS. in Gal. p. 590^A. *seq. inf.*: VVLG. Gal. 3, 1 quis vos -vit non obedire veritati? (ἐβάσκανεν).

deriv.: fascinatio, fascinator, fascinatorius.

2. GLOSS. **fascinat** gravat, -ant gravant *fortasse conferendum c.* fascis *II*, fascina; *cf.* GLOSS. V 455, 55 fascinatus honoratus (*i.* oneratus), carrecatus (500, 19 *ubi* farcinatus). *de* farcinare *et* farcinatus *cogitat Pokrowskij, Archiv 15 (1908) 121.* *cf.* farcino *p. 279, 65.*

? **fascinor** *v. supra l. 5.*

? **fascinōsus,** -a, -um *a* fascinus (-um). PRIAP. 79, 4 *ad Priapum*: non es poetā -ior (*i. libidinosior*; sarcinosior *codd. em. Aldina*). GLOSS. II 256, 31 βάσκανος fascinus, invidiosus, fascinor (*pro* fascinor *habet* fascinosus *a*; *cf. l. 5*).

fascinus, -ī *m.* (**-um,** -ī *n.*) [*cum vocibus gr.* βάσκανος, βασκαίνειν *ex eadem radice crevisse videtur, nisi ex iis mutatum est; cf. Osthoff, Bezzenbergers Beitr. 24, 125*]. PAVL. FEST. p. 88 -um et fas a fando nominantur. SCHOL. Hor. epod. 8, 18 -um: virile membrum quod fascia solet tegi. *de genere (non enotantur nisi certa vel casu vel epitheto vel relativo sequenti)*: *masculinum*: VERG. catal. 13, 20 PLIN. nat. 28, 39 SACERD. gramm. VI 529, 20 NON. p. 118 SYMM. epist. 3, 25, 2 HIER. in Gal. 3, 1 AVG. loc. hept. 5, 62 PS. PRIMAS. in Gal. p. 589^D GLOSS. *neutrum*: HOR. epod. 8, 18 PAVL. FEST. p. 88 PETRON. 138, 1 APVL. apol. 35 SCHOL. Pers. 2, 33 PS. AVG. serm. 279, 4 NOT. Tir. p. 112, 82. *cf.* CAPER gramm. VII 109, 14 -um hoc. GLOSS. *forma*: fascenum NOT. Tir. 112, 82.

actio vel res fascinationis et res qua fascinatio ad irritum redigitur, scilicet membrum virile cf. PORPH. Hor. epod. 8, 18 *-um* pro virili parte posuit, quoniam praefascinandis rebus haec membri deformitas apponi solet. GLOSS. -um βασκανία. -us ἀβάσκαντον. βάσκανος, -us invidiosus fascinor(?). -us aspectus. aspectus onerosus.

I *membrum virile*: **A** *verum vel materia aliqua fictum*: SACERD. gramm. VI 529, 20 φαλλόν, id est -um virilem. SCHOL. Hor. epod. 8, 18 virilem penem -um dixit propter obscenam figuram, quam adiecerat in sequenti *eqs.* VERG. catal. 13, 20 non me vocabis pulchra per Cotyttia ad feriatos -os. HOR. epod. 8, 18 illiterati num minus nervi rigent minusve languet -um? PRIAP. 28, 3 pedicabere -o pedali. 79, 1 Priape ... -o gravis tento (tenero *codd.*). 83, 8 Priape, ... soles ... sedere cum rubente -o. PETRON. 92, 9 ipsum hominem laciniam -i crederes. 138, 1 profert Oenothea scorteum -um, quod ... paulatim coepit inserere ano meo. PLIN. nat. 26, 96 *altera satyrios* distinguitur ... radice -i. 28, 39 religione eum (*infantem*) tutatur ... -us. CARM. epigr. 1504 (*saec. II/III*) A 4 ut puellis -o placeam bonis procaci. B 20 ⟨-⟩um bene olentibus coronis cingite, *puellae*, illi (*Priapo*). ARNOB. nat. 4, 7 *Tutuni* immanibus pudendis horrentique -o ... inequitare matronas. 5, 28 simulacris virilium -orum territoria

[*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cuncta florescunt. 5, 39 phallorum ... -orumque subrectio. 7, 33 delectantur *dii* ... -orum ingentium rubore. NON. p. 118 gerrae -i, qui sic in Naxo, insula Veneris, ab incolis appellantur. AVG. civ. 6, 9 p. 265 *super Priapi* immanissimum et turpissimum -um sedere nova nupta iubebatur. B *concha marina -i similis*: APVL. apol. 35 posse ... ad res venerias sumpta de mari spuria et -a propter nominum similitudinem.

II *actio fascinandi vel res, qua fascinatio efficitur, invidia*: GELL. 16, 12, 4 Cloatius Verus -um appellat quasi bascanum. AVG. loc. hept. 5, 62 βάσκανος ... -us dicitur. PAVL. FEST. p. 85 fescennina ... -um putabantur arcere (GLOSS. Verg. ed. Hagen p. 477 B 1 SCHOL. Iuv. 7, 112). p. 86 depellere -um (*cf.* VEG. mulom. 3, 12, 1 pellit). TERT. virg. vel. 15 est aliquid ... apud ethnicos metuendum, quod -um vocant, infeliciorem laudis et gloriae enormioris eventum. LACT. inst. 1, 20, 36 *Cunina* infantes tuetur in cunis ac -um submovet. MAR. VICTORIN. in Gal. 3, 1 non patiuntur -um nisi qui in bono aliquo pollent. SYMM. epist. 1, 13, 4 nullo -o felicitas publica mordeatur. 3, 25, 2 praetereo ... epistulae levem -um. 3, 86, 2 ne quid in ... amicos -o liceat. SCHOL. Pers. 2, 33 lustralibus ... liberantibus puerum ex omni malo et ex omni quod dicunt mulieres -o. *ibid.* urentes oculos: quia -a urunt tamquam consumunt. SCHOL. Iuv. 7, 112 propter -um verborum ter sibi in sinus spuunt. HIER. in Gal. 3, 1 p. 417 *-us* vulgo putatur nocere (*ibid.* dicitur -us proprie infantibus nocere. PS. PRIMAS. in Gal. p. 589^D). PS. AVG. serm. 279, 4 solent ... mulieres sibi invicem persuadere, ut aegrotantibus filiis suis -um aliquod ... debeant adhibere. DAMIG. lapid. 34 *lapis galactites* adversus invidiam et -um resistit. AVELL. p. 489, 12 quasi bonis suis -o quodam gravatis. EVSTATH. Bas. hex. 3, 2 p. 891^C. SIDON. epist. 2, 2, 3 nisi quid tu -um verere. GLOSS. II 215, 7.

deriv.: (?) fascinosus.

fascio, -āvī, -ātum, -āre [*a* fascia. *Th.*] (fā-? *v.* fascia). fasceare *exhibet solus* SIDON. epist. 2, 2, 2. 8, 11, 3 vers. 3. [*val.* fașà, *it.* fasciare, *francog.* faisser. *M.-L.*]

ligare, colligare: A *corpus humanum vel partes*: 1 *ad curationem*: *c. obiecto et absolute, addita interdum aliqua re*: CELS. 8, 8, 1 a sinistro *iugulo* ad dextram *alam* rursusque sub ala -ari debet (*sed fort. scribendum* fascia dari). CAPITOL. Pius 13, 1 *Pius* tiliaciis tabulis in pectore positis -batur, ut rectus incederet. PELAGON. 123 *equum*. CHIRON 23 diligenter -bis. 26 post decursionem -etur. 65 oculum *iumenti* per dies V. 75 anacollema ... super oculum *eius* impones et -bis. 85 aceto et oleo linteolis vel licinio madido eum locum comples et -bis (93 CASS. FEL. 34). 119 *crures* munitos facies et -bis. 442 priores pedes -ato (adciato *cod.*). 726 iumentum. VEG. mulom. 2, 33, 1. VVLG. Ezech. 30, 21 ut *bracchium Pharaonis* ... -retur linteolis (*fort. huc pertinet* GLOSS. V 361, 1 farciretur ligaretur; -retur *Götz*, fasciretur *Bücheler*). SORAN. p. 26 *parturientem*. 27 mammas. CASS. FEL. 42 p. 103 *stomachum* super purpura operies et -bis. 54 membra patientis ... fasciolis. 2 *infantium*: SORAN. p. 30 quomodo infantem -amus? superpositum eum femoribus suis ... involvere ... deinde latiore fascia omne corpus -are. p. 36. 3 *ad molestias perferendas*: ORIBAS. syn. 5, 31 iter agentibus oportet in aestate fascia mollem ... de qua obligans lumbus -ans usque ad ilia *eqs.* *ibid.* non solum lumbus et ilia -anda sunt, sed et spina et pectus.

B *alias res*: MART. 12, 57, 12 -ato naufragus loquax trunco.

partic. perf. **fasciātus**, -a, -um *pro adiectivo*: *de homine*: *ad exercitiones, molestias minuendas*: SIDON. epist. 2, 2, 2 endromidatus exterius, intrinsecus -atus. 8, 11, 3 vers. 13 perges sic melius volante saltu si vestigia -ata nudi per summum digiti regant. *technice*: PS. BOETH. grom. p. 408, 21 in planitie recti positi sunt limites, id est -i (*cf.* fascia *II 5*).

fasciola, -ae *f.* [*a* fascia *deminutive*. *Th.*] (fā-? *v.* fascia). NOT. Tir. 98, 29/30 fascia -a. *scribitur fere* -iola; -eola: CIC. har. resp. 44 APVL. met. 2, 7 VOPISC. Aurel. 4, 6. *neutrum* fasciolum *legitur* CHIRON 64. 100. 544 (?) VEG. mulom. 2, 57, 1. [*val.* făscioară, *it.* fasciola, *francog. vet.* faissuel. *M.-L.*]

ligamentum quo involvitur, obvolvitur, circumdatur aliquid: A *corpus humanum vel corporis partes* (*cf.* SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 255 *-is* ligabant pedes sive bracchia sive articulos): 1 *pedes*: CIC. har. resp. 44 P. Clodius a muliebribus soleis purpureisque -is ... est factus repente popularis. 2 *caput*: VARRO ling. 5, 130 texta -a, qua capillum in capite alligarent. ISID. orig. 19, 30, 1 *quod Liber* in potando mota vincire -a capita instituerit. 3 *vulnera, membra aegrota* *cf.* HOR. sat. 2, 3, 255 insignia morbi, -as, cubital, focalia. ISID. orig. 19, 33, 6 *-is* vulnera colligantur. SCRIB. LARG. 47 involvereque eam (*pinnam anseris ... vel calami scriptorii fistulam*) -a tenui lintea quasi instita (MARCELL. med. 36, 5). APVL. met. 8, 18 -is hiantes vincire plagas. AMM. 17, 11, 4 tegendi ulceris causa ... -a candida crus colligabat *Pompeius* (*cf.* PELAGON. 211 -is crura alligabis. CHIRON 25 *venam* post decursionem -a alligabis. 113. VEG. mulom. 2, 57, 1 papyrum candelarum ... panno et -o superligabis. HIER. in Is. 1, 6 p. 16 plaga ... circumligata -is. CASS. FEL. 71 p. 170 summitates manuum et pedum ... tenuissimis ac levioribus -is ligabis). CHIRON 21 venae ... -a constringuntur (THEOD. PRISC. eup. faen. 44. 97. log. 38 articulos -is astringamus; *cf.* CAEL. AVR. acut. 1, 17, 182 -ae constrictione). 64 forficibus -um praecides. 100 ut medium -um cutis pro magnitudinem super tuberem remaneat. 544 -am diligenter fasciolato ... rursum iterum alia -a bene fasciolato. 625 pedes -is per dies IIII vinculabis. 997 fracturam alligas de madidis -is. VEG. mulom. 2, 33, 1 -a tenuissima aceto et oleo madefacta ... unam partem, deinde alteram compingis ad locum. MARCELL. med. 1, 31 constrictio eius (*capitis*) per -am non nimium latam. THEOD. PRISC. eup. faen. 35 vino infusas lanas ... molli -a continendas. 70 *emplastrum* -a custodiri debet. 91 *pice* medicamenta, ut -a, muniri et gubernari. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 25 ductu contrario -ae corrigere depravata. 2, 1, 44 cruribus imposita -a. *ibid.* adducta -a. 3, 8, 134 levi -a amplexo loco. CASS. FEL. 54 membra patientis ... -is levibus fasciabis. ORIBAS. syn. 5, 5 *ventrem* impressis -arum cingulis allegare. 4 *papillae*: APVL. met. 2, 7 *Fotis* russea -a praenitente altiuscule sub ipsas papillas succinctula. HIER. epist. 117, 73 papillae -is comprimuntur. 5 *infantes*: CAPITOL. Alb. 5, 9 cum pueri eius familiae russulis -is illigarentur, quod forte lotae atque udae essent russulae -ae, quas mater praegnans paraverat ... purpurea matris illigatus est -a. VOPISC. Aurel. 4, 6 vinctum -a Aurelianum. 6 *varia ad varios usus*: HEGES. 5, 47, 1 percussor moratur *percutere equitem* clausis iam -a oculis. HIER. epist. 52, 5, 7 orariola et -as et vestes ori applicatas ... sanctus amor non habet. RVFIN. hist. mon. 28 p. 452^B resolutis -is quibus constrictus erat *mortuus* (PALLAD. hist. mon. II 9 p. 356^B). PASS. Fructuos. 4 cumque exustae fuissent -ae, quibus manus eorum fuerant colligatae. GLOSS. καρπόδεσμος, ἐπίδεσμος.

B *aliae res*: PAVL. FEST. p. 115 lemnisci, id est -ae coloriae, dependentes ex coronis. PORPH. Hor. epod. 12, 11 tenta ... cubilia lectum dicit restibus sive -is subtentum (SCHOL. Hor. *ibid.* lectum dicit intextis funibus vel -is). SCHOL. Hor. sat. 1, 2, 29 instita ... est tenuissima -a, quae praetextae adicitur (*cf.* ISID. orig. 19, 33, 8 -a est, quae ambit extremitatem vestium aut ex filis aut ex auro contexta). PRVD. c. Symm. 2, 1008 antiquus quem (*lapidem*) cingere sueverat error -is.

epitheta materiam vel colorem significantia: CIC. har. resp. 44 purpureis. SCRIB. LARG. 47 lintea (THEOD. PRISC. eup. faen. 44 lineis). APVL. met. 2, 7 russea. CAPITOL. Alb. 5, 9 russulis. AMM. 17, 11, 4 candida.

deriv.: fasciolare. [*mire*: GLOSS. Suet. Iul. 20 (*Ihm, Hermes 36 [1901] 360*) fasces: summa dignitas, a -is.] *cf. nom. propr.*

fasciolo, -āre *a* fasciola. *fere idem q. fasciare*: CHIRON 544 fasciolam quam tenerissimam aceto et oleo madefactam -ato. deinde ... rursum iterum alia fasciola bene -ato. CASS. FEL. 67 spongia madidata operies et -bis *vulnus*.

fasciolum *v.* fasciola.

***fascis**, -is *m.* [*cf. esse videtur c.* fascia, *fortasse c. cambr.* baich '*onus*' (*v. Pedersen, Vergl. Gramm. d. kelt. Sprachen 1, 77*) *et c. gr.* φάσκωλος, φάκελος (*v. Fick, Bezzenbergers Beitr. z. Kunde der idg. Spr. 29, 199*). *Th.*]. GLOSS. Suet. Iul. 20 (*v. l. 40*) -es: summa dignitas a fasciolis. *de genere et numero*: CHAR. gramm. I 33, 10 feminina semper pluralia ... -es, sed Cicero dixit '-em unum si nanctus esses', per quod intellegimus masculino genere dici et non esse tantum plurale (EXC. Bob. gramm. I 549, 9). PHOC. gramm. V 418, 4 hic -is. EXC. Bob. gramm. I 552, 7 *inter* nomina, quae apud Romanos masculina, apud Graecos feminina ... -is δέσμη. *certus locus feminini unus* (INSCR. christ. Leblant 24, 8), *cum masculini notionis utriusque innumerabiles praesto sint, velut* PLAVT. Epid. 28 CAEL. hist. 45 SISENNA hist. 83 CIC. Verr. 6, 39 leg. agr. 1, 9 Catil. 2, 13 p. red. in sen. 7 Pis. 28. 48. 97 Lig. 7 Phil. 14, 14 rep. 1, 62 Att. 8, 3, 5. 6 LVCR. 5, 1234 VERG. ecl. 9, 65 georg. 3, 347 Aen. 6, 818. 7, 173 HOR. carm. 1, 12, 35 OV. fast. 1, 81. 5, 51 Pont. 4, 9, 42 CORP. IX 1575 CARM. epigr. 1375, 9. 1376, 7 *al.* *notione sub I A tractata fere non nisi pluralis legitur; singularis* (*sub I A 2*): SYMM. epist. 1, 1, 5; *in versu* CLAVD. 8, 655 PAVL. NOL. carm. 21, 395 SIDON. epist. 4, 11, 6 vers. 19 ALC. AVIT. carm. 6, 659 GREG. TVR. virt. Iul. 23; *notione sub I B et C tractata tam singularis quam pluralis legitur, sub II semper singularis praeter* GILD. Brit. 35 chron. III p. 46, 22. 93 chron. III p. 77, 16 ALC. AVIT. hom. 16, 1 DRAC. laud. dei 2, 337. *abl. sing. semper* -e, *acc. plur. in titulis nusquam* -is; -es: CORP. VIII 2662. 7044. IX 1575. III 8739 FERIAL. Cuman. Ian. 7 (Corp. I² 1 p. 360) CARM. epigr. 1376, 7 *al.* *graece scriptum: p. 304, 44. 306, 68.* *formae corruptae* fasta, falca GLOSS. [*it.* fascio, *francog.* faix, *hisp.* haz. *M.-L.*]

I ***virgae, ligna,*** *alia quodam modo in unum colligata*: GLOSS. δέσμη ξύλων, δέσμη, φορτίον, ligatura.

A *insignia, ornamenta magistratuum populi Romani, hic illic aliarum gentium*: GLOSS. ἀρχικὴ ῥάβδος. ὑπατικὴ ῥάβδος. -es ῥάβδοι στρατιωτικαὶ ἤτοι ἀρχοντικαί. CLAVD. DON. Aen. 6, 818 *-es* sunt ... per quos apparet imperium consulis. CIC. Verr. 6, 39 -is ... *et* ornamentorum omnium dignitatem. Cluent. 154 quod ... permulta essent ornamenta *senatoris* ... toga praetexta, sella curulis ... -es. Sest. 17 -bus ceterisque insignibus summi honoris atque imperii. ad Q. fr. 1, 1, 13 maioraque praeferant -es illi lictores ... dignitatis insignia quam potestatis. SALL. Catil. 36, 1 cum -bus atque aliis

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

imperii insignibus. Liv. 3, 36, 3 ut unus *decemvir* -es haberet et hoc insigne regium in orbem ... per omnes iret. 28, 24, 14 insignia summi imperii -es. Sen. benef. 1, 5, 6 *-es* honoris insigne *sunt*. Flor. epit. 2, 17, 16 insignia ... -bus nostris ... ceperat. Tert. idol. 18. Paneg. 2 (10), 3, 2 -es consulares ... vestrorum sunt ornamenta meritorum. Serv. auct. Aen. 8, 506 Comment. Lucan. 8, 79 Mart. Cap. 5, 559 -es *et* insignia: Cic. Cluent. 154 insignia, -es. Vell. 2, 58, 3 -es ... atque insignia ... consulis (Flor. 3, 20, 7 capta ... de praetoribus insignia et -es). *prominent fere ex -bus secures* (Liv. 3, 36, 4), *sed in ipsa urbe* (Cic. rep. 2, 55 Val. Max. 4, 1, 1) *et ante magistratum maiorem eximuntur.* -es et (ac) secures(que): Cic. Verr. 6, 39. 163 ad Q. fr. 1, 1, 13 Liv. 28, 24, 14 Plin. nat. 9, 127 Sil. 10, 564 Spart. Sept. Sev. 1, 4. *per asyndeton*: Cic. Catil. 2, 13 frg. inc. K 2 Lvcan. 5, 13. -es cum securibus: Liv. 24, 9, 2. 28, 27, 15 Petron. 30, 1. *anteferuntur magistratibus a lictoribus*: Cic. leg. agr. 2, 93 anteibant lictores ... cum -bus bini. rep. 2, 31 sibi duodecim lictores cum -bus anteire. ad Q. fr. 1, 1, 13 praeferant -es *lictores*. Liv. 24, 44, 10. 28, 27, 15 Pavl. Fest. p. 115 *al.* *de materia, vario numero -ium a magistratibus usurpatorum, de magistratibus qui ius -ium habent, ornatu -ium (cf. p. 308, 19 sqq.), sim. v. Samter, PW. VI 2002 sqq., Lécrivain apud Daremberg-Saglio VI 1239 s.* lictor, *Vaglieri apud Ruggiero, Diz. epigr. III 1, 37 sqq. al.* *significatur magistratus saepius genetivo ut* Cic. leg. agr. 1, 9 *xvirorum*. p. red. ad Quir. 14 consulis (p. red. in sen. 7 Val. Max. 6, 4, 1 Flor. epit. 1, 22, 2. *cf.* Cod. Theod. 9, 26, 4 consularitatis). Liv. 28, 27, 14 imperatoris (Plin. nat. 15, 132), *vel adiectivo, ut* Liv. 2, 54, 4 consulares (Treb. trig. tyr. 22, 10 Firm. math. 1, 7, 5 Cassiod. var. 3, 5, 5. Tac. ann. 13, 9 imperatoriis. Ps. Avr. Vict. epit. 39, 5 imperiales. *minus accurate de lictoribus*: Svet. Iul. 71 lictorum (*cf.* Ascon. Corn. p. 48 St.) Vir. ill. 20, 1 lictorios. *saepe cum aliis insignibus ornamentis al. ad imperium pertinentibus, ut* Cic. Cluent. 154 Sull. 17 Rab. Post. 16 *al. passim. cf. infra l. 48. 57. 65.*

1 *proprie* (*interdum fere i. q. lictor* (*cf. e. g. l. 84*): Plavt. Epid. 29 unum a praetura tua Epidice abest. :: ... lictores duo, duo ulmei (viminei *codd.*) -es virgarum. Cael. hist. 45 duos et septuaginta lictoris domum deportavisse -is, qui ductoribus hostium ante soluerint ferri (Caes. civ. 3, 106, 4. *cf.* Cic. ad Q. fr. 1, 1, 13 maioraque praeferant -es illi [*accensus et lictor*] ac secures dignitatis insignia quam potestatis. Liv. 24, 9, 2 cum securibus sibi -es praeferri. 28, 27, 15. 30, 28, 7 Tert. idol. 18 Spart. Sept. Sev. 1, 4). Cic. Verr. 3, 11 quaestores ... cum -bus mihi praesto fuerunt. 6, 39 tibi ... -is ac securis et tantam imperi vim tantamque ornamentorum omnium dignitatem datam (Sen. dial. 5, 31, 1). 6, 97 cum imperi populi Romani nomen ac -es essent Syracusis. 6, 163 qui beneficio populi Romani -is et securis haberet (Lig. 22 Varus se imperium habere dicebat; -is certe habebat. Phil. 14, 14 Liv. 2, 1, 8 *bis*. 3, 36, 3 cum ita priores decemviri servassent, ut unus -es haberet. 3, 39, 8 Svet. Iul. 20, 1). Cluent. 154 ornamenta, quibus *senatus* ... mitigare molestiam posset, ... apud exteras nationes, nomen et gratia, toga praetexta, sella curulis, insignia, -es, exercitus, imperia, provinciae. leg. agr. 1, 9 *decemvirorum* cum adventus graves, cum -es formidolosi, tum vero iudicium ac potestas erit non ferenda. 2, 45 decemviri cum imperio, cum -bus ... per totum orbem terrarum vagabuntur. 2, 93 anteibant lictores *decemviris* non cum bacillis, sed ut hic praetoribus urbanis anteeunt, cum -bus bini (duabus *codd.* rep. 2, 31). Catil. 2, 13 cum arma, cum securis, cum -is, cum tubas, cum signa militaria, cum aquilam ... scirem esse praemissam. *cf.* Sull. 17 *Autronius Catilinae* arma misit, ... cornua, tubas, -is, signa, legiones. (Liv. 9, 6, 6). p. red. in sen. 7 consulis -is fractos (*sc. maerore vel ira; cf.* p. red. ad Quir. 14 Pis. 28 Epiced. Drusi 177 Liv. 2, 55, 9. 3, 49, 4 Ascon. Corn. p. 48 St. Sil. 9, 653 Flor. epit. 1, 22, 2, *aliter* Prvd. ham. 441 miserorum in corpora -es frangere). Sest. 17 -bus ceterisque insignibus summi honoris atque imperi ornatos. Pis. 74 detractam e cruentis -bus lauream. 96 quod laureati -es ... te commentatum esse declarant. Rab. Post. 16 delectat amplissimus civitatis gradus, sella curulis, -es, imperia, provinciae, sacerdotia, triumphi. Lig. 7 concessos -is laureatos tenui, quoad tenendos putavi. Phil. 14, 14 me ... cum -bus descensurum. *ibid.* quibus auspiciis istos -is augur acciperem ... cui traderem? 14, 15 famam istam -ium dissipaverunt; -is ipsi ad me delaturi fuerunt (Flor. epit. 3, 20, 7). 14, 16 me ... liberare suspicione -ium. rep. 2, 53 P. Valerius ... -es primus demitti iussit cum dicere in contione coepisset (1, 62). 2, 55 Publicola lege ... de provocatione perlata ... securis de -bus demi iussit (Vir. ill. 15, 4 *Valerius* secures ... -bus dempsit). div. 1, 59. 2, 136. Att. 8, 3, 5 has compedes, -es, inquam, hos laureatos eeferre ex Italia quam molestum est! 8, 3, 6. 8, 15, 1 Domitius cum -busne sit. Caes. civ. 3, 71, 3 neque in -bus insignia laureae praetulit *Pompeius*. Bell. Hisp. 31, 11 adversariorum aquilae sunt ablatae XIII et signa et -es. Sall. Catil. 36, 1 *Catilina* cum -bus atque aliis imperii insignibus in castra ad Manlium contendit. Verg. Aen. 7, 173 hic (*in aede Pici*) primos attollere -es regibus omen erat (Stat. silv. 1, 2, 175 Avson. 297, 11. Heges. 5, 22, 2 virgarum proceritate. *cf.* Clavd. 1, 233 tolli). Hor. sat. 1, 6, 97 *parentes* honestos -bus et sellis. Ov. fast. 1, 81 novi praeeunt -es (*cf.* Sen. contr. 9, 2 [25], 17 praecedentibus -bus. Sil. 8, 484 Tac. ann. 3, 2 Spart. Sept. Sev. 2, 6). Pont. 4, 9, 42 praetextam et -es aspiciamque tuos. Epiced. Drusi 141 quos primum vidi -es, in funere vidi et vidi eversos indiciumque mali (Tac. ann. 3, 2 versis -bus. Obseq. 70 perversis -bus. Tert. ieiun. 16 magistratus ... -es retro avertunt). Liv. 2, 7, 7 vocato ad consilium populo *consul* summissis -bus in contionem escendit (Sen. contr. exc. 6, 8 Vell. 2, 99, 4 Val. Max. 4, 1, 1 Plin. nat. 7, 112 Qvint. inst. 3, 7, 18 Flor. epit. 1, 9, 4 Vir. ill. 15, 4; *nota in imagine*: Avson. 293, 3 submittit cui [*Hispali*] tota suos Hispania -es). 2, 54, 4. 3, 36, 3 *decemviri* cum duodenis -bus prodiere. *ibid. lictores* cum -bus secures illigatas praeferebant. 8, 12, 13 *Aemilii* tum -es erant. 9, 8, 2 penes ... *Publilium* -es erant (Fest. p. 161). 9, 34, 1 *Appius* privatus -es et imperium obtinuit. 24, 44, 10 praeter undecim -es equo praevectus senex. 25, 16, 24 poni ... *Gracchum* cum captis simul -bus ante tribunal *Hannibalis*. Liv. perioch. 89 Sylla dictator, quod nemo umquam fecerat, cum -bus XXIV processit. Mon. Ancyr. 1, 23 l⟨aurum de -b⟩us deposui. Pavl. Fest. p. 115 *lictores* -es virgarum ligatos ferunt (Sil. 8, 672. 9, 653. 15, 391). Val. Max. 4, 1, 1 *ad Sp. Lucretium* priorem -es transferri iussit *Publicola* (*cf.* Serv. auct. Aen. 8, 506 *-es* ad Romanos a Tuscis translati sunt). Sen. benef. 1, 5, 6. dial. 2, 12, 2 *pueri* praetextam -esque ac tribunal imitantur. 3, 19, 3 consulem ... -es lictori auferentem. Ascon. Mil. p. 32 St. -es ex luco Libitinae raptos attulit ad domum Scipionis et Hypsaei, deinde ad hortos Cn. Pompei. Lvcan. 5, 13 quis castra vocet tot strictas iure secures, tot -es? Petron. 30, 1 in postibus triclinii -es erant cum securibus fixi (*cf.* Clavd. 8, 416 postibus affixi). Lavs Pis. 70 cum tua bissenos numeraret purpura -es. Calp. ecl. 1, 70 nec vacuos tacitus -es et inane tribunal accipiet consul. Plin. nat. praef. 4 (*metaphorice*) longius ... submoves (*sc. Tite*) *me* ingenii -bus. 9, 126 -es huic (*purpurae sc. consulum*) securesque Romanae viam faciunt. 15, 133 *laurus* -es imperatorum decorat. 35, 201 *venalicios* cum laureatis -bus remitti illo, unde cretatis pedibus advenissent. Sil. 6, 444 *ad Regulum*: tua ... sedes haec est, unde ... vidisti Latios consul procedere -es. 8, 236 mutatos consule -es (8, 216 mutati -es). 10, 564 laceri -es *Pauli* captaeque in Marte secures. 11, 60 alternatos sociato consule -es deposcere. 13, 269 alter ut aequos portaret -es nostro de nomine consul. Stat. silv. 5, 2, 167 cingi ... superbis -bus. Mart. 10, 10, 1 *ad Paulum*: laurigeris annum qui -bus intras. Ivv. 8, 260 ancilla natus trabeam et diadema Quirini et -es meruit. Tac. ann. 13, 9 ob res ... prospere gestas laurum -bus imperatoriis addi. Plin. paneg. 56, 6 *consulis tribunal* nec -ium tantum sed pilorum signorumque honore circumdatum. 76, 8. Plvt. Public. 12 (*Ποπλικόλας Λουκρητίῳ*) *παρέδωκε τοὺς καλουμένους φάσκης*. Svet. Iul. 71 Tib. 4, 3 Claud. 7. Apvl. met. 11, 8 nec ille deerat, qui magistratum -⟨s⟩cibus purpuraque luderet. Vopisc. Aurelian. 13, 4 te consulem hodie designo scripturus ad senatum, ut tibi deputet scipionem, deputet etiam -es. Lact. inst. 5, 6, 5 hinc honores sibi et purpuras et -es invenerunt, ut securium gladiorumque terrore subnisi quasi iure dominorum perculsis ac paventibus imperarent. Firm. math. 1, 7, 40. Vir. ill. 20, 1 -es lictorios foribus appositos. Heges. 5, 22, 2 -es elevantur humeris (*sc. lictorum*). Prvd. c. Symm. 2, 424 *summos proceres* (*i. decemviros*) duodeni circumstant -es. Clavd. 18, 21 consule *Eutropio* (*sc. interficiendo*) lustrandi -es. Petr. Chrys. serm. 103 p. 489 A *in imagine*: corporum nostrorum matura ... viriditas vitalem resurgat in messem ... non passuram -es, nec flagella sensuram.

2 *latiore sensu et metonymice*: **a** *subintellegenda notio magistratus cuiusdam vel potestatis magistratus, plerumque consulatus; poetae tam -es quam magistratum intellegunt*: Gloss. -es honores sive dignitas consularis. honores consulum. honores. dignitas. auctoritas, dignitas. honores, *τιμάς, σύμβολα*. -bus dignitatibus. *anglosax.* guoduueb *vel rectius* goduuebb *i. vestis purpurea. cf.* V 504, 8 in -bus in honore positis. Isid. orig. 6, 8, 8 -bus ... id est potestatibus. Cic. Verr. 5, 14 teque ista *signa* simulatione emptionis vi metu imperio -bus ab homine eo ... eripuisse. dom. 24 locus orbi terrarum vacuus extraordinariis -bus atque imperio Clodiano. Pis. 48 -es suos ... regi Aegyptio vendidit *Gabinius*. Phil. 11, 20 imperium C. Caesari belli necessitas, -es senatus dedit (Hor. epist. 1, 6, 63 Ov. fast. 5, 51. Pont. 4, 9, 4 bis senos -es. Octavia 679 Sil. 11, 96 Mart. 9, 42, 6 Ivv. 10, 79 Tac. ann. 2, 77 Paneg. 12 [2], 9, 6). Brut. 22 cum tibi aetas nostra iam cederet -esque submitteret. ad Q. fr. 1, 1, 35 ut remoto imperio ac vi potestatis et -ium publicanos cum Graecis ... coniungas. Lvcr. 3, 996 petere a populo -es saevasque secures. 5, 1204 vis abdita quaedam ... pulchros -es saevasque secures proculcare ac ludibrio sibi habere videtur. Caes. civ. 2, 32, 9 *Domitius* proiectis -bus et deposito imperio privatus. Bell. Hisp. 42, 6 Cn. Pompeius ... -es imperiumque sibi arripuit (*cf.* Sall. Catil. 18, 5 -bus correptis. Vell. 2, 58, 3. Lvcan. 1, 178 rapti. Petron. 119, 46 rapuisse). Verg. georg. 2, 495 deos qui novit agrestes ... illum non populi -es, non purpura regum flexit. Aen. 6, 818 vis et Tarquinios reges animamque superbam ultoris Bruti -esque videre receptos? Hor. carm. 1, 12, 35 an *memorem* superbos Tarquini -es? epist. 1, 16, 34 ut si detulerit -es indigno (Liv. 28, 27, 14 Clavd. 20, 55). Prop. 2, 16, 11 Cynthia non sequitur -es nec curat honores. Ov. fast. 3, 781 *cum* cape-

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ret -es a curvo consul aratro (SEN. dial. 9, 1, 10 capessere. APVL. met. 10, 18). Pont. 4, 9, 62 alterna feretis gaudia, tu fratris -bus, ille tuis. FERIAL. Cuman. Ian. 7 (Corp. I² 1 p. 229) *et* FAST. ann. Iul. Praen. Ian. 7 (Corp. I² 1 p. 360) Caesar primum -es sumpsit (COLVM. 1 praef. 13 AVSON. 322 tit. CLAVD. 18, 320). FERIAL. Cuman. April. 21 (Corp. I² 1 p. 229) consules ordinarii -es deponunt (COLVM. 1 praef. 13 CORP. IX 1575 POL. SILV. fast. April. 21). LIV. 3, 41, 1 se imaginariis -bus ... cessuros esse. 31, 29, 7 *Romani* provinciam *Siciliam* securibus et -bus subiecerunt. MANIL. 2, 146 *turba* diligit ... imperia et -es. 4, 148 -esque per arva tradidit *Taurus* (SEN. Phaedr. 983 FLOR. epit. 1, 24, 1). SEN. contr. 9, 2 (25), 9 exurgite nunc Bruti Horatii Decii et cetera imperii decora: vestri -es ... in quantum decus reciderunt! (contr. exc. 9, 2 vestris -bus, securibus vestris ... puellae iocantur). VAL. MAX. 3, 4, 4 mercis capturis alito duodecim -es largiri. 6, 4, 1 quam graves -es consulis extitissent! 6, 9, 7 nec indignati sunt socii eius parere -bus, quem aliena, tribunalia adulantem viderant. SEN. benef. 4, 31, 5 hominem tam palam obscenum ad -es et ad tribunal admisisti? 5, 15, 4 *patriam* -bus ... suis premere. dial. 10, 7, 8 assecutus ... quos optaverat -es cupit ponere. epist. 94, 60 ille sub illis -bus purpura cultus. OCTAVIA 888 *Livium* neque -es texere sui (*suae Wilamowitz, sed cf. l. 3. 13. 18 al.*) nec tecta domus. COLVM. 1 praef. 10 -ium decus et imperium ... mercari. 1 praef. 13 -*es* festinantius victor *Cincinnatus* reddiderat quam sumpserat. LVCAN. 2, 130 septimus haec sequitur repetitis -bus annus (ADNOT. *ad l.* septimo scilicet consulatu). 5, 389 addidit *Caesar* et -is aquilis (*i. bello*). 5, 663 *Caesar loquitur*: tuli -es per bella negatos (COMMENT. *ad l.* consulatum merui. GLOSS. V 198, 31 accepi consulatum. SIL. 11, 125 STAT. silv. 3, 3, 115. 4, 1, 32). 8, 79 *Pompeius loquitur*: a me ... -es *discesserunt* (COMMENT. *ad l.* consulatus et ducatus insignia). 8, 270 Libycae Marium potuere ruinae erigere in -es. 10, 11 -es et iura ... inferri Romana in *Aegyptum*. SIL. 7, 541 *Fabii filius loquitur: Minucius* per suffragia caeca invasit nostros ... -es (TAC. ann. 1, 10). 14, 112 tertia ... Latios renovarat purpura -es. 16, 596 *Scipioni* summos permittere -es. STAT. silv. 1, 4, 80 quid geminos -es *Rutilii* ... revolvam ...? 2, 2, 123 quem non ambigui -es ... terent. 4, 4, 59 *dux Latius* tuos alio subtexit munere -es. 5, 3, 189 hi fora pacificis emendant -bus. MART. 7, 63, 9 *Silius* bis senis ... -bus annum rexerat. 8, 66, 3 bis senos ... redire -es nato consule. 8, 72, 6 redire ... ad ... annuos ... -es *Narbonis* (*i. duumviratum*). 11, 98, 15 non consulatus ipse, non tribunatus senive -es (*i. praetura*) ... abiget ... basiatorem. IVV. 5, 110 titulis et -bus olim maior habebatur donandi gloria. PLIN. epist. 8, 24, 6 qui imperium, qui -es habet. paneg. 61 utriusque adhuc oculis paulo ante dimissi -es oberrabant. SVET. Nero 43, 2 susceptis -bus *a Nerone*. FLOR. epit. 1, 9, 3 ut *Romani* ... alterum ... ex consulibus ... -bus abrogatis urbe dimitterent. 1, 24, 1 *decemviri* -es ... retinebant. 4, 11, 3 *Antonius* patriae nominis, togae, -ium oblitus. CARM. epigr. 251, 5 (*c. a. 215*) *Catium* urbanis ... -bus (*i. praetura*) auctum (686, 7. 1375). 252, 2 (*c. a. 235*) cum gererem -es patriae (*i. duumviratum. cf.* 261, 3). PANEG. 11 (3), 23, 3 provinciae praefecturae -es sponte proveniunt. LACT. inst. 7, 27, 15 nemo divitiis, nemo -bus, nemo etiam regia potestate confidit. FIRM. math. 1 pr. 2 cum esses in Campaniae provinciae -bus constitutus. 1, 7, 5 labem generis sui consularium -ium nobilitate protegere. *al.* PS. AVR. VICT. epit. 39, 5 Diocletianus ... sponte imperiales -es relinquens in propriis agris consenuit. AVSON. 322, 100 *Ausonius ad nepotem*: speresque tuos te consule -es (*sc. alteros*). 332, 38 -bus Ausonii succedet Caesar in annum. 332, 42 *Augustus* iussit nostros praecedere (*tempore*) -es. Mos. 451. 406, 24 columen curulis Romulae primum in secundis -bus. 406, 72 ut ... hunc ... Augustus ... suis perennet -bus. 407, 37 prior indeptus -es ... consul collega posteriore fui. SYMM. epist. 1, 1, 3 -es pictura tacet. 1, 1, 5 bis seno celsus, Symmache, -e cluis. 1, 58 *Atilius* -bus aratra mutavit. AMM. 21, 10, 8 *Constantinus* barbaros omnium primus ad usque -es auxerat. CLAVD. 1, 15 per -es numerantur avi *Probini et Olybrii*. 7, 1 tertia Romulei sumant exordia -es. 8, 4 exultant reduces Augusto consule -es. 8, 640 sequiturque tuos victoria -es. 8, 655 tuo sudabit -e Suebus (*sc. vexatus*). 17, 280 -es subiisse libet. 18, 448 Eutropio -es asservabantur adempti Tarquiniis? 20, 142 temeratis -bus ultor advenio. 22, 233. 324. 413. 24, 7. 90. 25, 5 carm. min. 19, 4. 25, 59. 41, 15. PAVL. NOL. carm. 21, 395 bis terno dicionis -e levatus. COD. Theod. 12, 1, 174 (*a. 412*) duumvirum impune non liceat extollere potestatem -ium extra metas propriae civitatis. 9, 26, 4 (*a. 416*) proconsularem aut vicariam potestatem vel consularitatis -es ... iterare. NOVELL. Valent. 11, 1. 20 pr. RVT. NAM. 1, 580 POL. SILV. fast. April. 21 MARCELL. chron. II p. 106, 540, 21 SIDON. epist. 1, 4, 1 ALC. AVIT. carm. 6, 659 DRAC. laud. dei 3, 332 ENNOD. epist. 3, 11. 30. CASSIOD. var. 1, 42, 3 *de praefectura urbis*. 1, 43, 5 urbanae praefecturae (1, 44, 2). 3, 5, 5 consulares. 6, 1, 3. 7, 1, 1. 8, 13, 2 privatarum largitionum. *al.* ARATOR ad Parth. 1 CARM. epigr. 1376, 7 CORP. III 8739. *nota de quinquefascalibus*: CORP. VIII 7044 M. Flavio ... ordinato in Gallia at quinque -es. 18270 L. Apronio ... vice quinque -ium prov(inciae) Belgi⟨cae⟩. VI 1546 quin⟩que fasc(ium) reg⟨ni Norici⟩. **b** *fere i. q. consul vel magistratus ipse*: VAL. MAX. 1, 1, 3 laudabile duodecim -ium religiosum obsequium. 2, 7, 7 imperiosissimi XII -es, penes quos senatus et equestris ordinis et universae plebis summum decus erat, quorumque nutu Latium ac totius Italiae vires regebantur, contusi atque fracti dictatoriae se animadversioni substraverunt. LVCAN. 2, 19 nullos comitata est purpura -es. 3, 87 quaque iter est Latiis ad summam -bus Albam (COMMENT. *ad l.* consulibus. ADNOT. *ibid.* consules ire consuerunt). 7, 428 ut Latios non horreat India -es (ADNOT *ad l.* Romanos duces). PLIN. nat. 10, 49 *galli* -es Romanos impellunt aut retinent. STAT. silv. 1, 2, 233 omnis honos, cuncti veniunt ad limina -es. 3, 5, 88 morum iura viris, solum et sine -bus aequum. 4, 1, 8 subiere novi palatia -es. TREB. trig. tyr. 22, 10 *sacerdotes* dixerunt -es consulares ingredi Alexandriam non licere. 22, 13 tunc demum Aegyptum liberam fore, cum in eam venissent Romani -es et praetexta Romanorum. CLAVD. 21, 237 provincia missos expellet citius -es quam Francia reges. MEROB. poet. 2, 46 post lauros rediere togae meritumque secuti alta triumphorum *Aetii* relegunt vestigia -es. ALC. AVIT. carm. app. 7, 8 p. 185 florescens indole quanta spreverit antiquo demissos stemmate -es. CORP. XII 338 trabeatis -bus ortum Innodium. *cf.* NON. p. 312, 21 -em consulem posuit Vergilius georg. lib. III (*347*), *sed cf. p. 307, 29.*

c *fere i. q. imperium, dicio*: TERT. nat. 2, 17 *et* apol. 25 ne Iuppiter quidem Cretam suam Romanis -bus concuti sineret. ANTH. 425, 4 Oceanus ... Caesareos -es imperiumque tulit. AVR. VICT. Caes. 39, 36 adeo victor *Maximianus Caesar*, ut ... Romani -es in provinciam novam ferrentur. HEGES. 2, 9, 1 vers. 149 populos *Aegypti* Romanis -bus ascriptos. RVFIN. hist. 2, 5, 3 qui Romanis -bus (ἀρχῇ) subiacent (*cf.* GLOSS. V 419, 48). CLAVD. 15, 20 summittit -bus Indos *Roma*. 22, 260 etiam nunc ... *Gildo* repugnat et tanto dubitat -es praebere triumpho. 22, 385 *Roma loquitur*: unius auxilio -es Libyamque recepi. 28, 337 cum -es cinxere Hypanin. *fere circumscriptionis loco*: RVFIN. hist. 11, 11 p. 1018 Ambrosius tunc consularis eiusdem provinciae -es regebat. ISID. Goth. 37 chron. II p. 282 *Gisaleicus* regni -bus ... privatus est. **d** *honor, dignitas, munus sacerdotum Christianorum*: HEGES. 5, 22, 2 habeat sibi vetus prosapia diversorum -es honorum, habent et sacerdotia suos -es, qui elevantur non umeris, sed moribus, et attolluntur non virgarum proceritate, sed laborum perseverantia *eqs.* SIDON. epist. 4, 11, 6 vers. 19 Claudianus antistes fratrem -e levans episcopali. ALC. AVIT. carm. 6, 659 cumque tibi genitor vel avunculus undique magni post -es placeant populorum sumere -em, suscipe, quos ... patrum ad consortia ... fratres ... ecclesia iunxit. CARM. epigr. 1362, 11 -bus (fastibus *traditur*) emeritis et summo functus honore *S. Rusticus* aeterni secum praemia iuris habet. INSCR. christ. Leblant 24, 8 partas -es fortia corda levant. INSCR. christ. Rossi II p. 113, 78, 7 -bus insignis generis. GREG. TVR. virt. Iul. 23 *episcopus* sacerdotale -e Arvernae rexit ecclesiam.

B *in re rustica, sim.*: **1** *cum genetivo rei*: **a** *latiore sensu*: SISENNA hist. 83 sarmentorum (LIV. 6, 10, 4. 22, 16, 7 *v. infra l. 49.* 42, 63, 7 COLVM. 6, 15, 2. 7, 1, 1). VARRO rust. 1, 50, 2 spicarum. HIRT. Gall. 8, 15, 5 stramentorum ac virgultorum (LIV. 28, 22, 6). MORET. 58 anethi. LIV. 22, 16, 17 virgarum atque aridi sarmenti. PETRON. 56, 9 betae. 138, 2 urticae. PLIN. nat. 8, 132 herbae. MART. 13, 17 tit. coliculi. 14, 38 tit. calamorum *scriptoriorum* (PALLAD. hist. mon. I 6 p. 271^{B} *in viis fixorum*). TAC. ann. 13, 35 lignorum (SVET. vita Verg. l. 230 Br. APVL. met. 3, 27 AMM. 31, 13, 5 *v. infra l. 57* SERV. Aen. 2, 112 PROB. Verg. ecl. praef. p. 325, 20 HYG. fab. 261 PHILARG. Verg. ecl. praef. rec. I p. 11. ACT. Archel. 35 ligni [44]. *cf.* APVL. met. 7, 17 lignorum ... tanto me premebat pondere, ut -ium molem elephanto non asino paratam putares). AMM. 31, 13, 15 stipulae ... et lignorum. VEG. mil. 2, 23 fruticum vel straminum. HIER. vita Hilar. 28 ciceris. GREG. TVR. Andr. 12 caractae scirpique.
nota metaphorice c. gen. personae fere i. q. turba: DRAC. laud. dei 3, 754 grates exceptus agam de -e malorum additus insonti populo.
b *strictiore sensu mensura quaedam* (*cf. p. 299, 10 sqq.*): EDICT. imp. Diocl. 6, 11 cumae optimae fascem I (*δεμένον δέσμη μία*). 6, 24 sisinbriorum -is in n(umero) viginti (*ἐν ἀριθμῷ δέσ. κ̄*). 6, 33 fasiolorum -is (⟨*δέ*⟩*σμη*) habens n. XXV. 6, 34 asparagi hortulani -is (*δέσμη*) habens n. XXV (*cf.* CHAR. gramm. I 72, 7). 6, 36 rusci -is habens no. sexaginta. 6, 44 pastinacae maximae -is habens no. *tot.* 6, 45. 48. 14, 7 *χαράκων φάσκος ἔχον ρ'* (*cf. Blümner ad l.*). PALLAD. 12, 22, 4 origani -e coniecto supra ius *olivarum*. *in medicamentis: additur plerumque numerus*: PELAGON. 78 hyssopi -em (80 -em I. 191 VEG. mulom. 3, 28, 30). 379 betarum -em I. 396 rutae viridis -es II. **2** *absolute*: VARRO ling. 5, 137 utuntur *falcibus sirpiculis* in vinea alligando -es. MORET. 79 notisque diebus venales umero -es portabat in urbem *Simylus*. LIV. 42, 64, 2 ante sua quemque tentoria spicas -bus desecantem. COLVM. 4, 17, 2 cum iugum in -em pluribus harundinibus alterna cacuminum vice ordinatum est. 6, 3, 3 vicia in -em ligata. 10, 371 apio -es et secto cingere porro (*i. in -em ligare*). PLIN. nat. 19, 16 *linum* siccatur in sole pendens ... contrariis in se -ium cacuminibus. 19, 18 *de lino*: e quinquagenis -ium libris quinas denas carminari. 19, 28 *spartum* volsum -bus in acervo alligatum biduo, tertio resolutum spargitur in sole ... et rursus in -bus redit sub tecta. APVL. met. 7, 18 spinas ... in -em tortili modo constrictas. OPTAT. 6, 8 *auceps* arborem portans futurum nemus stringit in -em aridam arborem ... multiplici fraude componit. PELAGON. 168 mal-
[*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lonem caepe, id est -em, unde caepe ipsum dependet. *metaphorice*: PLIN. epist. 2, 9, 9 verebamur, ne nos dies, ne vox, ne latera deficerent, si tot crimina, tot reos uno velut -e complecteremur. VVLG. Is. 24, 22 congregabuntur *mali* in congregatione unius -is in lacum. HIER. in Am. 9, 6 religio a religando et in -em domini vinciendo nomen accepit. 3 *c. adiectivo*: GLOSS. II 268, 35 -is holerarius δέσμη λαχάνων. *nota nomen herbae*: DIOSC. 1, 7 tit. de -es gallica id est celtica, ... (gr. 1, 8 κελτικὴ νάρδος) legitur a civibus cum radicibus suis -es facientes quod plena manu teneri potest. ideo ab aliis -es gallici appellatur. CASS. FEL. 43. 45. 49. GLOSS. s. nardus celtica: nardus celtica id est -es gallicos *al. traditur* -es gallicos, -e galicus, fasseas callicos, fascilici. s. saliuncula: colita (*i.* celtica) id est -e galicos sive saliuncula. 4 *c. praep. pendente a verbo*: VEG. mil. 3, 7 expediti ... equites -es de cannis aridis vel ulva facere consueverunt *eqs.*

C *de libris*: 1 *absolute*: LIV. 40, 29, 6 duo -es candelis involuti septenos habuere libros. IVV. 7, 107 magno comites causidicorum in -e libelli. AMM. 15, 5, 5 alter . . . superscribitur textus . . . hunc -em imperatori censuit offerendum. PRVD. perist. 10, 1114 omne crimen in -es refert suum tyrannus chartulis vivacibus. 2 *c. gen. rei*: GELL. 9, 4, 1 -es librorum venalium expositos. IVST. 12, 5, 7 epistularum (AMM. 21, 16, 11). HIER. epist. 6, 2, 1 litterarum. 3 *c. epitheto*: ENNOD. epist. 2, 16 epistulari -e onerari.

II **res ponderosa, molesta**: 1 *proprie*: a *absolute*: VERG. ecl. 9, 65 ego hoc te -e (*sc. haedorum*) levabo (SERV. *ad l.* -em ait onus. SCHOL. Verg. Medic. *ad l.* -e onere. NON. p. 312 -em onus. Vergilius in bucolicis). georg. 3, 347 acer Romanus in armis iniusto sub -e viam ... carpit (SERV. *ad l.* sub magno onere. *cf.* SCHOL. Verg. Medic. ecl. 9, 65, GLOSS. V 153, 7 sub honore [*i.* onere], *sed* NON. *aliter cf. p. 306, 18*). 4, 204 saepe *apes* ... in cotibus alas attrivere, ultroque animam sub -e dedere (SERV. *ad l.* sub onere. *cf.* SCHOL. Verg. Medic. ecl. 9, 65 NON. p. 312, 23). CELS. 7, 17, 1 interdum ... sub gravi -e interior abdominis membrana . . . rumpitur. PETRON. 117 neque Giton sub insolito -e durabat. QVINT. inst. 11, 3, 26 si militare iter -emque et vigilias imperes. HEGES. 2, 15, 8 ne iniusto quisquam sub -e remoraretur. PRVD. psych. 578 omne onus ex humeris reiecerat ... multo et se -e levarat *Operatio*. PAVL. NOL. carm. 20, 128 relevare gravatum *equum* -e suo. PROSP. carm. de prov. 138 iniusto pluviam metuit sub -e viator. VAL. CEM. hom. 2, 1 *homo ad inferiora descendens* -is sui victus mole portatur. 2, 2 iniusto -e vacillare vestigia. SIDON. carm. 2, 399 micat hasta minax, quercusque trophaeis curva tremit placitoque deam *Romam* sub -e fatigat. SEDVL. carm. pasch. 4, 300 aselli ungula, ut tanto sessore (*i. Christo*) decus mirabile portans nobilior sub -e foret. ALC. AVIT. carm. 3, 145 (*ad Evam*) tibi clausum anxia crescentem portabunt viscera -em. ENNOD. carm. 1, 1, 17 presserat aestivo corpus sub -e lacerna. LEX Visig. 5, 5, 2 si *iumentum* nimium sedendo vel -es carricando aut quocumque onere ... mortuum fuerit (*cf.* LEX Visig. Eur. 279). VEN. FORT. carm. 6, 5, 35 committens *filia* secura eius (*sc. uteri*) se -e levari, cuius clausa uteri pignore tuta fuit. 8, 3, 338 dolore gravi viscera -is (*sc. fetus*) agit. 10, 9, 71 retibus inspicitur, quo salmo -e (*fere i. q. pondere*) levatur. b *c. gen.*: PANEG. 12 (2), 33, 4 longum iter sub armorum -e carpebant *milites*. PAVL. NOL. carm. 21, 733 sub -e gravi cophini cervice subacta. ALC. AVIT. carm. 3, 232 quod pelagus, quod terra creat ... portabat ... auri cum -e (*supellectile ponderosa*) minister. ENNOD. dict. 21, 21 quid ... Aeneae umeri ponderis de creatoris -e senserunt? VEN. FORT. vita Germ. 62, 169 exonerata inimici (*i. daemonis*) -e respirans mulier. *metaphorice*: ACT. Archel. 37, 7 *serpens* tamquam praegnans effectus est ingentis malitiae -em portans. 37, 16 aborsum -em iniquae conceptionis. c *c. praep.*: PS. QVINT. decl. 3, 16 nemo nostrum recusat ... iniustum super arma -em.

2 *translate*: a *absolute*: HIER. praef. Vulg. Esdr. magnitudo oneris impositi (*sc. scripturae sacrae vertendae*) ita cervices premit, ut ante sub -e ruendum sit, quam *eqs.* PRVD. ham. 551 ne *anima* sub -e iacens alieno et dedita regno non queat ... hostis vitare sagittas. SVLP. SEV. dial. 1, 9, 6 exoneratus quodam modo gravi -e (*sc. uxore et liberis amico traditis*) ad . . . Thebaidem . . . contendi. VAL. CEM. hom. 19, 4 dubie coeptum iter *vitae* peragat, quem iniusti -is pondus accusat. FAVST. REI. grat. prol. vestram laborare personam sub imposito nobis -e (ENNOD. epist. 4, 23 -em esse intolerabilem, quem amicus imponit). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 51 ne ... nimio invalidus sub -e laborem. ENNOD. epist. 1, 5 vita sub -e acta. opusc. 3, 57 quamvis tantae rei necessitas probatissimae personae pondus inquirat et titubet sub gravi -e portitor immaturus. CASSIOD. in psalm. 20 concl. parum tibi fortasse visum est, quod Eutychis errore tenebaris obnoxius, nisi te et Arriana calamitas iuncto -e deprimeret (24, 16 necesse est . . . , ut copioso -e deprimatur, qui pro multis affligitur). 70, 10 truculentior semper est inimicorum adunata collectio et quod non dividitur, gravius uno -e portatur. 101, 1 ut ... illi misericors subveniret, quem tot mala adunato -e deprimebant. VEN. FORT. epist. (carm. 10, 2) 1 cum trepidus animus in utroque non modico sub -e succumbat. GREG. M. moral. 16, 8 quibusdam sub terreno -e laborantibus. *fort. huc pertinet*: CARM. epigr. 678, 4 septem post decem peractos exegeras -es (*i. annos metonymice?* easces *in lapide*).

b *c. genetivo rei*: SYMM. epist. 8, 13 *fama* te absolutum non modo honoris verum etiam curarum -e vulgavit (VEN. FORT. 3, 6, 39). AMBR. Iob 1, 3, 7 huius saeculi viatorem gravi depressum -e delicti. HIER. epist. 38, 2, 2 *Blesilla mortua* redolebat aliquid neglegentiae et divitiarum -bus (fasciis *al. codd.*) colligata. 60, 14, 3 peccatorum (ENNOD. epist. 4, 3. 5, 18. *cf.* GILD. Brit. 35 chron. III p. 46 peccaminum). CYPR. GALL. exod. 27 laborum. COD. Theod. 11, 30, 22 (*a. 343*) praesentis multae. GILD. Brit. 93 chron. III p. 77 scelerum (DRAC. laud. dei 2, 337). SIDON. epist. 7, 4, 1 *Vindicius* segnius domum pro munificentiae vestrae -e remeavit. ALC. AVIT. hom. 16, 1 p. 124 criminum. ENNOD. epist. 1, 7 invidiae. 2, 3 factorum *peccatorum* (*masc.*). 3, 4 malae conversationis. dict. 8, 3 imperitiae. 9, 15 suscepti operis. 17, 4 annorum. CASSIOD. in psalm. 48, 19 malorum. 55 praef. tribulationum (70, 12 GREG. M. in euang. 15, 4). GREG. TVR. vit. patr. 14, 2 fraudis iniquae. GREG. M. moral. 6, 61 necessitatum. 15, 26 rerum. ISID. sent. 2, 2, 15 quidam *Christiani* ... fideles premunt -e superbiae (*codd. haud inepte, cod. Areval.* fastu). *nota*: ENNOD. opusc. 4, 36 mens ... mundani oneris -e depressa.

notabiliora: *ad I A*: *epitheta*: *de materia*: PLAVT. Epid. 28 ulmei (viminei *codd.*). *de ornatu*: CIC. Sull. 17 laureatos (Pis. 97 Lig. 3, 7 Att. 8, 3, 5. 10, 4, 9 PLIN. nat. 35, 201 CAPITOL. Maximin. 14, 4 Gord. 9, 6 CASSIOD. var. 9, 23, 5. *cf.* MART. 10, 10, 1 laurigeris *et* CAES. civ. 3, 71, 3 neque *Pompeius* in -bus insignia laureae praetulit. TAC. ann. 13, 9 ob res ... prospere gestas laurum -bus imperatoriis addi). CLAVD. 28, 646 auratis. *de tempore*: OV. fast. 1, 81 novi (STAT. silv. 4, 1, 8). MART. 8, 71, 6 annuos. *de viribus, potentia*: CIC. leg. agr. 1, 9 formidulosi. HOR. carm. 1, 2, 35 superbos (STAT. silv. 5, 2, 167). VAL. MAX. 2, 7, 7 imperiosissimi. STAT. silv. 5, 3, 189 pacificis. *de magistratu*: FIRM. math. 1, 7, 5 consularium (4, 19, 20. 4, 21, 5). *gen. rei*: PLAVT. Epid. 28 -es virgarum (PAVL. FEST. p. 115). *ad I B*: *epitheton*: LIV. 42, 63, 7 aridis. *ad II*: *molestiam significantia*: VERG. georg. 3, 347 iniusto (PS. QVINT. decl. 3, 16 HEGES. 2, 15, 8 PS. PROSP. carm. de prov. 138 VAL. CEM. hom. 2, 2 *al.*). CELS. 7, 17, 1 gravi (PAVL. NOL. carm. 21, 733 SVLP. SEV. dial. 1, 9, 6 ENNOD. opusc. 3, 57). PETRON. 117, 11 insolito. PRVD. psych. 578 multo. ENNOD. epist. 4, 23 intolerabilem. PAVL. PETRIC. Mart. 5, 51 nimio. VEN. FORT. epist. (carm. 10, 2) 1 non modico. GREG. M. moral. 16, 8 terreno.

derivata: fascalis, fascina; fasciculus *deminutive. cf.* ISID. orig. 6, 8, 8 fastorum libri ... a -bus dicti. *comp.*: fasciger. *Bannier.*

φάσκος *v. p. 306, 68.* **fasculum** *v.* GLOSS. vasculum.

fasēl- *v.* phasel-. **fasēna** *v.* harena.

faseol-, fasg-, fasi-, fasm- *v.* ph-.

fassa *v.* phassa. **fassica** *v.* phaseolus.

fassio confessio GLOSS. *a* fateri. *Vetter.*

fasta *v. p. 302, 73.*

fāstālis, -e *a* 1. fastus. *n. pl.* fāstālia (-ium) *i. q. quae ad fastos pertinent*: FVLG. serm. ant. 6 Bebius Macer, qui -ia (festalia *v. l.*) sacrorum scripsit. *cf.* festalis. *D.*

fāstī, -ōrum *v. p. 326, 21.*

fastīdībilis, -e *a* fastidire. *i. q. fastidium generans*: TERT. anim. 33 p. 358, 3 o iudicia divina post mortem humanis mendaciora, contemptibilia de poenis, -ia de gratiis, quae nec pessimi metuant nec optimi cupiant (*irridet* μετεμψύχωσιν).

fastīdienter *v. p. 311, 79.*

fastīdilis, -e [*a* fastidire. *Th.*]. GLOSS. V 455, 56 fasti⟨di⟩lis dives, habundans. 500, 23 (fartilis *Heraeus*). *adv.* **fastīdiliter**. VARRO Men. 78 quibus instabilis animus ... mutabiliter avet habere et non habere -r inconstanti pectore (NON. p. 112 *ad l.* = GLOSS. V 641, 54 -r fastidiose).

ˣ**fastīdio**, -īvī, -ītum, -īre [*a* fastidium *ductum esse videtur. cf. Job, Le présent et ses dérivés dans la conjug. lat. 439. Th.*]. *de formis*: *perfect. activi primum legitur* CIC. Pis. 68. *part. perf. pass. primum* OV. rem. 542. *fut.* (-iam) -ies *etc.*: CATO agr. 103 MANIL. 5, 195 *al.* -ibo: AVG. ord. 2, 4, 13. *formae primae coniugationis*: ITALA Is. 53, 3 (Clem. ad Cor. 16) *v. p. 311, 17.* QVEROL. p. 41, 9 -diantes *L.* [*falso trad.* AVSON. 92, 13 -diata *V.*] *cf. p. 309, 2.* *secundae coniugationis formae* (*addo ambigua*): PORPH. Hor. carm. 3, 14, 28 -deretur (*trad.*). FVLG. myth. 3, 5 p. 66, 14 -dendo (*v. l.* -iendo). aet. mund. p. 166, 5 -uit. CLAVD. 22, 41 -dere Π^1 -dire *corr.* Π^2. VEN. FORT. carm. praef. 3 -deri (-tederi, -tidere, -tidire *v. l.*, -tidiri *ed.*). 3, 4, 8 (*in prosa orat.*) -dentem (-ientem *dett.*). 7, 8, 7 (*in versu*) -dens. *forma tertiae coniugationis* (*cf. ambigua*): -dunt: SACR. Leon. p. 365. *deponens*: PETRON. 48, 4 *v. p. 310, 22.* *significatio*: GLOSS. ὑπερηφανῶ. fasti⟨di⟩o σικχαίνω. -is contemnis. -it ἐξουθενεῖ (*cf. p. 311, 7*), spernit, dispicit, contemnit, a[d]versatur. *legitur inde a* PLAVTO (*10ies, non nisi praes.*) *per totam latinitatem, singulis locis apud* TITIN. CATONEM VERG. ecl. (*item singulis in* CVLICE, LYDIA) LVCAN., *binis apud* TVRPIL. LVCIL. VARRONEM CIC. (*oratt.*) MANIL., *ternis apud* PHAEDR. PETRON. MART. IVV., *5ies apud* OV. (*deest* met.) TAC., *8ies apud* HOR. (*semel* carm.), *in prosa oratione frequentius inde a* LIV., *frequentant* SEN. phil. CLAVD., *deest* VVLG. (ITALA *v. p. 311, 17*). [*dub.*: AMM. 15, 5, 12 *v. vol. II p. 879, 80.* *corrupt.*: SEN. epist. 8, 6, 14. *ex coniect.*: CIC.

[Ammann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *de corpore eiusque partibus et de animo: i. q. infirmare, debilitare, corrumpere, vexare*: CIC. rep. 3, 37 *v. p. 349, 76.* SALL. Catil. 11, 8 secundae res sapientium animos -ant (*inde* TREB. Claud. 11, 6 *et* AVG. civ. 17, 20. *cf.* SEN. Ag. 62 alia ex aliis cura -at... animos. CAPITOL. Gord. 16, 3 cum luctus ... mentem atque animum *eius* -ret. *cf. p. 347, 54. 76. 349, 37. infra l. 37*). SEN. contr. 1 pr. 2 cum ... senectus ... nervorum firmitatem -verit (*cf. p. 347, 42*). 7, 2 (17), 8 non aggravari indignationem, sed -ari. CELS. 2, 7 membrum ex levi causa -atum (*cf. etiam p. 347, 40. 75*). ARNOB. nat. 7, 18 ne stomachum -et invalidum (*cf. p. 348, 3*). EVTR. 2, 9, 3 qui *hostis* Romanam virtutem magis -verit. AVIEN. orb. terr. 548 ut vulgi corda -et sors rerum (*cf. p. 347, 53. 349, 46*). PRVD. cath. 6, 46 sensa animantium ... -at horror. LEO M. epist. 83, 2 ne ... resipiscentium desideria mora longior -ret. *accedit ablat. instrum. vel causae*: LVCR. 3, 826 id quod *animam* c u r i s -at (*cf.* HOR. carm. 2, 11, 12 quid aeternis minorem consiliis a n i m u m -as? [ENNOD. opusc. 3, 178 p. 377, 13 *cf. p. 347, 54. 76. 349, 37. supra l. 26*]. QVINT. inst. 6 pr. 3 impiam vivacitatem novis ... curis -are. *cf. p. 350, 5*). HOR. carm. 4, 14, 19 devota morti pectora liberae quantis -ret ruinis (*cf. p. 347, 73*). CVRT. 8, 13, 10 *elephanti* stridore aures -bant (*cf. p. 347, 64. 349, 39*). FIRM. math. 5, 1, 2 caput ... doloribus -bitur (*cf. p. 350, 72*). 6, 9, 15 malitiosis humoribus -ari c o r p u s (6, 15, 4 assiduis laborum continuationibus. 6, 22, 6 assiduis languoris continuationibus. *cf. p. 347, 47. 68*). CHIRON 4 indigestione -atus sanguis corrumpitur. AVG. civ. 22, 23 ne maledicis rumoribus bona conscienta -etur. AVELL. p. 669, 9 mens nostra doloris vestri participio -etur (*cf.* GREG. M. moral. 27, 39 mentem durius de transacta nequitia gemitibus dominus -at. *cf. p. 347, 58. 349, 42*).

c *de rebus: i. q. corrumpere, perturbare, infestare, gravare sim.*: OV. met. 5, 485 lolium tribulique -ant ... messes. SEN. Ag. 79 impia quas *arces* non arma -ant? nat. 4 pr. 21 quae *provincia* Pompei fortunam erexit, Caesaris -vit, Lepidi transtulit. CVRT. 7, 11, 4 cupido ... incessit animo naturam quoque -andi (*i. naturae vim inferendi*). COLVM. 4, 1, 6 *semina* non -entur multo soli pressa pondere. COD. Theod. 8, 5, 12 (*a. 362*) cursum publicum -vit quorundam immoderata praesumptio. 15, 5, 3 (*a. 409,* = COD. Iust. 11, 41 [40], 5) ne iudices publicarum rerum statum -ent et festivitatem impediant. TREB. trig. tyr. 30, 1 -ata re publica eo usque perventum est. AVR. VICT. Caes. 28, 1 eam partem aquae penuria -bat. EVTR. 10, 8, 2 qui (*Parthi*) Mesopotamiam -bant. AVIEN. orb. terr. 300 classem sors caeca -at. SYMM. epist. 1, 3, 4 privatam pecuniam pro civitatis ornatu certatim -ant. PRVD. psych. 35 difficilem obitum suspiria longa -ant. PETR. CHRYS. serm. 9 p. 213^{A} *hypocrisis* verecundiam pauperum non relevat, sed -at. COD. Iust. 2, 7, 14 advocati qui ... lapsa erigunt, -ata reparant. 11, 62 (61), 10 -atis *fundis* (*opp.* qui integris viribus florent). ISID. Goth. 2 chron. II p. 268 nulla gens ... quae Romanum imperium adeo -verit. *accedit ablat. instrum. vel causae*: COD. Theod. 7, 7, 5 (*a. 415,* = COD. Iust. 11, 61 [60], 3 pr.) prata provincialium ... militum m o l e s t i a -ari (*cf.* COD. Iust. 11, 66 [65], 1 statum florentis ante patrimonii aridae sitis molestia -ari). 11, 16, 1 (*a. 319,* = COD. Iust. 11, 65 [64], 2) patrimoniales fundos extraordinariis oneribus vel ... obsequiis -ari. IVST. 44, 1, 4 Gallia assiduis ventis -atur. LEO M. epist. 14, 6 electiones ... dilationibus ... -ari. GREG. M. moral. 15, 44 infirmitatem operis ultionis pavore -ari.

speciatim: i. q. ludibrio habere (*nota c. genet. infra l. 80*): GLOSS. II 198, 39 titillare -are. DON. Ter. Eun. 420 'quo pacto Rhodium tetigerim' luserim, -verim. 1011 si quis -et alterum. QVEROL. p. 53, 15 -as nos ..., an vere loqueris? SVLP. SEV. dial. 1, 4, 6 nullam occasionem omittis, quin nos edacitatis -es. 1, 5, 2 ne se Gallus aestimet -ari. SIDON. epist. 3, 13, 4 fertur, si -et, in contumelias, si -etur, in furias. 6, 2, 2 argutiis. POMER. 3, 17, 2 p. 500^{C} aliorum poenam suam facere -ando laetitiam. CASSIOD. Ios. antiq. 6, 4 tu me ... magis illudis et pro ridiculo me -are contendis.

? **II** *intransitive* (*v. etiam p. 349, 63 sq.*): *i. q. fatigari.* PASS. Barth. 2 p. 132, 2 *MP angeli dei* non eum permittunt -are (-ari *rell. codd.*, κοπιᾶσαι. *cf. p. 346, 33*).

syn. et iuxta posita: *ad IA*: deficere, exercere, flaccescere, infestare, tenuare, extenuare. effetus, fessus, languens, lassus, obtritus, remissus. *ad IB*: affligere, exagitare, monere, sollicitare, torquere, vastare.

opp.: laetari, reficere, relevare.

deriv.: fatigabilis, fatigabundus, fatigatio, fatigator, fatigatus (*subst.*). *comp.*: defatigare. *Pflugbeil.*

fātilegus, -a, -um *a* fatum *et* legere. LVCAN. 9, 821 toxica -i (fatiferi *G*) carpunt matura Saitae.

fātiloquium, -ī *n.* [*cf. c.* fatiloquus. *Th.*]. APVL. Socr. 7 p. 137 Sibyllae -a versificet.

fātiloquus, -a, -um *a* fatum *et* loqui. *i. q. fatidicus.* LIV. 1, 7, 8 quam (*Carmentam*) -am ante Sibyllae ... adventum miratae ... gentes fuerant. AVSON. 196, 50 quam -o (-e *al.*) dicte profatu versus Horati. *subst.*: APVL. flor. 15 p. 59 Epimenidem inclitum -um.

fatim *v.* fatis.

fātio, -ōnis *f. a* fari. PRISC. gramm. III 486, 19 ipsa res (*sc. fandi*) fatus et -o et fatum. *Hey.*

? **fatior** *v. p. 284, 82.*

(**fatis**), fatim *subst. defect.* (*non legitur nisi acc.* -im). [*primo hiatum vel oscitationem significasse videtur, cf.* fatiscere, fatuus. *ex eadem radice crescere potuit verbum* batare (badare), bataclare, *extrinsecus, ut videtur, assumptum. cf. vol. II p. 1673, 56. 1783, 84 et quae dicta sunt s. v.* fateor. *Th.*] *mera substantivi vis uno loco adest*: PLAVT. Poen. 534 edas de alieno quantum velis usque ad fatim (*v. vol. I p. 1172, 21*). *ceterum cum* ad *coaluit in adverbium* adfatim (*v. vol. I p. 1172, 19 sqq.*), *quod etiam iis locis agnoscendum est, quibus duo verba scribuntur, cf.* PLAVT. Men. 91 (*vol. I p. 1172, 66 sqq.*) Trin. 1185 (*vol. I p. 1173, 12*). *acc. pro adv.* **fatim:** SERV. Aen. 1, 123 -m ... 'abundanter' dicimus, unde et adfatim (GLOSS. V 455, 58). GLOSS. Plac. V 68, 26 -m ... 'multum' significat, sed non solum †super se erit (per se ponitur *Papias*), ut affatim. GLOSS. V 199, 11 *v. l. 43.* PRISC. gramm. III 75, 7 *v. l. pro* affatim (*v. vol. I p. 1172, 30*).

fatiscor (fassus *v. infra l. 63. 66,* fessus *l. 45 et s. v.* fessus), -ī, **fatisco,** -ere [*cf. c.* fatis. *sunt qui cf. esse putent cum gr.* χατίζειν, χατεῖν *et c.* fames (*q. v.*). *Th.*]. *de etymologia*: GELL. 17, 2, 6 '-or' a 'fateor' ... factum est. SERV. Aen. 1, 123 -unt abundanter aperiuntur, fatim enim abundanter dicimus, ... hiscere autem aperiri (PRISC. gramm. II 429, 3 'hisco' ... ex quo Virgilius compositum protulit in I Aeneidos (*123*) ... '-unt'. GLOSS. V 199, 11 -ere est ... fatim ⟨h⟩iscere. *cf.* GLOSS. Prisc. gramm. II 429, 5 *cod. K* fat | hiscunt *i.* fatis hiscunt).

de forma: PRISC. gramm. II 429, 8 vetustissimi '-or' et 'fessus' dicebant, ex quo 'defetiscor defessus'. 438, 22 -or defetiscor. '-or' *habent* PACVV. trag. 154 (*II*) ACC. trag. 330 (*II*) VARRO frg. Non. p. 479, 10 (*II*) LVCR. 3, 458. 5, 308 (*I*) FRONTO p. 207, 7 N. 217, 4 (*II*). *ceteri* (*primus* VERG.) *formis activis utuntur.* fatesco *pro* fatisco *haud raro in codicibus legitur* (SIL. 2, 316. 9, 323 STAT. silv. 4, 4, 32 AMM. 25, 1, 3 GLOSS. NOT. Tir. 92, 11 *al.*). fetiscor *v. infra l. 62 sq.* *de significatione*: NON. p. 307 -ere est aperiri (aperire *trad., exempla non proponuntur*). *ibid.* deficere (*cf. p. 353, 41*). SERV. auct. georg. 1, 180 (*v. infra l. 74 sqq.*) '-at' ... significat 'adfatim hiscat' (*cf. l. 40 sqq.*). GLOSS. -it κοπαῖ. descit (*vel* dehiscit), aperitur vel aperit, resolvitur, dissolvitur, evanescit, frangit, dissolvit, solvit, contrivit, dividitur. -unt solvuntur, feriendo dissipant vel dissolvunt (*vel* dissolvuntur), feriendo dissipantur ac dividuntur, deficiunt, feriendo dissipantur ac dissolvuntur vel aperiunt. -at aperiat seu (se?) ut 'rimisque -unt (VERG. Aen. 1, 123); -ere est enim fatim ⟨h⟩iscere, id est multum in⟨h⟩iare. -ret abunde aperiretur. -ente solvente. V 199, 2 fa[s]tiscitur solvitur vel rumpitur. 456, 33 fetiscitur fatigatur. GLOSS. IV 74, 10 (= V 500, 16) fassa (farsa *cod. utroque loco*) fatigata. *cf.* PROB. nom. gramm. IV 212, 4 *v. p. 345, 18 sqq.* GLOSS. Plac. V 22, 5 (= V 68, 23) fassitus (-ur *lib. gloss., recte? Goetzius; idem* fassus sit *proposuit, recte, ut vid.*) solutus sit aut consumptus vel exhaustus, a -endo.

I *proprie: i. q. dissolvi, dilabi, frangi, findi* (*acced. ablat. passim,* in *c. acc. p. 353, 23 sqq.*): LVCR. 3, 458 pariter *corpus et animam* aevo fessa -i (faetis *codd. cf.* 3, 437 diffundi. 438 *et* 455 dissolvi). 5, 308 lapides ... vinci ... ab aevo, ... turres ruere et putrescere saxa, ... delubra deum simulacraque fessa -i (COD. Theod. 15, 1, 15 [*a. 365*] *opera publica* quae victa senio -rent, repararent. AVSON. 35, 9 monumenta -unt. SYMM. epist. 1, 16 pars *Capuani praetorii* -it incuria). VERG. georg. 1, 180 *ne area* pulvere victa -at (SERV. *ad l.* hypallage est pro 'ne victa -at in pulverem' [*cf. p. 353, 24 sq.*]. SERV. auct. id est dissolvatur. *cf. supra l. 54*). 2, 249 tellus manibus iactata -it (*opp.* lentescit). Aen. 1, 123 *naves* rimis ... -unt (SERV. *v. l. 40 et 60. cf.* AMM. 26, 10, 19 *navem* diuturna carie -entem. AMBR. exc. Sat. 1, 44 -ente remigio *i. navigio*). 9, 806 saxis solida aera *galeae* -unt. VAL. FL. 4, 48 icta -it aquis domus *halcyones.* SIL. 9, 323 clipeus -it impulsu clipei. STAT. Theb. 8, 705 tergoque -it atque umeris ... aper *hastis percussus* (SCHOL. *ad l.* aprum pro pelle posuit). 10, 865 saxa -unt emotaeque trabes *pontis.* 12, 140 ut *putres artus* flammas non

[*Pflugbeil*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ante -ant. *cf.* SCHOL. ut occisorum corpora putredine non ante solvantur quam rogos accipiant (AMM. 19, 9, 9 cadavera ... caesorum -unt et diffluunt adeo). Theb. 12, 243 supinantur *appropinquantibus* lateque -unt Penthei devexa iugi (*i. panduntur*; patescunt *corrector codicis f, fort. recte*). silv. 4, 4, 32 nostra -it laxaturque chelys (*i. chordae retenduntur*). GELL. 12, 1, 8 ne aequor illud ventris irrugetur ac de gravitate oneris et labore partus -at. IVL. VAL. 2, 27 -ente compactu *imago* procidit dissilitque. PS. ATHAN. ad mon. 4 p. 74^D semper duriora flectenda sunt, ne viribus inclinata curvatio, priusquam in circulum veniat, -ens (*ad* curvatio) fragmen offendat (*de ascesi; comparatur res, quae cum nimis incurvata sit frangitur, cum viribus hominum vitae sanctae deditorum*). HEGES. 3, 11, 1 ne repercussus murus -ret (*praecedunt* ut crebris ictibus fatigatum muri latus cederet cavatumque in rupturis fenestram daret). PRVD. cath. 9, 51 nec -it unda sanctis pressa sub vestigiis. 10, 96 nec post obitum recalescens compago -ere novit. CLAVD. rapt. Pros. 3, 425 ora -unt vulneribus. AVIAN. fab. 41, 13 -ens *amphora*. SEDVL. carm. pasch. 5, 266 -unt (patesc- *v. l.*) divisa compage petrae (*cf.* op. pasch. 5, 22 rumpuntur saxa, finditur terra). BOETH. cons. 4 carm. 6, 43 quae nunc stabilis continet ordo, dissaepta suo fonte -ant (5, 3, 109). VEN. FORT. carm. 8, 3, 339 victa puerperio membrorum porta -it. PRIMAS. in apoc. p. 856^B peccatores tamquam vasa fragilia in fornace -entia novimus reprobari. *acced.* in *c. acc.* (*cf. II infra l. 77*): SOL. 5, 2 *solum* -at in pulverem siccitate (35, 8 *extima cutis pomi* -it in vagum pulverem. AMBR. hex. 2, 3, 12 terra. ISID. nat. 7, 3 *cf.* SERV. *p. 352, 75*). HEGES. 4, 18 l. 43 *poma* -unt ac resolvuntur (*Ios. bell. Iud. 4, 484* διαλύονται) in cinerem (AVG. civ. 21, 5 ISID. orig. 14, 3, 25).

per imaginem: AMBR. Iob 2, 5, 18 impius sicut pulvis ... -it atque evanescit. VINCENT. LER. 21, 26 inveniuntur aliqui ... qui tantis eloquiorum caelestium molibus non succumbant, tantis ponderibus non -ant, tantis malleis non conquassentur, tantis ... fulminibus non conterantur. ENNOD. epist. 1, 3, 12 p. 6, 12 cui si votivi negentur affatus, -am ut terra, cui caelo nihil liquitur.

II ***translate***: **A** *de animantium viribus vel corporis vel animi, quae dissolvuntur, conficiuntur: i. q. fatigari, deficere, lassari* (*accedit ablat. passim*, in *c. acc. infra l. 78; pendet infinit. infra l. 39. 52, partic. infra l. 63. 75*, haut -ar, quin *l. 40*): PACVV. trag. 154 numquam -ar facere quod quibo boni. ACC. trag. 330 tamen haut -ar (NON. p. 307, 11. 479, 11 -am *codd.*), quin tuam implorem fidem (*ad utrumque locum* NON. p. 307, 8 -ere ... deficere. p. 479, 10 -untur pro -unt). VARRO frg. Non. p. 479, 10 (-untur pro -unt) alteri ita [altera] vulneribus -untur. COLVM. 7, 3, 7 *ovis femina* (*de gignendi facultate minuta; item* 7, 9, 13 PLIN. nat. 11, 46). PLIN. nat. 11, 254 in longiore itinere sine calceatu *cameli* -unt. VAL. FL. 7, 598 *taurus vinctus*. SIL. 2, 315 ferro flammave *Romani* -unt? STAT. Theb. 1, 217 Cyclopum ... -unt bracchia (SCHOL. Cyclopes ... fatigati sunt suggerendo fulmina). 4, 187 fatidici mens expugnata -it auguris (*cf.* PANEG. 12 [2], 38, 3 labitur ferrum, tremit dextera, mens -it). 11, 92 longo sudore -unt corda ... tardaeque manus. 12, 295 *Argiam* per campos errore -ere vano (SCHOL. fatigari). silv. 5, 1, 35 exatiata -et mater Achilleis hiemes affrangere bustis. 5, 5, 21 alterno mecum clamore -at. TAC. ann. 3, 38 non ... Tiberius, non accusatores -bant (*sc. damnatione, delationibus*). 6, 7 copia -unt *scriptores*. 14, 24 ipse exercitusque, ut nullis ex proelio damnis, ita per inopiam et labores -bant. 16, 5 labori *plaudendi non sufficiebant*, cum manibus nescii -rent. FRONTO p. 207, 7 N. pedibus -i (*opp.* equo vehi). p. 217, 4 N. -i nos ... et pelli et vulnerari. COMM. apol. 898 finitimae gentes terrore -unt (*i. animis deficiunt*). PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 188, 7 animorum species liquido die nitent, coacta nube -unt. IVVENC. 3, 244 parva fides ... -it. AVSON. 322, 10 studium puerile -it. 322, 40 sperabo tamen nec vota -ent. AMM. 14, 6, 25 sole -unt vel pluviis ... aurigarum ... praecipua vel delicta scrutantes. 18, 6, 13 equo iam -ente. 25, 1, 3 cum -rent ... aestuum magnitudine crebrisque congressionibus partes. RVFIN. Basil. hom. 2, 3 -ere corporis statum et commoda infirmitate marcescere. Orig. in exod. 5, 4 p. 329^C -entis in tentatione animi. PRVD. cath. 6, 149 corpus licet -ens iaceat recline paulum (SVLP. SEV. dial. 1, 11, 2 corpus inedia -bat. MACR. somn. 1, 13, 12 *opp.* anima ... non deficit. SALV. eccl. 1, 50. *cf.* ENNOD. opusc. 4, 22 p. 388, 10 -ente corpusculo). psych. 587 ut ... calcatrix mundi (*i. Avaritia*) mundanis victa -at illecebris. PAVL. NOL. carm. 20, 186 mihi ... fesso iamque -enti propera laxare catenam. SVLP. SEV. dial. 1, 16, 2 stomacho iam -ente (VITA Caes. Arel. 1, 7). epist. 3, 14 -entes artus. THEOD. PRISC. eup. faen. 2 dum ... aeger -it. EPIST. pontif. 389 (*a. 432*) Migne 50, 585^B ne -at audiens (ἀποκάμῃ). ENNOD. opusc. 2, 22 p. 294, 17 -enti animae medelam adhibere. VEREC. in cant. 8, 5 desolata -it *desperatio* (*i. desperans*). *acced.* in *c. acc.* (*cf. I supra l. 23*): VAL. FL. 3, 395 in lacrimas humilesque metus aegramque -unt segnitiem.

B *de rebus, quarum vigor minuitur: i. q. deteriorem fieri, debilitari, infirmari*: COLVM. 2, 13, 3 *solum* leguminum segetibus -it. TAC. hist. 3, 10 donec -ret seditio. AMM. 20, 11, 5 imperii opes ... -unt. SVLP. SEV. chron. 2, 40, 5 nisi -ente aevo ... deliraverat (*cf.* epist. 3, 13 nec -entem causabor aetatem). ENNOD. opusc. 1, 10 p. 264, 7 quasi non in primordiis fluvius etiam torrentis -at ingenii.

syn. et iuxta posita: *ad I*: diffluere, evanescere, laxari. *ad II*: deficere, fessus, lassari. *Pflugbeil.*

1. fātor (-ōris) *m. a* fari. PRISC. gramm. III 486, 12 (*inter regulas verbales ita propositas, ut pro exemplo sit verbum* fandi) praeteriti ... pleraque participia ... faciunt nomen verbale, ut amatus, amator ... munitus, munitor sic ergo fatus, -or possumus dicere.

2. fātor, -ārī *a* fari, fatus. PAVL. FEST. p. 88 -antur multa fantur. *D.*

1. fatua, -ae *f. v.* fatuus. **2. Fatua**, -ae *f. v. nom. propr.*

[**fatuātus**, -a, -um] *v.* fatuus *p. 372, 15.*

fatuē *v. p. 372, 59.* **fatuīnus**, -a, -um *v. nom. propr.*

fatuitās, -tātis *f. a* fatuus. *plur.*: CASSIOD. hist. 1, 19 p. 919^A *v. l. 64.* GLOSS. μωρία stultitia, -s, vecordia. stultitia. hebetudo. anilia -s, amentia. [*ex coniect.*: ARNOB. nat. 1, 65 *v. l. 25.*]

1 *i. q. stultitia, dementia, stoliditas*: CIC. inv. 2, 99 definitionibus ostendere non hanc imprudentiam aut casum aut necessitudinem, sed inertiam, neglegentiam, -em nominari oportere. PAVL. FEST. p. 68 dalivum ... Santra ... dici putat δείλαιον, id est, propter cuius -em quis misereri debeat. APVL. Plat. 2, 4 indocilitatis duas ... species accepimus, imperitiam et -em, quarum imperitia sapientiae, -s prudentiae inveniuntur inimicae. ARNOB. nat. 1, 65 fatua dona promittit *Christus*: ridete ut sapientes vos viri et in suis erroribus -em (fatuitantem *P*) relinquite volutari. FIRM. math. 8, 19, 2 stolido -is stupore confecti. HIER. in Soph. 2 p. 708 melius est ... -em *stulti* domini sapientia corrigi, quam suae eum stultitiae derelinqui (*interpretatur* Matth. 5, 13 si ... sal infatuatum fuerit. *cf. p. 372, 36*). in Eph. 5, 3/4 stultiloquium ... eorum, qui ... -e simulata ... illudant eis, quibus placere desiderant. epist. 92, 5 -i iuncta superbia ... iudiciis contradicunt (*cf.* GREG. M. moral. 23, 4 *sententiae* cum elationis -e proferuntur [*syn.* imperitia]). VVLG. prov. 14, 24 corona sapientium divitiae eorum, -s stultorum imprudentia (*hebr. eadem vox repetitur*). 16, 22 doctrina stultorum -s. Ier. 23, 13. PS. RVFIN. in psalm. 43, 22 p. 819^A puritatem ac mansuetudinem ... quam ... reprobi -em putant. AVG. c. Faust. 22, 25 reprehendunt puerilis cuiusdam -is affectum, quod *Christus* digito scribebat in terra (*antea syn.* stultitiam, dementiam). c. Iul. 5, 4, 18 *Christi* fidem ... etiam natura insipientibus opitulari. sunt enim, qui tanta cordis obtunsitate nascuntur, ut similiores pecoribus quam hominibus esse videantur; quorum tantae -is, quae in illis naturalis apparet, *eqs.* (*cf.* epist. 166, 17 quidam sunt tantae -is, ut non multum a pecoribus differant; quos moriones vulgo vocant). 6, 1, 2 homo -is expers. c. Iul. op. imperf. 2, 179 nec sic potest haec intelligentiae tuae -s excusari, qua dicis *eqs.* (*sim. de haereticis*: MAR. MERC. app. 5 cum ... mirae -is et dementiae *Nestorius* sit. 8 accedit illud eius inaestimabilis -is, quod dicat *eqs.* NOVELL. Theod. 3, 9 haereticae -is auctores). AVG. in psalm. 46, 2 proponitur pueritia (*i. poena puerorum qui Eliam insultabant*) ad cavendam -em. *bis.* HESYCH. in lev. 26, 27—45 p. 1154^A 'terrebit eos sonitus folii volantis' ... timent enim ex -e et corde caecato commixtione eius. MART. CAP. 5, 458 *errori* subduntur ignoratio, vinulentia, oblivio, -s, dementia ceteraque, quae errorem admittentis excusant. CASSIAN. conl. 1, 14, 8 ultra omnis ineptiae non dicam -em sed insaniam. SALV. gub. 3, 13 (*ad* Matth. 5, 22) racha quod genus sit contumeliae, multi nesciunt; -s quam iniuriose obiciatur, optime norunt. OP. imperf. in Matth. 46 p. 894 si ... contempta iustitia misericordia observetur, ipsa misericordia ... est ... -s. ENNOD. epist. 9, 11 p. 236, 16 quid arguam prius ...? fallaciae aut -is obscena? VITAE patr. 5, 15, 12 mulier ... dicebat: 'senex ille fatuus est': senex ... dixit ei: 'quantos labores putas sustinui ..., ut acquirerem -em istam ...?' (*sim. est pro virtute Christiana*: GREG. M. moral. 27, 79 relinquamus noxiam sapientiam, discamus laudabilem -em [*seq.* VVLG. I Cor. 1, 27]). VEREC. in cant. 2, 29 *opp.* calliditas. CASSIOD. var. 9, 18, 9 qualis ... -s est creatorem vitae relinquere. hist. 1, 19 p. 919^A infantum -bus ... accomodata (*opp.* prudentium intellegentia). in psalm. 103, 11 *Iudaei velut onagri* ferocia mentis et callosa -e durati sunt. Didym. in I Petr. p. 1759^B si propter multam -em hoc concesserint. Ios. c. Ap. 1, 226 *Aegyptii* vani ac fatui ...; et ad tantam -em (ἄνοια) ac pusillanimitatem ... perducti sunt, ut *eqs.* GREG. M. moral. 6, 5 Iudaicus populus ... per -is fastidium (*i. quod ex -e nascitur*) ab *legis* intellectu ieiunavit (6, 10). 18, 67 puritatis verba quasi -em (*i. quasi -is testimonia*) devitat. 26, 57 'consumentur stultitia' quia ... eos (*sc. iniquos*) ... finis in -e concludit; ... -as quippe stultitiae est, quod illos sic iniquitas obligat, ut a culpa eos nec poena *retineat*. GREG. M. in Ezech. 1, 10, 17 bonum ... erubescere -is *est* (*opp.* sapientia).

2 *i. q. hebetudo* (*cf.* GLOSS. *supra l. 15*), *languor, desidia*: APRING. in apoc. 3, 15 'quia tepidus es, ... incipiam te evomere ex ore meo': quosdam aliqua -e deceptos reprehendit et nec multo frigore iniquitatis argueri et nec bonis inve⟨n⟩it operibus incubare, sed tepidos in utraque prosistere. GREG. M. in euang. 17, 16 'sal infatuatum est' (*cf.* VVLG. Matth. 5, 13) ... atque idcirco ab auctore non sumitur, quia exigente -e nostra (*i. per -em nostram, sc. episcoporum*) minime conditur (*sim. antea* nostra faciente neglegentia).

[*Ammann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

iuncturae synonymae: -s ineptiae: CASSIAN. conl. 1, 14, 8. stultitiae: GREG. M. moral. 26, 57. -is stupor: FIRM. math. 8, 19, 2. *syn.*: dementia, imprudentia, cordis obtunsitas, stultitia. imperitia. insania. *opp.*: calliditas, intellegentia, prudentia, sapientia.

fātuītō *adv. a* fatum *ad exemplar adverbii* fortuito *derivatum videtur.* PRISC. gramm. III 79, 21 quomodo a divino ... 'divinitus' θεόθεν, 'divine' θείως, similiter a fato '-o' μοίρηθεν [fato] et 'fataliter' μοιριδίως.

?**fatuito(r)**, -āre (-ārī). *si recte traditur, a* fatuor *frequentative.* ARNOB. nat. 1, 65. *v. p. 354, 25.* *Ammann.*

×fātum, -ī *n.* [*a* fari. *Th.*]. *etymologia*: VARRO ling. 6, 52 ab hoc (*sc.* fari), tempora quod tum pueris constituant Parcae fando, dictum -um et res fatales. FRONTO p. 233, 7 N. -a a fando appellata aiunt. AVG. civ. 5, 9 p. 205 c. Faust. 2, 5 p. 260, 10 PRISC. gramm. III 486, 13 SCHOL. Lucan. 1, 599 ISID. orig. 8, 11, 90. *adde* SERV. auct. Aen. 4, 450. *cf.* PAVL. NOL. epist. 16, 4 p. 117, 26 -um profantis expressio. *orthographica*: faato: CARM. epigr. 959, 5. fāt-: CORP. IX 2045 *al.* φᾶτα: PROCOP. Goth. 1, 25, 19. factum *saepe traditur, ubi* fatum *aut restituendum aut certe intellegendum est: in codd.*: PLAVT. Bacch. 951 B^1D^1 PACVV. trag. 377 CIC. ad Q. fr. 1, 4, 1? VERG. Aen. 8, 731 (*apud* SERV.) catal. 11, 4 *B al.* OV. epist. 12, 3 *P*. 7, 187 *PG*. 12, 3 *P* rem. 566 *R* met. 9, 359 *N* (*fort. recte cf.* 395) NVX 49 *codd.* LIV. 3, 19, 12. 8, 6, 11 *MP* MANIL. 1, 184 *pars codd.* SEN. contr. exc. 8, 4 *pars codd.* GERM. 445 *codd. meliores.* SEN. epist. 57, 1 *p.* 63, 14 *p* LVCAN. 5, 781 *M.* 8, 23 *VC* PLIN. nat. 2, 141 *FREa*(*bis*) STAT. Theb. 8, 227 *BM* QVINT. decl. 260 p. 69, 6 *AaB.* 274 p. 124, 7 A^1B. 292 p. 163, 23. 354 p. 385, 25 *B* Ps. QVINT. decl. 16, 5 *MP* TERT. adv. Val. 9 p. 187, 20 PANEG. 2 (10), 7, 6 TREB. Gall. 1, 1 trig. tyr. 13, 2? LVCIF. reg. apost. 2 (*v. Hartel, Archiv 3 [1886] 21*) QVEROL. p. 35, 21 HYG. fab. 36 COMM. apol. 88 instr. 1, 28, 2 *et* 12 *C* RVT. NAM. 1, 92 DRAC. Romul. 2, 1 EVG. TOLET. carm. 2, 13 GLOSS. IV 460, 36 (*coll.* Verg. Aen. 2, 506 *cf. Thes. gloss.*) *saepius. sic in inscr.*: CORP. IX 2689, 6 iste mulus me ad factum dabit (*i. perdet, sc. nimio sumptu. cf.* PLAVT. Amph. 809 haec me ... ad mortem dedit. *Mommsen*: '*feret me ad opus rusticum*'). *cf.* GLOSS. IV 74 *cod. a post* 21 fastum (*sic*) dictum. 516, 5 factum (*a*, fatum *bc*) dictum. 516, 6 facta (fata *b*) dicta. *dubium, utrum* factum *an* fatum *accipias*: AMM. 24, 5, 5 tristi percellimur -o (facto *al.*). *accipiendum videtur* factum: CARM. epigr. 427, 9 memori saxo mea -a sacravi (*cf. ibid.* 10 mea gesta). *declinatio: gen. plur.* -um: LVCIL. 447? *abl.* -u: CORP. IX 2045. -iīs: CORP. VI 30975, 7 (*a. u. c. 754*). DVB. NOM. gramm. V 579, 4 -um generis neutri. *m.* **fātus**, -ī: CARM. epigr. 148, 2 hoc tempus voluit, hoc fuit -us meus. 1608, 1 ut meus -us esset brevis. *cf.* CORP. VIII 21564 cuius -um talem fuit, ut. CARM. epigr. 92, 7 o -um infelicem, qui. INSCR. tab. lus. Röm. Mitt. 1891 p. 211 vincere -us, sensus docuit tabula ludere. *reliqua v. nom. propr. f.* **fāta**, -ae [*it.* fata, *francog.* fée, *hisp.* hada. *M.-L.*]: *v. nom. propr.* *de significatione*: CIC. div. 1, 125 -um ... id appello, quod Graeci εἱμαρμένην, id est ordinem seriemque causarum, cum causae causa nexa rem ex se gignat. 1, 126 -um ... non id, quod superstitiose, sed id, quod physice dicitur, causa aeterna rerum, cur et ea, quae praeterierunt, facta sint et, quae instant, fiant et, quae sequuntur, futura sint. nat. deor. 3, 14 *Stoici dicunt* quod ... semper ex omni aeternitate verum fuerit, id esse -um. fat. frg. 2 -um est conexio rerum per aeternitatem se invicem tenens, quae suo ordine et lege variatur, ita tamen, ut ipsa varietas habeat aeternitatem. top. 59 ex hoc genere causarum (*sc. praecursionem quandam ad efficiendum adhibentium*) ex aeternitate pendentium -um a Stoicis nectitur. SEN. benef. 4, 7, 2 series implexa causarum. dial. 11, 8, 3 immutabilis causarum inter se cohaerentium series. nat. 2, 36, 1 necessitatem rerum omnium actionumque, quam nulla vis rumpat. epist. 19, 6 seriem ... causarum, ex quibus nectitur -um. *cf.* LVCAN. 6, 612. Ps. QVINT. decl. 4, 18 quid est -um, nisi quod fit et non habet causas? TAC. ann. 6, 22 *v. p. 358, 1.* GELL. 7, 2, 1 -um est, inquit *Chrysippus*, sempiterna quaedam et indeclinabilis series rerum et catena volvens semetipsa sese et implicans per aeternos consequentiae ordines, ex quibus apta nexaque est. 7, 2, 9 naturalis illa et necessaria rerum consequentia ..., quae -um vocatur. APVL. mund. 38 -um ... himarmenen a tractu quodam invicem causarum se continentium. Plat. 1, 12 divinam legem esse -um, per quod inevitabiles cogitationes dei atque incepta complentur. MIN. FEL. 36, 2 quid ... aliud est -um quam quod de unoquoque nostrum deus fatum (fatus *Sabaeus*) est? (*cf.* AVG. civ. 5, 1 p. 190, 25 D. *et* 5, 8 tit. [*v. p. 356, 3*]). CHALC. comm. 143 *Plato* -um in Phaedro ... 'scitum inevitabile', in Timaeo 'leges', quas deus de universae rei natura dixerit caelestibus animis, porro in Politia 'Lacheseos' appellat 'orationem' *eqs.* 146 ordinationem perpetuam, quae -um vocatur. 149. 180 lex illa caelestis, quae -um vocatur. 189. *cf.* 152. 177. 178 quam legem (*sc. a providentia sanctam*) ... esse -um serie quadam consequentiarum atque ordinum sancientem. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 165 -a quattuor modis ponuntur: aut enim ab his di s⟨eparantur⟩ ... aut sunt oracula, quae et responsorum significatione intelleguntur, ... aut universe ⟨a deo aliquo⟩ constituta ... aut quos Graeci ⟨daemon⟩as dicunt. COMMENT. Lucan. 9, 573 *v. p. 364, 74.* AVG. civ. 5, 1 p. 190, 29 id (*vocabulum fati*) homines quando audiunt, usitata loquendi consuetudine non intellegunt nisi vim positionis siderum *eqs.* 5, 8 tit. qui non astrorum positionem, sed conexionem causarum ex dei voluntate pendentem -i nomine appellant. *sim. in textu. cf.* 5, 9 (*saepius*). in psalm. 91, 3 *v. p. 358, 48.* MART. CAP. 5, 494 -um ... est causa vel vitae vel mortis. ISID. orig. 8, 11, 90 -um ... dicunt esse, quidquid dii fantur, quidquid Iuppiter fatur. 8, 11, 94 -um ... appositum singulis et statutum (*opp.* fortuna. *idem* diff. 1, 219). GLOSS. θέσφατον, μοῖρα (*item* APVL. mund. 38 PROCOP. Goth. 1, 25, 20), εἱμαρμένη (CIC. div. 1, 125 GELL. 7, 2, 1 APVL. mund. 38 Ps. APVL. Ascl. 39 FIRM. math. 1, 8, 2), εἱμαρμένον, τύχη, dictum, astrum fatale, uyrd. -a dicta, locuta, Parcae. GELL. 13, 1, 7 πεπρωμένη. NON. p. 303 -um significat decretum et voluntatem (455. *cf.* PROB. app. gramm. IV 202, 39 -um ... fortunae decretum (ISID. diff. 1, 259 fortunae decretio. GLOSS. IV 422, 4). *de ambiguitate significationis cf.* SERV. Aen. 1, 32 *et* 8, 292 (*coll.* auct. *ibid.*). auct. 10, 67 *et infra sub I. v. etiam W. F. Otto, PW. VI 2047, 50.* [*loci mutili*: CORP. IV 1397. XII 1146. II 1276. VII 412. *loci dubii et corrupti*: OV. rem. 566 SEN. Herc. O. 1125 Ps. QVINT. decl. 16, 5 TERT. anim. 20 CLAVD. rapt. Pros. 2, 306.] *inde a* PLAVTO. [*it.* fato, *hisp.* hado. *M.-L. cf. p. 355, 47.*] *ubi e re videbatur, in locis non plene exscriptis singularem lemmatis per* **sg.** *notavi.*

I ***significationes***: A *dictum, praedictio rei futurae, oraculum* (*cf. Otto, PW. VI 2048, 56*): PLAVT. Bacch. 951 exquirit -a Iliorum. 953 Ilio tria fuisse audivi -a, quae illi forent exitio: signum ex arce si periisset *eqs.* 956 paria item tria eis tribus sunt -a nostro huic Ilio. 959 iam duo restabant -a. ENN. scaen. 58 me (*Cassandram*) Apollo -is fandis dementem invitam ciet. ann. 19 Anchisa, Venus quem ... -a docet (fari *add. Bernays, sed cf. Vahlen ad h. l.*; quem ... fari donavit *Prob.*). ACC. trag. 451 eum suae vitae finem ac -i⟨s⟩ (*abl.*) internecionem fore ..., ubi. 481 veter -orum terminus (*i. Delphi*) sic iusserat. CIC. Catil. 3, 9 ex -is Sibyllinis haruspicumque responsis se esse tertium (3, 11 *cf.* 4, 12). div. 1, 100 ex -is, quae Veientes scripta haberent, Veios capi non posse. 2, 20 id neque, si -um fuerat, effugisset (*ibid.* praedictio). 2, 63 auguris ut nostri Calchantis -a queamus scire (*cf. Hom. Il. 2, 300*). fat. 5 Icadii (*ibid.* praedictum). 30 *v. p. 361, 49.* VERG. georg. 4, 452 sic -is ora resolvit (*cf.* 4, 449 oracula. SERV. auct. ad -a proferenda). Aen. 1, 239 -is contraria -a rependens. 1, 382 data -a secutus (GLOSS. IV 437, 7 responsa. SERV. scilicet a Iove. *item de Iove* VAL. FL. 1, 534). 2, 13 fracti bello -isque repulsi (SERV. oraculis). 2, 54 si -a deum, si mens non laeva fuisset (SERV. modo participium, hoc est, quae dii loquuntur. CLAVD. DON. deorum voluntatem. VERG. Aen. 2, 257 [SERV. voluntate numinum]. 6, 376 [CLAVD. DON. -a hic dixit iudicatum, cuius firmitas moveri non posset]. 7, 239. 584. LVCAN. 1, 599 -a deum secretaque carmina servant [COMMENT. oracula. SCHOL. responsa]. VAL. FL. 4, 86 STAT. Theb. 10, 592 silv. 3, 1, 11 *v. p. 360, 83* MEROB. carm. 4, 22). Aen. 2, 121 cui -a parent (*sc. mortem?* SERV. auct. responsa). 3, 717 -a renarrabat divum (SERV. quae dii hominibus tribuunt. *cf.* VERG. Aen. 7, 50 huic -o divum proles ... nulla fuit [SERV. voluntate; nam dii id fantur quod sentiunt *eqs.*]. VAL. FL. 4, 741). 4, 450 -is exterrita Dido (SERV. auct. aut malis suis aut ... responsis Aeneae). 4, 614 sic -a Iovis poscunt (SERV. auct. dicta, id est Iovis voluntas; *cf. Otto l. l.; v. infra l. 82*). 5, 703 oblitus -orum (SERV. oraculorum). 6, 45 poscere -a (SERV. auct *ad* 2, 13 oracula). 6, 466 extremum -o, quod te alloquor, hoc est (*ad h. l. Götz trahit* GLOSS. IV 422, 4 nunc responso, alias decreto). *nota* 7, 294 heu ... -is contraria nostris (*Iunonis*) -a Phrygum (*cf. Otto l. l. et Heinze, Virgils ep. Technik p. 287 not.* Aen. 8, 292 ut *Hercules* ... mille labores ... -is Iunonis iniquae pertulerit [SERV. voluntate]). 9, 134 sunt et mea contra -a mihi (SERV. responsa). 10, 67 Italiam petiit -is auctoribus (SCHOL. Verg. Veron. videtur significare 'responsis', *cf.* SERV. auct.). 10, 154 libera -i ... gens Lydia (CLAVD. DON. libera nexibus responsi. *at* SERV. exempta fatali necessitate). OV. met. 2, 655. *dub.* fast. 4, 206 sic genitor -is decipiendus erat (4, 197 reddita Saturno sors haec erat). LIV. 5, 16, 8 desperata ope humana -a et deos spectabant (*ibid.* sortem oraculi). 8, 24, 12 adiecit ... animum -is suis (*cf.* 8, 24, 2 data dictio erat). 10, 8, 2 carminum Sibyllae ac -orum ... interpretes. 29, 10, 8 -is, om⟨i⟩nibus oraculisque portendentis sese victoriae. VELL. 2, 60, 1 asserebant salutaria reipublicae terrarumque orbis -a conditorem. SEN. Oed. 792. *nota* Thy. 757 fibras tractat ac -a inspicit. CVRT. 4, 7, 26 an ... imperium -is sibi destinaretur. LVCAN. 1, 630 ubi concepit magnorum -a malorum. 5, 180 omne futurum nititur in lucem, vocemque petentia -a luctantur *in ore Pythiae.* 5, 219 *Pythia* a luce sacra, qua vidit -a, refertur ad volgare iubar (*cf. p. 357, 3*). PLIN. nat. 10, 7 praedictam -is ... ruinam. 28, 14 magnarum rerum -a et ostenta verbis permutari. 28, 15 transiturum fuisse -um in Etruriam, ni. VAL. FL. 1, 230 plenus -is Phoeboque. 1, 744 quibus ingreditur -is *Argo* (*cf.* 1, 743 prodigiis ... oracula). 4, 101 regis -is et numine freti. 4, 127 maiora ... sanguine nostro vincunt -a Iovis. 5, 65 Erginum -o vocat ipsa monenti quercus. HOMER. 251 *Troia* vicisset ... dolos Danaum, ni -a fuissent. STAT. Theb. 1, 503 veteris ... exordia -i detegis (SCHOL. responsi). 2, 101 [*Hey*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

orum expromere voces. 3, 700 hic ... est, quem -a dabant, quem dixit Apollo (SCHOL. oracula). Ach. 1, 545 quis vatum dubiis in casibus ausit -a videre. IVV. 6, 588 plebeium in circo positum est et in aggere -um (SCHOL. sortes accipiunt). CENS. 8, 5 particulae *zodiaci* nobis velut -a sunt. IVST. 12, 2, 11 antiquitatis -a veneratus (12, 2, 10 oraculum). 14, 5, 6 contra responsa -orum. PS. AVR. VICT. orig. 10, 1 aditis ... -is *Sibyllae*. AVSON. 229, 7 hoc letum iam tum mea -a canebant. 396, 16 qui -a Amphrysia servant. 408, 9 quot commissa viris Romana Albanaque -a. AMM. 30, 5, 15 diu compositum ad quietem principis -um sortem denuntiabat ei supremam. RVT. NAM. 2, 52 Sibyllinae -a ... opis (*i. libri Sib.*). DRAC. Romul. 8, 198 -a manent (*ibid.* verba Tonantis). *adde*: SERV. *p. 358, 27 sq.* -um est *sim. v. p. 361, 45.* -a canere, dicere, scribere *sim. v. p. 364, 80.*

B *necessitas, εἱμαρμένη*: 1 *generatim*: PS. NAEV. carm. frg. 63 (*aet. Gracch.? cf. Wissowa, Genethl. f. Robert p. 55 sqq.*) -o Metelli Romae fiunt consules (*cf.* CIC. Verr. 1, 29, *ubi opp.* opera sua). CIC. Phil. 1, 10 multa ... impendere ... praeter naturam etiam praeterque -um (*cf.* GELL. 13, 1 *ad h. l.*). ac. 2, 126 -um ... illud, quo omnia contineri dicitis (*Stoici*. div. 2, 19. 20). div. 1, 125 a deo ..., deinde a -o, deinde a natura vis omnis divinandi ... repetenda (2, 27. SEN. epist. 16, 4 *opp.* deus *et* casus. *item* 16, 5 SERV. Aen. 4, 110. -um *et* deus [numen *sim.*] *saepe componuntur, v. p. 369, 46*). 2, 19 anile ... et plenum superstitionis -i nomen ipsum; sed tamen apud Stoicos de isto -o multa dicuntur. 2, 24 sin ... id (*quod futurum est*) potest flecti, nullum est -um. 2, 25 filium a morte contra -um eripere. fat. 1 in hac disputatione de -o (*cf.* nat. deor. 3, 19 div. 2, 3 GELL. 7, 2, 15). 11 cum sine -o ratio omnium rerum ad naturam fortunamve referatur. 39. 40 si omnia -o fiunt, omnia fiunt causa antecedente (41. *alia huiusmodi v. p. 365, 56*). 45 quibus in rebus, cum causae antecesserint, non sit in nostra potestate, ut aliter illa eveniant, eas -o fieri; quae autem in nostra potestate sint, ab eis -um abesse. CATVLL. 64, 326 vos (*subtegmina*), quae -a sequuntur. LVCR. 2, 257 -is avolsa potestas (voluptas *codd.*). VERG. Aen. 2, 506 Priami fuerint quae -a requiras. 3, 494 alia ex aliis in -a vocamur. 4, 519 conscia -i sidera (MANIL. 1, 52 sideribus ... pendentia -a [*cf.* 1, 261. 3, 58]. GELL. 14, 1 tit. ex coetu motibusque siderum ... -a hominum dicturos *Chaldaeos*. FIRM. math. 1, 7, 6. 13 derogas -o et stellarum vim ... contemnis. 1, 7, 19. 1, 9, 2 *-a* sunt ... stellarum decreta. 3, 6, 26 *al.* SERV. auct. Aen. 4, 489 quae [*fata*] secundum mathematicos sideribus gubernantur. AVG. c. Faust. 2, 5 p. 259, 11 nos ... sub -o stellarum nullius hominis genesim ponimus. *ibid.* p. 259, 26. 260, 13 non consortium siderum -um Christi est, sed -um etiam siderum Christus est. in psalm. 91, 3 *v. p. 358, 48. cf.* c. Pelag. 2, 7, 14. *cf. p. 358, 34. 37. 44. 56*). VERG. Aen. 4, 696 nec -o, merita nec morte peribat *Dido* (GELL. 13, 1, 5 *ad h. l.* tamquam in faciendo fine vitae, quae violenta sunt, non videantur e -o venire). 7, 234 -a per Aeneae iuro. 11, 160 vivendo vici mea -a, superstes restarem ut genitor (SERV. naturalem ordinem vita longiore superavi. *v. q. s.*). CIRIS 456 vel -o fuerit nobis haec debita pestis vel casu ... vel ... culpa. HOR. carm. saec. 28 bona iam peractis iungite -a, *Parcae*. LYGD. 3, 35 si -a negant reditum tristesque sorores. PROP. 4, 8, 25 *de gladiatore*: qui dabit immundae venalia -a saginae. OV. am. 3, 12, 3 quod ... putem sidus nostris occurrere -is. met. 8, 391 furens contra sua -a. 10, 724 questa ... cum -is. 11, 742 -is obnoxius ... amor. *nota* OV. Pont. 1, 2, 28 me pugnantem ... cum ... meo -o (SIL. 2, 514 luctantem -is ... Saguntum. 5, 76 -is ... certare. 9, 543). MANIL. 1, 512 Troianos cineres ... refovit imperium. -is Asiae iam Graecia pressa est. 2, 149 hoc quoque -orum est, legem perdiscere -i. 4, 118 *v. p. 335, 3.* 4, 391 -a ... fatali genitus cognoscere lege. 4, 872 nec prodesse potest, quod -is cuncta reguntur, cum -um nulla possit ratione videri. SEN. suas. 2, 2 sub eodem pueritia -o est (*cf. p. 358, 54*). 3, 3 si non sint -a, nesciri futura; si sint, non posse mutari. PHAEDR. 4, 11, 19 scelera ... -orum dicto ... puniri tempore. SEN. Oed. 1019 -i ista culpa est: nemo fit -o nocens (*cf.* Phaedr. 440). Thy. 618 prohibet ... Clotho stare Fortunam, rotat omne -um. Herc. O. 814 o -a! (*cf.* LVCAN. 2, 98 pro -a. *sim.* 5, 57 *al.* STAT. silv. 2, 1, 154. FLOR. epit. 2, 16, 4 *in parenthesi*: -a rerum! AVSON. 233, 3). dial. 1, 5, 8 *deus* scripsit quidem -a, sed sequitur. 11, 8, 3 formator universi ... sive ille deus ... sive -um et ... causarum ... series. 12, 4, 1 accusare -a possumus, mutare non possumus: stant dura et inexorabilia *eqs.* nat. 2, 34, 3 nihil interest, quam multa auspicia sint: -um unum est. 2, 35, 2. 2, 38, 3. epist. 91, 15 in gratiam cum -o revertere. 93, 2 ut diu vivas, -o opus est, ut satis, animo. PS. SEN. mon. 129 si -um est, quid times, quod certum est? si -um non est, quid times, quod incertum est? LVCAN. 5, 730 stare sub ictu fortunae, quo mundus erat Romanaque -a. 6, 428. 7, 35 hoc scelus ... -is haerere. 7, 420 per prospera -a cucurrit. 9, 558 inquire in -a ... Caesaris. 10, 3 pugnavit fortuna ducis -umque nocentis Aegypti. PLIN. nat. 37, 169 Zachalias ... gemmis humana -a (*i. vim in humana -a*) attribuens. VAL. FL. 5, 156 Alciden Titania -a morantem (moventem *edd.*). 7, 446 -is sum victa tuis. SIL. 1, 39 hunc (*Hannibalem*) audet *Iuno* solum componere -is. STAT. Theb. 1, 176 versant populorum -a. silv. 1, 4, 17 nec tantum induerint -is nova saecula crimen. 5, 2, 84 -um illud et ira nocentum Parcarum crimenque dei. TAC. Agr. 13 monstratus -is Vespasianus. hist. 2, 82 nihil arduum -is. 3, 84 numero

-oque dispares. ann. 6, 22 -one res mortalium et necessitate immutabili an forte solvantur. *ibid.* -um ... congruere rebus putant, sed non e vagis stellis, verum apud principia et nexus naturalium causarum (*cf. Poehlmann, Weltanschauung des Tacitus p. 52 sqq.*). PLIN. paneg. 80, 4 *parens mundi* -a mortalium inter divina opera numerare dignatus est. FLOR. epit. 2, 6, 48 etiam praesagia -is affuisse. COLL. Mos. 1, 9, 1 (*a. 215*). GELL. 7, 2, 5. 13, 1, 2 ut alios casus natura ferre videatur, alios -um. APVL. met. 1, 20 utcumque -a decreverint, ita cuncta mortalibus provenire. 4, 3 talibus -is implicitus. 11, 12 -a salutemque ... meam gerens sacerdos appropinquat. apol. 84 -um *comparatur cum torrente*. TERT. anim. 37 cum iam illi (*feto in utero*) vitae et mortis status deputatur, cum et -o iam inscribitur. PANEG. 12 (2), 41, 4 cum -is fortius paciscentes incertum exitum certo occupaverunt. CAPITOL. Alb. 5, 4 cum illi sortem de -o suo tolleret *in templo Apollinis*. FIRM. math. 1, 8, 4 esse -um et ... finem omnium fatalibus necessitatibus subiacere. 5, 1, 36 horoscopum ... constituens sic integra hominum -a descripsit. IVST. 12, 13, 5 magorum praedicta ... si -is constent, ignota mortalibus ac, si naturae debeantur, immutabilia. CHALC. comm. 145 naturalia ... et corporea *fieri* iuxta -um. 148 cuncta undique complectens -um ... finitum est. *passim apud* CHALC. AVSON. 181, 14 *al.* QVEROL. p. 6, 19 Querolo iuxta -um hoc sufficit. SERV. Aen. 2, 291 contra -a venire ... neminem posse. 8, 334 secundum Stoicos locutus est, qui nasci et mori -is dant, media omnia fortunae *eqs.* *ibid.* nihil tam contrarium est -o quam casus. auct. 10, 8 secundum sapientes quosdam alia est necessitas -i, alia voluntas deorum. 10, 113 *ad* '-a viam invenient': videtur hic ostendisse, aliud esse -a, aliud Iovem. 10, 628 *ad* 'quae voce gravaris': quae negas -o; vox enim Iovis -um est *eqs.* *ibid.* si Iovis vox -um est, potest aliud fando -i ordinem commutare (*cf.* 12, 808 SCHOL. Stat. Theb. 1, 213). SCHOL. Cic. Gron. p. 285, 25 St. tria sunt genera -orum: unum est immobile, alterum, quod potest differri; tertium est, quod flectitur (*cf.* GLOSS. V 658, 3). CLAVD. DON. Aen. pr. p. 6, 4 Vergilius ... dixit ... esse -um et non esse. AMBR. hex. 4, 4, 13 dum ... ponit horoscopum, in alterius sortem iam nati -a migrarunt. RVFIN. hist. 4, 30, 2 est eius (*Bardesani*) et ad Antoninum de -o ... dialogus (*περὶ εἱμαρμένης*). apol. adv. Hier. 1, 11 *Macarii* opuscula adversus -um vel mathesim. CLAVD. 8, 273 lux altissima -i occultum nihil esse sinit. 7, 89 pugnastis uterque: tu -is genitorque manu. 21, 43 -is ... loqui iam digna futuris (*cf.* 21, 41 fortunae maioris honos). MEROB. poet. 135 prodentia -um (*sc. clarum*) lumina. AVG. civ. 5, 5 p. 196 si -a valetudinis in conceptu sunt, aliarum vero rerum in ortu esse dicuntur. 5, 8 p. 202 quid sentiant esse -um apertissime declaratur, quoniam Iovem appellant ..., a quo conexionem dicunt pendere -orum (5, 9 *opp.* siderea -a). 5, 9 p. 203 ne -um esse consentiat et perdat liberam voluntatem. *v. q. seq.* p. 207 -um esse infirmioris potentioris voluntatem. c. Pelag. 2, 5, 9 nec sub nomine gratiae -um asserimus, quia nullis hominum meritis dei gratiam dicimus antecedi. *v. quae seq.* 2, 5, 10 *al.* in psalm. 91, 3 multi non accusant satanam, sed accusant -um. '-um meum me duxit' dicit. cum dixeris illi 'quare fecisti, quare peccasti?' et ille '-o meo malo' ...; quaeris ab illo, quid sit -um: et dicit 'stellae malae'. serm. ed. Mai 17, 1 fortuna vanitas hominum est et -um inanitas; et qui putaverit aliquid esse -um, ipse fit fatuus. PS. AVG. quaest. test. I 115 *inscribitur*: de -o. p. 337, 2 crimina sua -is excusare. p. 338, 11 qui sub -o est, non facit quod vult (AVG. in euang. Ioh. 8, 8. COMM. instr. 1, 7, 11 sub -a viventes). COMM. instr. 1, 16, 2 dicitis -a genesis ascribere nobis (1, 16, 5). EVSTATH. Bas. hex. 6, 7 p. 929^{B} quibus regnum non genesis -o, sed generis iure defertur. GREG. M. in euang. 10, 4 a fidelium cordibus absit, ut aliquid esse -um dicant. CARM. c. pag. 17 regitur -o si Iuppiter ipse. CORP. XIII 2182 ante obit quam -um dedit. CARM. epigr. 1279, 6 -a, quibus nequeas opposuisse manus. 704, 15 participes ... mali, facinus qui in -a reclinant. INSCR. christ. Rossi II p. 112, 76, 10 quid -is liceat, quid saecula ... reposcant, hoc mors sola docet. -a *interdum prorsus idem quod vita, ut in his*: OV. trist. 5, 5, 62 aequarint Pylios cum tua -a dies. LIV. 8, 24, 2 caveret Acherusiam aquam ...; ibi -is eius terminum dari (*cf.* 8, 24, 4. CARM. epigr. 1005, 5 [*saec. I*] advenit -is terminus ... meis. *cf.* 1049). SEN. epist. 57, 1 totum athletarum -um mihi ... perpetiendum fuit. PETRON. 69, 5 *servus* mulionum -a egit (*i. imitatus est. cf. Friedl. ad h. l.*). 119, 19 peritura ... prodere -a *Romae*. Fatum *et* Fata *deae v. nom. propr.; cf. haec: sing.*: HOR. carm. 2, 17, 24 volucris ... -i tardavit alas *Iovis tutela*. SEN. Phaedr. 467 rapaces -i manus. CORP. XI 6204 victa est iustitiaes (*sic*) non aequo iudice -o. CARM. epigr. 982, 3 dextera -i. PRVD. c. Symm. 2, 373 cunctis ... populis seu moenibus inditur, inquit, aut -um aut genius nostrarum more animarum, quae *eqs. aliter de Lare familiari Queroli*: QVEROL. p. 7, 7 -um ... et hominem e diverso audietis. p. 8, 24 tu -um es meum? :: ego sum Lar familiaris, -um quod vos dicitis. *plur.*: VERG. georg. 4, 324 quid me ... invisum -is genuisti? OV. epist. 15, 41 sic placuit -is. SEN. Oed. 1059 violenta -a et ... atra Pestis ... mecum ite. Herc. O. 767 nec audent -a tam vastum nefas admittere. LVCAN. 6, 774 da vocem, qua mecum -a loquantur. TAC. Agr. 13 *v. p. 357, 84.* CARM. epigr. 995^{A}, 8 iniecere manus invida -a mihi. 995^{B}, 19 -a movere lacrimis. *corporaliter* MART. CAP. 1, 69 *de sphaera imagine mundi*:

[Hey]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hoc . . . -um publicum conspicans (conspirans?) componensque. *de bestiis*: PETRON. 137, 5 anseris. STAT. silv. 1, 2, 102 columbae. MART. 1, 51, 5 *leporis*. 11, 67, 8 *canis* (*cf.* AVG. civ. 5, 7 p. 200 D. canina -a).

II *translate de mente*: A *i. q. ad fructus proferendos idoneum reddere*: PANEG. 11 (3), 22, 3 imperatoris nostri .. liberalitas per vices fructuum -atur. ZENO 2, 28 piaque potatione -ans *ecclesiam dominus* (ISID. in gen. 29, 16 paenitentia -atur ecclesia). 2, 43 terramque vestrae carnis ... -antes ... messem caelestibus horreis inferatis. PRISCILL. tract. 5 p. 67, 22 qui ... haec in operibus agit Christi, ... illud, quod in se fuerit sterile, verbo domini -atum ... erudit. 7 p. 85, 14 quos divini sermonis eruditio -arit. AMBR. serm. 51, 1 ora nostra -at *Iohannes baptista*. PAVL. NOL. epist. 29, 3 *humilitatis utilitas* sterilem -at animam. AVG. bon. coniug. 17, 20 anima per multos falsos deos fornicari potest, non -ari. LEO M. serm. 14, 1 ager *dominicus* ... orationibus -atur. PROSP. in psalm. 140, 7 cruore caesorum testium Christi totus -atus est mundus. SIDON. epist. 9, 7, 5 sterilitatem facundis -are colloquiis. ENNOD. epist. 7, 19, 2 *cf. supra l. 17*. FVLG. RVSP. serm. 71 cupit sibi facere vinctum *praevaricator iustitiae*, quem invenerit dei laetitia -atum. ARATOR act. 2, 866 *cf. supra l. 22*. ISID. in gen. 31, 2 *populus iunior* -atus est in latitudine mundi. *absolute i. q. fecundum se praebere*: AMBR. vid. 8, 43 veterum segetem temporum in complurium feminarum moribus -asse (*sed parte codd. alia traduntur*). AVG. *infra l. 77*. *accedit praepos.* ad: AVG. in psalm. 55, 17 deus ... verax animae maritus ad prolem sempiternae vitae -ans (PETR. CHRYS. serm. 99 p. 478C). PETR. CHRYS. serm. 126 p. 548D granum tritici, quod est Christus, ... ad ubertatem supernam per dominicam -atum est sepulturam. GREG. TVR. glor. mart. praef. p. 487, 28 quae mentes inopes ad notitiam perfectae fidei instructione sancta -ent. GREG. M. moral. 30, 37 *auditores* ad exercenda sancta opera per exempla patrum praecedentium -antur.

B *i. q. implere, complere*: HIER. adv. Iovin. 1, 30 *sponsae* mammas pudicitiae lacte -at *vinum*. AVG. civ. 10, 3 p. 406 D. anima intellectualis veris impletur -aturque virtutibus. bapt. 6, 2, 3 *sterilitas* non -atur suo, sed fructu oneratur alieno. SACR. Leon. p. 378 sacramenti ... sollemnitas ... mentes nostras et corpora ... spiritali sanctificatione -at. p. 414 ut donis interioribus -emur, ne exterioribus mereamur egere subsidiis.

syn.: *ad I A 2*: AVG. mor. Manich. 2, 15, 36 vegetat. *ad II B*: AVG. civ. 10, 3 p. 406 D. impletur.

nota lusum verborum: AVG. civ. 7, 30 p. 313 D. fundat atque -at. SIDON. epist. 9, 7, 5 *v. p. 417, 69, cf.* fecundus *infra l. 26*.

derivatum: fecundator.

***fēcundus**, -a, -um [*cf. c.* fetus, felix, fenus, *fortasse c.* fellare, femina (*quae v.*), *ita ut significatio ab lactando ad fetandum promota sit. Th.*]. *de etymologia*: ISID. orig. 10, 111 -a a fetu dicta, quasi fetunda. *dicitur de omnibus fere naturae rebus cf.* PS. APVL. Ascl. 15 utpote ... *mundus* omnibus ad concipiendum -issimos sinus praestet. *pertinet ad fructum, partum alicuius vel alicuius rei*: GLOSS. πολύγονος. εὔφορος. fructuosus. fertilis. copiosus. *fort.* multum proferens, *cf. p. 414, 41.* -a πολυτόκος. γόνιμος. fertilis fructifera. partu frequens (ISID. orig. 10, 111 -a ... est ... partu frequens, feta [*sic fort. distinguendum*]) fetu frequens vel fructuosa. -um γόνιμον; *cf.* VARRO rust. 1, 41, 4 omnia minuta et arida ad crescendum tarda, ea quae laxiora et -iora ut femina quam mas et pro portione in virgultis item. *comp.* -ior *et superl.* -issimus *saepe leguntur; confunditur saepius cum* facundus *cf. p. 160, 22. nota lusum verborum*: RVRIC. epist. 2, 35 p. 420 -i cordis et facundi oris. *cf.* fecundo *p. 417, 70. inde a* PLAVTO.

I ***proprie i. q. res (fere corporeas) vel animantia procreans***:

A *i. q. fructum, partum procreans, gignens*: 1 *de seminibus, segetibus, arboribus, herbis*: a *absolute*: CIC. orat. 48 segetes -ae et uberes non solum fruges, verum etiam herbas effundunt (LVCAN. 6, 521). DIRAE 10 nec -a ... semina parturiant segetes (OV. met. 1, 419 rerum. COLVM. 5, 9, 16 AVG. civ. 7, 9 p. 298 D.). MORET. 72 rumex. HOR. carm. 3, 23, 6 vitis (COLVM. 3, 1, 5. 3, 2, 5. 11. 18. 23. 28. 3, 6, 2 *al. cf.* 3, 6, 1 matrem *malleolorum* [3, 10, 21 malleolo. 4, 29, 5]. 3, 10, 4 ultimum flagellum. 3, 17, 3 pampinus. PLIN. nat. 14, 26 *vitis* -ae ... bonitatis vice copiam praestans). OV. met. 11, 605 papavera. MANIL. 2, 21 Ceres *i. frumentum* (AVIEN. orb. terr. 1096 CORIPP. Ioh. 3, 324). COLVM. 3, 11, 6 *genera spinarum*. PLIN. nat. 13, 56 *pomum fici Aegyptiae* -o proventu. 17, 142 salix. 18, 141 secale ... -a ... stipula. 19, 120 nihil ocimo -ius (21, 24). 21, 31 crocum ... sativum. FRONTO p. 195, 8 N. rami *arboris*. GELL. 19, 12, 8 arbor. ANTH. 471, 2 ulmo. FIRM. math. 8, 10, 6 surculos. PELAG. in I Cor. 15 p. 768C de granis resurgit -ior cum granis arista (SIDON. carm. 5, 55). b *structurae*: *c. abl. copiae vel dat. commodi*: VERG. georg. 2, 446 viminibus salices -ae, frondibus ulmi aut myrtus validis hastilibus et ... cornus. PLIN. nat. 14, 11 *vitis* duodenis musti amphoris -a. APVL. met. 11, 7 arbores pomifera subole -ae. HIER. epist. 22, 19, 2 (*tropice*) semen centena fruge -um. *c. gen. copiae*: COLVM. 3, 10, 16 -is partus seminibus.

2 *de terra, agris, oppidis sim.*: a *absolute*: CIC. Cato 53 terra (COLVM. 2, 1, 5 PS. HIL. libell. 5 GREG. TVR. Franc. 3, 19 CARM. epigr. 1153, 5. *cf.* AVG. civ. 7, 23 p. 301 D. cur *terram* ... volunt deam? an quia -a est *eqs.*? 7, 24 p. 306. 12, 26 p. 552 quamvis *terra* mater omnium -a videatur). VARRO rust. 2 praef. 2 agros (OV. fast. 3, 241 CLAVD. 3, 190 EVSTATH. Bas. hex. 5, 5 DRAC. laud. dei 2, 422 CASSIOD. in psalm. praef. 15). LVCR. 1, 211 glebas (5, 210 APVL. apol. 88 AMM. 23, 6, 66). VERG. georg. 1, 67 tellus (PS. APVL. Ascl. 25 DRAC. laud. dei 2, 216). TIB. 2, 5, 37 ruris. PANEG. in Mess. 77 arva (COLVM. 2, 2, 4). PRIAP. 24, 1 horti (OV. fast. 5, 209 COLVM. 10, 372). OV. met. 7, 417 sŏli (MANIL. 3, 27 SEN. dial. 4, 15, 1 COLVM. 1, 4, 2 QVINT. inst. 2, 19, 2 TAC. Agr. 12 hist. 4, 73 IVST. 2, 1, 7). 8, 821 orbem. 14, 347 collibus. OCTAVIA 404 *telluris* sinus. MELA 2, 123 Sardinia. 3, 50 *Britannia*. LAVS Pis. 92 Neapolis. PLIN. nat. 17, 31 locus (18, 26). SIL. 14, 261 Panormus. STAT. silv. 1, 6, 13 iugis Idymes. TAC. Germ. 45 nemora lucosque. hist. 1, 2 Campaniae orae. ann. 1, 79 Italiae campos. PLIN. epist. 8, 20, 5 palus. APVL. apol. 24 regio. VOPISC. quatt. tyr. 8, 5 civitas *Alexandria* (AVSON. 287, 7). HIER. epist. 15, 1, 2 caespite (VAL. CEM. hom. 4, 2 DRAC. laud. dei 3, 299). PRVD. c. Symm. 2, 952 ubere. CLAVD. 24, 93 -a Thybris ab Arcto vexit ... messes. COD. Theod. 13, 11, 6, 1 fundis. *cf.* SEN. Herc. f. 260 eque -o sinu *Thebae* ... iuventus orta. *nota*: PLIN. paneg. 31, 6 actum erat de -issima gente (*pro terra*) *Aegypti*, si libera fuisset. *substantivum*: MART. CAP. 6, 635 *Rhodanus fluvius* causas fertilitatis importat terrae germinibus ac -is. *fort.* PLIN. nat. 17, 157 serere e pampinariis sterile est, nec nisi -o (*i. -o sŏlo?* e -a *sc. vite Mayhoff dubitanter*) oportet. b *structurae*: *casuum*: *c. dat. comm. vel abl. copiae*: OV. epist. 5, 153 graminibus tellus -a creandis. MANIL. 4, 824 -a suis subsistunt frugibus arva. SEN. Tro. 225 pascuo -a pingui ... Scyros. MELA 1, 116 -os pabulo ... campos. 2, 125 Ebusos ... frumentis ... non -a. LVCAN. 9, 696 -aque nulli arva bono. QVINT. inst. 10, 3, 2 terra alte refossa generandisque alendisque seminibus -ior fit. TAC. ann. 13, 57 flumen gignendo sale -um. APVL. flor. 15 p. 50 ager ... -ior oliveto. AMM. 23, 6, 48 *Carmania* caespi-

[Bannier]

tis ... ubere ... -a (18, 9, 2. DRAC. laud. dei 3, 312 glebae). RVFIN. Greg. Naz. orat. 8, 1 -um fructibus caespitem. patr. 9, 1 rura ... -a virgultis. CLAVD. 15, 153 (*Africa loquitur*) Gildoni -a fui. SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4 *pars prati* herbis -a luxuriat (*nisi mavis* herbis *coniungere cum* luxuriat). CASSIOD. var. 12, 14, 4 victualibus ... regio ... -a est. *c. gen. copiae*: COLVM. 9, 4, 2 regio -a sit fruticis exigui et maxime thymi *eqs.* 11, 2, 90 *regio* palmae spartive -a est. TAC. ann. 4, 65 *mons* silvae frequens -usque erat. *dubium utrum dat. comm. an gen. copiae*: TAC. hist. 1, 11 *Aegyptum* annonae -am. *c. abl. instr.*: AMM. 18, 9, 2 regionem ubere et cultu iuxta -am. PROB. Verg. georg. 1, 47 *ager* humorem caelestem hibernumque accipiendo -ior esse potest. IVST. 44, 1, 4 *v. infra l. 14.* *praepos.*: ad: VARRO rust. 1, 9, 5 *terra* ad culturam pinguis -ior ad multa. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 9 campos -iores ... ad pabula. in: IVST. 44, 1, 4 *Hispania* tempestivis imbribus in omnia frugum genera -a est.

3 *de temporum notionibus*: PANEG. in Mess. 113 centum -os Titan renovaverit annos (OV. am. 3, 10, 37 fast. 4, 671 SALV. gub. 3, 36). OV. fast. 3, 243 tempora iure colunt Latiae -a parentes. GERM. 500 ver -um surgit. APVL. mund. 22 pulchrae et -ae horae procreantur.

4 *de hominibus et deis*: a *absolute*: VARRO rust. 1, 41, 4 femina (SEN. nat. 3, 25, 11 COLVM. 1, 8, 19 MELA 3, 93 PLIN. nat. 34, 165). LVCR. 4, 1254 uxores (SEN. contr. 1, 7, 8). HOR. sat. 2, 3, 287 gente Meneni. 2, 5, 31 coniunx. OV. am. 2, 11, 29 Ledae. met. 2, 472 adultera *Callisto*. trist. 4, 10, 75 filia (SEN. contr. 9, 5 [28], 1). fast. 4, 201 Rhea (*cf.* MART. CAP. 1, 71). EPICED. Drusi 81 nec genetrice tua (*Drusi*) -ior ulla parentum (PS. VEN. FORT. vita Remed. 1, 2. *cf.* SEN. Phoen. 272 mater. LVCAN. 3, 603). MANIL. 4, 202 nec -us erit ... partus *sub Virgine natus*. 4, 290 -um genus est natis *sub Geminis*. SEN. contr. 2, 4, 5 meretricem. PHAEDR. 3 prol. 19 Mnemosyne ... -a novies. COLVM. 10, 212 dum ... Venus -os compleat artus (DRAC. laud. dei 1, 496). LVCAN. 2, 331 *Marcia* alios -a penates impletura. PLIN. nat. 30, 130 fimum accipitris ... videtur -as facere (*sc. mulieres. cf.* AVG. doctr. christ. 3, 12, 20) STAT. Theb. 9, 682 Nioben (IVV. 6, 177). MART. 11, 52, 5 *Claudia*. IVV. 2, 32 cum tot abortivis -am Iulia vulvam solveret. 6, 162. CLAVD. rapt. Pros. 3, 415, 1 (*verba Cereris*) per te (*Proserpinam*) -a ferebar. AVG. civ. 16, 25 p. 165 D. ancillae *Abrahae* uterum. SVLP. SEV. chron. 1, 9, 2 Liam. MART. CAP. 9, 903 *Harmonia*. DRAC. laud. dei 2, 648 parens. 2, 675 *Anna* (NICET. psalm. 11 p. 78, 18). ANNIAN. Chrysost. hom. 4, 6 *Maria*. INSCR. numm. Cohen IV^2 p. 154 n. 104 (*Caracalla*) indulg(entia) -ae (*sc. Iuliae Domnae*). *de Iove*: VAL. FL. 5, 204 -i proles Iovis. *adde*: OV. met. 4, 698 *Danaen* implevit -o Iuppiter auro. COLVM. 10, 65 nos -a manus (*sc. Deucalionis et Pyrrhae*) ... progenerat. LACT. mort. pers. 33, 9 maiorem copiam tabescendorum viscerum pernicies -a generaverat. CLAVD. 18, 49 (*de castratis*) -um corporis ignem ... eripit *Armenius*. DRAC. laud. dei 1, 391 materiem -a quies producit amoris. 2, 631 cecidit genitalibus ignis et -us amor *Abrahae*. 2, 641 -us per membra vapor discurrit utrique. Romul. 2, 8 *tela Amoris* -is illita flammis. 6, 106 crescite -is gaudentes lusibus ambae. 7, 54 ut discat *virgo* sacras -o vulnere flammas. 7, 61 Iuno ... -a sorte maritans.

substantive: *de feminis*: SEN. epist. 94, 15 aliquid esse discriminis inter sterilem et -am. SOL. 5, 21 si -a hauserit *fontem*. AVG. civ. 10, 8 p. 413 D. quo *tempore* parere nec -a iam posset. MVTIAN. Chrysost. hom. 23 p. 379/380 tantorum mater effecta est *Sara*, quantorum neque -ae. *de viris*: FIRM. math. 4, 19, 19 faciet *Venus* -os et multa sobole gaudentes. EVANG. de nativ. Mar. 2, 1 interrogans *Isaschar Ioachim*, cur inter -os infecundus ipse stare praesumeret.

b *structurae*: *casuum*: *c. dat. commodi*: OV. met. 13, 505 (*Hecuba loquitur*) Aeacidae -a fui. *c. abl.*: SIL. 13, 615 -a Iovis Pomponia furto. CLAVD. 1, 203 duplici -am consule matrem. PAVL. NOL. carm. 15, 87 populorum stirpe duorum -am ... Rebeccam. VAL. CEM. hom. 18, 1 *Maccabaeorum mater* partu ... -ior. *c. gen. cop.*: OV. fast. 4, 319 genetrix -a deorum (*an -a absolute et coniung. g. d.?*). TAC. ann. 6, 27 Aemilium genus -um bonorum civium. PORPH. Hor. sat. 2, 3, 287 -am gentem *Meneniam* stultorum ait, id est multiplicem. FIRM. math. 3, 7, 8 -a soboles filiorum. CORP. VIII 26673. *praepos.*: in: *c. acc. rei*: SEN. Ag. 706 -a in ignes Hecuba. *c. abl. personae*: ITALA 1 reg. 2, 5 (Orig. in I reg. 18 Paul. Nol. epist. 24, 8) sterilis peperit septem et -a in filiis infirmata est (ἡ πολλὴ ἐν τέκνοις, VVLG. quae multos habebat filios). *cf.* ORIG. *ibid.* -a in propagine erat caro mea. RVFIN. hist. 6, 41, 18.

5 *de animalibus*: a *absolute*: CIC. nat. deor. 2, 160 qua pecude (*sue*) ... nihil genuit natura -ius (VARRO rust. 2, 4, 13 COLVM. 7, 9, 3). VARRO rust. 2, 3, 2 *caprae*. 3, 7, 9 nihil columbis -ius. 3, 9, 4 *gallinas* (COLVM. 8, 2, 7 *bis*. 8, 2, 8. 8, 5, 1. 24. *cf.* 8, 2, 12 neque patres nimis salaces, nec -ae matres. APVL. met. 9, 33 *unam de cetera cohorte gallinam* suus dominus intuens 'o bona' inquit 'ancilla [*sic* φ; *suprascr. alia manus* gallina] et satis -a'). LVCR. 2, 533 -am ... minus naturam *animalium quorundam*. HOR. sat. 2, 4, 44 leporis (PORPH. *ad l.* -um leporem ait ideo quia semper praegnans dicitur. *cf.* PLIN. nat. 8, 219). OV. fast. 4, 631 bos (*cf.* APVL. met. 11, 11 bos omnia parentis deae -um simulacrum). hal. 120 genus maenae. MANIL. 2, 236 Cancri genus. COLVM. 6, 22, 1 *vaccarum*. 8, 11, 5 *aetas pavonum* -a est. 8, 14, 3 *genus anserum*. PLIN. nat. 10, 143. 175 EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 961^c. *nota*: CLAVD. 10, 293 mulcet -a magistros spes gregis (*i. spes fecunditatis vel -i gregis*). b *acced. abl. copiae*: PLIN. nat. 11, 233 *animalia* numeroso -a partu. AMBR. Tob. 12, 41 echinna (echidna *V*) ... -a poenis viscera trahens.

nota de fabulosis: *absolute*: OV. epist. 9, 95 redundabat -o vulnere serpens *Lernaeus*. GERM. 543 -am meteret cum comminus hydram Alcides. SEN. Herc. f. 781 -a mergit capita Lernaeus labor (Herc. O. 258. 1292). Ag. 18 tondet ales avida -um iecur *Tityi*. CLAVD. 22, 414 -a reparavit morte iuventam ∴ Phoenix (carm. min. 27, 25). *structurae*: *c. dat. vel abl.*: VERG. Aen. 6, 598 -aque poenis viscera Tityi. OV. met. 9, 70 vulneribus -a suis erat *echidna*. SEN. Ag. 835 morte -um ... draconem (MART. 9, 101, 9). in *c. acc.*: MANIL. 4, 124 dives -is Aries (*sidus*) in vellera lanis.

B *aliquid, aliquem proferens, ferens, habens*: 1 *de terris, rebus localibus, aeriis*: a *absolute*: OV. met. 14, 791 supponunt -o sulfura fonti *nymphae*. LVCAN. 10, 208 -a Venus (*i. stella*) cunctarum semina rerum possidet. SIL. 5, 675 creat tellus *Italia* magnanimos -a viros. TAC. ann. 12, 63 Byzantium ... -o mari. NEMES. cyn. 313 Libye magnarum avium -a creatrix. CLAVD. carm. min. app. 9, 1 utraque -o nutritur belua Nilo (*sc. hippopotamus et crocodilus*). *cf.* PLIN. nat. 2, 239 cum sit huius unius elementi (*ignis naturae*) ratio -a seque ipsa pariat et minimis crescat scintillis. DRAC. laud. dei 2, 397 non homines tantum -ior arca *Noe* refundit. b *structurae*: *c. abl.*: OV. met. 3, 31 *specus* uberibus -us aquis. 8, 222 melle Calymne. 10, 220 Amathunta metallis (SOL. 52, 17 insulae ... copia metallorum). MANIL. 2, 866 regio vitio. 4, 686 terra ... doctis urbibus. LVCAN. 10, 303 nigris Meroe ... colonis (*nisi potius dat. comm. intelleg.*). SIL. 12, 1 nimbis tempora *terrae*. STAT. Theb. 9, 340 veneno Lerna (*cf.* SIL. 1, 212 *Africa* serpentum largo coquitur -a veneno, *sed abl. fort. cum coquitur coniung.*). APVL. Socr. 10 p. 142 *nubes* umore. mund. 17 tellus ... spiritu et igni. SOL. 27, 28 Africa serpentibus. CLAVD. carm. min. 33, 55 Hispania ... principibus. *c. gen.*: PLIN. nat. 2, 105 *sidera* umoris. 33, 78 *Italia* metallorum. TAC. Germ. 5 *terra* pecorum. ann. 14, 13 *deterrimorum* regia. NEMES. cyn. 252 gens ... cornipedum (AVR. VICT. Caes. 20, 6 bonorum). CLAVD. carm. min. 26, 13 clivus ... ardentis ... aquae. *praep.* in: MANIL. 2, 557 *Scorpios* in totidem -us creditur hostes. 4, 667 *Libye* in poenas suas. 2 *de re corporea*: *c. gen.*: PLIN. nat. 37, 162 galactiten ... nutricibus lactis -am. 3 *de rebus ad homines pertinentibus*: a *absolute*: PLIN. nat. 5, 73 *Essenis* -a ... aliorum vitae paenitentia (*sc. ad Essenos migrantium*). b *structurae*: *c. gen.*: LVCAN. 1, 165 virorum paupertas. THEOD. PRISC. gyn. 4 *cataplasmatibus* lactis -um officium procuratum est. *c. abl.*: LACT. opif. 22, 17 ad nutrimenta nascentis fontibus lacteis -um pectus exuberat (*nisi abl. coniung. c.* exuberat).

C *i. q. fructum, partum adiuvans, augens*: 1 *absolute*: CATVLL. 64, 282 aura parit flores ... -a ... favoni. VERG. georg. 2, 325 pater omnipotens -is imbribus Aether coniugis in gremium ... descendit. PLIN. nat. 5, 54 *Nilus* -us innatat terrae (STAT. Theb. 3, 527 *cycnos* -a refert ... clementia Nili. silv. 3, 2, 108). 17, 99 *semine* cum -o fimi medicamine abiecto in ... arborum lecticis. FIRM. math. 2, 10, 5 pisces sunt signum femininum ... -um (7, 3, 71). CLAVD. rapt. Pros. 2, 89 *Zephyrus* glaebas -o rore maritat. *de deis vel hominibus*: CVLEX 77 *pastori grata sunt* nemus et -a Pales (CALP. ecl. 7, 22). OV. fast. 2, 427 excipe, *nupta*, -ae patienter verbera dextrae (*sc. lupercorum*). STAT. silv. 3, 3, 123 manuque ... levi gravidos tetigit -a *Lucina* labores. 2 *accedit dat. commodi*: GELL. 19, 5, 3 aquam nivalem frugibus sane et arboribus -am ..., sed hominibus ... insalubrem.

D *i. q. largus, plenus*: 1 *absolute*: VARRO rust. 3, 16, 34 si -a (secunda *cod.*) sit alvos ut ne plus tertia pars eximatur mellis. AETNA 433 in mercem legitur *sulpur*, tanto est -ius Aetna. HOR. epist. 1, 5, 19 -i calices quem non fecere disertum ...? PANEG. in Mess. 185 cui fuerant ... horrea -as ad deficientia messes (PRIAP. 53, 3 RVT. NAM. 1, 147). OV. met. 1, 680 neque enim pecori -ior ullo herba loco est. PLIN. nat. 2, 207 metallorum opulentia tam varia, tam dives, tam -a. 11, 146 quis ille *lacrimarum* est umor in dolore tam -us? NEMES. cyn. 125 -os aperit partus matura gravedo *canis*. SER. SAMM. 345 ubera -o valde lactentia suco. SPART. Sept. Sev. 18, 3 *Septimius* populo Romano diuturnum oleum et -issimum (fac- *codd. corr. Casaubonus*, abundantissimum *Hirschfeld*) in aeternum donavit. LAMPR. Alex. 37, 10 non secundam mensam Alexandrum habere, sed -am (*Petschenig*, secundum *adverb. codd. fort. recte*). TRACT. in Luc. 5, 4 *in alto* -issimi fluctus immensurabiles. AVIEN. orb. terr. 1116 -is pinguescit odoribus ora. 1141 favoni ... plaga -is alit almos flatibus agros. 2 *accedit abl.*: VAL. FL. 6, 470 -aque monstris cingula.

II *translate de mente; fere i. q. aliquid procreans, efficiens, gignens*: A *de hominibus*: 1 *absolute*: CIC. orat. 15 *Periclem ab Anaxagora* uberem et -um fuisse. PLIN. nat. 35, 71 Parrhasius -us artifex. 2 *structurae*: *c. abl. copiae vel instr. vel dat. comm.*: PLAVT. Cist. 69 Amor et melle et felle est -issimus. TAC. hist. 1, 51 colonia ... rumoribus. 2, 92 gignendis inimicitiis ci-

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vitas. 4, 50 gentem ... latrociniis. PANEG. 10 (4), 17, 2 malis suis ... natio *Francorum*. OPT. PORF. carm. 10, 25 Auguste ... imperiis -e. HIER. epist. 22, 19, 5 mater ... domini ... unione -a (65, 1, 3 *ad virginem*: tu unum cotidie concipis ... unione -um). AVG. civ. 17, 4 p. 205 D. *ecclesia* prole. CYPR. GALL. iud. 25 Dabira *oppidum* ... duello. CARM. epigr. Engström 267, 2 (*de Victoria*) virgo ... tropaeis. *c. gen. copiae*: FIRM. err. 21, 2 (*ad diabolum*) quid te -a scelerum sobole componis? MACR. somn. 2, 5, 4 *Cicero* verborum parcus, rerum -us. CORP. VI 31711 omnium virtutum -issimae feminae. *praep.* in: MANIL. 4, 161 in tot -i Gemini commenta feruntur. SIL. 2, 498 -um in fraudes hominum genus. ad: AMBR. Tob. 3, 11 -us vobis (*divitibus*) ... pauper ad quaestum est. **B** *de corporis partibus et rebus*: **1** *absolute*: VARRO ling. 8, 9 unum *genus verborum* -um (ferundum *F, corr. Rholandellus*), quod declinando multas ex se parit disparilis formas (*cf.* CASSIOD. in psalm. 8, 11 quoniam divina verba -a sunt, alia nobis sacramenta progenerant). CIC. carm. frg. 3, 74 *qui viri* fuderunt claras -i pectoris artes (VERG. Aen. 7, 338 OV. trist. 5, 12, 38 SIL. 2, 540 STAT. Ach. 1, 543 RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 24 SIDON. epist. 8, 10, 2). har. resp. 42 quaestum ... maxime -um ... totum ad se ... redegit *Murena*. CATVLL. 113, 4 -um semen adulterio (*sc. alia adulteria gignendo*). OV. am. 3, 12, 41 exit in immensum -a licentia vatum. ars 3, 575 certior hic amor est, gravis et -ior ille. trist. 3, 7, 16 *de ingenio Perillae*: ne male -ae vena periret aquae. VAL. MAX. 3, 7 ext. 1 *Alcestidis poetae* -i cursus scripta intra primas memoriae metas corruerunt. SEN. dial. 4, 10, 8 mala continua et -a. 9, 6, 4 quaedam ... non tam magna sunt negotia quam -a. PLIN. nat. 2, 190 ingenia -a totiusque naturae capacia (CAPITOL. Max. Balb. 17, 3). 34, 62 *Lysippus* -issimae artis. STAT. silv. 1, 3, 91 hic (*in villa Vopisci*) premitur -a quies. IVV. 7, 98 labor *historiarum scriptorum*. TAC. dial. 33 studia. APVL. mund. 10 *spiritus* animalia extrinsecus omnia vitalia tractus sui vitali et -a ope vegetat. PS. APVL. Ascl. 15 sicuti ... in natura materiae qualitas -a est, sic et malignitatis eadem est aeque -a. ANTH. 441, 6 ore. OPT. PORF. carm. 2, 4 carminis. FIRM. err. 28, 10 poena. CLAVD. 17, 114 otia. AVG. civ. 1, 13 p. 24 D. pietatem. epist. 27, 3 *litterae* luminosiores an -iores sunt? 150, 1 est uberior -iorque felicitas non ventre gravescere. MACR. somn. 1, 6, 16 natura -us hic numerus (*sc. senarius*). MART. CAP. 5, 428 -ae ubertatis eloquium *Rhetoricae*. SIDON. carm. 5, 51 accensam silicem (*i. lapidem*) *fulminis* -a maritat ira deum. RVRIC. epist. 2, 35 p. 420 litteras -i cordis ... accepi. BOETH. top. Arist. 6, 3 p. 973^C. INSCR. christ. Rossi II p. 110, 65, 1 fides. p. 128, 8, 17 commenta. **2** *structurae*: *c. abl.*: MANIL. 2, 11 *posteritas* unius (*sc. Homeri*) -a bonis. AMBR. Isaac 7, 60 *anima* -a virtutibus. AVG. civ. 16, 37 p. 185 D. si excutiantur singula tantis -a mysteriis. MACR. somn. 1, 6, 6 nullum alium numerum (*sc. ac septenarium*) tam varia esse maiestate -um. NICET. vigil. 1 sacras vigilias ... orationibus hymnis lectionibusque -as. *c. gen.*: HOR. carm. 3, 6, 17 culpae saecula. VAL. MAX. 1, 8 ext. 18 bonae malaeque materiae -a artifex, ... rerum natura. STAT. Theb. 8, 171 *Amphiarai* pectora veri. 10, 192 nox ... operum (GREG. M. moral. 22, 52 operum fruges). PS. QVINT. decl. 17, 11 deteriorum ... mortalitas. PS. APVL. Ascl. 41 naturarum omnium ... praegnatio. OPT. PORF. epist. 4 *Vergilius* fons puri nectaris -us. AMBR. fug. saec. 6, 32 fuga *saeculi* ... virtutum. AVG. serm. ed. Mai 27, 1 salutaris propositi munus. MACR. sat. 1, 11, 23 bonae inventionis ingenium. *c. inf.*: PLIN. nat. 17, 121 inserere firmissimum et -ius *est* quam serere.

syn. et iuxta posita: *ad I A 1*: ferax (COLVM. 3, 1, 5. 3, 2, 18. 3, 9, 9), frugifer (FRONTO p. 195, 8 N.), generosus (COLVM. 4, 29, 5), uber (CIC. orat. 48). *ad I A 2*: ferax (OV. met. 7, 416), fertilis (GREG. TVR. Franc. 3, 19), largior (MELA 2, 125), opulentus, dives (VOPISC. quatt. tyr. 8, 5). *ad I A 3*: pulcher (APVL. mund. 22). *ad I A 5*: ferens (OV. fast. 4, 631). *ad I D*: dives (PLIN. nat. 2, 207), immensurabilis (TRACT. in Luc. 5, 4), paratus (PLIN. nat. 11, 146), varius (PLIN. nat. 2, 207). *ad II*: naturae capax (PLIN. nat. 2, 190), continuus (SEN. dial. 4, 10, 8), firmissimus (PLIN. nat. 17, 121), gravis (OV. ars 3, 575), luminosior (AVG. epist. 27, 3), magnus (SEN. dial. 9, 6, 4), subtilis (BOETH. top. Arist. 6, 3 p. 973^C), uber (CIC. orat. 15. AVG. epist. 150, 1 uberior).

opp.: *ad I A 1*: infructuosus (COLVM. arb. 8, 5). *ad I A 2*: sterilis nudusque (MELA 1, 116). *ad I A 4*: infecundus (EVANG. de nativ. Mar. 2, 1), sterilis (SEN. epist. 94, 15 ITALA I reg. 2, 5 [Orig. in I reg. 18] SVLP. SEV. chron. 1, 9, 2 DRAC. laud. dei 2, 648 NICET. psalm. 11 p. 78). *ad II*: parcus (MACR. somn. 2, 5, 4).

adduntur adverbia gradum fecunditatis significantia: aeque (COLVM. 8, 14, 3 PS. APVL. Ascl. 16), late (NEMES. cyn. 252), maxime (CIC. har. resp. 42), mediocriter (COLVM. 3, 2, 5), minus (COLVM. 4, 11, 3 PLIN. nat. 10, 175), nimis (MANIL. 2, 866. SEN. contr. 1, 7, 8 nimium), parce (AVR. VICT. Caes. 20, 6), parum (COLVM. 3, 10, 6. 8, 5, 24. 8, 11, 5), praecipue (COLVM. 3, 9, 1), satis (COLVM. 3, 2, 28 APVL. met. 9, 33).

adv. **fēcundē,** *fere i. q. large, plene*: VARRO ling. 7, 2 -ius (secundius *F. corr. Laetus*) poemata ferrent fructum. PLIN. nat. 16, 163 harundo ... recisa -ius resurgit. 29, 93 *cantharides* nascuntur ... -issime in fraxino. MIN. FEL. 9, 1 -ius nequiora proveniunt. PLIN. med. 1, 25 *umor* -e subnascitur. AVG. civ. 22, 7 p. 565 D. resurrectio atque immortalitas carnis ... per orbem terrae pullulatura -ius.

derivata: fecundia, fecunditas. *comp.*: perfecundus, praefecundus. *cf. Onomasticon s. v.* Fecundus (-a).

fede *v.* fides. **fedranon** *v.* hippuris.

1. fedus, -ī *m.* VARRO ling. 5, 97 ircus quod Sabini fircus; quod illic -us, in Latio rure edus; qui in urbe, ut in multis, a addito aedus (PAVL. FEST. p. 84 -um antiqui dicebant pro hedo). *cf.* haedus.

2. fedus *i. q.* faidus *v. p. 173, 64.*

fegla *v.* filix. **feitus** *v. p. 173, 64.*

feinb *vox magica.* TAB. devot. Revue archéol. 4 sér. II 1903 p. 175. *Bannier.*

fel, fellis *n.* [*cf. esse videtur c. gr.* χολή, χόλος *theodisc.* galla *anglosax.* gealla *slavon.* žlŭtĭ '*fel*', žlŭna '*picus viridis*', *fortasse c.* folus, (h)olus *cf. Ernout, Les éléments dialectaux du vocab. lat. 163. Th.*]. *de etymologia*: ISID. orig. 11, 1, 28 *v. infra l. 51.* *de genere et flexione* (*quantitate l. 21*): CHAR. gramm. I 28, 6 hoc -l -is. AVG. gramm. V 500, 39. MART. CAP. 3, 294 'mel, -l' ... l litteram per obliquos casus geminant. PRISC. gramm. II 214, 13 in 'el' desinentia correptam ... sunt neutra et addito 'lis' faciunt genetivum, ut ... -l, -is. *de plurali*: PROB. app. gramm. IV 194, 31 nomina generis neutri, quae in numero plurali aptota esse reperiuntur: mella ... -a. CHAR. gramm. I 32, 10 neutra semper singularia ... faenum, -l *eqs.* PS. PALAEM. gramm. V 536, 31 mella et -a. *legitur nom. pluralis* -a *primum* TERT. coron. 14 (*v. p. 424, 9*) SER. SAMM. 174. *al.* *gen.* -ium: CAEL. AVR. diaet. pass. 63. *dat.* -bus: DIOSC. 2, 59. *formae recentiores et vulgares*: *acc.* -em: MARTYR. gramm. VII 170, 14. *pro nom. vel acc.* -e: DIOSC. 2, 59. *cf.* ITIN. Anton. Plac. rec. A 36 *p. 424, 49.* *pro abl.* -l: ORIBAS. syn. 2 add. p. 848 cum -l taurino. *cf.* INSCR. christ. Rossi I 937 MISC. Tir. p. 60, 14. *nom. plur.* -es: GLOSS. II 366, 40 μελαγχολία, *dub. an recte. cf. etiam p. 455, 41.* *de significatione v. infra l. 51.* GLOSS. χολή (CAEL. AVR. diaet. pass. 43). χολὴ ἠπατίας. b[u]ilis. faeculentum, amaritudo (*v. II A 2*) -e iracundia (*v. infra I B 1 p. 423, 47*). -l rufum colera rubea (*cf.* VINDIC. med. 2). -l taurinum χολὴ ταύρειος (colistaurio *cod.*). χολὴ ἄρκειος id est de urso -l (*Götz*, colisarcus id est deorsum fellis *cod.*). *cf.* bilis *vol. II p. 1987, 24 sqq.* -l terrae *v. p. 425, 44.* *legitur inde a* PLAVTO (*4 locis; opp.* mel). *singulis locis habent* VARRO rust. CIC. phil., *binis* VERG. TIB. SIL. MART., *8^ies* OV., *ter* SEN. trag., *frequentant qui de medicina scripserunt, imprimis* PLIN. nat. 28—31. *recentiore aetate* fel *in locum vocis* bilis *subrepsit; velut in* VVLG. *19^ies* -l, bilis *nusquam legitur.* [*dub.*: PLIN. nat. 28, 98 (pelle *trad.*). 32, 39 (-l *cod., fort.* -i): SER. SAMM. 199; *e coniect.*: TERT. pudic. 14 *v. p. 423, 79; contextus corruptus*: LACT. ira 21, 4 p. 121, 23 *cf. adnot. Brandtii.* MART CAP. 7, 726. *dub. sens.*: VVLG. Hab. 2, 15. *cf.* ITALA *p. 424, 33.*] [*val.* fiere, *it.* fiele, *francog.* fiel, *hisp.* hiel. *M.-L.*]

I ***pars vel excreatio corporis*** (*et hominum et bestiarum*): **A** *proprie*: **1** *pars intestinorum i. q.* ***iecoris vesica*** *ex qua bilis effunditur*: *definitur*: VINDIC. med. 37 ad iecoris ... vesicam, quam -l appellamus (*cf.* 27 *p. 423, 42*). ISID. orig. 11, 1, 128 '-l' appellatum, quod sit folliculus gestans umorem, qui vocatur bilis. CIC. div. 2, 29 gallinaceum (*inter exta ab haruspicibus observata, cf.* SEN. Oed. 358 -e nigro tabidum spumat iecur, *quod fort. ad 2 potius referendum est*). CELS. 4, 1 p. 121 D. ex inferiore ... parte *iecinori* -l inhaeret. PLIN. nat. 11, 191 in *iecore* est -l, non omnibus datum animalibus; *sequitur fusior enarratio.* 22, 144 *lens* inutilis ... -i. 27, 45 *pecora* sine -e reperiuntur. 30, 30. 32, 96 -is pituita. TERT. bapt. 8 quod etiam corporaliter ipso -e careat columba (AVG. serm. ed. Mai 59, 1 columba ... sine -e, quod est amaritudo peccati. GREG. M. in euang. 5, 4. *metaph. de hominibus*: CARM. epigr. 787 sacerdotem sanctum, sine -e columbam. 1839, 1 respice, quam parbus cubat hic sine -e palumbus. INSCR. christ. Rossi I 937. *cf.* PACIAN. epist. 3, 21 ecclesiam dei columbam non -e amaram). LACT. opif. 14, 6. CHIRON 175 omne iumentum ... -l non habent (*Hippiatr. 10, 20* ἀγγεῖον τὸ λεγόμενον χοληδόχον). 345. PRVD. cath. 9, 90 anguis (*i. diabolus*) ... -is perusti mox venenum perdidit (*cf.* SEDVL. op. pasch. 3, 16 *v. p. 423, 59*). *adde*: PLIN. nat. 28, 152 verrinum iocur et -is dumtaxat fibra. DIOSC. 2, 59 ligas collu⟨m⟩ *-is, cf. gr. 2, 78 W.* ἀποδήσας τὸ στόμα αὐτῆς, *sc.* τῆς χολῆς (*haec exempla quamquam sub II suo iure afferri possunt, propter specialem notionem hic inserui*).

fel *sedes iracundiae* (*v. p. 423, 45 sqq.*): LACT. opif. 14, 4 affectum iracundiae in -e constitutum. 14, 7 nos -e irasci, iecore cupere *eqs.* (SERV. Aen. 8, 220 *v. p. 423, 47*. SCHOL. Pers. 1, 12). ira 21, 4 creditur causa *humanae irae* in umore -is contineri. SERV. Aen. 6, 596. 7, 457 sub pectore, ubi -is locus est, id est iracundiae (-is et iracundiae locus *var. lect.*). AVG. serm ed. Mai 59, 1 *cf. supra l. 59.* epist. 9, 4 assiduitate irascendi -l crescere ...; cremento autem -is rursus ... facile ... irascimur.

2 *de ipsa excreatione, i. q.* ***bilis***: ? SEN. Oed. 358 (*v. supra l. 54. item parum constat, huc an ad 1 referendum sit* SEN. Herc. O. 1222 ardet -e siccato iecur). PLIN. nat. 8, 111 *vitulus marinus* evomit -l suum. 11, 163 non aliud *venenum e dentibus effluens* esse quam -l serpentium (*cf. p. 425, 21 sqq.*). 28, 103 membranam, quae -l continuerit. 28, 226 *folli-*

[*Ammann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

culus -is (30,111 VINDIC. med. 37. GLOSS. III 551,5 folliculum -is agiocul-con *i.* ἀγγεῖον χολικόν?). SIL 2,538 mixto quae spumant -e venena *Tisiphones.* APVL. apol. 49 (*doctrina Platonica*) in corpore concrementa varii -is et turbidi spiritus ... aegritudinum incitamenta sunt. TERT. anim. 53 *exitus mortis eversio est* materiarum, ut -is, ut sanguinis. LACT. opif. 14, 4 -is amarissimus liquor. POTAM. tract. 1 p. 1412^B -is et phlegmatis flumina sentinarum (*in corpore mortuo*). p. 1413^A. AVSON. 341,8 quam validum est, hominis quota portio, caeruleum -l. RVFIN. Adamant. 5, 17 *v. vol. V p. 1257, 45 (aliter graec.* εἰς σίελον *i. in salivam; a* RVFINO *fort. consulto mutatum, cf.* VINDIC. med. 2 *ex Diocle*). VINDIC. med. 8 cibi materies *facit* in vesicula iecoris -l. CAEL. AVR. acut. 3, 19, 188 cholericam passionem . . . nominatam a fluore -is (*i.* χολῆς ῥοιάν) . . . alii a multitudine fluentium umorum, qui sunt similes -i. non enim inquiunt esse -a. CASS. FEL. 24 p. 40, 8 *ignis sacer* efficitur sub ingenti calore sanguinis ex commixtione -is flavi, quam Graeci xanthen cholen vocant (57 p. 145, 16 sub...commotione flavi -is, id est rubei. *cf.* 21 *l. 25*). 46 p. 115,10 oros (ὀρός *i. serum*) sanguinis . . . mixtus -i rufo descendens. PRAEDEST. 1, 46 p. 603^B *Manichaei dicunt* -l esse principis tenebrarum *vinum.* MISC. Tir. p. 51, 15.

color -is in comparatione: PLIN. nat. 37, 70 *smaragdi* -is colorem . . . habent.

de **morbis** *ad* fel *pertinentibus* (*v. etiam l. 12 sqq.*): -is *abundantia*, -is *vomitus*: PLIN. nat. 23, 12 in amaritudine iecoris -isque vomitionibus (*cf.* CAEL. AVR. chron. 1, 1, 5 cum nausea et -is vomitu. diaet. pass. 63 -ium nigrorum. CASS. FEL. 21 p. 33, 11 -is flavi). TERT. scorp. 5 *medicus* -is excessus amaris . . . potiunculis colligit. SER. SAMM. carm. 18 tit. *ibid.* 329 lutea si crescent et cunctis noxia -a. 335. HIER. adv. Pelag. 3, 11 si -i provideris temperando, pituita succrescit. RVFIN. hist. mon. 1 p. 394^D aeger omnem . . . abundantiam -is evomuit. epist. Clement. 15 male congregati in visceribus -is. CLAVD. 26, 96 languida . . . nimio viscera -e rubent (tument, virent *v. l.*). VINDIC. med. 37 -is egestionem atque exuberationem. *μελαγχολία*: PLIN. nat. 11, 193 in -e nigro insaniae causa homini . . . hinc et in mores crimen bilis nomine. HEGES. 1, 45, 10 atro -e exagitatus (μελαγχολῶν). RVT. NAM. 1, 448 tristia . . . nigro viscera -e tument (*syn.* nimiae bilis morbus). CAEL. AVR. chron. 1, 6, 180 melancholia dicta, quod nigra -a aegrotantibus saepe per vomitum veniant (diaet. pass. 63). *cf. etiam p. 422, 32.* *morbus regius, icterus*: PLIN. nat. 21, 135 suffusis . . . -e et hydropicis (*al.*). 22, 104 -is veteri suffusioni. 26, 123 tenuitatem etiam densitatemque tunicularum (*sc. oculorum*) -e subeunte. TERT. anim. 17 qui redundantia -is auruginant (*i. aurei coloris phantasia afficiuntur*). VINDIC. med. 27 ictericum . . . fieri turgescente iecore . . . seu vesicula, quam -l appellamus. *dub. an idem sit* -is pituita *p. 422, 58.*

B *locutiones ad* **animi** *habitum vel ad mores pertinentes* (*cf. etiam p. 422, 59 sqq.*): **1** *de ira, stomacho* (*cf. p. 422, 72 sqq.*): VERG. Aen. 8, 220 Alcidae furiis (*abl.*) exarserat atro -e dolor (SERV. *ad l.* quo irascimur. GLOSS. -e iracundia). AMM. 19, 12, 5 acri -e concaluit. PRVD. perist. 9, 46 quantum quisque odii tacita conceperat ira, effundit ardens -e tandem libero. CLAVD. 17, 225 cum viscera -e canduerint. SVLP. SEV. dial. 2, 1, 8 iam -e commoto (*sequitur* iratus). 3, 15, 3 insano -e commotus (GREG. TVR. Franc. 2, 29 *saepius*). DRAC. Romul. 8, 287 motus in pectore -is amari. Orest. 616 accensus -e doloris.

2 *de invidia*: OV. met. 2, 777 pectora (*sc. Invidiae*) -e virent, lingua est suffusa veneno (SIL. 11, 548 atra veneno Invidiae nigroque undantia pectora -e). APVL. met. 5, 9 gliscentis invidiae (*cf. l. 60*) -e fraglantes. PRVD. cath. 5, 46 invido fervens -e. CYPR. GALL. gen. 715 ignito . . . turgescere -e. SEDVL. op. pasch. 3, 16 p. 245, 10 chelydros . . . livido veneno -is uberrimus (*i. diabolus*). POMER. 3, 9, 1 succensus invidiae -e. ARATOR act. 1, 641 cordis amari -e tumens.

3 *de malignitate*: **a** *generatim*: AVSON. 191, 31 nullo -e tibi mens livida (205, 2 cui -e nullo, melle multo mens madens. 349, 4 livida mens hominum concretum -e coquat pus). DAMAS. epigr. 46, 7 -is vomuit concepta venena. AMBR. exc. Sat. 1, 41 quam sine -e ipsa indignatio! HEGES. 1, 5 hinc calumnia componitur (*i. fingitur*) acerbo -e. MART. CAP. 9, 999 turgensque -e ac bile *Satura.* VAL. CEM. hom. 5, 5 cor . . . hominis . . ., quod amaritudo -is infecerit (*anteced.* si favo mellis . . . amaritudo se misceat). SIDON. epist. 1, 2, 9 ut nullus conviva mordacis linguae -e feriatur. **b** *speciatim de scriptore vel oratore* (*hic illis magis acerbitas quasi ipsis litteris inhaerens, quam scriptoris malignitas exprimitur, ita ut notio ad significatum sub II B 2 descriptum transeat*): OV. trist. 2, 565 a salibus suffusis -e refugi (*i. a ioco alios laedente.* MART. 7, 25, 3 nullaque mica salis nec amari -is in *epigrammatis.* PLIN. epist. 3, 21, 1 qui plurimum in scribendo et salis haberet et -is. AVSON. 194, 19 salibus modestus, -e nullo perlitus. 400, 29 *scriptorem* diluti salis et -is ignavi). MART. 10, 48, 21 sine -e ioci. FRONTO p. 43, 1 N. illa . . . ita a me dicentur, ut -l et bilem sapiant. TERT. pudic. 14 epistulam . . . ut ita dixerim, non atramento, sed -e (folle *cod.*) conscriptam. TER. MAVR. 2186 (*de iambis*) adusta -e . . . carmina. PACIAN. epist. 2, 2 an aliquo -e respersae sint *litterae.* AVSON. 404, 5 -e carmen atque melle temperans. SERV. Aen. 3, 328 cum ingenti -e (*i. acerbitate.* 7, 295 cum -e dictum est). 10, 295 militari -e dictum est. SIDON. epist. 5, 8, 2 quid *in tuis versibus* inesse -is (vel mellis *add.* T², mellis C *et in ras.* M²), leporis piperataeque facundiae. ENNOD. epist. 2, 18 p. 59, 17 nolo litteras maiori obiurgationis -e complere.

II fel ***corpore exemptum***:

A fel *potui datum* (*per comparationem inde a* PLAVTO *l. 20 sqq. 31*): **1** *proprie* (*sc. vexationis causa; de usu in medicina v. sub B*): TIB. 1, 5, 50 sanguineas edat illa (*lena*) dapes atque ore cruento tristia cum multo pocula -e bibat. TERT. spect. 30 *Christus* -e et aceto potatus (coron. 14 favos post -a gustavit [*cf.* 2]. BARNAB. 7, 3 potatur aceto et -e [ὄξει καὶ χολῇ]. 7, 5. ITALA Ioh. 19, 29 [Priscill. tract. 1, 25] spungiam plenam aceto et -e [μεστὸν ὄξους ὑσσώπῳ περιθέντες. VVLG. plenam aceto, hyssopo circumponentes]. LACT. inst. 4, 18, 7 cibum -is [SALV. eccl. 2, 5. *cf.* PASS. Andr. long. 5 escam -is]. 4, 26, 18. VVLG. Matth. 27, 34 dederunt ei vinum bibere cum -e mixtum [μετὰ χολῆς μεμιγμένον]. IVVENC. 4, 658 HIL. in Matth. 33, 4 *et saepius ap.* ECCL. *cf.* PETR. CHRYS. serm. 83 p. 433^C crucis -e, non vini dulcedine pocula miscebantur. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 18, 3 p. 107, 10 si -is gustus adhibetur et aceti, amplectere).

2 *per comparationem de quavis acerbitate gustanda: proverbialiter, opp.* mel: PLAVT. Cas. 223 -l quod amarumst, id mel faciet (*cf.* Poen. 394 mel huius, -l meum. Truc. 179 in melle sunt linguae sitae . . ., facta atque corda in -e sunt sita atque acerbo aceto. FRG. Mur. 67 -l . . . cum melle misceri non congruit. PRVD. cath. 5, 93 instar -is aqua . . . fit . . . mel velut Atticum. EVCHERIA poet. min. V 60, 24 mellaque cum -is sint modo mixta malis. *adde*: APVL. flor. 18 p. 85 ut etiam in amplissima quaque laetitia subsit . . . querimonia coniugatione quadam mellis et -is. TERT. coron. 14 *v. supra l. 9.* *opp.* mel *praeterea infra l. 31. 34. 70. supra p. 423, 62. 68. 82. adde*: SCHOL. Hor. gloss. Γ epist. 2, 2, 75 (p. 398) 'dulcia se in bilem vertent' -l amaritudinis paratione. *in locutionibus metaphoricis*: PLAVT. Cist. 69 Amor et melle et -e est fecundissimus; gustui dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit. TIB. 2, 4, 12 omnia nunc tristi tempora -e madent. ITALA Hab. 2, 15 (Apon. 2 p. 34) mittens -l in escam *amici.* prov. 5, 4 (Lucif. de non conv. 6) mel . . . distillat a labiis meretricis . . ., novissime autem amarius -e invenies (πικρότερον χολῆς. VVLG. *et hebr.* amara quasi absynthium. *cf.* HIER. epist. 128, 2). PS. AMBR. laps. virg. 10, 46 acerbus fructus luxuriae, amarior -e (CASSIOD. in psalm. 63, 3 res amara et omni -e deterior). VVLG. deut. 29, 18 radix germinans -l et amaritudinem. 32, 32 uva eorum uva -is (PAVL. NOL. epist. 19, 3 p. 140, 17). deut. 32, 33 *et* Iob 20, 14 *v. p. 425, 30 sq.* psalm. 68, 22 dederunt in escam meam -l (EVCHER. form. 7 p. 40, 17 -l amaritudo malitiae). Ier. 8, 14 potum dedit nobis aquam -is. *al.* 23, 15 cibabo eos absynthio et potabo eos -e (thren. 3, 19 recordare paupertatis . . . meae, absynthii et -is). ENNOD. dict. 18, 6 p. 477, 13 libertatis saporem -e servitii commutasti. *evanescente notione primaria i. q. amaritudo*: VVLG. thren. 3, 5 circumdedit me -e et labore. act. 8, 23 in -e . . . amaritudinis . . . video te esse (εἰς χολὴν πικρίας). ITIN. Anton. Plac. rec. A 36 p. 183, 4 amarescente aqua . . . in -e, . . . indulcabatur.

ad -is amaritudinem pertinent etiam haec: PLIN. nat. 27, 91 holosteon . . . est herba ex adverso appellata a Graecis, sicut '-l dulce'. *cf.* CAEL. AVR. chron. 3, 1, 2 contrariae interpretationis vocabulum ut -a, quae Graeci γλυκέα dixerunt, velut dulcia, cum sint amarissima.

B *varius usus vel effectus in medicina, in re rustica sim. (in haruspicina v. p. 422, 53). ubi per se ponitur, bubulum -l plerumque intellegendum erit*: VARRO rust. 1, 2, 25 -l bubulum cum aceto mixtum *infundito adversus cimices* (PLIN. nat. 18, 160 -e bubulo semina attingi. *al.* MARCELL. med. 15, 66. CHIRON 637 bubalum. *cf.* SER. SAMM. 174 *infra l. 82*). CELS. 4, 7 palatum ungere . . . -e taurino (5, 6 rodunt . . . squama ferri, -l taurinum. *subsequitur in eadem enumeratione iterum* -l [sal *Targa*]. SCRIB. LARG. 68 *al.* PLIN. nat. 28, 182 VEG. mulom. 2, 28, 1 CHIRON 323 MARCELL. med. 28, 17. 30, 26 THEOD. PRISC. eup. faen. 38 CAEL. AVR. chron. 4, 8, 121 ORIBAS. syn. 2 add. p. 848 *cf.* GLOSS. *p. 422, 36. cf.* PLIN. nat. 11, 195 taurorum -e aureus ducitur color. 34, 94. *v. etiam l. 73. 74*). CELS. 5, 7 exedunt corpus . . . alumen, . . . -l *eqs.* 5, 12. 6, 28 -e caprino . . . aspritudo curatur. *al.* SCRIB. LARG. 38 hyaenae (PLIN. nat. 28, 94). PLIN. nat. 28, 7 oculorum suffusiones -e hominis sanari. 28, 91 comitialibus morbis . . . mederi . . . -l cum melle potum. 28, 110 -e *crocodili minoris* inunctis oculis. 28, 146 praestantissimum effectu -l. 28, 172 inveteratum -l efficacius (32, 77 *v. l. 77 al.*). 28, 186 -l . . . aqua infractum (*i. mollitum*). 28, 192 -l . . . circumligatum (*sc. unguibus*). *ibid.* -l tauri aridum aqua calida dissolutum (MARCELL. med. 30, 29 -is taurini arefacti). 28, 203 -l tauri cum absinthio tritum. 28, 223 impositum *artubus.* 28, 255 inspersum. 29, 116 lacertae viridis -l . . . sole coactum ad crassitudinem mellis. 29, 117 -e recenti axionis (32, 77 -l recens, sed inveteratum nitro). 30, 82 -l canis nigri masculi amuletum esse dicunt magi domus . . . suffitae eo. 30, 133 -l irenacei psilotrum est (32, 135 thynni sanguis, -l, iocur). 32, 38 capillus mulierum inficitur -e. 32, 139 -l torpedinis vivae illitum. *saepissime.* TERT. spect. 27 nemo venenum temperat -e et elleboro. SER. SAMM. 174 -a bovis . . . prodesse loquuntur. 207 -l quoque de gallo mollitum . . . lympha. 1015 conditum melle -l agni. OPTAT. 3, 2 p. 69, 3 *piscis* -l et iecur tulit To-

[*Ammann*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bias (VVLG. Tob. 6, 5. 6, 9 valet ad unguendos oculos. *saepius*. PRVD. cath. 10, 80). VEG. mulom. 2, 72, 1 *al.* CHIRON 485 *al.* MARCELL. med. 30, 31 cum -e liquido. *saepe*. PLAC. med. 2, 9. 11, 14ᵃ. DIOSC. 2, 59 de omne -e. . . . oculis necessarium . . . -e (*accus.*) sic colligis. *sequitur descriptio* . . . virtus est omnibus -bus termantica et viscida . . . magna . . . virtus est maritimi scorpii *sequitur fusior enarratio*. MISC. Tir. p. 60, 14.

genera -is haec adiectivis discernuntur: anserinum: PLIN. nat. 29, 125. aprunum: PLIN. nat. 28, 190. beluinum: DIOSC. 2, 59 (θαίνης, *cf. vol. II p. 1864, 12*). bubulum *cf. p. 424, 57*. caninum: PLIN. nat. 29, 117 VEG. mulom. 2, 72, 1 CHIRON 485. caprinum: CELS. 6, 6, 28 PLIN. nat. 20, 45 SER. SAMM. 199 VEG. mulom. 3, 28, 10 MARCELL. med. 28, 17. gallinaceum: CIC. div. 2, 29. hircinum: MARCELL. med. 9, 5 DIOSC. 2, 59. lupinum: PLIN. nat. 28, 216. murinum: MARCELL. med. 9, 124. ovillum: PLIN. nat. 29, 111 MARCELL. med. 9, 25. porcinum: MARCELL. med. 9, 5 DIOSC. 2, 59. scrofinum: PLIN. nat. 28, 163. suillum: PLIN. nat. 28, 221. taurinum *v. p. 424, 60*. verrinum: PLIN. nat. 28, 174 MARCELL. med. 9, 5. 99. vervecinum: DIOSC. 2, 59. vitulinum: PLIN. nat. 28, 187 MARCELL. med. 9, 102. ursinum: PLIN. nat. 28, 167 SER. SAMM. 118 MARCELL. med. 17, 19. 19, 22 THEOD. PRISC. eup. faen. 38 DIOSC. 2, 59. vulturinum: PLIN. nat. 29, 123.

C *speciatim*: fel *serpentium* (*monstrorum l. 27. 29*) *est pro veneno* (*virus e serpentium dentibus effusum* -l *existimatum esse testis est* PLIN. nat. 11, 163 *p. 422, 83*): VERG. Aen. 12, 857 *sagittam* armatam . . . -e veneni (OV. ars 2, 520 multo spicula -e madent [*per imag.*]. trist. 5, 7, 16 tela . . . vipereo lurida -e. Pont. 1, 2, 18 vipereo spicula -e linunt. 3, 3, 106. 4, 9, 83. SER. SAMM. 825 -e sagittae *affligi*. SERV. Aen. 3, 402 Hercules Philocteti dedit sagittas hydrae -e tinctas). OV. Ib. 227 pectoraque unxerunt Erebeae -e colubrae. SEN. Med. 831 *flammas* permixto -e Medusae. *cf.* PRVD. cath. 9, 90 *p. 422, 66*. *metaphorice*: VVLG. deut. 32, 33 -l draconum vinum eorum (*syn.* venenum aspidum. Iob 20, 14 panis . . . vertetur in -l aspidum intrinsecus). *adde ritum magicum* (*cf. p. 424, 78*): PLIN. nat. 32, 53 *colubrae* adipem et -l habentes qui crocodilos venentur mire adiuvari.

ad I II epitheta notabiliora: *de sapore*: acerbum: HEGES. 1, 5. amarum: (*cf.* PLAVT. Cas. 223) MART. 7, 25, 3 DRAC. Romul. 8, 287. *de colore*: atrum: VERG. Aen. 8, 220 HEGES. 1, 45, 10. caeruleum: AVSON. 341, 8. flavum: CASS. FEL. 21 p. 33, 11. 24 p. 40, 9. 57 p. 145, 16 flavi id est rubei. nigrum: SEN. Oed. 358 SIL. 11, 548 POTAM. tract. 1 p. 1413ᴬ CAEL. AVR. acut. 3, 11, 104 diaet. pass. 63. rufum: CASS. FEL. 46 p. 115, 10. *varia*: horridum: AVG. civ. 28, 23. ignavum: AVSON. 400, 29. ignitum: CYPR. GALL. gen. 715. insanum: SVLP. SEV. dial. 3, 15, 3. invidum: PRVD. cath. 5, 46. militare: SERV. Aen. 10, 295. mordax: OV. Pont. 3, 3, 106. triste: TIB. 2, 4, 12.

III fel terrae *nomen herbae*: SCRIB. LARG. 227 *centaurium* latine -l terrae dicitur (MARCELL. med. 31, 6. ISID. orig. 17, 9, 33 propter amaritudinem). PLIN. nat. 1, 25, 31. 25, 68 MARCELL. med. 16, 30. 23, 41. PS. APVL. herb. 35, 1 Itali -l terrae vocant centauriam maiorem. DIOSC. 3, 6 W. (*codd. R V*) φελ τεῤῥαι. MISC. Tir. p. 56, 20. 21. *cf.* Centaurea *Onom. II p. 322, 57 sqq.* GLOSS. δρακοντίλος βοτάνη. δρακόντιος βοτάνη.

felles oculi, felles umbilici *v. p. 455, 41*.

deriv.: felleus, fellicius, fellicula, felliducus, fellifluus, fellineus, fellinosus, fellitus. *Ammann.*

fēlēs (fēlis, faelēs, faelis), -is *f.* [*sunt qui conferant c. cambr.* bele *'meles, martes', cf. Hehn, Kulturpflanzen und Haustiere*[8] *542. similitudine quadam sonorum conectitur c.* meles. *Th.*]. *formae*: *inter* fel- *et* fael- *variant codd., ut* PLAVT. Rud. 748 *PA* fallis (*leg.* faelis) *at Turn.* feles. Persa 751 *trad.* feles. *apud* CIC. *optimi codd.* fael- *habere videntur, contra apud* PHAEDR. fel-. *casus*: *nom. sing. in* -es *probat* CHAR. gramm. I 40, 2 *nomen in es exiens* in is facit genetivum . . . -es αἴλουρος; *ita legitur* PLAVT. Persa 751 VARRO rust. 3, 11, 3 PHAEDR. 2, 4, 2. 4 *in optimis codd. et passim in codd. ceterorum, at nom. sing.* -is: PLAVT. Rud. 748 *A P* (*v. supra l. 57*) VARRO rust. 3, 12, 3 *in optimis codd. et passim in codd. ceterorum*. *acc. sing.*: CHAR. gramm. I 47, 16 incusativum per im faciunt . . . -is. *at trad. ubique* -em: CIC. leg. 1, 32 Tusc. 5, 78 nat. deor. 1, 82 SEN. epist. 121, 19 NEMES. cyn. 55 MART. CAP. 2, 170. *abl. sing.* -e. *gen. plur.* -ium. *significatio*: CHAR. gramm. I 40, 2 αἴλουρος (IDIOM. gen. gramm. IV 577, 8). GLOSS. αἴλουρος. gyrus ellorum (*i.* αἴλουρον) graece. animal quadrupedis. *legitur inde a* PLAVTO.

nomen quadrupedum rapacium, quorum genera diversa hoc nomine comprehenduntur. aliubi bestiola mustelae similis significatur, aliubi cattus, aliubi non constat, utrum intellegendum sit (*cf. Hehn, Kulturpflanzen und Haustiere*[8] *p. 463 sqq. 619 sqq*). **1** *proprie*: *mustela sim. significari videtur*: VARRO rust. 3, 11, 3 ne -es aliave quae bestia introire . . . possit *in aviarium* (3, 12, 3 ne -is aut maelis . . . introire possit *in leporarium*. COLVM. 8, 3, 6 ne ad aves -es habeant . . . accessum. 8, 14, 9 ne -es . . . aut etiam mustela possit aspirare. 8, 15, 2 -es aut viverra perrepat). PHAEDR. 2, 4, 2 -es cavernam nancta in media *quercu* pepererat. 2, 4, 4. 24. SEN. epist. 121, 19 quare pulli -em timeant, canem non timeant. PLIN. nat. 10, 40 *pici Martii* scandentes *arbores* in subrectum -ium modo. GLOSS. II 580, 7 feruncculus, merth (*anglosax.* mearþ *'mustela'*). *cattus intellegendus est* (GLOSS. II 220, 32 felix heccatta *i.* felis: haec catta): CIC. leg. 1, 32 qui (*sc. Aegyptii*) canem et -em ut deos colunt (Tusc. 5, 78 -em aut canem aut crocodilum violent Aegyptii. nat. deor. 1, 82. 101. OV. met. 5, 330 -e soror Phoebi [*Bubastis Luna Aegyptiorum*] . . . latuit. PLIN. nat. 6, 178 in quo *oppido* [*sc. Rhadata*] -is aurea pro deo colebatur. ARNOB. nat. 1, 28 templa -bus . . . sublimibus sunt elata fastigiis. 6, 3. MART. CAP. 2, 170. 183 in prora *navis* -is forma depicta *videbatur*. *adde*: TERT. nat. 2, 8). PLIN. nat. 10, 202 excrementa . . . obruunt terra. PLAC. med. 18 tit. de catta seu -e. *huc pertinere videntur*: PLIN. nat. 11, 151 nocturnorum animalium velut -ium in tenebris fulgent radiantque oculi (37, 69 *smaragdos* -ium . . . oculis similes, namque et illos radiare nec perspici. *cf. in nomine herbae*: PLIN. nat. 25, 145 *anagallis sive acoron* a nostris -is [*trad.* feris] oculus vocatur. 1, 25, 92). 11, 172 *lingua* -bus . . . limae similis. 28, 165 *adversus ulcera* laudatur . . . -ium fimum cum sinapis pari modo ([PLAC. med. 18, 1 cattae stercus cum sinape. *cf. supra l. 8*]. PLIN. nat. 28, 190 *faucibus* -is . . . fimo perfricatis. 28, 228 *quartanis* excrementa -is . . . adalligari. 28, 245 *spinae* extrahuntur -is excrementis. 28, 254 excrementum . . . -ium . . . cum resina [PLAC. med. 18, 2 cattae stercus cum resina. *cf. supra l. 8*]. *cf. etiam vol. III p. 621, 2*). PLIN. nat. 1, 28, 71 privatae ex animalibus medicinae digestae . . .: *ex* -e. *dubium utrum mustela an catta intellegenda sit*: CELS. 2, 33 adeps ex -e. PHAEDR. app. 16, 1 -es habebat gallus lecticarios (*narratur fabula*). PLIN. nat. 10, 174 -es mare stante femina subiacente *coeunt*. 10, 179. 11, 111 ipsis (*formicis Indicis*) color -ium. 18, 160 mures abiguntur cinere mustelae vel -is diluto. 28, 229 iocur -is decrescente luna occisae. NEMES. cyn. 55 ichneumona quaere . . . inter harundineas segetes -emque minacem.

2 *translate de hominibus qui pueros puellas venantur*: PLAVT. Persa 751 (*de lenone*) -es virginaria. Rud. 748 -es virginalis liberos . . . indigno quaestu conteres. AVSON. 70, 5 -es nuper pullaria dictus, corrupit totum qui puerile secus.

deriv.: felineus. *Wulff.*

felicātus *v.* fil-. ? **fēlīcē** *adv. v. p. 455, 1.*

Fēlīcio *v. Onomast. s. v.*

fēlīciōsus, (-a, -um) *a* felix. GREG. TVR. glor. conf. pr. p. 748, 18 septimum *librum* (*sc. qui inscriptus est 'liber vitae patrum'*) *scripsimus* de quorundam -orum vita (religiosorum *cod. Brux., quod probat Bonnet p. 195, 6*). *syn.* sanctorum: vit. patr. pr. p. 662, 20.

*ᴹ***fēlīcitās,** -ātis *f. a* felix. GRAMM. suppl. 69, 19 nomina tertiae declinationis in tas desinentia a dativo singulari veniunt, ut . . . felici, -s (115, 24 *al.*). fil-: NOT. Tir. 30, 60. *cf.* INSCR. christ. Rossi I 749 (*a. 450, nom. propr.*). GLOSS. εὐτυχία. fortuna, beatitudo. DIFF. ed. Beck p. 58, 29 inter fors et -s: fors casus est, . . . -s opum est (ISID. diff. app. 235 -s opes hominis). *legitur inde a* PLAVTO (*p. 427, 80*). *frequentant* CIC. (*52ies*) LIV. (*32ies*) SEN. rhet. (*24ies*) VAL. MAX. (*27ies*) SEN. phil. (*112ies, semel* trag.) TERT. PANEG. AVG. civ. (*153ies*). *non habent praeter poetas dactylicos* CATO CATVLL. VARRO SALL. HOR. ASCON. MART. *al.* *plur.* (*inde a* TER.) *v. p. 427, 74. 428, 59. 430, 45. 431, 46.* *notabile est eam notionem, quae in adiectivo primaria est* (1. felix *I*), *in substantivo sero et raro deprehendi* (*II A*). *in codicibus saepius confunditur cum* facilitas (*perperam* felic- *codd. aut pars codd. pro* facil-: CIC. Manil. 36 PVBLIL. J 48 PLIN. nat. 18, 110). [*praeterea falso trad. vel corrupt.*: PVBLIL. P 42 SEN. dial. 12, 9, 8 (*v. p. 431, 3*) QVINT. decl. 315 p. 242, 16 CORP. IV 1186 ACT. lud. saec. Sept. Sev. (Corp. VI 32326) I 11. *loc. dub.*: CIC. epist. 1, 9, 26 SEN. contr. 1, 8, 3 QVINT. decl. 250 p. 27, 3 PALLAD. 4, 10, 24 (*v. p. 431, 76*). *v. etiam Onomast. s. v.*

I ***hominum*** (*bestiarum p. 430, 19*), *rei publicae* (*urbis, oppidi*: *p. 427, 21. 428, 33, rerum* [*aliter II A B*]: *p. 429, 18 et 20*) *sim.* -is *genera*: SERV. Aen 6, 683 -s . . . aut fatalis est aut fortuita aut ex virtute descendit. *cf.* VAL. MAX. 7, 2 pr. id genus -is *eqs.*

A ***strictiore sensu:*** *in rebus gerendis fortunae favor* (*de satis multis dubitari potest, an potius ad B 1 referenda sint, quod hic illic adnotavi*): **1** *absolute*: COM. pall. inc. 48 -s (falic-, facil[l]- *codd.*) est, quam vocant sapientiam. RHET. Her. 4, 20, 27 alii fortuna dedit -em, huic industria virtutem comparavit (4, 20, 28 hominem . . . egentem virtutis, abundantem -is. CIC. Sull. 83 casu magis et -e . . ., quam virtute et consilio gesta. NEP. Lys. 1, 1 famam magis -e quam virtute partam. *sim. saepe opponuntur*). CIC. Verr. 6, 79 quem P. Servilius qua -e ceperat, eadem recuperavit (CAES. civ. 3, 73, 3 LIV. 7, 1, 9. 45, 41, 1 *al.*). Font. frg. 9 Cn. Pompeius eximia virtute et -e bellum gessit (Manil. 28 in summo imperatore . . . inesse oportere scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, -em. LIV. 10, 24, 16. 28, 32, 11. 30, 30, 23. *sim. saepe coniunguntur, velut* NEP. reg. 2, 3 LIV. 6, 27, 1). Manil. 47. 48. Mur. 38 in hoc -is famam sermonemque valuisse. Flacc. 43 pari -e (*ironice de homine* qui nec in senatum . . . pervenire potuit et furti et pro socio damnatus est. *non ironice*: PLANC. Cic. epist. 10, 21, 6 remp. . . . vindicetis. NEP. Milt. 2, 5 Paus. 2, 2). de orat. 2, 347. off. 1, 118 nonnulli . . . sive -e quadam sive bonitate naturae . . . rectam vitae secuti sunt viam (SEN. dial. 5, 17, 2. *cf. infra p. 428, 24 et 432, 68*). off. 2, 45 altera pars *belli civilis* sceleris nimium habuit, altera -is parum. Brut. 4 perpetua quadam -e usus *Hortensius* (*cf. infra p. 428, 15 et 16*). Att. 6, 6, 3 *Parthi* incredibili -e discesserunt (CAES. civ. 3, 26, 5 auster . . . in Africum se vertit.

[*Pflugbeil*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

NEP. Timol. 2, 1 Dionysium . . . Siciliā depulit. FLOR. epit. 4, 9, 5). epist. 1, 9, 18 in tanta -e tantisque victoriis. 3, 12, 2 ita cecidisse, ut *nuptiae* agerentur eo tempore, spero omnino cum aliqua -e et opto. CAES. Gall. 6, 43, 5 paulum ad summam -em defuisse (*sc. ut Ambiorix caperetur. cf.* HIRT. Gall. 8, 31, 3 summa -s celeritasque in recipiendis civitatibus Fabium consequitur. *cf. p. 432, 65*). NEP. Milt. 2, 2 neque minus in ea re prudentia quam -e adiutus est. LIV. 4, 57, 8 dictator . . . -e quam gloria maior. 30, 30, 23 non statuendo -i modum nec cohibendo efferentem se fortunam. 30, 32, 1 in perpetuum, si -s adesset, victores. 42, 59, 9 elatus -e. VITR. 3 pr. 2 non ab industria neque artis sollertia, sed a -e . . . deserti. 6 pr. 2 qui non doctrinarum, sed -is praesidiis putaret se esse vallatum. 7 pr. 13. PAVL. FEST. p. 96 subita -e exhilaratus. SEN. contr. 1, 1, 3 omnis instabilis et incerta -s est (2, 1, 1 fragilis et caduca [VAL. MAX. 1, 6 ext. 3]. 2, 1, 9 nulla certa -s est. suas. 2, 3 nunquam solido stetit superba -s). contr. 1, 2, 11. 19 in sacerdote futura maxime debere aestimari pudicitiam, innocentiam, -em. 3 pr. 4 contr. exc. 4, 7 fortuita (*opp.* virtus). suas. 1, 9 illa demum est magna -s, quae arbitrio suo constitit. 7, 1 intolerabilis in malo ingenio -s est. VELL. 2, 89, 2 nihil -e consummari *potest*, quod non Augustus ... repraesentaverit. VAL. MAX. 1, 8 ext. 7. 2, 2, 3 conspicuae -is Arpinas municipium. 4, 7 ext. 2 nulla tam modesta -s est, quae malignitatis dentes vitare possit. 6, 2 ext. 3 (*opp.* virtus). 6, 9, 9 qui captivus carcerem exhorruerat, victor Capitolium -e celebravit. 9, 5 ext. 3 (*opp.* moderatio). PHAEDR. 2 epil. 14 nostrum studium ad aures pervenit suas (*i. propitias*) ..., omnem querelam submovet -s. SEN. dial. 10, 17, 4 (*v. p. 429, 60*). CVRT. 3, 12, 24. 4, 5, 2 (*opp.* invidia *fortunae*). 4, 14, 19 licet -s aspirare videatur. 5, 3, 22 tunc haesitabat deprehensa -s. 8, 10, 18. 8, 14, 43 quam caduca -s esset. 9, 9, 3 perpetua (10, 5, 35 *Fortuna* eum perpetua -e protexit. *cf. p. 428, 21 et 432, 68*. SVET. Aug. 58, 2 [*verba Valeri Messalae*] perpetuam -em rei p. et laeta huic [*Augusto*] precari. Nero 40, 3 perpetuam singularemque). COLVM. 3, 20, 4 in discernendis *seminibus* maxima . . . -e et prudentia opus est. PETRON. 86, 4. PLIN. nat. 2, 144 summa -s portenditur, quale Sullae dictatori *eqs.* (SVET. Vesp. 5, 2; *uterque locus potest referri ad B 1, item* PLIN. nat. 7, 45). nat. 33, 67 invenitur *aurum* in summa tellure . . . rara -e (QVINT. inst. 12, 5, 6 *syn.* votum). QVINT. inst. 6, 3, 56 praebet . . . occasionem quaedam -s, hoc quoque *genere iocationis* bene utendi. decl. 306 p. 204, 14 tantam (*item* 327 p. 285, 23, *ubi* facilitas *trad.*). TAC. Agr. 31 nisi -s in socordiam vertisset (*in bello gerendo*). hist. 3, 49. SVET. Dom. 6, 2 bellum . . . confecit absens -e mira (FLOR. epit. 2, 8, 17. 3, 1, 14 mira quadam. 4, 2, 59 VIR. ill. 77, 6). FLOR. epit. 2, 20, 1 inusitata et incognita quadam -e. 3, 6, 15. 4, 2, 78 non pro cetera -e, sed anceps et diu triste proelium. APVL. Plat. 1, 12 (*definitio; opp.* infelicitas). TERT. anim 2 p. 300, 24 in tenebris aditus quidam et exitus deprehenduntur caeca -e. PANEG. 3 (11), 18, 1. 5 *et* 19, 2 cum nascentibus pariter oriuntur pietas atque -s. 7 (6), 3, 3 *et* 8, 2. 8 (5), 2, 1. 12 (2), 6, 1 *al.* VOPISC. Prob. 6, 6 quadam -is praerogativa. Car. 1, 2 nunc tempestate aliqua, nunc -e variata *res publica*. CAPITOL. Gord. 28, 1 ista -s (*in bello*) longior esse non potuit. FIRM. math. *saepe, cf. indicem Ziegleri s. v.* IVST. 16, 5, 8 ex successu continuae -is. EVTR. 8, 1 res publica ... bonis principibus ingenti -e commissa. ADNOT. Lucan. 9, 211 prima -s, si victi sponte moriantur, secunda, si coacti. VEG. mil. 2, 18 huius -is ac provisionis est perennitas tua, ut . . . nova excogitet. 3 pr. 3, 25 cum pro -e superbius . . . mentes efferantur humanae. 4 pr. HIER. epist. 3, 2, 1 prima inopinati gaudii . . . nuntiata -s. 7, 1, 2 illum diem Romanae -is, quo . . . Hannibalis agmina conciderunt. 48 (49), 2, 2 non sum tantae -is, . . . ut nugas meas, quando voluerim, emendare possim. AVG. civ. 1, 24 p. 39, 22 D. 2, 5 p. 58, 15. 2, 24 p. 87, 24 (*ad B?*). 4, 21 p. 170, 13 *sqq.* 7, 3 p. 278, 2 *deos* videmus non praecipua virtute, non rationabili -e, sed temeraria . . . Fortunae potestate selectos, *qui maxime colerentur. al.* CASSIOD. var. 11, 1, 13 adversos rei publicae ... caelesti -e vincis. INST. Iust. de inst. promulg. 3 digni tanto honore tantaque . . . -e, ut *eqs.*

-is est, videtur, *sequente infinitivo*: CIC. Mur. 12 meruisse ... virtutis, . . . meruisse pietatis, . . . fuisse -is fuit. Lael. 35 omnia *haec fata* subterfugere non modo sapientiae, sed etiam -is . . . sibi videri. HIRT. Gall. 8, 36, 2 magnae -is esse arbitrabatur neminem ... refugisse. PLIN. paneg. 61, 4 ut enim -is est, quantum velis posse, sic magnitudinis, velle quantum possis. AVG. civ. 4, 21 p. 171, 2 D. ingeniosum ... nasci. -is est *sequente* quod: PANEG. 2 (10), 11, 7 vestrae .. fortunae, vestrae -is est, imperator, quod *eqs.* 3 (11), 13, 1. -s est *seq. inf.*: AVG. civ. 4, 21 p. 172, 8 D. virtutem consequi -s magna est.

pluralis de rebus variis, quae feliciter evenerunt: TER. Eun. 325 neque quemquam ego esse hominem arbitror, cui magis bonae -es omnes adversae sient (DON. *ad l.* magna ἔμφασις, quod -es pluraliter posuit). CIC. Mil. 84 quae *vis* saepe incredibiles huic urbi -es atque opes attulit.

2 *accedit genetivus possessivus vel pronomen possessivum* (*cf. etiam p. 428, 79*): PLAVT. Stich. 629 (*ad parasitum*) satis spectatast mihi iam tua -s (*'quae te comitari solet' Leo*). TAB. triumph. Aemil. 1 (Liv. 40, 52, 5) ductu auspicio imperio -eque eius . . . classis . . . victa . . . est (*cf.* CIC. S. Rosc. 136 ea . . . omnia . . . consilio et imperio et -e L. Sullae gesta esse. leg. agr. 1, 5 ager *Corinthius* L. Mummi imperio ac -e . . . adiunctus est. Phil. 14, 37). AEM. PAVL. or. frg. Val. Max. 5, 10, 2 cum in maximo proventu -is nostrae . . . timerem, ne quid mali fortuna moliretur. CIC. inv. 1, 94 si quis hostium vim et copias et -em augeat. *ibid.* si qui, cum aliquem volet laudare, de -e eius, non de virtute dicat. Font. 42 quorum cognita virtus, industria, -s in re militari sit (dom. 16 id illum fide, consilio, virtute, auctoritate, -e denique sua . . . perfecturum. prov. 35 fin. 4, 22 Phil. 4, 15. 5, 41. 14, 11. 28. 37. BELL. Alex. 25, 6 pro virtute ac -e eius [*cf. infra l. 23*]. LIV. 22, 27, 3. 22, 58, 3. 30, 12, 12. 38, 48, 7. 39, 32, 4. 41, 16, 8. *sim. saepe*). Manil. 10 *opp.* virtus. 47. Mil. 6 populi Romani (*opp* virtuti Milonis. LIV. 4, 44, 13. 7, 13, 5 tua populique Romani. SEN. contr. 2, 1, 5 VAL. MAX. 1, 5, 2). Mil. 83 fortuna populi Romani et vestra -s. Att. 7, 2, 1 *v. infra l. 79.* Marcell. 19 -i tuae gratulabere (*v. p. 434, 2*). Brut. 5 summam eius (*sc. Hortensii*) -em, *sc. quod in tempore diem obiit.* 329 -s ipsius (*Hortensii*), qua semper est usus. epist. 1, 9, 7 fortuna et -e Caesaris commotum. ad Brut. 1, 4ᵃ (= 9, 12), 3 (5) et -em et providentiam laudabo tuam (facil- *v. l.*). CAES. Gall. 1, 40, 13 suam innocentiam perpetua vita, -em Helvetiorum bello esse perspectam. BELL. Hisp. 26, 3 prout nostra -s. LIV. 6, 18, 13 experimini . . . et vestram -em et me . . . feliciter expertum. 30, 30, 11 tuam . . . perpetuam -em (CVRT. 8, 13, 13 perpetua partium *suarum* -e . . . accensi. SVET. Aug. 94, 1. *cf. etiam p. 427, 29. 432, 68*). LIV. 38, 48, 15 pro -e mea exercitusque mei ... postularem (*cf. supra l. 8*). 42, 12, 2 utrum -e id quadam eius accidat (*cf. p. 426, 79. 432, 68*). 45, 41, 12 -s vestra et secunda fortuna publica. SEN. contr. 1, 2, 4 summa. 1, 8, 1 faceret . . . -is suae (*in pugnando*) finem. 2, 2, 11 fer (per *codd.*) . . . -em tuam (IVL. AFRIC. or. frg. Quint. inst. 8, 5, 15 fortiter). contr. 9, 1, 2 redemptus Cimon redemptoris -s est (*fere i. q. lucrum, exoptatae rei adeptio cf. p. 429, 63*). VELL. 1, 11, 6 hominem . . . cuius -em fortunae Metelli compares. 2, 10, 2 Domitiae familiae peculiaris quaedam et ut clarissima ita artata numero -s. 2, 106, 3 mira -e et cura ducis. VAL. MAX. 1, 7 ext. 5. 3, 2 ext. 5 Epaminondas maxima Thebarum -s, idemque Lacedaemoniis prima clades. 6, 9 ext. 5 *Polycratis* -s semper plenis velis prosperum cursum tenuit. SEN. apocol. 5 nemo -is suae obliviscitur. dial. 1, 3, 7 '-s' tua (*sc. Sullae; cf. p. 430, 77 sqq.*). 6, 14, 3 Caesar cum nec oceano continere -em suam posset. CVRT. 3, 4, 11 *Alexandri* (3, 13, 4. 7, 2, 37. 7, 7, 28. 7, 8, 24 impone -i tuae frenos: facilius illam reges). PETRON. 118, 5 Horatii curiosa -s (*sc. in carminibus componendis v. vol. IV p. 1493, 46*). QVINT. inst. 5, 7, 17 prima -s interrogantis est extorquere, quod is *dicere* noluerit (*fere i. q. praecipuus aditus ad felicem eventum*). PLIN. epist. 8, 18, 6. SVET. Iul. 35, 2 Pompei. FLOR. epit. 3, 5, 2 -e Sullae, virtute Luculli, magnitudine Pompei. 3, 5, 22 quanta -s viri! (*Pompei*). 4, 2, 29 Caesaris. TERT. adv. Val. 8 p. 186, 9 (*verba declamantis*) venio . . . ad vos, optimi cives, de proelio cum victoria mea, cum -e vestra. ACT. lud. saec. Sept. Sev. (Corp. VI 32326) 26 pro temporum laetitia et -e sanctissimorum . . . principum (COD. Theod. gest. in sen. 2 aeternorum principum). PANEG. 3 (11), 6, 1 *et* 13, 1. 3 magnitudo vestrae -is. 5 (8), 7, 3 *et* 14, 1. 15, 1. 16, 3. 18, 3. 7 (6), 8, 6 rei publicae -s (*cf. p. 430, 15*). 10 (4), 19, 2. 11 (3), 27, 1. 12 (2), 40, 1 *al.* VOPISC. Car. 2, 2 *Romuli.* 3, 3 nec omni Titi -e laetata *res publica.* CAPITOL. Pius 13, 4 *Numae* -em pietatemque. Aur. 8, 4. FIRM. err. 20, 7 -s vestra cum dei virtute coniungitur. 29, 3. IVST. 11, 7, 8 tam pulchra condicio prima regni -s videbatur. 21, 6, 3 regis. AMM. 15, 1, 2 imperatoris. 24, 4, 23 *al.* COD. Iust. 5, 4, 28, 1 mariti -em (*sc. quod inter senatores scriptus est*) uxori fieri infortunium. *nota*: SIDON. epist. 1, 5, 7 Metaurus, cuius ... in longum -s uno die parta porrigitur (*fere i. q. gloria*).

pluralis: TERT. adv. Val. 3 p. 180, 8 tot exitus, tot eventus, -es, infelicitatesque dispersae atque concisae divinitatis *Valentinianorum.* ARNOB. nat. 2, 45 aliorum gaudiis et -bus inviderent (*ad B 1?*). RVFIN. hist. 4, 26, 8 *fides* cum ipsius Augusti -bus adolevit. AVG. gen. ad litt. 5, 22 p. 166, 12 de -bus atque infelicitatibus hominum.

3 *pro genetivo possessivo accedit adiectivum*: publica: PVBLIL. P 26 potens misericors publica est -s. LIV. 45, 41, 2 me cum publica -e comparare . . . privatam meam fortunam (*syn.* 45, 41, 12 secunda fortuna publica). SEN. contr. exc. 10, 6 fatum publicae -is. CVRT. 10, 9, 7 SYMM. epist. 1, 13, 1 (1, 13, 4 nullo fascino ... mordeatur). SCHOL. Cic. Bob. p. 124, 27 St. si inter extremas calamitates eum civem referret, cuius interitus -i publicae (*sc. esse*) iudicetur. aliena: LIV. 8, 31, 2 iratum virtuti alienae -ique. TERT. spect. 16 p. 18, 10 *opp.* infelicitas. humana: SEN. contr. exc. 5, 1 mutantur vices -is humanae. VAL. MAX. 7, 2 ext. 2 -is . . . humanae appellationem rogus consummat (*potest ad B revocari; cf.* PS. SEN. mon. 54 *p. 429, 80*). *cf. etiam p. 431, 5 et 15. cf.* mortalis: VAL. MAX. 9, 12 ext. 10. Romana: *p. 427, 56.* vetusta (*i. veterum hominum*): VAL. MAX. 8, 13 pr. *sc. eorum qui longissima senectute floruerunt.*

4 *accedit genetivus temporis vel rei; gerundii (-ivi) infra l. 79. p. 429, 2. 17. 18* (*cf. II B*): CIC. Att. 7, 2, 1 usi tua -e navigandi (*cf. p. 427, 79. 432, 8*). LIV. 9, 18, 8 magnitudo hominis ... collecta paulo plus decem annorum -e (30, 30, 19 tot annorum. *cf. p. 432, 37*). RVT. LVP. 1, 13 ex . . . facultate . . . facile -s laudis oritur. SEN. nat. 6, 23, 2 *Alexandri crimen* nulla virtus, nulla bellorum -s redimet (PS. AVR. VICT. epit. 41, 11 mira bellorum -e. EVTR. 9, 13, 1 varia. *cf.*

[*Pflugbeil*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

IVST. 11, 14, 7 proelii. EVTR. 9, 17, 1 ingenti proeliorum -e. 10, 10, 2 militiae). SEN. epist. 70, 18 integri ac sani -s corporis. 97, 13 latendi etiam si -em habent, fiduciam non habent. PLIN. nat. 7, 180 *mors repentina* est summa vitae -s. QVINT. decl. 250 p. 25, 13 †actionis (sortitionis *edd.*, *cf.* 319 p. 254, 10 sortitionis fortuna. COD. Iust. 10, 35 [34], 2, 1 ex sortis -e). EDICT. imp. Diocl. II 7 cum plurima⟨e⟩ provinciae -e optatae vilitatis ... glorientur. VOPISC. quatt. tyr. 3, 1 solita virtutum suarum -e. FIRM. math. 3, 5, 9 quibus ⟨a⟩ parentibus maxima bonorum -s comparetur. 5, 1, 18 filiorum (*i. subolis*) ... -e laetabitur. *ibid.* agilitatis -e perspicuus (facilitate *Skutsch*). SCHOL. Cic. Bob. p. 91, 11 St. nec illi integritas sua, sed cuiusdam perexigui muneris -s patrocinata est. CORP. VI 32051, 3 (*saec. IV*) admirabilisque eloquentiae benivolenti⟨a⟩e -e glorioso ... Rufino. AVG. civ. 11, 31 p. 506, 15 D. angeli ... habent ... cognoscendi facilitatem et requiescendi -em. COD. Theod. 6, 2, 13 (*a. 383*) generis. VAL. CEM. hom. 13, 5 victoriae. CLAVD. MAM. anim. praef. p. 20, 5 ad usque ... trinitatis si non iam -em comtemplandae, certe robustius credendae perveniet firmitatem. *similiter de rei -e*: PAVL. NOL. epist. 6, 1 si *litteris* in manus tuas perveniendi -s non fuit.

nota: PLIN. nat. praef. 24 (*ironice*) inscriptionis apud Graecos mira -s (*i. fortunam inscriptioni velut favisse conicias ex inscriptionum copia et iactatione. ad II A vix referendum*).

B ***ampliore sensu*: 1** *generatim: vitae vel rerum felix status, condicio, hic illic imprimis de opibus i. q. opulentia: definitur*: AVG. civ. 5, 1 p. 190, 4 D. constat omnium rerum optandarum plenitudinem esse -em (*cf.* ARNOB. nat. 4, 2 p. 143, 2 *esse* feliciter ... viventis ac sine ullis offensionibus -em. *adde* SEN. epist. 123, 10 *infra l. 79*):

CIC. S. Rosc. 22 quamvis ille felix sit, sicut est, tamen in (*del. Lambin., ut notio evadat, quae est sub I A*) tanta -e nemo potest esse, qui *non* servum ... improbum habeat. LIV. 23, 2, 1 Capuam ... luxuriantem longa -e atque indulgentia fortunae (25, 25, 9 omnia diuturna -e cumulata *Syracusis* bona. SEN. epist. 91, 7 quota quaeque -em civitas pertulit?). LIV. frg. 61 *Cicero* fortunae diu prosperae et in longo tenore -is magnis interim ictus vulneribus. SEN. contr. 7, 6 (21), 7 -em nostram in calamitatem convertit. VAL. MAX. 4, 4 pr. divitias in prima -is parte aut paupertatem in ultimo miseriarum statu ponere. 4, 7 pr. -is (*fere i. q. hominum felicium*) cultus. 4, 7, 7 *amicitiam* in ... -is domicilio collocemus, gratia, honore abundantissimisque opibus fulgentem. 5, 3, 2ª cuius (*urbis sc. Romae*) ... salutem stabilierat, -em auxerat (SEN. epist. 91, 13 Timagenes -i urbis inimicus). VAL. MAX. 7, 1 tit. de -e (*cf.* 7, 1 pr. constanter propitiae *fortunae exempla. afferuntur in eis quae sequuntur Q. Metellus, Aglaus Psophidius*, cuius solida et sincera -s [SEN. dial. 1, 6, 4]). 8, 13 ext. 3. SEN. benef. 2, 27, 4 ultra se cupiditas (*i. cupidus*) porrigit et -em suam non intellegit, quia *eqs.* 3, 2, 2 quod non operam exigit, non opes, non -em. 3, 36, 2 unde tantam -em parentibus, ut fateantur ipsos liberorum beneficiis impares? 4, 40, 1 *opp.* infelicitas. 5, 19, 2 bona valetudo, -s, patrimonium. 6, 30, 2 summa -e praeditis. 6, 30, 3. 6, 33, 2 ne *felix* -i suae credat. 7, 14, 4 clem. 1, 1, 7. dial. 1, 2, 6 non fert ullum ictum illaesa -s. 1, 3, 10 -e nimia laborantem (1, 4, 6 qui nimia -e torpescunt). 1, 4, 9 fugite enervantem (-atam *codd.*) -em, qua animi permadescunt *eqs.* (11, 2, 3 epist. 19, 9). 1, 4, 10 -is intemperantia ...: movet cerebrum (*item* epist. 36, 1. dial. 4, 21, 7 iracundiam nutrit). 1, 6, 5 (*v. p. 430, 82*). 2, 11, 1 male -em ferentes. 6, 2, 5 videbatur ad *Liviae* filium transire sibi (*Octaviae*) promissa -s (*sc. Marcello futuro principe mortuo*). 6, 12, 4. 6, 19, 6 invidia -is alienae (12, 2, 2 ut ... -s eius effugeret invidiam). 6, 20, 1 *opp.* calamitas. 7, 13, 2 (*v. p. 430, 84 sq.*). 10, 2, 4. 10, 7, 6 quos magna -s gravat. 10, 12, 8. 10, 13, 7. 10, 17, 4 alia -e (*I A*) ad tuendam -em opus est. 11, 5, 5 *opp.* infelicitas. 12, 3, 3. 5. 12, 7, 4 adversus -em tuam parum gratus es, si *eqs.* 12, 9, 5. 12, 18, 1 *opp.* calamitas. nat. 2, 59, 4. 5, 18, 9 *nos*, quorum -s est ad bella proferri (*fere i. q. exoptatae rei adeptio, cf. p. 428, 29*). 6, 1, 14 -em, cuius ex omnibus rebus humanis velocissima est levitas, habituram in aliquo pondus ac moram credimus. 6, 32, 5 ipsis diis de -e controversiam agere (*cf.* epist. 25, 4. 110, 18). epist. 8, 4 cum coepit transversos agere -s. 19, 5 tulit te ... rapida. 19, 7 avida -s est et alienae aviditati exposita (*at* 118, 6 non est, ut existimant homines, avida -s, sed pusilla: itaque neminem satiat). 22, 4 -em cursu sequi. 39, 4. 42, 3. 48, 7 *opp.* mala fortuna. 66, 50 *opp.* calamitas. 74, 11 nec implere nos ulla -s potest. 74, 18. 80, 8 personata (115, 9 bratteata). 90, 4 summa -s erat gentium, in quibus non poterat potentior esse nisi melior (PLIN. paneg. 74, 5 *civitatis.* AVG. civ. 3, 18 p. 128 D.). 90, 34 felicissimum esse, cui -e non opus est. 91, 5. 94, 74. 98, 1 numquam credideris felicem quemquam ex -e suspensum. 98, 8. 106, 1. 114, 8. 9. 25. 115, 17. 117, 21 *opp.* aerumna. 119, 11 *opp.* beatus introrsum. 121, 4 leve esse vanumque hoc, quod -s dicitur: unam illi syllabam (*sc. in-*) facillime accedere. 123, 10 'una -s est bene vitae facere'. Ag. 928 nulla longi temporis -s. PS. SEN. mon. 16. 54 de -e hominis ultimus dies iudicat. 79. 154. 186 scire uti -e[m] -s maxima est. CVRT. 5, 5, 12 superba -s est (*fere i. q. homines -e fruentes; opp.* calamitas). 6, 5, 3. 10, 3, 9. PETRON. 75, 9 -e dissilio. 125, 1 -e plenus. 125, 3 praesenti -e lassus. PLIN. nat. 1 ind. 7, 41 de -e summa. 7, 130 cui praecipua fuerit. *ibid.* solida (7, 146). 7, 137 -is argumentis (*Sullae; item* 7, 138). 7, 142 humanae. 7, 146 consecuta. 35, 10. 37, 3 *Polycratis.* QVINT. decl. 345 p. 363, 10 si quis est tantae -i[s] labor. TAC. hist. 1, 15 miseriae tolerantur, -e corrumpimur (*syn.* secundae res. *cf.* AVG. civ. 1, 8 p. 13, 12 D. *syn.* temporalibus ... bonis). 2, 20 recentem aliorum -em acribus oculis introspicere. 2, 47 temperare -i. 3, 72 *Sullae.* ann. 13, 42 subitae. 14, 53. PLIN. epist. 2, 1, 6 hic supremus -i eius cumulus accessit. 7, 29, 4 qui huc '-e' perveniunt, ut rideantur. paneg. 59, 2 ex illo -is somno velut excitatos. 83, 6 SVET. Vesp. 5, 5. FLOR. epit. 2, 15, 5 ne ... luxuriari -s inciperet. 4, 2, 8. PS. QVINT. decl. 14, 2 *syn.* nobiles opes, affluentes divitias. 15, 13. MIN. FEL. 5, 11. 37, 8 absque ... notitia dei *nulla* solida -s. PANEG. 7 (6), 15, 3. 8 (5), 8, 3. 12 (2), 3, 1 *et* 16, 5. 19, 3. 27, 3 nullam maiorem esse ... principum -em quam fecisse felicem. VOPISC. Car. 1, 2. 3, 1. TREB. Claud. 10, 1 genus Claudi ad -em rei publicae divinitus constitutum (AVG. civ. 2, 19 p. 77, 15 D. COD. Iust. 1, 27, 1, 10. NOVELL. Iust. 62 pr. 1 ad maiestatem imperatoriam ius populi Romani et senatus -e rei publicae translatum est). FIRM. math. *saepe, v. indicem Ziegleri s. v.* PALLAD. 4, 15, 3 nocet apibus plerumque -s sua (*sc. larga copia florum ad mel faciendum idoneorum*). AVR. VICT. Caes. 34, 6 posterorum. LVCIF. reg. apost. 6 p. 49, 28 in summa -e ... versari. *ibid.* p. 50, 4 ne hinc ... quicquam tibi ascripseris -is. QVEROL. p. 40, 2 illud ... nostrae -is caput, quod *eqs.* AVG. civ. 2, 20 p. 78, 29 D. ille sit publicus inimicus, cui haec -s displicet. *ibid.* p. 79, 3. 3, 17 p. 123, 4 huius mundi (*cf.* in psalm. 138, 16 prosperitas et -s huius saeculi). 3, 20 p. 131, 12 harum labentium atque transeuntium rerum. 4, 15 p. 164, 27 dilatare regnum malis videtur -s, bonis necessitas. *ibid.* p. 164, 30 -s maior est vicinum bonum habere concordem quam vicinum malum subiugare bellantem. 4, 18 p. 167, 8 *sqq.* an aliud est -s, aliud fortuna? quia fortuna potest esse et mala; -s autem si mala fuerit, -s non erit (*totus hic locus etiam ad I A trahi potest*). 5, 24 p. 236, 25 Christianorum imperatorum. 6, 12 p. 271, 26 eam quippe vitam aeternam dicimus, ubi est sine fine -s. 7, 1 p. 273, 10 perveniri ad aeternae vitae -em. 8, 12 p. 338, 30 quae post mortem futura est. 11, 2 p. 463, 13 mens ... tantae -is capax. 14, 26 p. 53, 9 -s in paradiso viventium. *ibid.* p. 53, 30 in tanta facilitate rerum et -e hominum. 22, 22 p. 606, 24 huius vitae flenda calamitas et alterius desideranda -s. *al.* MART. CAP. 6, 669 Carthago inclita pridem armis, nunc -e reverenda. RVRIC. epist. 2, 54 p. 435, 27 praesentium dierum vobis conferat *deus* -em et beatitudinem tribuat futurorum. DIFF. ed. Beck p. 28, 4 insolens est, qui ... -em suam in aliorum exercet iniuriam. *in titulis*: S. C. de aedif. (Corp. X 1401) 42 -s orbis terrarum. CORP. III 15200 pro -e dominorum nostr⟨orum⟩ Valentiniani et ⟨Valentis⟩ (VIII 22715. X 1690. 1691).

pluralis de variis generibus -is, imprimis de divitiis; hic illic fere idem quod -s singulariter: FLOR. epit. 3, 12, 7 quae ... res alia civiles furores peperit, quam nimiae -es (nimiae -is *B*, nimia -s *NL*)? *syn.* opes, divitiae, opulentia. FIRM. math. 2, 7, 3 prospera omnia deficiens Luna -esque decernit (*al., v. indicem Ziegleri p. 369*). 2, 20, 9 laetitiae ... gaudium hospitii tui -bus mutuaris (*opp.* doloris atque infortunii tormenta). 2, 21 mediis ... -bus sublevatur (*seq.*: ultra modum felix *et* prope ad deorum accedit -em. *cf.* 3, 10, 10). 3, 2, 10 perpetuas tribuit -es. 3, 3, 8 magna -um augmenta (4, 12, 5). 3, 3, 21 ⟨in⟩ magnis et potentibus -bus constitutus. 3, 5, 18 minores erunt hae quas diximus -es (*sc. honores, amici, al.*). 3, 7, 15 mulierum divitum procuratores et quibus ex veneriis occasionibus -es maximae conferantur. 4, 8, 2. 6, 4, 2. 6, 5, 5 in omnibus actibus prosperos exitus assiduis -bus largiuntur (*cf.* 6, 38, 1 omnia bona ex assiduis -bus decernuntur). 6, 23, 3. PAVL. NOL. epist. 49, 12 ipsos ... rectores harum tenebrarum ... praelaturos arbitror beatissimam senis ... nostri calamitatem suis miseris -bus et gaudiis perenne lugendis. *i. q. deliciae*: SERV. Aen. 5, 735 *Elysium* suis -bus plenum. ENNOD. epist. 1, 6, 1 p. 13, 18 quasdam mundi artifex deus provinciis -es ... concessit.

2 *speciatim in philosophia et apud Christianos (hic illic cum genetivo possessivo. pluralis p. 431, 46)*: *definitiones*: CIC. epist. frg. II 5 M. neque enim quicquam aliud est -s, ... nisi honestarum rerum prosperitas vel, ut alio modo definiam, -s est fortuna adiutrix consiliorum bonorum, quibus qui non utitur, felix esse nullo pacto potest. ergo in perditis impiisque consiliis, quibus Caesar usus est, nulla potuit esse -s. AVG. civ. 4, 18 p. 167, 24 D. -s illa est, quam boni habent praecedentibus meritis; fortuna vero, quae dicitur bona, sine ullo examine meritorum fortuito accidit hominibus et bonis et malis.

CIC. Phil. 2, 59 felix fuit, si potest ulla in scelere esse -s. fin. 4, 22 si neque virtus in ullo nisi in sapiente nec -s vere dici potest. VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 solidae et aeternae -is *Platonis* (*opp.* caducae ac fragilis *Midae. v. p. 427, 13 sqq.*). 6, 4, 4 -is cognomen iustius quis moribus gravissimi viri, quam impotentis armis assignaverit: quod quidem Sulla rapuit, Rutilius meruit (*item de Sulla* 9, 2, 1 -s nomen). 7, 2 pr. genus -is ... totum in habitu animi nec votis petitum, sed in pectoribus sapientia praeditis natum. SEN. dial. 1, 3, 14 summam ... -em contigisse *Catoni.* 1, 6, 5 non egere -e (*B 1*) -s *bonorum* est. 7, 2, 2 quid nos in possessione -is aeternae constituat. 7, 5, 1 (*antea* felix *syn.* beatus). 7, 13, 2 quisquis desidiosum otium

[Pflugbeil]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et gulae ac libidinis vices -em vocat, bonum malae rei quaerit auctorem. 7, 16, 1 in virtute posita est vera -s. 9, 8, 5 Diogenis. 10, 15, 2. 12, 9, 8 est . . . magna -s in ipsa necessitate (*Heylbut*, felicitate *codd.*) moriendi. benef. 4, 4, 1 quae maxima Epicuro -s videtur. 5, 13, 1 peripatetici . . . -is humanae longe lateque terminos ponunt. 5, 17, 6 nihil proficitur ad -em (*syn.* non fit beatior vita). clem. 1, 26, 5 -s illa, multis salutem dare *eqs.* epist. 9, 19 se . . . ipso contentus est: hoc -em suam fine designat *Stilbon* (*sim.* 20, 8). 21, 1 vides, ubi sit posita -s, sed ad illam pervenire non audes. 23, 2. 44, 1 ad -em hominum maximam emergere (*sc. philosophiā*). 72, 4 domestica *sapienti* est (94, 53 -em domo promere. rem. fort. 16, 9 vides . . . quam domi sit ista -s). 73, 13 deus non vincit sapientem -e. 74, 16 non est summa -is nostrae in carne ponenda *eqs.* 76, 10 ratio . . . recta et consummata -em hominis implevit. 85, 33. 94, 50 iam perfecti viri est ac summam consecuti -is humanae. 110, 3 -is et causa et initium fuit, quod calamitas vocabatur. 115, 18 hanc tam solidam -em, quam tempestas nulla concutiat. PLIN. paneg. 74, 1 ea demum vera -s, -e dignum videri. APVL. Plat. 2, 23 sola virtus fortunatissimos potest facere, cum absque hac ex aliis prosperis non possit -s inveniri. Ps. APVL. Ascl. 7. 23. 32 p. 72 latissima . . . -s *est* conscientiae (*i. cognitionis deorum*). MIN. FEL. 38, 4 spe futurae -is. TERT. anim. 24 p. 337, 10 *anima* exilioris -is *quam deus.* adv. Hermog. 7 p. 134, 9 solidae et perfectae -is, quae censetur aeternitas. adv. Marc. 4, 25 p. 507, 3. 4, 26 p. 512, 22. nat. 2, 6 *divinitatis.* patient. 11 p. 17, 19 eius officii magna merces, -s scilicet (AVG. civ. 1, 15 p. 26, 23 D.). *ibid.* p. 18, 1 (*syn.* beatus). 13 p. 21, 3. test. anim. 1 p. 135, 4 nihil nobis erit cum litteris et doctrina perversae -is. Ps. SEN. epist. Paul. 12 donec invicta -s finem malis imponat. HIER. epist. 22, 21, 1 alia fuit in veteri lege -s. AVG. civ. 4, 21 p. 172, 5 D. si -s virtutis est praemium (*cf. p. 426, 61*). 11, 2 p. 479, 20 in magna illa -e paradisi (14, 23 p. 47, 21 *al.*). 11, 13 p. 479, 23 unius -is . . . angeli. 12, 21 p. 544, 19 ab illa (*immortalitatis*) aeternitate, veritate, -e deiectos. 20, 28 p. 478, 20 in . . . -e iustorum (20, 30 p. 486, 18). 21, 1 p. 487, 6 sanctorum. 21, 16 p. 520, 17 paucissimi sunt tantae -is, ut ab . . . adulescentia nulla . . . peccata committant. 22, 30 p. 630, 19 civitatis dei. *al.* retract. 1, 13, 8. serm. 280, 1 Perpetua et Felicitas perpetuae -is praemium . . . martyrio adeptae. NICET. vigil. p. 65, 4 quid hac -e (*sc. vigilandi*) beatius? CARM. epigr. 1619, 4 aeterna(m) requiem felicita(t)is causa man(e)bis. *accedit genetivus rei:* TERT. adv. Marc. 1, 7 p. 299, 18 summi magni -s et sublimitas. 1, 29 p. 330, 24 sanctitatis. 2, 9 p. 346, 24 non delinquendi. scorp. 6 p. 158, 11 *martyrii* (13 p. 176, 15). AVG. civ. 13, 17 p. 578, 21 D. perfectam sapientiae -em. 19, 27 p. 404, 6 tantaque *in illa pace finali* erit oboediendi suavitas et facilitas, quanta vivendi regnandique -s. APRING. in apoc. 3, 21 inconcussa praesentiae *dei* -e gaudere.

pluralis: APVL. Plat. 2, 23 utrarumque . . . -um origo ex virtute manat (*syn.* beatitudo). NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 5 -es *confessorum* . . . laudibus prosecutus.

3 *pro titulo in allocutione*: SYMM. rel. 18, 1 (*ad imp. Valentinianum Theodosium et Arcadium*) -s quidem vestra aeternae urbi sollemnis alimoniae copiam pollicetur (35, 1). AVELL. p. 79, 23 quam *urbem* vestra -s regit (*ad Constantium patricium*). ALC. AVIT. epist. 91 p. 99, 14 ad donandam nobis vestrae -is laetitiam (*ad Sigismundum regem*). *incertum huc an ad I A pertineat*: HIST. Apoll. rec. A 50 modo me vestra -s non defendisset (*ad cives Tarsenses, qui beatissimi ibid. appellantur; cf.* 46 *ad cives Mytilenae*: ut . . . plenius vestrae -i gratias referat. *utroque loco* rec. B vestra pietas).

II *rerum*: A *strictiore sensu i. q. facultas multa et grata gignendi, procreandi*: 1 *locorum*: COLVM. 3, 3, 2 veterem illam -em arvorum (A^2, arborum A^1S), quibus . . . Cato et . . . Varro prodidit singula iugera vinearum sescenas urnas vini praebuisse. 9, 14, 18 Celsus *dicit* paucis locis eam -em suppetere, ut apibus alia pabula hiberna atque alia praebeantur aestiva. PLIN. nat. 1 ind. 12, 41 Arabiae (*cf.* 12, 82 felix appellatur Arabia. *v. vol. I p. 390, 82*). PLIN. epist. 3, 19, 6 agri sunt fertiles, pingues . . ., sed haec -s terrae imbecillis cultoribus fatigatur. *paulo aliter* (*fere i. q. favor naturae*): PLIN. nat. 18, 170 similis ratio *arandi* (*sc. atque Aegypto*), sed -s maior Babyloniae Seleuciae (*dat.*), Euphrate atque Tigri restagnantibus, quoniam rigandi modus ibi manu temperatur. 2 *sativorum*: FRONTO p. 195, 8 N. ne quis arborem felicem succidisset. quaenam est arboris -s? rami fecundi et frugiferi, bacis pomisque onusti. PALLAD. 5, 2, 2 *olea oleastro insita* et apertam redeundi (*i.* τοῦ καρποῦ) -em de olea et occultam valendi feracitatem de oleastri conexione retinebit. 8, 3, 2 *citri talea* et nascendo et asserendo votum -is aequavit. *incertae significationis*: PALLAD. 4, 10, 24 *plantae* poma pepererunt supra comprehendendi (*i. comprehensibilem? manu an mente?*) -em, velut tributa reddentes (*scrib. fort.* facultatem). *cf. etiam* SVET. Vesp. 5, 2 *arboris ramum* praevalidum ac prolixum et qui magnam -em portenderet (*ambigue dictum, ita ut etiam referri possit ad notionem, quae est sub I, cf. p. 427, 34*).

i. q. facultas gratum aliquid efficiendi: PLIN. nat. 26, 19 si abundantia omnis contingere unius herbae (*sc. magicae*) -e poterat. TERT. anim. 50 p. 381, 19 ista -s aquarum (*mortem diluentium*).

B *ampliore sensu i. q. prosper successus, bona condicio vel natura, sim.* (*nonnulla ad eam notionem inclinant, quam sub I A exposui, sc. ubicumque rebus ea -s attribuitur, quae re vera hominum est. sed haec a ceteris separare nolui. cf. praesertim I A 4*).

1 *actionum, status rerum, sim.*: CIC. Tusc. 5, 86 quaestuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur, non si altera semper omni damno, altera omni tempestatis calamitate semper vacat, sed si multo maiore ex parte extat in utraque -s. Att. 6, 8, 1 laetatus sum -e navigationis tuae (*cf. p. 428, 79*). CAES. civ. 2, 31, 3 rerum gestarum (*opp.* res adversae. *cf.* CVRT. 7, 7, 30 continuae -i rerum eius, *sc. Alexandri.* PORPH. Hor. epod. 9, 7 marinarum rerum. PANEG. 7 [6], 21, 3 rerum tuarum. LACT. inst. 5, 22, 14 prosperarum. IVST. 23, 3, 3). LIV. 2, 51, 7 consul . . . hesterna -e pugnae ferox (*cf. I A*). VELL. 1, 1, 3 imperii (PANEG. 3 [11], 16, 1. *cf.* CORP. X 1692 pro beatitudine temporum -emque publici status. ALC. AVIT. epist. 5 p. 32, 29 regni). AVG. civ. 8, 9 p. 334, 8 D. vitae. *adde*: IVST. 25, 2, 10 terror Gallici nominis et armorum invictae -is (invicta -s *al.*). 2 *naturae, indolis, studiorum*: BELL. Alex. 74, 3 loci (*ad pugnandum; aliter p. 431, 62*). SEN. contr. 1 pr. 18 naturalis memoriae -s. 3 pr. 8 Vergilium illa -s ingenii sui in oratione soluta reliquit (FIRM. math. 3, 14, 2. *cf.* 3, 7, 6 ut omnia possint animi sui virtute ac -e superare). SEN. epist. 75, 15 naturae (*sc. hominis*). QVINT. inst. 10, 1, 119 vocis. AVR. Fronto p. 254, 3 N. quod ad inventionis argutiarum, quod ad aemulationis (*i. imitationis*) tuae -em attinet. GELL. 15, 1, 1 sunt . . . scholasticae istae declamationes . . . non eiusdem . . . cotidie -is. SIDON. epist. 1, 2, 1 personam *Theodorici* deus . . . et ratio naturae consummatae -is dote sociata cumulaverunt. HIST. Apoll. rec. A 18 studiorum tuorum -em filia a te discere concupivit. 3 *temporis*: LEX arae Aug. Narb. (Corp. XII 4333) 16 saeculi (S. C. de aedif. [Corp. X 1401] 7 saeculi instantis. CORP. VIII 16526. X 1401, 6 PANEG. 4 [9], 18, 1 HIER. epist. 147, 1 *cf. Onomast.*). VELL. 2, 27, 6 diei, quo Samnitium . . . pulsus est exercitus. TAC. Agr. 3 augeat . . . -em temporum Nerva Traianus (hist. 1, 1 rara temporum -e. EDICT. imp. Nervae Plin. epist. 10, 78, 7 PLIN. epist. 10, 12, 2 CORP. VIII 23879. *cf.* Ps. QVINT. decl. 12, 5 temporis. CORP. X 1656 -i perpetui [*lege* -ae] temporis . . . Valentiniani. NOVELL. Iust. app. 7, 14 nostri temporis. *adde* PANEG. 8 [5], 12, 6 -i utriusque *temporis* confini[i]). PANEG. 6 (7), 10, 1 tot annorum continua -s (10 [4], 2, 2). 8 (5), 13, 3 Catonis oratio de lustri sui -e (*cf. ibid.* ad censorum laudem pertinebat, si lustrum felix condidissent, si horrea messis implesset, si vindemia redundasset, si olivitas larga fluxisset). 4 *gerundii* (*cf. p. 428, 78*): IVST. 2, 10, 3 controversiam non de ordine, sed de nascendi -e (*cf. Witt, progr. gymn. Gumbinnen 1873 p. 20*).

III -s *personata*: *fort.* SEN. dial. 12, 7, 4 (*v. p. 429, 61*) LIV. 30, 32, 1 (*v. p. 427, 10*). PVBLIL. N 36 non semper aurem facilem habet -s (facilitas *cod., corr. Gruter*). CORP. IV 1454 (*in pistrino supra furnum*) hic habitat -s (*phallus adpictus est, cf. Jahn, Ber. d. sächs. Ges. d. W. 1855 p. 75*). X 8053, 7 (*in lucerna, adpicti duo Amores in actu stupri*) hoc ⟨h⟩a⟨bi⟩ta⟨t⟩ felicita⟨s⟩. *suppletum* (*num recte, parum constat*): CORP. III 5561 (CARM. epigr. 26; *Iuvavi, in pavimento tessellato; periit*) hic habitat ⟨felicitas⟩. nihil intret mali. *alia v. Onomast. s. v.*

IV -s *nomen herbae*: GLOSS. III 590, 54 -s herba sellia (612, 12. 624, 18). III 595, 42 sellia (629, 41).

iuncturae notabiliores.

1 *nominales*: **a** *adiectiva*:

ad I A: adversa: TER. Eun. 325 *pl.* aliena: *v. p. 428, 70.* bona: TER. Eun. 325 *pl.* IVST. 23, 3, 11 *non* meliore. caduca: SEN. contr. 2, 1, 1 VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 CVRT. 8, 14, 43. certa: SEN. contr. 2, 1, 9 nulla est. conspicua: VAL. MAX. 2, 2, 3. curiosa: PETRON. 118, 5. eximia: CIC. Font. frg. 9 M. fortuita: SEN. contr. exc. 4, 7 SERV. Aen. 6, 683. fragilis: SEN. contr. 2, 1, 1 VAL. MAX. 1, 6 ext. 3. humana: *v. p. 428, 72.* incerta: SEN. contr. 1, 1, 3. incredibilis: *v. p. 426, 83. adde* CIC. Mil. 84 *pl.* instabilis: SEN. contr. 1, 1, 3. magna: HIRT. Gall. 8, 36, 2 SEN. suas. 1, 9 (maxima: VAL. MAX. 3, 2 ext. 5. summa: *v. p. 427, 4. adde* CIC. Brut. 5 SEN. contr. 1, 2, 4 *al.*). mala: AVG. civ. 4, 18 p. 167, 9 D. mira: *v. p. 427, 41 et 429, 21.* modesta: VAL. MAX. 4, 7 ext. 2. mortalis: *v. p. 428, 75.* perpetua: CIC. Brut. 4 quadam. *v. etiam p. 427, 29 et 428, 21.* prima (*i. praecipua*): QVINT. inst. 5, 7, 17. publica: *v. p. 428, 64.* quaedam: *v. p. 426, 79 et 428, 24.* quanta: CIC. Manil. 36. 48. quantacumque: CVRT. 8, 5, 2 (tanta: CIC. S. Rosc. 22 epist. 1, 9, 18 SEN. contr. 2, 1, 5 *al.*). rara: *v. p. 427, 36.* subita: PAVL. FEST. p. 96. superba: SEN. suas. 2, 3. vetusta: *v. p. 428, 76.*

ad I B: aeterna: VAL. MAX. 1, 6 ext. 3 SEN. dial. 7, 2, 2 AVG. civ. 1, 10 p. 19, 32 D. 2, 29 p. 96, 11. 5, 18 p. 226, 5 *al.* aliena: SEN. dial. 6, 19, 6 FIRM. err. 19, 1 VAL. CEM. hom. 13, 7. altissima: FIRM. math. 6, 7, 1. antiqua: NOVELL. Iust. app. 2. aperta: AVG. civ. 20, 28 p. 478, 20 D. iustorum. assidua: FIRM. math. 5, 2, 6. 6, 5, 5 *plur.* 6, 38, 1 *plur.* 6. Augusta: *v. Onomast.* avida: SEN. epist. 19, 7. 118, 6. beata: FIRM. math. 6, 31, 11. bona: FIRM. math. 5, 1, 6. 5, 3, 23. brevis: PANEG. 9 (12), 14, 6. caduca: PANEG. 9 (12), 14, 6. caelestis: AVG. civ. 16, 23 p. 160, 1 D. 17, 12 p. 233, 9. carnalis: AVG. civ. 17, 7 p. 222, 28 D. 17, 12 p. 233, 8. certa: AVG. civ. 2, 23 p. 86, 15 D. certissima. clara: VAL. MAX. 7, 1, 2. diuturna: LIV. 25, 25, 9.

[Pflugbeil]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

domestica: SEN. epist. 72, 4. enervata (?): SEN. dial. 1, 4, 9 (enervans *coni.*). exigua: AVG. civ. 3, 17 p. 123, 3 D. huius mundi. exilis: TERT. anim. 24 p. 337, 10. fallax: AVG. civ. 3, 17 p. 123, 3 D. huius mundi. fatalis: SERV. Aen. 6, 683. fatigata (?): SEN. contr. 1, 8, 3 (fatigans *coni.*). fluxa: FIRM. err. 1, 1. fragilis: AVG. civ. 10, 25 p. 440, 27 D. humana: SEN. benef. 5, 13, 1 epist. 94, 50 PLIN. nat. 7, 142. illibata: SCHOL. Cic. Bob. p. 110, 29 St. immoderata: SEN. epist. 39, 4. immortalis: AVG. civ. 11, 13 p. 480, 22 D. 22, 24 p. 612, 17. innocentissima: AVG. civ. 20, 26 p. 474, 25 D. insperata: PS. SEN. mon. 154 (*fort. ad I A*). intermina: AVSON. 406, 39. 65. invicta: PS. SEN. epist. Paul. 12. Italica: *v. Onomast.* longa: LIV. 23, 2, 1 SEN. dial. 11, 2, 3 PANEG. 12 (2), 19, 3. lutea: AVG. civ. 10, 25 p. 440, 27 D. magna: SEN. suas. 1, 9 SEN. dial. 10, 7, 6. 10, 13, 7. 12, 9, 5 SVET. Vesp. 5, 2 FIRM. math. 4, 12, 5 *plur. al.* (maxima: SEN. epist. 44, 1 FIRM. math. 2, 3, 2. 2, 19, 9 *plur.* 3, 3, 2. 3, 3, 19 *plur.* 20 *plur. al.* summa: SEN. benef. 6, 30, 2 dial. 1, 3, 14. 12, 3, 5 epist. 90, 4 PLIN. nat. 1 ind. 7, 41. 2, 144 *al.*). media: FIRM. math. 2, 21 *plur.* 4, 17, 9. misera: PAVL. NOL. epist. 49, 12. nimia: SEN. clem. 1, 1, 7 dial. 1, 3, 10. 1, 4, 6 epist. 91, 5. 114, 8 CVRT. 10, 3, 9 PLIN. nat. 37, 3 FLOR. epit. 4, 2, 8. obscurior: VAL. MAX. 7, 1, 2. opportuna: AVG. civ. 17, 20 p. 250, 20 D. opulenta: SEN. benef. 6, 30, 3. perennis: FIRM. math. 1, 10, 13. perfecta: TERT. adv. Hermog. 7 p. 134, 9 AVG. civ. 13, 17 p. 578, 21 D. perpetua: SEN. epist. 98, 8 CVRT. 6, 5, 3 SVET. Aug. 58, 2. 94, 1 Nero 40, 3 FIRM. math. 1, 7, 36. 1, 10, 14 *al.* 3, 2, 10 *plur.* AVG. serm. 280, 1 PASS. Barth. 139, 11 CORP. VIII 20473 (*cf.* X 1656) *v. Onomast.* plena: FIRM. math. 4, 8, 2 AVG. civ. 5, 16 p. 221, 12 D. 6, 12 pr. p. 271, 18. prospera: FIRM. math. 1, 7, 36. 5, 3, 12 *al.* publica: ACT. lud. saec. Sept. Sev. (Corp. VI 32326) I 20 EDICT. imp. Diocl. I 23 INSCR. Dessau 726 (*saec. IV med.*) PANEG. 12 (2), 3, 1 *et* 16, 5 CAPITOL. Max. Balb. 17, 3. 7. *cf. etiam Onomast.* pusilla: SEN. epist. 118, 6. rapida: SEN. epist. 19, 5. repentina: PANEG. 12 (2), 19, 1 (*i. q. donum ab imperatore datum*) FIRM. math. 1, 7, 6. Romana: COD. Theod. 13, 11, 10 (*a. 399*) PANEG. 10 (4), 37, 5 VOPISC. Aurelian. 13, 2 trig. tyr. 10, 15 AVG. civ. 3, 20 p. 130, 34 D. secura: PS. QVINT. decl. 15, 13. sempiterna: AVG. civ. 11, 13 p. 480, 30 D. 11, 32 p. 507, 22 *al.* sincera: VAL. MAX. 7, 1, 2 SEN. dial. 1, 6, 4. solida: VAL. MAX. 1, 6 ext. 3. 7, 1, 2 SEN. dial. 1, 6, 4 epist. 115, 18 PLIN. nat. 7, 130. 145 MIN. FEL. 37, 8 TERT. adv. Hermog. 7 p. 134, 9. spiritalis: AVG. civ. 17, 7 p. 222, 28 D. 17, 12 p. 233, 9. subita: TAC. ann. 13, 42. summa: *v. supra l. 15.* superba: CVRT. 5, 5, 12. suprema: AMM. 23, 6, 46 (*Arabum terram beatam incolentium*). temporalis: AVG. civ. 1, 15 p. 26, 17 D. 2, 23 p. 85, 21. 3, 18 p. 128, 8 *al.* terrena: HIER. epist. 21, 14, 1 (fertil- *al.*) AVG. civ. 2, 23 p. 87, 2 D. 15, 15 p. 88, 27 *al.* tranquilla: FIRM. math. 6, 36, 3. tuta: AVG. civ. 3, 20 p. 131, 12 D. vana: AVG. civ. 21, 14 p. 517, 17 D. vera: SEN. dial. 7, 16, 1 PLIN. paneg. 74, 1 AVG. civ. 2, 23 p. 86, 15 D. verissima. 4, 3 p. 150, 4. 4, 23 p. 173, 32 *al.* CAES. AREL. epist. de hum. 8 ad portum verae -is.

b *substantiva*:

ad I A: **-is:** appellatio: VAL. MAX. 2 ext. 2. proventus: AEMIL. PAVL. or. frg. Val. Max. 5, 10, 2. successus: IVST. 16, 5, 8. vices: SEN. contr. exc. 5, 1 -is humanae.

ad I B: **-is:** affluentia: FIRM. math. 3, 3, 8 EDICT. imp. Diocl. I 23. argumentum: SEN. dial. 10, 12, 8 epist. 106, 1 PLIN. nat. 7, 137. arx: AVG. civ. 12, 21 p. 545, 27 D. augmentum: FIRM. math. 1, 10, 13. 2, 20, 12 *al.* 3, 3, 8 -um. 4, 12, 5 magnarum -um ... augmenta. auctor: PANEG. 12 (2), 16, 5 AMM. 14, 1, 1 AVG. civ. 4, 33 p. 188, 6 D. auspex: PANEG. 12 (2), 3, 1. beatitudo: ISID. alleg. 9 promissae -is. cognomen: *v. infra l. 72.* cultus: VAL. MAX. 4, 7 pr. cumulus: FIRM. math. 6, 26, 4. 7, 22, 2. cursus: FIRM. math. 1, 7, 6. 4, 17, 5 AMM. 15, 5, 35. dator: AVG. civ. 4, 23 p. 176, 8 D. 4, 25 p. 177, 3. 19 *al.* domicilium: VAL. MAX. 4, 7, 7. experimentum: TERT. patient. 13 p. 21, 3. fides: FIRM. math. 4, 19, 10. flos: NOVELL. Iust. app. 2 -is antiquae. fructus: AVG. civ. 3, 20 p. 131, 24 D. gaudia: FIRM. math. 5, 3, 28. 8, 1, 9 *al.* genus: VAL. MAX. 7, 2 pr. FIRM. math. 3, 4, 12. 3, 13, 19. 4, 22, 4. gloria: FIRM. err. 19, 1 math. 6, 32, 4. gradus: FIRM. math 5, 3, 44. gratia: FIRM. err. 18, 3 futurae -is. math. 4, 13, 9. incrementum: PANEG. 10 (4), 8, 5 FIRM. math. 2, 20, 11. 3, 5, 13 *al.* insignia: FIRM. math. 2, 3, 2. 3, 7, 19 *al.* intellectus: SEN. dial. 7, 5, 1. intemperantia: SEN. dial. 1, 4, 10. invidia: SEN. dial. 6, 19, 6. iter: FIRM. math. 5, 3, 53. laetitia: FIRM. math. 6, 7, 2. levitas: SEN. dial. 6, 1, 14. moderatio: TAC. ann 14, 53. munus: FIRM. math. 1, 10, 14. nomen: VAL. MAX. 9, 2, 1 (felicis *unus recc.*). cognomen: VAL. MAX. 6, 4, 4. AVSON 419, 9 cognomina. ordo: FIRM. math. 5, 1, 7 perpetuae -is. 6, 19. 6, 23, 3. ornamenta: FIRM. math. 4, 15, 3. 4, 19, 11 *al.* ornatus: FIRM. math. 2, 20, 12. 5, 1, 6 *al.* piamentum: PLIN. nat. 37, 3 *-is nimiae.* potentia: FIRM. math. 4, 22, 4 regiae -is. 8, 26, 5. somnus: PLIN. paneg. 59, 2. substantia: FIRM. math. 5, 1, 20 omnis ... -is 5, 2, 20. summa: SEN. epist. 74, 16. 94, 50. termini: SEN. benef. 5, 13, 1. titulus: TERT. patient. 11 p. 17, 28. voluntas: AVG. civ. 22, 30 p. 633, 3 D. votum: PANEG. 10 (4), 38, 5 obtinendae ... -is.

2 *verbales*:

ad I A: **-s:** addit: PLIN. paneg. 83, 6. adest: LIV. 30, 32, 1. aspirat: CVRT. 4, 14, 9. claudicat: PANEG. 10 (4), 19, 2. exultat: VAL. MAX. 9, 5 ext. 1 insolentiae ... gradibus. haesitat: CVRT. 5, 3, 22. **-i:** confidere: CVRT. 3, 13, 4. 7, 7, 28. gratulari: CIC. Marcell. 19 (*opp.* virtuti) Att. 14, 7[a], 7 (= epist 9, 14, 7) PANEG. 10 (4), 27, 6 (*opp.* gloriandum sit virtuti tuae) TREB. Valer. 1, 6. imponere frenos: CVRT. 7, 8, 24. **-em:** experiri (-re): LIV. 6, 18, 13 CAPITOL. Gord. 11, 7. habere: CVRT. 4, 5, 2 quantamcumque. **-e:** uti: CIC. Brut. 4 perpetua quadam -e. 329 Att. 7, 2, 1. NEP. Paus. 2, 2 pari. TREB. Valer. 1, 6. IVST. 23, 3, 11 *non* meliore.

ad I B: **-s:** abit: TERT. nat. 2, 6 p. 105, 12. accidit: AVG. civ. 2, 23 p. 85, 21 D. allabitur: AMM. 14, 10, 15. apparet: AVG. civ. 17, 12 p. 233, 9 D. 20, 1 p. 407, 7. consistit: SEN. suas. 1, 9 arbitrio suo. contigit: SEN. dial. 1, 3, 14. crescit: DECRET. fabr. Pisaur. (Corp. XI 6335) 11 VOPISC. Aurelian. 13, 2. durat: SEN. dial. 6, 12, 4. emicat: VOPISC. Prob. 23, 2. luxuriatur (*personate*): FLOR. epit. 2, 15, 5. manet: SEN. dial. 10, 15, 2 illum. AVSON. 302, 32 (permanet: AVG. civ. 14, 10 p. 27, 6 D. retract. 1, 13, 8). nascitur: PANEG. 8 (5), 13, 1. perseverat: FIRM. math. 4, 10, 8 per omnia vitae spatia. splendet: S. C. de aedif. (Corp. X 1401) 42. stat: SEN. suas. 2, 3 solido. **-i:** temperare: TAC. hist. 2, 47. **-em:** dare: AVG. civ. 4, 24 p. 176, 30 D. 4, 25 p. 177, 7. 4, 33 p. 188, 12 *al.* decernere (*t. t. astrologiae*): FIRM. math. 2, 7, 3 -es. 2, 19, 9 m a x i m a s ... -es (3, 3, 19. 20. 3, 5, 1 *al.*). 3, 5, 10 perpetuam -em. 3, 14, 1 *al.* ferre: SEN. dial. 2, 11, 1 male. epist. 66, 50 bene. 117, 21 (*opp.* aerumnam). PLIN. paneg. 83, 6. conferre: FIRM. math. 3, 6, 5. 13. 16. 3, 7, 15 -es maximas. *al.* perferre: SEN. epist. 91, 7. transferre: TERT. adv. Marc. 4, 26 p. 512, 22. habere: FIRM. math. 3, 8, 5 AVG. civ. 4, 18 p. 167, 25 D. perdere: AVG. civ. 22, 30 p. 633, 3 D. **-e:** florere: CVRT. 6, 5, 3 perpetua -e. AVG. civ. 10, 25 p. 439, 28 D. frui: OPTAT. 6, 8 p. 156, 3. uti: PS. SEN. mon. 154. 186 (*uterque locus ad I A referri potest*). TAC. hist. 2, 47 AVSON. 406, 39. 65. *cf.* SCHOL. Cic. Gron.[B] p. 336, 29 St amicos in -e positos.

s y n o n y m a: beatitudo (AVG. civ. 20, 21 *al.*), fortuna (CIC. Mil. 83), fortuna prospera (LIV. frg. 61), secunda fortuna (LIV. 45, 41, 12), fortunae nitor (SEN. contr. 2, 1, 1), prosperitas (AVG. in psalm. 138, 16 *al.*).

i u x t a p o s i t a e t o p p o s i t a: aequitas (CVRT. 3, 12, 24), aerumna (SEN. epist. 117, 21), aeternitas (AVG. civ. 2, 29 *al.*), asperitas (PLIN. epist. 8, 18, 6), auctoritas (CIC. Manil. 28), auspicium (TAB. triumph. Aemil. 1), calamitas (SEN. contr. 7, 6 [21], 7 *al.*), celeritas (HIRT. Gall. 8, 31, 3), clades (VAL. MAX. 3, 2 ext. 5), consilium (CIC. S. Rosc. 136 *al.*), constantia (CAPITOL. Gord. 11, 7), divinitas (TERT. anim. 24 p. 337, 10), divitiae (FIRM. math. 2, 19, 9 *al.*), doctrina (VITR. 6 pr. 2), ductus (TAB. triumph. Aemil. 1), facilitas (AVG. civ. 11, 31 *al.*), fides (CIC. prov. 35), fortuna (CIC. epist. 1, 9, 7 *al.*), mala fortuna (SEN. epist. 48, 7), volubilis fortuna (VAL. MAX. 7, 1 pr.), indulgentia fortunae (LIV. 23, 2, 1), gloria (LIV. 4, 57, 8 *al.*), honores (FIRM. math. 4, 16, 3), immortalitas (AVG. civ. 22, 17), imperium (TAB. triumph. Aemil. 1 *al.*), incommodum (VAL. MAX. 1, 5, 2), industria (VITR. 3 pr. 2), infelicitas (SEN. benef. 4, 40, 1 epist. 121, 4 *al.*), infortunitas (GELL. 7, 1, 5), infortunium (FIRM. math. 2, 20, 6), innocentia (CAES. Gall. 1, 40, 13 *al.*), invidia (CVRT. 4, 5, 2), iustitia (FIRM. math. 3, 13, 10 *al.*), magnitudo (PLIN. paneg. 61, 4), miseriae (TAC. hist. 1, 15 *al.*), opes (CIC. Mil. 84), patrimonium (SEN. benef. 5, 19, 2), pietas (PANEG. 3 [11], 6, 1 *al.*), pravitas (MIN. FEL. 5, 11), providentia (CIC. ad Brut. 1, 4 [= 9, 13], 5), prudentia (NEP. Milt. 2, 2), pudicitia (SEN. contr. 1, 2, 19), res adversae (CAES. civ. 2, 31, 3), salus (VAL. MAX. 5, 3, 2 a *al.*), sanctitas (SEN. contr. 1, 2, 11), sapientia (COM. pall. inc. 48), scelus (CIC. off. 2, 45), securitas (CAPITOL. Pius 13, 4 *al.*), sollertia (VITR. 3 pr. 2), substantia (FIRM. math. 4, 16, 13), valetudo (SEN. benef. 5, 19, 2), vanitas (AVG. civ. 4, 3), victoria (CIC. epist. 1, 9, 18), virtus (RHET. Her. 4, 20, 27 *al.* CIC. Manil. 28. *passim*), voluptas (SEN. dial. 1, 3, 10).

fēlīciter *v.* felix *p. 450, 40 sqq.*

[**fēlīcito**, -are [*cf. c.* felix, felicitas. *Th.*]. *i. q. felicem reddere*: DON. auct. vita Verg. 13 *cod. Σ* (ed. Diehl p. 28, 6 = ed. Br. p. 22) quam ad -andos homines facultatem haberet.] *Pflugbeil.*

felicōnēs, felicteron, felictum *v.* fil-.

1. felicula *v.* fil-. **2. Fēlīcula (-us)** *v. Onomast. s. v.*

fēlīneus, -a, -um *a* feles. SERV. georg. 3, 82 'glauci *equi*' ... sunt -is oculis, id est quodam splendore perfusis (*cf. p. 426, 10*). SCHOL. Ter. p. 126, 28 caesiam *virginem*: lenticulosam vel oculis -is (*trad.* fell-) atque viridibus. GLOSS. -is oculis: caesiis (*cf. vol. III p. 109, 72. 110, 2. 7*).

felio (fēl-?), -īre [*si prior syllaba ab* EVG. TOLET. (*l. 75*) *recte producitur, a* feles *ductum esse videtur. Th.*]. *de voce pardi*: SVET. frg. p. 247 pardorum *est* -ire. *prima brevi*: CARM. poet. min. V 61, 50 panther caurit amans, pardus hiando -it. *at* fēl-: EVG. TOLET. carm. 41, 5 quod pardus -it, quod raccat pessima tigris. *Wulff.*

fēlis *v.* feles *p. 425, 63*, felix *infra l. 82.*

1. *fēlīx, -īcis *adi.* [*cf. c.* fecundus (*q. v.*), fetus, *fortasse c.* ϑῆλυς, ϑηλή (*v. Vendryes, Mém. de la soc. de linguistique 13, 144*). *Th.*].

β speciatim de rebus ad principem pertinentibus (*indictiones v. infra l. 80 sqq.*): DECRET. decur. Foroclod. (Corp. XI 3303; *a. 18*) 21 qua die Ti. Caesar pontif. maximus -issime est creatus. ITIN. Alex. 1 dextrum ... sciens et omen tibi et magisterium futurum, domine Constanti ..., si orso -r iam accinctoque Persicam expeditionem itinerarium componerem. PANEG. 7 (6), 10, 1 imperatoris ... filius ... et ipse iam -r adeptus imperium. 10 (4), 38, 2 quinquenniis ... -r incohatis. AVSON. 419, 52 in procinctu et cum maxime dimicaturus palmatae vestis meae ornamenta disponis -r et bono omine: namque *eqs.* RVFIN. hist. 4, 26, 7 (*ex libro Clementis Alexandrini ad imperatorem*) imperii -r propagati tu felix successor existis et traditum tibi -r servas (*adverbia desunt graec.*). CONC. Rom. a. 501 p. 420, 14 regnante *Theoderico* -r. *al.* CORP. V 6418 (*a. 528/9*) Athalaricus ... -r praecepit.

de indictionibus, annis regni, adiecto vel omisso verbo: COD. Theod. 11, 20, 6, 1 (*a. 430*) ex quarta decima -r futura indictione. *cf.* CASSIOD. var. 9, 10, 4 per quartam -r indictionem. INSCR. christ. Hisp. 76 (*a. 573*) anno -r secundo regni ... Ermenigildi. 155 (*a. 587*) anno -r primo regni ... Reccaredi. 171.

B feliciter! *sine verbo acclamatio gratulatoria*: **1** *absolute positum*: CIC. Att. 13, 42, 1 'faciam, quod volunt'. -r velim, inquam, teque laudo. PHAEDR. 5, 1, 4 ut mos est vulgi, passim et certatim ruit '-r!' succlamans. SEN. epist. 67, 13 utrum tandem *Catoni mortem sibi paranti* dicturus es 'vellem quae velles' et 'moleste fero' an '-r quod agis'? IVV. 1, 2, 119 signatae tabulae (*sc. nuptiales*), dictum '-r!' (*cf.* COMMENT. Lucan. 2, 371 'auspex' dicitur ... eo quod ab eo nuptiae auspicentur et quod primus '-r!' dicat). CORP. III 51 -r! salvo domino felix Sosigenes s(ervus) eius. GLOSS. Klio XIII 28 (*sermo convivalis saec. V/VI*) δικιτε ομνης 'φιλικιτερ': εἴπατε πάντες 'εὐτυχῶς' (*debebat graece reddi ἀγαθῇ τύχῃ vel ἐπ' ἀγαθῷ, cf. Schubart l. c. p. 36*). *nota*: SPART. Pesc. 2, 2 inter ... execrationes ... omnium illi '-r' *optabatur*. CAPITOL. Gord. 11, 3 priusquam aliquid in Maximinum -r diceretur. *adde*: VVLG. gen. 30, 11 dixit '-r!' et ... vocavit nomen *filii* Gad. *ponitur in titulorum fine absolute* (*vel ad universam sententiam pertinens, vel dubia speciali relatione*): CORP. II 5095 (= 3089; *saec. I ex.*). III 14408. VI 3005 DECRET. centon. Ostr. (Corp. XI 5750; *a. 260*) 25 CORP. X 6565 (*a. 364/5*). XI 4096. 4097. XII 1982a. *inscriptio vasculorum* -r: *velut* CORP. XII 5687, 32 (*cf.* 29). 45 *bis*. *in librorum subscriptionibus* (*cf. Jahn, Verh. sächs. G. d. W. 1851 p. 330 sq.*): HIER. epist. 28, 4, 2 ut nos solemus ... opusculis ... interponere 'explicuit' aut '-r' ... ita et Hebraei ... transacta -r protestantur 'pacem' ... subnotantes. *inde conicere licet subscriptionis formulam notissimam* explicit -r *ex complexione verborum nullo primitus ligamine syntactico iunctorum ortam esse. certe* -r *cum* explicit *non cohaeret*: TEST. porcelli p. 269, 23 ed.5 explicit testamentum porcelli sub die XVI kal. lucerninas Clibanato et Piperato consulibus -r (-r *om. V, de ceteris v. adn. crit.*). SVBSCR. Ter.: explicit comoedia Phormio -r Calliopio bono scholastico (*ibid. post fabularum enumerationem* -r Calliopio). *in dubio relinquitur iuncturae ratio velut* SVBSCR. Italae cod. Monac.: liber ex⟨od⟩us explic. inc⟨ip⟩. liber lev⟨iticum⟩ -r ... liber numeri expli⟨c.⟩ -r ⟨incip.⟩ liber ⟨deuter⟩onomium. SVBSCR. Liv. cod. Vindob. 42/43: Titi Livi ab urbe condita lib. XLII exp. inc. lib. XLIII -r. 43/44 (*hic ordo verborum, quo finita verba se excipiunt, usitatissimus fuisse videtur, cf.* SVBSCR. Plaut. cod. Ambr.: Casina explicit inc. Cistellaria -r. Lact. cod. Bonon. 3 [*saec. VI/VII*]. Oros. hist. 6 cod. Laur. [*saec. VI ex.*]. Iuvenc. Cantabr. [*saec. VII*]). *nota interpunctionem* SVBSCR. Melae cod. Vatic. 4229 Melae ... libri tres expliciti. -r. *sim.* incipit. -r! (*sic distinguendum*): TITVLVS Verg. georg. cod. Medic.: incipit georgicon liber I -r (*sim. in aliis librorum initiis, in fine: lib.* XII expl. -r). TITVLVS Italae cod. k: incip. cata mattheum -r. SCHOL. Cic. Bob. p. 152, 20. 175, 2 St. *al.*

2 *c. dat.* (*cf. subscriptiones l. 28 sq.*): **a** *personarum*: PETRON. 50, 1 familia ... 'Gaio -r' conclamavit. 60, 7 consurreximus ... et 'Augusto, patri patriae, -r' diximus (CORP. IV 427 Augusto -r! aediles sic decet. 2460 Aug. -r. VIII 21560 [*a. 243*] salvis Augg. multis annis -r!). SVET. Claud. 7. Dom. 13, 1 acclamari ... in amphitheatro ... 'domino et dominae -r!' LAMPR. Comm. 18, 8 fidei praetorianorum -r, praetoriis cohortibus -r, exercitibus R. -r, pietati senatus -r (*cf.* 18, 11). CORP. VI 632 -r ordini potestatium *eqs.* IV 1087 duobus Fabiis -r. 1101 M. Antiscius Messio -r. 1177 principi coloniae -r. 2183 Puteolanis -r, omnibus Nucherinis felicia! 6764 Pompeianis Aug. -r. INSCR. Notiz. degli scavi 1906, 156 (*Pompeis*). CORP. III 83 bona fortuna! dominae reginae in multos annos -r. 12069 omnibus commilitonibus ... -r. coh. scut. c. R. -r. coh(orti) III Itur(aeorum) -r. V 3302 Silvano fel. P. Falerius ... ornamentis decurional. (*abl. causae?*). XII 5687 (*vasa*), 46 mihi et meis -r. 50 Treveris -r. 52 Sequanis felicit. XIII 10012, 3 Gabalibus felicit. *al.* INSCR. Rostowzew, tess. plumb. 43 imperatorib(us) T. T. (*i. Titis duobus*) f(eliciter). *in eiusdem altera parte* Domitiano C(aesari) f(eliciter). 66 p(atri) p(atriae) f(eliciter). 864. 866 *bis*. *per ludibrium*: CORP. IV 4876 Regulo -r, quia verpa est (*additur phallus*). *huc addendum*: CORP. XI 6712, 371 (*in signaculo*) P. Roman. -r (*si recte solvitur* 'populo Romano', *quod dubium est*). **b** *oppidi*: CORP. IV 2152 Coloniae Claudiae Neronesi Puteolane -r. **c** *numinum*: CORP. VI 30874 Fortunae Pientianae -r. VII 235 (*c. saec. I*) genio loci -r (265 -r sit genio loci. servule, utere felix tabernam aureficinam). XII 5687, 44 (*in vase*) genio populi -r. INSCR. Rostowzew, tess. plumb. 1573 g(enio) p(opuli) R(omani) -r (*notatur* G. P. R. F. 1574 *sqq.*). **d** *rerum*: CORP. IV 528 iudicis Aug. felic. (1074 iudiciis Augusti Augustae felicit., vobis salvis felices sumus perpetuo. 3726 *al.*). VI 795 eventui Aug. -r, victoriis Aug. -r (*an hic et infra l. 73 sq. numinibus? cf.* 30874 *l. 65*). XI 3096 votis XXX -r (*cf. l. 77 sqq.*). 6710 (*in ampulla*) victoriae Augustor. fel. (*item* XIII 10022, 2 *in signaculo*. XV 6964, 1—3 *in vasculis*). INSCR. Rostowzew, tess. plumb. 65 diei imperi Hadr(iani) Aug(usti) fel.

3 *c. nom. aut acc. plur. omisso verbo 'celebrantur' sim.*: CORP. VI 1203 Caesarum decennalia -r. 1204 Augustorum vicennalia -r. 32420 *Virgo Vestalis maxima* maximatus sui XX conplebit ... sic XX sic XXX -r. *cf.* XI 3096 *supra l. 72?* XIII 10022, 10 (*in signac.*) C(aesaris) A(ugusti) f(eliciter) vincen(nalia).

II *usus latior*: **A** *accedit verbis*:

1 *generatim*: **a** *praevalet notio felicis eventus*: *α c. verbis transitivis* (*c. verbis agendi v. p. 451, 14 sqq.*): experiri (temptare): LIV. 6, 18, 13 experimini ... me, ut spero, -r expertum. 10, 4, 6 in-

[Ammann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sidias. 24, 28, 6 amicitiam. 31, 14, 4 proelio vires. QVINT. decl. 254 p. 39, 3 iudicia. TAC. ann. 3, 17 venena et artes. LIV. 37, 26, 2 res navalis . . . temptata . . . -r. uti: SEN. epist. 86, 1 Cambyses furiosus ac furore -r usus. LVCAN. 10, 508 cursu bellorum. VIR. ill. 84, 2 mari. CORP. VIII 22654, 5 fe(l)icter utere. X 1236 quod perpetuo -r utantur. XIII 10025, 195 utere -r ista. (*plerumque* utere felix, *v. p. 444, 20 sqq.*). *β c. verbis intransitivis: verbi subi. est res* (*aut pron. neutr.*): cedere (succ-): OV. Ib. 561 *v. p. 454, 34.* FEST. p. 289 quod . . . ea res -r Romulo cessit (*sc. virginum rapina*). SEN. contr. 7, 2 (17), 1 -issime licet cedat actio. SEN. epist. 60, 1 eo . . . inimiciora *nobis sunt vota nostrorum,* quo cessere -ius. 74, 7 cui rapina -r cessit. 97, 12 peccata. PETRON. 102, 10 *furtum.* ARNOB. nat. 3, 23 p. 127, 3 ut bene ac -r cedant *omnia, deorum* provisione curari. ACT. Arv. a. 213, 22 ut ea res imperatori prospere -rque cedat. *cf.* SEN. epist. 15, 2 *p. 454, 21* QVINT. inst. 10, 2, 16 *p. 454, 42.* succedere: AVG. civ. 2, 17 p. 73 D. hoc . . . utilius -iusque successit, quod *eqs.* evenire (*longe plurimis locis sollemniter usurpatum v. p. 450, 64 sqq.*), provenire: LIV. 38, 17, 19 hoc tamen -r evenit, quod *eqs.* PALLAD. 11, 12, 5 mihi inter corticem et lignum *inserenti* -r semper evenit. FIRM. math. 2, 20, 4 omnia . . . -r proveniunt. PS. AVR. VICT. orig. 23, 4 AVG. civ. 3, 11 p. 108 D. Romanis -r provenisset *prodigium.* cadere: SEN. suas. 2, 4 omnia fortiter fiant, -r cadant (cedant *A*). *verbi subi. est persona*: mori *sim.*: CIC. nat. deor. 3, 81 cur . . . Marius tam -r — septimum consul, domi suae, senex — est mortuus? VAL. MAX. 2, 6, 11 *barbari* in acie gaudio exultabant tanquam gloriose et -r vita excessuri. SEN. dial. 6, 26, 3 cur . . . diutissime lugetur, qui -issime moritur? *sensu Christiano*: COMM. apol. 878 -r exit.

b *i. q. felici condicione, cum spe felicis eventus* (*compar. fere i. q. maiorem ad felicitatem*): CIC. epist. 7, 23, 2 -ius . . . cum *illo* transigere possemus (facilius *al.*). OV. epist. 7, 151 (*Dido loquitur*) Ilion in Tyriam transfer -ius urbem (*sc. quam quo fata iubent*). LIV. 28, 43, 19 nec -ius Xanthippum . . . Carthagini quam me patriae meae sinerem natum. SEN. benef. 3, 22, 1 servus . . . altius aliquid ausus, quod etiam -ius natis decori esset (PLIN. paneg. 84, 1 -r nasci, *opp.* bene institui. *adde*: FIRM. err. 23, 1 ut sepulto primo homine ex eodem statim homine homo alius -ius nasceretur. *cum ironia*: PLIN. nat. 7, 3 *homo* -r natus iacet manibus pedibusque devinctis, flens). PS. APVL. Ascl. 6 hominum quanto est natura temperata -ius! TERT. nat. 1, 7 *fama* -ius in acerbis atrocibusque mentitur. AVG. civ. 3, 4 p. 101 D. animus humanus . . . res magnas . . . impleat ipsa securitate (*sc. suae divinae originis*) -ius. FERRAND. epist. 10 *episcopo* veniente -r origo . . . scandali requiratur, quia facilius tunc singula corrigentur. *nota fere i. q. cum integritate*: TERT. adv. Marc. 2, 16 p. 357, 20 ita et illas species, irae dico et exasperationis, non tam -r patimur (*sc. quam deus, qui illis non corrumpitur*), quia solus deus de incorruptibilitatis proprietate felix.

c *i. q. cum gaudio, laetitia, sine offensione*: CIC. fin. 3, 26 sapientes semper -r, absolute, fortunate vivere (PORPH. Hor. sat. 1, 1, 117 'qui te vixisse beatum dicat' . . . nemo se -r vixisse credat. ARNOB. nat. 4, 2 *syn.* sine ullis offensionibus. AVG. civ. 3, 17 p. 122 D. in *civitate dei* sola iugiter -rque vivendum est. 13, 17 p. 578 sempiterne ac -r. CORP. XIII †7201 vixit in pace annus III . . . -r [*an ad p. 452, 15 sqq.? cf.* INSCR. Mainzer Zeitschr. 1908, 16 (*saec. VII*)]. *cf.* OV. epist. 7, 161 *puer* suos -r impleat annos. SEN. dial. 11, 18, 9 consummatio . . . aetatis actae -r). VELL. 2, 103, 5 ut nec plus sperari potuerit nec spei responderi -ius. SEN. dial. 5, 6, 3 nunquam tam -r . . . dies transit, ut non . . . offensa nascatur. SORT. Sangall. 5, 6 in bono gloriaris -r. AVG. civ. 14, 17 p. 40 D. cognoverunt, quod -ius ignorarent. EVGRAPH. Ter. Andr. 339 ut id quod bonum est melius -iusque teneatur. CORP. VI 32415 *virginis Vestalis* . . . operationem . . . respublica in dies -r sentit. *nota de mortuis*: OV. Ib. 303 nec tua quam Pyrrhi -ius ossa quiescant, sparsa per Ambracias quae iacuere vias. PASS. Mar. Iac. 7 p. 55, 15 o quietem, quam -r dormiat, quisquis in fide vigilat!

d *accedit ad enuntiata, quae ipsa felicis eventus notionem exprimunt, fere i. q. fortuna bene adiuvante*: OV. Pont. 4, 7, 39 nec corpus cunctos -r effugit ictus. VAL. MAX. 5, 2 ext. 4 amplissimae . . . divitiae sunt -r erogatis beneficiis late posse censeri. PLIN. nat. 37, 60 cum -r contigit rumpere *adamantem*, in . . . parvas friatur crustas. APVL. met. 4, 4 occasionem -r nactus. AVSON. 350, 4 -r . . . et obnoxius gratiam tenui nec victor offendi (*in aemulatione poetica*). CASSIOD. inst. div. 15 p. 1130^D quos *codices* potueritis -r invenire. var. 4, 36, 3 tributa . . . non debent tristes exigi, per quos tributarios -r acquisivi. *comparativ. spectat ad enuntiatum fere i. q. maiore cum fortunae favore*: QVINT. decl. 321 p. 260, 11 quid est aliud fraternitas, quam . . . quae ad tuendos nos a natura concessa sunt, multiplicata? eo quidem -ius, quod *eqs.* TAC. dial. 21 fecerunt . . . carmina . . . non melius quam Cicero, sed -ius, quia illos fecisse pauciores sciunt.

2 *speciatim*: **a** *de itinere faciendo*: CIC. Verr. 3, 95 satis -r *navigare* (SEN. contr. 7, 1 [16], 7 *al.*). OV. met. 7, 659 qui te -r attulit, eurus. 8, 4 *austris* -r acti. HIST. Apoll. 51 rec. A pervenit -r *ad urbem, quam petivit.* *in locutione metaphorica*: VELL. 1, 11, 7 hoc est . . . magis -r de vita migrare, quam mori. **b** *spectat ad belli, certaminis fortunam* (*cf. p. 451, 16 sqq.*): CIC. prov. 33 -issime decertavit. epist. 2, 10, 2 -r . . . hostem reiecerat. Phil. 14, 37 castra -r *defendit.* LIV. 5, 30, 5 fortissime -issimeque *dimicare* (PANEG. 9 [12], 15, 2. CAPITOL. Gord. 14, 4 vobis -r dimicantibus, *opp.* fortiter agere. SCHOL. Cic. Bob. p. 82, 25 St. *al.*). LIV. 38, 51, 7 bene ac -r pugnavi (SEN. contr. 10, 2, 12 utrum pugnasses -ius an genuisses. VOPISC. Prob. 9, 5 primo -r, postea temere). VELL. 2, 95, 2 acie -r functi. 2, 104, 2 *bellum* quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum -r. FLOR. epit. 2, 6, 38 Hispaniam . . . recuperavit, nescias citius an -ius. APVL. met. 3, 6 certa manu percussum -r prosterno. IVST. 20, 3, 6 dum mori honeste quaerunt, -r vicerunt. VIR. ill. 84, 2 *v. p. 453, 4.* AMM. 27, 8, 3 officiis Martiis -issime cognitus *Theodosius.* AVG. civ. 4, 15 p. 165 D. Victoria . . . bella -r terminat. **c** *spectat ad prolis generationem, fertilitatem, prosperitatem* (*subaudienda notione quae est sub* felix *I*): *α de fecunditate herbarum, bestiarum, aliarum rerum naturalium*: VERG. georg. 1, 54 hic segetes, illic veniunt -ius uvae. COLVM. 9, 1, 4 ingens est . . . materiae copia, et cetera *naturae bona* in hanc rem -r (*i. copiose*) suppetunt. PALLAD. 3, 25, 20 plantas . . . in pastinato solo tenuisse adeo -r, ut *eqs.* (*cf. etiam* 11, 12, 5 *p. 453, 19*). AVG. civ. 4, 34 p. 189 D. sine Segetia segetes, sine Bubona boves . . ., et prorsus omnia . . . Romani . . . ab uno vero deo multo -ius acceperunt. *per iocum*: SEN. epist. 15, 2 cum tibi -r sagina cesserit. *β de hominum prolis generatione*: OV. fast. 3, 233 quod erat de me (*sc. Marte*) -r Ilia mater, rite colunt matres sacra *mea.* SEN. contr. 10, 2, 12 *v. supra l. 5.* PLIN. paneg. 7, 7 nisi quod . . . aequiore animo ferunt homines, quem princeps parum -r genuit, quam quem male elegit. **d** *spectat ad amorem, nuptias*: PROP. 3, 19, 25 at vos, innuptae, -ius urite taedas (*cf.* OV. am. 3, 5, 15 *v. infra l. 64.* APVL. met. 8, 8 quovis alio -ius maritare. VIR. ill. 2, 3 *Talassii* nuptiae quia -r cesserant, institutum est, ut omnibus nuptiis Talassii nomen iteretur. CORP. X 1112 [*periit*] felix *illa*, quae -r *illi* nupsit . . . infeliciter obiit). OV. am. 3, 9, 55 Delia . . . '-ius (*sc. quam Nemesis*)', inquit, 'amata sum tibi (*Tibullo*): vixisti, dum tuus ignis eram. rem. 13 siquis amans, quod amare iuvat, -r ardet (*opp.*: si quis male fert indignae regna puellae). Ib. 561 nec tibi, siquid amas, -ius Haemone cedat. **e** *spectat ad artis, poesis, orationis secundum proventum* (*cf.* felix *p. 443, 1 sqq.*): HOR. epist. 2, 1, 166 spirat tragicum satis et -r audet *Romanus* (satis *cum* -r *iungi vult Kiessling*). OV. met. 10, 247 mira -r arte sculpsit ebur. Pont. 4, 2, 47 cui bibitur -ius Aonius fons. VAL. MAX. 3, 7 ext. 2 tibicen discipulo . . . parum -r populo se approbanti . . . dixit. SEN. epist. 79, 5 omnibus (*sc. poetis*) . . . -r hic locus (*sc. Aetnae descriptio*) se dedit. QVINT. inst. 8, 6, 33 hoc -r evaluit. 10, 2, 16 cum iis -issime cessit imitatio. TAC. dial. 21 *v. p. 453, 77.* GELL. 15, 1, 1 declamaverat . . . nimium quantum delectabiliter et -r. AQVILA rhet. 40 p. 35 egregie et . . . -r . . . Calvus . . . : (*seq. exemplum*). *in causis agendis*: VAL. MAX. 5, 3, 3 a quo cum studiose tum etiam -r . . . defensus fuerat. 8, 3, 3 causam feminarum apud triumviros et constanter et -r egit (PLIN. epist. 4, 22, 2 non minus -r quam diserte). TAC. dial. 7 causam . . . -r orare. *sim.*: DECRET. decur. Tergest. (Corp. V 532) 2, 2 -r desiderium publicum apud *principem* . . . prosecutus impetrando, uti *eqs.* *addenda videntur*: SIL. 10, 467 non illo quisquam -ius acri insultarat equo. VVLG. prov. 30, 29 tria sunt, quae bene gradiuntur, et quartum, quod incedit -r (*i. magnifice*). **f** *cum acumine quodam de rebus per se non exoptatis*: CVRT. 6, 9, 23 quam -r in acie occidissem. TERT. scorp. 5 incidisti in manus *dei*, sed -r incidisti. *comparativus minorem notat gradum miseriae, turpitudinis sim.*: SEN. contr. 10, 5, 7 aliquis fortassis ex servis tuis -ius servit (*cf.* AVG. civ. 19, 15 p. 382 D. -ius servitur homini, quam libidini). VAL. MAX. 5, 2, 3 fortes viros -ius sepeliri quam vivere ignavos. CVRT. 4, 16, 3 Darium -ius fugere quam se sequi. AVG. civ. 3, 13 p. 111 D. Andromacha -ius captivata est, quam illa coniugia Romana nupserunt. *nota acerbe dictum*: IVST. 11, 15, 7 quod . . . -ius hostem quam cognatos propinquosque sortitus sit *Darius.*

B *accedit substantivo pro verbo*: OV. am. 3, 5, 15 taurus erat comes *vaccae*, -r ille maritus.

C *accedit adiectivis*: SEN. benef. 6, 11, 2 hunc (*sc. qui vagabundus eum, quem quaerere debebat, fortuito invenit*) -r inertem castigabimus. QVINT. inst. 10, 1, 96 Horatius . . . verbis -issime audax (*cf.* HOR. epist. 2, 1, 166 *supra l. 37*). LACT. inst. 3, 19, 4 qui sceleratus in vita -r fuerit.

syn.: bene: ENN. 108 (*saepius iungitur.* bene . . . fauste . . . prospere: CIC. Mur. 1 *p. 450, 61 sqq.* *opp.* male ac temere: LIV. 31, 48, 12). bono omine: AVSON. 419, 52. bona fortuna: CORP. III 83. delectabiliter: GELL. 15, 1, 1 *supra l. 43.* *saepe iungitur* fortiter, *velut* LIV. 5, 36, 5, celeriter HIRT. Gall. 8, 46, 2 BELL. Alex. 32, 1. 78, 2. 5.

opp.: CIC. epist. 7, 28, 3 sapienter haec reliquisti, si consilio, -r, si casu (*sim.*: SEN. contr. 1, 7, 16 an prudenter cogitaverim, nescio; -r cogitavi. contr. exc. 2, 7 heres relicta est: hoc -r. hereditatem adiit: hoc consulte fecit. VAL. MAX. 7, 4, 3 illud . . . et consilio prudenter et exitu -r provisum). SEN. epist. 24, 5 facere aliquid in illis castris -ius potuit, nihil fortius. MIN. FEL. 26, 1 auspicia et auguria . . . et paenitenter omissa et observata -r (*i. omissionem cum paenitentia, observationem cum bono eventu coniunctam*). infeliciter: TREB. Gall. 4, 6. temere: VOPISC. Prob. 9, 5 PS. AVR. VICT. orig. 23, 4.

[Ammann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

? adv. **fēlīcē.** CARM. epigr. 339 *v. p. 444, 18. cf.* CORP. IV 2323 -e. XIII 10018, 85 (*in vasculo*) -e. [-e *certe i. q.* -em: *v. p. 444, 5.*]

2. felix *v.* filix. *Ammann.*

fēl(l)ātor, -ōris *m. a* fellare. felator: CORP. IV 1253 (*?*). 1666. 1825a. 1784. 2170. 3968. 3995. 4156 (*?*). 4548. 4580. 4862. 4997 (*?*). INSCR. Notiz. degli scavi 1910 p. 476, 57 (*Pompeis*); *aliis locis* fellator. *is qui fellat (obscaene, cf.* fello *2). de hominibus*: CORP. IV 1666 Genialis -r. 1708 Victor -r. 1784. 1825 Cosmus ... magnus cinaedus et -r. 1825[a] Narcissus -r maximus. 2169. 2170. 2400 rogat te Artocra (*?*), ut sibi lingeas mentulam. at -r quid. 3494[h]. 3968. 3995. 4156 (*?*). 4209. 4548. 4580 amplia te(*?*) -r. 4862. 4997 (*?*). INSCR. Notiz. degli scavi 1910 p. 476, 57 Secundus -r rarus. MART. 11, 30, 1 -i ... peius olet *os quam causidicis et poetis.* 11, 66, 3 et -r es et lanista. 11, 95, 1 basia -um. 12, 59, 10 -rque recensque cunnilingus. AVSON. 120 tit. de Castore -e, qui suam lingebat uxorem. 120, 3 repperit *Castor,* ut nullum -r perderet inguen. *de corvis*: MART. 14, 74, 1 corve ... quare -r haberis? in caput intravit mentula nulla tuum (*cf.* PLIN. nat. 10, 32 ore eos ... coire vulgus arbitratur).

fem. **fēl(l)ātrīx,** -īcis. felatrix: CORP. IV 1389. felatris: CORP. IV 1388. 2292. *ea quae fellat*: CORP. IV 1388 Timele -s. 1389 Nympe -x. 1510 Amarillis fellatri. 2292 Murtis -s. 4192 ...>ecidia -x. [MART.] 9, 22 lemma (11, 40. 12, 79).

fēlebris (fellibris), (-e) [*cf. c.* fellare. *Th.*]. *i. q. exsugens, lac ebibens*: GLOSS. Plac. V 69, 7 (= GLOSS. V 599, 47) -ibrem adhuc laetum *vel* lectum viventem, *quod collato* SOL. 2, 33 (*infra l. 29*) *in* adhuc lacte bibentem *corr. Baehrens cum aliis, cf. Thes. gloss. s. v., Pokrowskij, Archiv 11 (1900) 353. glossam in suum usum convertit, qui ex Placidi potissimum glossis praefationem concinnavit*: ANTH. 19, 20 favorem exfebruate (*i. purgate*) -ibrem. SOL. 2, 33 *boa* ... suctu *utris boum* continuo saginata ... -ebri (fellibri *N,* felebri *H*) satietate ... extuberatur. *Bannier.*

[**fellenia (-lenis)** *sim.* GLOSS. III 590, 45 -a lupa cerveria (624, 10 fellenea lupa cervaria). 590, 57 lupicuda fellenis (612, 15 filonis. 642, 22). 608, 66 belbe id est fellenis (587, 70 fellonis. *cf.* 612, 17 fellena id est billi. 624, 30 felleni id est bilbi. 590, 65 fellem id est bilbi). *latere videntur* flomis (flomia*?*) lucernaria (*restituendum pro* lupa cervaria *coll.* ISID. orig. 17, 9, 73 GLOSS. II 580, 30 [*item restitutum ab edd.* MARCELL. med. 20, 28, *ubi* tiniaria *cod.*]. *cf. Diosc. 4, 103, 2 W.* φλομίς, ἡ καλουμένη λυχνῖτις), *confusa cum* belbe id est lupa cervaria (GLOSS. III 554, 65. 537, 3. *cf. vol. II p. 1861, 62 sqq.*). *nonnulla fort. pertinent ad* fel: bilis.]

ὑὰς ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ **felles oculi** GLOSS. II 461, 37. ὑὰς ἡ τοῦ ὀμφαλοῦ **felles umbilici** GLOSS. II 461, 38. *dub. num ad* fel *pertineat.*

felleus, -a, -um *a* fel. **1** *i. q. felle permixtus, fellis qualitate praeditus*: PLIN. nat. 26, 124 *radix* sudores -os movet. AVG. in psalm. 5, 15 cibum veritatis ... tamquam -um. serm. ed. Mai 84, 3 Christus amaritudinem -i potavit aceti (*opp.* dulcis). CAEL. AVR. acut. 2, 14, 92 ventris fluor. 2, 14, 93 *sputa* fellea, aeruginosa atque prasina ... fiunt. *ibid.* post -am ... qualitatem (2, 14, 94). chron. 3, 2, 19 -i et prasini umoris (4, 8, 108 umore -o ... pleni aut inanes *lumbrici*). 3, 6, 1 ursina. *cf. p. 456, 4.* **2** -us μελαγχολικός GLOSS. II 366, 41.

fellibris *v.* fellebris. *?* **fellicius** *v. p. 456, 6. 9.*

[**fellicula,** (-ae) *f. vocabulum fort. ab* ISID. *prave a* fel *deminutive formatum.* ISID. orig. 4, 5, 4 unde et colera, id est -a nominata, hoc est fellis effusio. Graeci enim fel χολὴν dicunt (*sed legendum videtur* felliflua, *cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 19, 188 *infra l. 62; v. Probst, Arch. f. Gesch. d. Mediz. 8 [1914] 31*).]

fellidūc(us, -a), -um. *ad exemplum vocabuli graeci* χολαγωγός *fictum.* CAEL. AVR. chron. 3, 4, 63 medicaminibus -is, quae χολαγωγά vocant.

felliflu(us), -a, (-um) (*vox ficta. cf. c.* mellifluus). CAEL. AVR. acut. 3, 19, 188 cholericam passionem ... nominatam a fluore fellis (*i.* χολῆς ῥοιά) ... veluti -am passionem. nam χολήν fel appellant, ῥοιάν fluorem. *cf.* ISID. orig. 4, 5, 4 *supra l. 54.*

fellineus, (-a, -um) [*a* fel. *Th.*]. *confunditur cum* felineus. *cf. p. 434, 69. i. q. fellis qualitate, colore praeditus*: CAEL. AVR. chron. 4, 7, 92 vomitus umorum ... felineorum. VEREC. in cant. 2, 32 'uva eorum uva fellis' (deut. 32, 32) ... haereses ... botrum unum amaritudinis faciunt, coeuntibus in se uvis -o liquore vexatis.

fellinosus χολικός id est cholericus GLOSS. V 456, 19. 500, 44 (*cf. Loewe in Epidici praef. p. XXIV*). *a* fel, *cf. c.* auruginosus. *Ammann.*

fēllito, -āre [*a* fellare. *Th.*]. *i. q. sugere, lactare*: GLOSS. IV 518, 12 -at sugit (V 600, 7 fugit; *cf.* 294, 23 fingit, figit, *ubi* stringit, sugit *Oehler,* lingit *Heraeus*). *de bestiarum fetibus et liberis*: SOL. 45, 17 mater *equa* pullo ubera praebet -anda. ARNOB. nat. 2, 39 ut *animae genitae* ... exsugerent -antes mammas. *Bannier.*

fellītus, -a, -um [*a* fel. *Th.*]. GLOSS. χολικός.

1 *proprie (vel allegorice) i. q. felle permixtus, felle vel fellis qualitate praeditus*: **a** *generatim*: *de rebus*: AVIEN. carm. ad Flav. 21 penitus -us amarans ora sapor nil dulce meo sinit esse palato. AVG. serm. 254, 5 vinum. MARCELL. med. 20, 3 -a et spumosa et glutinosa. PS. HIPPOCR. epist. 3 sputamenta. CASS. FEL. 48 p. 122 egestio sanguinolenta aut -a. 49 p. 128 urina. CYPR. GALL. deut. 253 quorum vinea vitis est Gomorrae -o nimium fecunda musto (*cf.* VVLG. deut. 32, 32 uva eorum uva fellis). CASSIOD. in psalm. 90, 3 sermo ... -o melle conditus (*cf. p. 423, 82*). *dub. an addendum sit* PHYSIOGN. 24 sunt alii *oculi* cyanei, alii -i coloris (fellicoloris, fell(e)i coloris, feliicoris *al.; ad 1 b non pertinere videtur*). *de homine*: PHYSIOGN. 22 iracundus satis erit ⟨et⟩ -us et clamosus (felle citus *vel* fellicius *sim. codd. fortasse melius ad b*). **b** *speciatim de fellis suffusione vel abundantia*: GARG. MART. med. 27 iis, qui -i videantur. PELAGON. 11 *oculi* -i admodum sunt. PLIN. VAL. 3, 14 si ... -us (*trad.* fellicitus) est, qui patitur.

2 *translate*: ANTH. 416, 4 famam ... sermone maligno laedere -is ... iocis. APON. 2 p. 34 (*ad* Hab. 2, 15 *v. p. 424, 33*) doctrinam. CASSIOD. in psalm. 54, 6 *columba* in nullum animal -a voluntate consurgit (*cf. p. 422, 59 sqq.*). var. 1, 13, 2 nocendi artes -is sensibus exquisivit. 12, 10, 2 beneficia tota detestatione -a. *Ammann.*

fēl(l)o, -āvī, -āre. [*factumne ex* fēlulō? *cf. c. umbr.* (sif) feliuf, *acc.* '*(sues) lactentes*', *gr.* θηλή, θηλάζειν, *ind.* dhāruḥ '*lactens*', *lituan.* dėlė '*sanguisuga*', *hibern.* del *theodisc.* tila '*mamma*'; *gr.* θῆσθαι, θήσασθαι, *hibern.* dinid *ind.* dháyati '*sugit*', *got.* daddjan *slavon.* doiti '*mammam praebere, lactare*', *armen.* diem '*sugo*' *et c.* femina. *Th.*] *scribitur codd. semper* fello, *titulis* felo, *praeter* CORP. IV 1284. 1840. 1852a. 2259. 2268. 2275. 2278. 2391. 2402. 2403. 3144.

1 *proprie de animalibus parvis et liberis, rarius de adultis: sugere, exsugere, lactare, lambere (cf. l. 25); absolute, nec non c. acc. animalis vel rei*: VARRO Men. 261 eum, ad quem veniunt in hospitium, lac humanum -asse (*ubi* NON. p. 113 sugere, lambere). 476 lupam alumni -arunt. MACR. sat. 7, 16, 25 nutrices pueros -antes operimentis obtegunt. CAEL. AVR. acut. 2, 4, 21 accessionis *febris* augmento ... non valent ventrem vel stomachum lactare atque -are *lumbrici.* **2** *obscaene i. q. penem lambere*: CATVLL. 59, 1 Rufa Rufulum -at. CORP. IV 1284 Secund⟨...⟩ -at. 1427 Salvia -at Antiocu(m). 1517. 1623 et qui seripit(*?*) -at. 1631. 1651 Rufilla -at. 1840 ⟨...⟩ Aure (*?*) -at; bene ergo tu -bas et me celabas. 1850. 1851 Anteius Astus fe⟨lat⟩. 1852a. 1869. 1969 Lahis -at a(ssibus*?*) II. *cf.* 2028 Libanis -at a. Γ(*?*) *et* 5408 Felix -at as. I. 2259. 2266 Ver⟨...⟩ -as. 2268 Myrtale cassacos (*?*) -as. 2273 Myrtis bene -as. 2275. 2278. 2391. 2402 Ionas cum Fileto hic -at. 2403. 2421 Rufa ita vale, quare bene -as. 3144. 3200. 4158. 4185. 4434. 4652. 4997 (*?*). 5095. 5396. 7057. 7103 INSCR. Notiz. degli scavi 1908 p. 280 (*Pompeis*). CORP. XI 6721, 9 (*in glande Perusina*) Octavi -as. MART. 2, 33, 4 haec (*sc. calvam rufam luscam*) qui basiat ... -at. 2, 50, 1 quod -as et aquam potas, nil, Lesbia, peccas. 2, 73, 1 quid faciat vult scire Lyris; quod sobria: -at. 2, 89, 6 quod -as, vitium dic mihi cuius habes? 3, 82, 33. 4, 84, 4. 7, 10, 1. 7, 67, 14 *mulier libidinis masculae* non -at: putat hoc parum virile; sed plane medias vorat puellas. 9, 4, 4 non -at tanti (*sc. duobus aureolis*) Galla. 12, 79, 4 AVSON. 71, 8. *nota de lingua*: MART. 2, 61, 8 haereat inguinibus potius tam noxia lingua, nam cum -ret, purior illa fuit. *passive*: CORP. IV 6862 testis ego sum: -atur. *Bannier.*

derivata: fel(l)ator (-trix), fellitare; *cf.* fellebris.

fellōsus, -a, -um *a* fel. *i. q. felle permixtus, fel sapiens, felli similis*: CAEL. AVR. acut. 2, 14, 91 *excrementa* (chron. 3, 4, 51 stercorum egestio. 4, 6, 84). chron. 1, 6, 182 vomitus ... nunc -us vel ferrugineus. 4, 8, 108 sanguinolenti vel -i *excluduntur lumbrici.* 5, 10, 114 puris -o vel livido colore. *Ammann.*

felmoni *v.* ph-. **fēlo** *v.* fello.

felte *vox incertae et originis et significationis.* BAVDON. vita Radeg. (script. rer. Merov. II) 2, 4 adhuc de regali secum habens ornamento -e fusum ex auro et gemmis vel margaritis factum, habentem in se auri solidos mille. *ornamenti vel vestimenti genus, ut videtur, cf. Krusch ad l.*

fēmella, -ae *f.* [*a* femina, *deminutive. Th.*] *cf.* GLOSS. V 294, 37. 362, 28. *formae*: femilla, fimelle GLOSS. [*francog.* femelle. *M.-L.*]

1 *de hominibus et animalibus*: GLOSS. θῆλυ. CATVLL. 55, 7 in Magni simul ambulatione (*i. portico*) -as omnes ... prendi. CORP. IV 3890 Puteolana peperit mascl(os) III, femel(las) II. HESYCH. in lev. 4, 22/31 p. 828[C] capram de haedis -am. **2** *ferrum ianuae affixum* (*cf. Du Cange s. v.* fimella. *v. etiam* VITR. 9, 8, 11 *s. v.* femina *p. 464, 7*). GLOSS. III 368, 70 (*inter ferramenta*) ἀμφίδρυς. 204, 53 amfilis. 313, 17 *et* 518, 26 ἐπαγωγίς.

deriv.: femellarius.

fēmellārius, -iī *m. a* femella. ISID. orig. 10, 107 -us feminis deditus, quem antiqui mulierarium appellabant (*inclusit Lindsay, v. adn. crit.*). GLOSS. V 199, 24. 599, 48.

femen *v.* femur.

ᵃ**fēmina,** -ae *f.* [*quasi* *θημένη, *cf. c.* fellare *et c. gr.* θῆλυς, *fortasse c.* fetus, fecundus (*q. v.*), felix. *Th.*] *de etymologia*: ISID. orig. 11, 2, 24 -a ... a partibus femorum dicta, ubi sexus species a viro distinguitur (GLOSS. IV 237, 35). alii Graeca etymologia -am ab ignea vi dictam putant, quia vehementer concupiscit (*i. fort.* θῆλυς ἀπὸ τοῦ θάλπος). *de compendiis*: femin(as): INSCR. Röm. Mitt. 22 (1907) 435. femin(a): ACT. Arv. a. 86, 22 CORP. X 2454. faem(ina): CORP. VIII 23370. f: ACT. Arv. a. 87. a. 224, 8 CORP. III 1986. 8712. XI 6076. 6335, 8. 18 *al.* *de scriptione et formis*: fae-: CORP. VIII 23370. XII 2143 *et in codd.* femena: CORP. V 367. 1663. XII 2422. [*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

XIII 5657 INSCR. christ. Hisp. 84. femna: CORP. XI 3470. *de declinatione:* *gen. sing.* -aes: CORP. VI 6573. *dat. plur.* -abus: CORP. VIII 9108; -ebus: VINDIC. gyn. p. 445^d. *dat. sing.* fimini: CORP. XIII 7660 (*bis*). *de notione:* GLOSS. θήλεια. *cf.* III 564, 43 genecis id est semina *h. e.* γυναῖκες id est -ae. 511, 65 γυναικεῖον congregatio -arum.

a -a *distinguitur* mulier: TERT. orat. 21 quod apostolus (*I Cor. 11, 5*) ... designaverit ... *non* sexum, ut diceret -as, sed gradum sexus dicendo mulieres. nam si sexum nominasset -as dicendo, absolute definisset de omni muliere (22 Eva⟨m⟩ nondum virum experta⟨m⟩ deus mulierem et -am cognominavit, -am, qua sexus generaliter, mulierem, qua gradus specialiter). 22 Graeco sermone ... usui est mulieres vocare (*subintellege* 'potius') quam -as, id est γυναῖκας (*sc.* 'potius') quam θηλείας. igitur si pro sexus nomine vocabulum istud frequentatur, quod est ⟨in⟩ interpretatione pro eo quod est -a, sexum nominavit dicens γυναῖκα. AVG. loc. hept. 1, 77 mulierem (אִשָּׁה) -am appellare proprium est illius linguae (*hebraicae; cf.* 1, 88). EVGRAPH. Ter. Haut. 1003 ⟨-a⟩ sexus est, mulier et aetas. ISID. diff. 1, 588 -a ... naturale nomen est, generale mulier. *non distinguitur:* Ps. HIL. libell. 11 sexus ... est masculus et -a; id est vir et mulier. *distinguitur -a pueriliter a plurali* femina: PROB. app. gramm. IV 203, 16 ISID. diff. 1, 261. *plurimum opponuntur significationes sexus virilis, ut* vir, mas, masculus *al. cf. praeter multa alia* (*velut p. 458, 9 sqq.*) PLIN. nat. 12, 61 cum ... non fere mas vocetur, ubi non sit -a. *legitur per totam latinitatem.* [*corrupt.*: CAES. civ. 1, 84, 4 (-as *pro* feras).] [*it.* femmina, *francog.* femme, *hisp.* hembra. *M.-L.*]

I *de hominibus*: A *proprie*: 1 *generatim (interdum sensu collectivo); spectatur magis sexus femineus, quam persona*:
VARRO Lact. opif. 12, 13 si partem in dexteram semen feminini generis influxerit, -am ... procreari (TERT. adv. Val. 10 p. 188). CIC. Cluent. 199 *Sassiae* ea ... est ... vis, ut eam nemo ... -am appellare possit. CATVLL. 64, 143 nulla viro iuranti -a credat. LVCR. 4, 819 -a, quae fuit ante (OV. epist. 14, 55 -a sum. ars 3, 23 et cultu est et nomine -a Virtus. met. 12, 202 *al.*). VERG. Aen. 1, 364 dux -a facti. 11, 705 -a forti fidis equo. 11, 734 -a palantis agit atque haec agmina vertit? ELEG. in Maecen. 1, 53 ne posset -a Romam dotalem stupri turpis habere sui. HOR. epod. 9, 13 Romanus ... emancipatus -ae fert vallum et arma miles. PROP. 3, 11, 1 meam ... versat -a vitam et trahit addictum sub sua iura virum. OV. am. 2, 12, 19 -a ... Lapithas populumque biformem ... vertit in arma ... -a Troianos iterum nova bella movere impulit in regno ... Latine, tuo, -a Romanis ... immisit soceros. 3, 3, 44 si deus ... forem, numen ... liceret -a mendaci falleret ore meum. epist. 2, 65 sum decepta tuis ... -a verbis. 3, 144 nec tibi magnificum *est* -a iussa mori. 7, 121 bellis ... -a temptor. 9, 115 -a tela tulit Lernaeis atra venenis ... ferre ... vix satis apta colum. 10, 76 si modo vivit -a ... fraude sepulta viri. 12, 118 nec tamen extimui ... credere me pelago -a. ars 3, 437 -a quid faciat cum sit vir levior ipsa. 3, 497 -a dicatur scribenti semper amator. met. 1, 413 de femineo reparata est -a iactu. 2, 434 illa ... contra, quantum modo -a possit ... pugnat. 3, 326 deque viro factus *Tiresias* ... -a (10, 579 Ib. 455 AVSON. 69, 16). 8, 305 iam non -a Caeneus. 8, 433 (*Thestiadae ad Atalantam*) nec titulos intercipe -a nostros. 8, 868 nemo ... litore in isto ... nec -a constitit ulla. 9, 678 edita forte tuo fuerit si -a partu. 9, 705 nata est, ignaro -a patre (*cf.* 12, 175 *Caeneus* -a natus erat). 9, 748 ama quod -a debes. 10, 579 si -a fias. 13, 451 plus quam -a virgo *Polyxena* ducitur ad tumulum *Achillis*. 13, 497 (*Hecuba ad Polyxenam*) te quia -a rebar a ferro tutam: cecidisti et -a ferro. 13, 591 (*Aurora ad Iovem*) quantum tibi -a praestem. 14, 384 laesaque quid faciat, quid amans, quid -a, disces. fast. 1, 520 hic quoque causa novi -a martis erit. Pont. 3, 2, 55 -a sacra facit. VELL. 2, 88, 2 *Maecenas* otio ac mollitiis paene ultra -am fluens. PAVL. FEST. p. 224 praenominibus -as esse appellatas testimonio sunt Caecilia et Taracia. PHAEDR. app. 9, 14 *Venus* per gallinam denotavit -as. SEN. Ag. 959 (*Clytaemestra ad Electram*) agere domita -am disces malo. :: nisi forte fallor -as ferrum decet. Herc. O. 1177 -a Herculeae necis auctor feretur. *1182. Phaedr. 230 exosus omne -ae nomen fugit *Hippolytus*. 564 Medea reddet -as dirum genus. epist. 95, 21 *-ae* -am exuerunt. OCTAVIA 864 -a hoc nomen (*sc. hostis*) capit? SEN. dial. 11, 15, 1 ubi studia, quibus libentius quam -a ... intereram? CVRT. 9, 6, 23 nondum -am aequavimus gloria. LVCAN. 10, 91 (*Cleopatra loquitur*) non urbes prima tenebo -a Niliacas. PLIN. nat. praef. 29 adversus Theophrastum ... scripsisse etiam -am. 7, 58. 28, 75 quae -am enixa sit. SIL. 11, 238 *Decio* -a nulla ... cesserit. MART. 7, 18, 1 cum tibi sit facies, de qua nec -a possit dicere (*sc. mali quidquam*). QVINT. decl. 272 p. 114 possum mirari ... hac lege ream esse -am. *ibid.* publica consilia quomodo in -am ceciderint. TAC. Agr. 31 Brigantes -a duce exurere coloniam. Germ. 45 *apud Sitones* -a dominatur. hist. 2, 63 Vitellii uxor, ultra -am atrox. ann. 1, 4 serviendum -ae. 1, 69 nihil relictum imperatoribus, ubi -a manipulos intervisat, signa adeat, largitionem temptet. 2, 54 non -a illic (*in Apollinis oraculo*), ut apud Delphos ... sed sacerdos numerum ... consultantium et nomina audit. 3, 33 praesedisse nuper -am exercitio cohortium, decursu legionum. 12, 7 cuncta -ae oboediebant. 13, 6 qui (*Nero*) a -a regeretur. 15, 57 ne *torquentes* a -a spernerentur. PLIN. epist. 7, 24, 5 solere se, ut -am ... laxare animum lusu calculorum. APVL. mund. 11, 8 alius ... soccis obauratis ... -am mentiebatur. CYPR. testim. 1, 8 signaculum *circumcisionis* -is non proficit, signo autem domini omnes (*sc. viri et -ae*) signantur (*sic potius intellegendum quam pro genet. vocis* femur; *cf. Rönsch, Semas. Beitr. 1 p. 31*). VVLG. iud. 9, 54 ne forte dicatur quod a -a interfectus sim. CLAVD. 18, 320 sumeret illicitos ... si -a fasces. CARM. epigr. 765, 2 quaecumque deus -is inesse praecepit.

oppositis vel coniunctis masculini sexus notionibus: PLAVT. Mil. 486 non ... me marem, sed -am ... esse (Rud. 104 utrum tu masne an -a es? LAEV. carm. frg. 26 VARRO Lact. opif. 12, 8 ling. 7, 17. 8, 7 LIV. 27, 37, 5 PLIN. nat. 7, 37. 38. 51. 57. 12, 162 QVINT. inst. 1, 4, 24 *al. passim.* *nota*: ISID. diff. 1, 588 vir mas est, non -a; homo mas est et -a). VERG. Aen. 6, 448 iuvenis quondam, nunc -a Caeneus. HOR. carm. 4, 1, 29 me nec -a nec puer ... iuvat (PRIAP. 22, 1 OV. met. 4, 378. 9, 791. 794 Pont. 4, 9, 96 ACT. lud. saec. Aug. [Corp. VI 32323, 73]. *nota*: CORP. X 2454 Flabiae Restutae et Flavio Respecto filis dulcissimis. femin(a) vixit annis *tot*, ... puer vixit ...). TIB. 1, 2, 33 seu vir seu -a (PRIAP. 22, 1 OV. am. 2, 3, 1 met. 4, 280 Ib. 455 LIV. 39, 14, 7 *al. passim*). LIV. 31, 12, 6 incertus infans ... masculus an -a esset (GAIVS inst. 1, 85 TERT. adv. Val. 34 p. 209 CENS. 9, 2 VVLG. gen. 1, 27. 5, 2 Gal. 3, 28 *al. passim*).

2 *speciatim notabilia*: **a** *est appositio cum attributo*: CIC. S. Rosc. 147 Caecilia ... spectatissima -a. Verr. 2, 153 magno praesidio fuit Anniae pupillae mater, -a primaria. 3, 24 ex socru tua, -a primaria, Servilia. Catil. 4, 13 sororis suae, -ae lectissimae. Caecin. 10 Caesenniam, eodem e municipio summo loco natam et probatissimam -am. Font. 46 matris ... lectissimae miserrimaeque -ae. epist. 6, 22, 3 matrem tuam, optimam -am tuique amantissimam. 15, 7 matris tuae, gravissimae atque optimae -ae. ANTON. Cic. Att. 10, 8^a, 1 Tulliam ..., -am lectissimam. PROP. 2, 9, 4 Penelope ..., tam multis -a digna viris. LIV. 39, 11, 4 Sulpiciam, gravem -am. *al. passim, praecipue in titulis. nota in titulis sepulcralibus*: CORP. I² 2 n. 1406 Variae C. l. Glucerae, -ae sanctissum(ae). 1809 Gavia Caesidia, probisuma -a. 1996 Aurelia L. f. optuma -a. *al.* **b** *additur nomen*: CIC. har. resp. 27 -a .. Q. Claudia. PLIN. nat. 6, 186 -am Candacen. TERT. anim. 33 -ae Didoni. adv. Val. 19 p 198 -am Achamoth. 33 p. 209 -am Veritatem. AVG. civ. 18, 15 p. 274 D. -a Debbora. *cf.* VAL. MAX. 4, 8, 2 -a Busa nomine. **c** *ita coniungitur cum* coniunx, uxor (matrona *l. 44*), *ut ab his nominibus fere discernatur, sc. amplioribus notionis finibus circumscriptum*: CORP. I² 2 n. 1206 fuit Atistia uxor mihei, -a opituma veixsit. OV. met. 1, 351 (*Deucalion ad Pyrrham*) o soror, o coniunx, o -a sola superstes. SEN. Med. 91 vincat -a *Creusa* coniuges. MART. 12, 96, 11 scire suos fines matrona et -a debet. QVINT. decl. 247 p. 10 uxor est, quae -a viro nuptiis collocata in societatem vitae venit. TAC. ann. 12, 42 *-am* eius, qui rerum potitus sit ... coniugem fuisse. PLIN. paneg. 83, 8 sub hac ... modestia viri quantam debet verecundiam uxor marito, -a sibi! FLOR. epit. 2, 15, 17 quanto fortius -a et uxor ducis! TERT. orat. 22 cum dicat scriptura 'filias hominum' quia potuit uxores hominum nominasse vel -as indifferenter. FIRM. math 4, 21, 5 iis a -is vel ab uxoribus ... felicitatis insignia conferuntur. MEROB. carm. 4, 18 coniunx ... cuius gloria -am superstat. -a *in appositione ad* uxor, coniunx: CIC. Verr. 4, 97 eius uxor, -a primaria. Phil. 3, 16 tuae coniugis, bonae -ae. epist. 15, 8 uxori tuae Iuniae, gravissimae atque optimae -ae. VELL. 2, 93, 2 *Agrippa* Iuliam ... duxit uxorem, -am neque sibi neque rei publicae felicis uteri. APVL. met. 7, 6 uxor eius Plotina quaedam, rarae fidei atque singularis pudicitiae -a. 9, 24 fullonis uxor, alioquin servati pudoris, ut videbatur, -a. *et* -a *et* uxor, coniunx *in appositione ad nomen mulieris*: CIC. epist. 5, 11, 2 -am primariam, Pompeiam, uxorem tuam. CORP. VII 249 Ael. Sever(ae) honestae -ae, coniugi Caec(ilii) ... quondam. DECRET. fabr. Pisaur. (Corp. XI 6335) 8 *et* 18 Setinam Iustam c(larissimam) f(eminam), coniugem eius.

d *fere i. q.* coniunx, uxor: PROP. 2, 6, 24 quaecumque viri -a limen amat. OV. met. 8, 704 senex *Philemon* et -a coniuge ... digna. VAL. MAX. 9, 2, 4 -as ... citatis nominibus virorum, qui in contrariis castris erant, ... trucidavit *Flaccus*. SEN. Herc. O. 1455 summus legatur -a (*sc. Deianira interfecta*) Herculeus labor. Med. 91 vincat -a *Medea* coniuges. benef. 3, 16, 2 illustres quaedam ac nobiles -ae non consulum numero, sed maritorum annos suos computant. COLVM. 12 praef. 8 nihil conspiciebatur in domo dividuum, nihil quod aut maritus aut -a proprium esse iuris sui diceret. PLIN. nat. 20, 252 convicium -is apud Menandrum faciunt mariti. STAT. silv. 1, 4, 42 non labente Numa timuit sic curia ... nec -a Bruto. MART. 8, 12, 4 inferior matrona suo sit ... marito: non aliter fiunt -a virque pares. 12, 95, 7 ne ... fias sine -a maritus. QVINT. inst. 9, 2, 20 nescit trepida, quid liceat -ae, quid coniugem deceat. TAC. ann. 3, 34 pauca -arum necessitatibus concedi, quae ne coniugum quidem penates ... non onerent. TERT. adv. Val. 30 p. 206 sacramentum comiti, id est -ae (semini *codd.*) adhaerendi. COMM. instr. 2, 18, 13 -a marito probata. OPTAT. 3, 2 p. 69, 4 fel et iecur tulit Tobias ad tutelam -ae Sarae. CLAVD. 18, 72 -a cum senuit retinet conubia partu. AVG. civ. 12, 28 p. 555 D. -a illi (*Adae*) ex eius latere facta est. 14, 11 p. 30 illum virum suae -ae ... coniugem coniugi ... credidisse. 16, 38 p. 187 *Iacob* quattuor habere -as. in psalm. 127, 8 -am castam timentem virum

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suum. adult. coniug. 2, 18 numerus est amplior -arum, quae . . . si dimissae fuerint a maritis, non differunt nubere. gen. c. Manich. 2, 11,15 vir debet -am regere nec eam permittere dominari in virum. *al.* **e** *fere i. q. amor, deliciae*: Ov. am. 3,12,44 mea debuerat falso laudata videri -a. trist. 2,428 sua . . . cantata est saepe Catullo -a, cui falsum Lesbia nomen erat.

iuncturae (*selectae*): 1 *verbales: est pro obiecto: verba spectant ad amorem, libidinem*: accersere: SEN. dial. 6, 17, 5 ad libidinem. amare: QVINT. decl. 325 p. 281 TERT. adv. Val. 30 p. 206. appetere: APVL. apol. 73 TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 597. consectari: PLAVT. Mil. 1113 qua mares, qua -as. stuprare: MARCIAN. dig. 48, 6, 3, 4. violare: TERT. pudic. 22. *ad nuptias, matrimonium*: collocare: QVINT. decl. 247 p. 10 viro nuptiis. iugare: HOR. carm. saec. 19. iungere: LIV. 29, 29, 12 matrimonio. CONST. veteran. (Corp. III p. 853) 11. *ad res iuris civilis*: accusare: PAPIN. dig. 48, 5, 12, 7. adoptare: GAIVS inst. 1, 101 (*bis*). exheredare: PLIN. epist. 6, 33, 2. eximere: GAIVS inst. 4, 172 periculo sponsionis. liberare: GAIVS inst. 1, 145 tutela.

2 *nominales*: **a** *gen. subi. et poss.*: *α iuncturae spectant ad corporis naturam*: abundantia: PLIN. nat. 24, 93 (*t. t., i. profluvium, item* 27, 104). candor: PLIN. nat. 34, 176. ci⟨nci⟩nni (cirros *Harder*): SEN. epist. 114, 5. conceptum: SEN. nat. 3, 25, 11 PLIN. nat. 24, 12. crines: VEG. mil. 4, 9. facies: CELS. 5, 28, 2 APVL. met. 2, 8 AVG. civ. 22, 24 p. 615 D. fecunditas: PLIN. nat. 20, 48. forma: TERT. adv. Val. 4 p. 181 COMM. instr. 1, 3, 4. gratia: FAST. ann. Iul. Praen. Apr. 1 (Corp. I² p. 235). labra: CELS. 5, 28, 2. lac: PLIN. nat. 7, 67. mala: PLIN. nat. 24, 184. 25, 73. mammae: CELS. 5, 28, 2. 7. menses: PLIN. nat. 21, 119. 126. 22, 83. 91. 23, 112. 152. 27, 104. 28, 65. 29, 49. menstrua: PLIN. nat. 20, 258 AVG. civ. 4, 11 p. 161. morbi: PLIN. nat. 26, 160. 27, 43. natura: CIC. leg. 2, 29. pectus: HIER. epist. 1, 12, 2. profluvia: PLIN. nat. 22, 81. 24, 70. 27, 103. 34, 122. 153. 154. 35, 32. purgationes: PLIN. nat. 20, 21. 86. 139. 24, 116. 35, 34. 182 AVG. civ. 7, 3 p. 276 D. MISC. Tir. p. 48, 11. secundae: PLIN. nat. 22, 77. 23, 25. semina: AVG. civ. 4, 11 p. 60 D. species: VAL. MAX. 8, 3, 1. sterilitas: PLIN. nat. 31, 9. venter: PAVL. FEST. p. 8. vulva: CELS. 6, 18, 9 TERT. adv. Marc. 4, 21 p. 490. uterus: PLIN. nat. 26, 131 TERT. anim. 26. *β ad res et ornatum*: balneae: LAMPR. Alex. 23, 5. calceatus: PLIN. nat. 16, 34. cubicula: TAC. ann. 13, 42. cultus: CVRT. 5, 6, 8 (*i. ornatu, vestitu. cf.* TERT. tit. libr. de cultu -arum). domus: LIV. 39, 13, 3 ASCON. Pis. p. 17 St. VLP. dig. 25, 4, 1 pr. 10 VVLG. Esth. 2, 3. inaures: TERT. scorp. 3. monasteria: PALLAD. hist. mon. I 48. munditiae et ornatus et cultus, haec -arum insignia sunt: LIV. 34, 7, 9. ornamenta: QVINT. inst. 11, 1, 3. ornatus: SEN. mon. 152. sacrarium: LIV. 39, 13, 8. tabernacula: PAVLA et EVSTOCH. Hier. epist. 46, 13, 2. *nota*: PLIN. nat. 9, 114 *uniones* affectant . . . iam et pauperes *-ae*, lictorem -ae in publico unionem esse dictitantes. *γ ad actiones, mores sim.*: accubitus: PROB. Verg. ecl. 10, 18. aemulatio: TAC. ann. 4, 40. affectus: QVINT. inst. 11, 1, 41 PLIN. epist. 9, 13, 16 AVG. civ. 3, 14 p. 113 D. SVLP. SEV. chron. 1, 39, 4. ambages: PLIN. nat. 30, 7. amores: PANEG. 11 (3), 5, 3. animi: VAL. MAX. 4, 4, 9 SEN. Phaedr. 573 QVINT. decl. 272 p. 116 TAC. ann. 5, 2. 6, 49. artes: APVL. met. 9, 29. aviditates: PLIN. nat. 20, 227. calliditas: VLP. dig. 16, 1, 2, 4. casus: AMM. 15, 10, 6. causa: VAL. MAX. 8, 3, 3 PHAEDR. 3, 10, 38. cognomina: PAVL. FEST. p. 122. comitatus: TAC. ann. 3, 9. comploratio: LIV. 41, 11, 4. concupiscentiae: VVLG. Dan. 11, 37. congregatio (*i.* γυναικεῖον): GLOSS. III 511, 65. consilia: FRONTO p. 8, 16 N. constantia: APVL. met. 9, 26. consuetudo: VVLG. gen. 31, 35. contactus: TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 486. contagium: APVL. met. 10, 34. convivium: VVLG. Esth. 1, 9. credulitas: TAC. ann. 14, 4. cupido: CVRT. 6, 5, 32. decus: SEN. contr. 2, 7 (15), 9. dedecus: VAL. MAX. 2, 6, 15. deliciae: PLIN. nat. 37, 30 ARNOB. nat. 2, 41. desperatio: APVL. met. 10, 26. dicta: PLIN. epist. 3, 16, 1. dignitas: CIC. Phil. 3, 17. dolus: OCTAVIA 158 (*cf.* SEN. Ag. 1009). exilium: TAC. Agr. 45. facinus: APVL. met. 9, 23. factum: QVINT. decl. 338 p. 334. fides: PLIN. nat. 12, 88 (*aliter* TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 487). flagitia: APVL. met. 9, 15 AVG. civ. 14, 23 p. 49 D. furor: SEN. Phaedr. 824 Tro. 679. gaudia: LIV. 22, 7, 12. gravitas: ORAT. imp. Hadr. de Matid. (Corp. XIV 3579). habitus: SEN. contr. exc. 5, 6 CVRT. 5, 1, 38 TERT. orat. 20 ARNOB. nat. 2, 41. hereditates: GAIVS inst. 3, 14. imperium: TAC. ann. 12, 40. impetus: FLOR. epit. 2, 4, 1. incuria: TAC. ann. 4, 16. ingenium: PETRON. 112. intercessio: PAVL. tit. libr. de intercessionibus -arum *et* dig. 16, 1, 29, 1, *saepius*. irae: SEN. dial. 4, 19, 4. ius: TAC. ann. 4, 16. lamenta: TAC. ann. 15, 38. libidines: PLIN. nat. 28, 122 TAC. ann. 2, 85. luctus: LIV. 22, 7, 12 APVL. met. 8, 9 ACT. lud. saec. Sept. Sev. (Corp. VI 32326) 30. luxuria: PLIN. nat. 21, 11. luxus: PLIN. nat. 33, 152. mentes: AVG. civ. 1, 19 p. 31 D. modus: AVG. civ. 17, 4 p. 204 D. mores: VAL. MAX. 8, 3, 2 QVINT. decl. 277 p. 132. natura (*i. mores*): PVBLIL. F 22 SEN. epist. 95, 21. necessitates: TAC. ann. 3, 34. nequitia: APVL. met. 5, 15. opera: VAL. MAX. 3, 3, 1. petulantia: SEN. dial. 11, 19, 2. planctus: TAC. ann. 3, 1. plangores: AMM. 28, 6, 15. ploratus: QVINT. inst. 8, 3, 68. proelia: LIV. 10, 28, 4 prima *Gallorum* proelia plus quam virorum, postrema minus quam -arum esse. prudentia: SEN. dial. 11, 19, 4. pudor: LIV. 34, 6, 8 QVINT. decl. 327 p. 285 AVG. civ. 2, 2 p. 55 D. pugnae: SVET. Dom. 4 nec virorum modo pugnas, sed et -arum. sanctitas: LIV. 34, 6, 8. scientia: PLIN. nat. 25, 10. spes: OCTAVIA 158. sumptus: LIV. 34, 4, 1. testamenta: GAIVS inst. 2, 121 PAVL. dig. 37, 4, 4, 2. veneratio: TAC. ann. 12, 42. verba: TAC. ann. 14, 11. verecundia: SERV. Aen. 1, 561 AVG. civ. 2, 5 p. 58 D. virtus: LIV. 2, 13, 6 VELL. 2, 26, 3 CVRT. 9, 6, 23 HIER. epist. 54, 18, 1. vita: HIER. epist. 65, 2, 1. vitia: TAC. ann. 4, 16. ululatus: CVRT. 4, 16, 15 TAC. Germ. 7 hist. 4, 18 PLIN. epist. 6, 20, 14. voces: AMM. 28, 4, 31. voluntas: SEN. rem. fort. 3. usus: VAL. MAX. 4, 3, 14 PLIN. nat. 1, 33, 12.

b *gen. obiect. pendens a subst.*: CAES. Gall. 6, 21, 5 -ae notitiam habuisse (FIRM. math. 5, 3, 25). LIV. 26, 49, 11 ut curam cultumque -arum . . . custodibus commendaret. 39, 8, 7 stupra (39, 13, 10 TAC. ann. 13, 12). VAL. MAX. 6, 1 pr. -arum . . . firmamentum, Pudicitia. CELS. 4, 31 p. 156 *articulorum vitia* pueros ante -ae coitum . . . temptant (FIRM. math. 3, 3, 7. 7, 15, 2). S. C. Vell. (dig. 16, 1, 2, 1) obligationibus. SEN. dial. 5, 2, 1 numquam populus universus -ae amore flagravit. COLVM. 12, 1, 2 villicum . . . complexibus adiacentem -ae. PLIN. nat. 12, 54 congressu -arum . . . pollui. TAC. ann. 1, 14 moderandos -arum honores. 12, 53 poena. GAIVS inst. 1, 168 -arum tutelam alii . . . cedere. APVL. met. 5, 30 rusticae squalentisque -ae colloquium horresco. TERT. idol. 9 angelos esse . . . amatores -arum. adv. Marc. 2, 7 p. 344 colubrum a congressu -ae arcet *dominus*. 4, 18 p. 480 peccatricis -ae argumentum eo pertinebit, ut. FIRM. math. 4, 13, 1 *Luna* defensores vel procuratores facit . . . -arum. SVLP. SEV. chron. 2, 12, 2 mentionem. COD. Iust. 9, 13, 1 pr. raptores. *gen. plur. part. pendens a subst. copiam significantibus*: coetus: TAC. hist. 1, 30 ann. 16, 34. greges: SEN. epist. 110, 14 CVRT. 3, 9, 6. 8, 10, 34. magnus . . . numerus: PAVL. FEST. p. 19 VVLG. Esth. 2, 8. equestris ordo: PLIN. nat. 33, 40. pars: AVG. civ. 22, 8 p. 570 D. turba: LIV. 28, 23, 2. 45, 2, 7 SEN. dial. 6, 24, 3 epist. 114, 25 CVRT. 3, 3, 22. 3, 11, 25. vulgus: APVL. mund. 29. *pendens a superl.*: formosissima: PETRON. 101. optima: QVINT. decl. 373 p. 412. praestantissima: CIC. epist. 5, 8, 2. *cf.* CVRT. 10, 1, 3 principes -arum.

additamenta* et *structurae: 1 *epitheta ad varias res pertinentia*: **a** *ad naturam*: candida: OV. am. 2, 7, 5. exanguis: CLAVD. carm. min. app. 21, 15. eximia: APVL. met. 2, 8. fecunda: COLVM. 1, 8, 19 *cf.* SEN. nat. 3, 25, 11 PLIN. nat. 34, 165 CORP. VIII 1542. fecundata: ALC. AVIT. carm. 6, 60. gravida: CELS. 2, 1 p. 30 TAC. ann. 1, 59. *cf.* gravidata: AVG. c. Petil. 2, 61. infirma: AVG. civ. 6, 9 p. 264 D. sexu. iuvenis: CAEL. AVR. acut. 3, 18, 186. lepida: PLAVT. Mil. 1003. nitida: PLAVT. Mil. 1003. pulchra: CATVLL. 61, 88 CORP. I² 1211 APVL. met. 2, 8 AMM. 18, 10, 1. sanguinans: TERT. adv. Marc. 4, 20 p. 486. speciosa: VOPISC. trig. tyr. 15, 8 AMM. 31, 6, 8. virgo: TERT. orat. 22 adv. Marc. 4, 21 p. 490 VVLG. num. 31, 18 PALLAD. hist. mon. I 48. *nota*: PAVL. FEST. p. 11 ancunulentae -ae menstruo tempore appellantur. GAIVS inst. 3, 23 -ae agnatae (*sc. sunt*), quaecumque consanguineorum gradum excedunt (3, 29). PAVL. dig. 50, 16, 163, 1 -as puerperas appellant recentes ex partu. **b** *ad indolem*: callida: AMM. 22, 16, 11. ingens animi: TAC. ann. 1, 69. perfecta: SEN. dial. 11, 19, 4. prudens: CIC. ad Brut. 1, 18 (9, 26), 1 PETRON. 112 FRONTO p. 8, 16 N. CORP. VIII 1542. sapiens: VARRO ling. 8, 78 HIER. epist. 65, 1, 5. sollers: CYPR. GALL. gen. 1178 *i. obstetrix; cf. Weyman, Zeitschr. österr. Gymn. 46 (1895) 595.* veteratrix: APVL. met. 9, 29. *fort. huc vel ad a pertinet* FEST. p. 261 -as antiqui, quas †sciens †dicimus, viras appellabant. unde adhuc permanent virgines et viragines. **c** *ad nationem*: Athenaea: AVG. civ. 18, 10 p. 268 D. Carthaginiensis: LIV. 29, 29, 12 TERT. nat. 1, 18. Coa: TIB. 2, 3, 53. Graeca: VAL. MAX. 6, 1 ext. 1. Ligus: TAC. hist. 2, 13. Maeonis: OV. am. 2, 5, 40. orientalis: VOPISC. trig. tyr. 15, 8. Punica: VAL. MAX. 2, 6, 15 TERT. nat. 2, 9. Romana: VAL. MAX. 2, 1, 5. *cf.* nostrae *i. Romanae*: PLIN. nat. 32, 23. **d** *ad condicionem*: affecta: PAVL. FEST. p. 2 vel in bonam partem dicitur, velut honorata, vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta. dives: IVV. 6, 460. infelix: SEN. contr. 2, 5, 4 QVINT. inst. 8, 5, 21 decl. 330 p. 299. 338 p. 334. locuples: APVL. met. 10, 27. misera: PLAVT. Amph. 1060 CIC. Font. 46 QVINT. decl. 297 p. 173 APVL. met. 8, 9 AVG. civ. 3, 13 p. 111 D. orba: QVINT. decl. 272 p. 115. pauper: AMM. 15, 12, 2. pecuniosa: SVET. Aug. 25. potens voti: OV. fast. 3, 270. **e** *ad statum, ordinem, saepe technice*: abiecta: FIRM. math. 5, 3, 25. clara: CIC. Tusc. 1, 27 TAC. ann. 3, 23 DECRET. fabr. Pisaur. (Corp. XI 6335) 9. 18 CORP. XI 6076. III 1986. 8712 AVG. civ. 22, 8 p. 578 D. GREG. M. epist. 8, 35. 11, 11 *al. cf.* VLP. dig. 1, 9, 8 *de nuncupatione quae est* 'clarissima -a'. conspicua: TAC. hist. 4, 42. consularis (*cf.* VLP. dig. 1, 9, 1, 1 consulares -as dicimus consularium uxores): SVET. Aug. 69, 1 VLP. dig. 1, 9, 1 pr. CORP. VIII 8993. generosa: SVET. Tib. 49, 1 AMM. 15, 9, 6. gloriosa: GREG. M. epist. 9, 233. humilis: VAL. MAX. 5, 2, 1. ignobilis: SVET. Vit. 3, 1 FIRM. math. 5, 3, 25. illustris: VAL. MAX. 4, 5 ext. 1 SEN. benef. 3, 16, 2 CVRT. 3, 13, 11 ASCON. Pis. p. 17 St. TAC. ann. 1, 41. 72 *al. passim*. insignis: TAC. ann. 13, 25. 32 (*nota* TAC. ann. 12, 6 nobilitate puerperiis sanctimonia). luculenta: PLAVT. Mil. 958. magna: SEN. dial. 6, 3, 4 PLIN. epist. 7, 19, 4. magnifica: CASSIOD. var. 8, 23, 2 GREG. M. epist. 6, 35.

[*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nobilis: Cic. Mil. 72 Liv. 39, 12, 2. 39, 13, 14 Sen. benef. 3, 16, 2 Cvrt. 3, 11, 25. 8, 10, 34 Tac. Agr. 45 ann. 1, 57. 11, 12 *al. passim; nota*: Fronto p. 38, 8 N. summo genere, summis opibus nobilissima -a. obscura: Amm. 28, 1, 48. potens: Qvint. inst. 6, 3, 85 Firm. math. 6, 23, 4. primaria: Ter. Phorm. 971 Cic. Verr. 2, 153. 3, 24. 4, 97 epist. 5, 11, 2 Corp. V 53. VIII 23801. primas: Apvl. met. 2, 19. primores: Tac. hist. 1, 81 ann. 2, 29 Svet. Dom. 8, 3. princeps: Ov. trist. 1, 6, 25 Pont. 3, 1, 125 Epiced. Drusi 303 Plin. nat. 8, 119 Plin. epist. 7, 24, 4 Tac. hist. 5, 25 ann. 13, 42 (*nota* Tac. ann. 2, 75 nobilitate). spectabilis: Cassiod. var. 2, 10, 2. spectata: Cic. S. Rosc. 147. splendida: Svet. Otho 1, 3 (*cf.* splendide nata: Plin. epist. 6, 33, 2). summo loco nata: Cic. Caecin. 10. venerabilis: Vopisc. trig. tyr. 32, 5. **f** *ad mores et habitum*: adultera: Avg. civ. 3, 5 p. 102 D. benemerens: Corp. IX 3432. bona (melior, optima): Plavt. Aul. 135 Cist. 705 Enn. ann. 155. Afran. com. 7 haut facul, ut ait Pacuvius, -a invenietur bona. Cic. inv. 1, 52 Phil. 3, 16 (*bis*). 17 epist. 6, 22, 3. 15, 7. 8 Corp. I^2 1206. 1208. 1996. *al. passim.* casta: Cic. har. resp. 27 Corp. VIII 498. XI 6146 Vir. ill. 46, 1 Avg. civ. 2, 2 p. 55 D. cirrata: Amm. 14, 6, 20. culta: Ov. ars 1, 97. digna: Prop. 2, 9, 4 procis. Ov. met. 8, 704 coniuge iusto. fast. 6, 810 sacra ... domo. Epiced. Drusi 343 illis quas aurea prodidit aetas, principibus natis, principe digna viro. Corp. II 4160. diligens: Varro ling. 8, 78 Cic. Brut. 1, 18 (9, 26), 1. facinerosa: Apvl. met. 3, 26. factiosa: Optat. 1, 15. 18. famosa: Svet. Tib. 35, 2. fidelis: Tert. adv. Prax. 25 p. 276 Vvlg. Sirach 1, 16. gravis: Liv. 39, 11, 4. 39, 12, 2. 39, 13, 3 Sen. epist. 70, 10 Fronto p. 75, 6 N. Apvl. apol. 71. honesta: Liv. 34, 5, 13 Scrib. Larg. 102 Scaev. dig. 32, 37, 6 Vlp. dig. 25, 4, 1 pr. 10 *al. passim.* inaptabilis: Corp. X 8209. incomparabilis: Corp. IX 1490. X 8209. infamis: Qvint. inst. 6, 3, 51. integra: Tert. anim. 33. laudabilis: Corp. III 4389 Avg. civ. 2, 5 p. 58 D. lecta: Cic. inv. 1, 52 Verr. 2, 94 Font. 46 Catil. 4, 13 Anton. Cic. Att. 10, 8^a, 1. mala (peior, pessima): Plavt. Truc. 131 Apvl. met. 2, 29. 5, 16. 9, 15. 10, 5. mitis: Ov. epist. 14, 55 natura ... et annis. mobilis: Calp. ecl. 3, 10. modesta: Ps. Avr. Vict. epit. 42, 20. mollis: Ov. Pont. 4, 6, 40 *cf.* Sen. contr. 2, 1, 6. nefaria: Apvl. met. 2, 27. nequam: Apvl. met. 3, 26. 9, 14. nocens: Ov. epist. 12, 118 Qvint. decl. 277 p. 131. obsequens: Corp. VIII 23808. XII 1948. ornata: Petron. 127 Plin. epist. 2, 20, 10. 10, 5, 2 Flor. epit. 1, 7, 11. peccatrix: Tert. pudic. 11 adv. Marc. 4, 18 p. 480 Avg. civ. 15, 7 p. 71 D. perdita: Apvl. met. 9, 23. pia: Corp. VIII 4046. 10591. prisca: Fronto p. 75, 6 N. praevaricatrix: Avg. civ. 20, 21 p. 461 D. proba: Corp. I^2 1809. 1882 Liv. 39, 11, 5 Sen. contr. 2, 5, 18. probata: Cic. Caecin. 10 Comm. instr. 2, 18, 13 viro. probrosa: Svet. Dom. 8, 3. procax: Capitol. Maximin. 27. pudens: Cic. Verr. 2, 94. pudica: Cic. Verr. 5, 102 Phil. 2, 99 Petron. 110, 7 Plin. nat. 7, 120 Comm. instr. 2, 18, 23 Corp. XI 6146. XII 1948. rara: Corp. VIII 9108. religiosa: Cic. Verr. 5, 102 Avg. civ. 22, 8 p. 570 D. Greg. M. epist. 1, 50. 61. 3, 36. 4, 8 *al.* sancta: Cic. Phil. 3, 16 Corp. I^2 1406 Val. Max. 8, 15, 12 Plin. epist. 9, 28, 1 Apvl. apol. 78 met. 7, 7 *al. passim.* sanctimonialis: Greg. M. epist. 5, 4. 30. scelesta: Plavt. Persa 208 Apvl. met. 2, 27. 5, 12. 15. simplex: Petron. 106, 1 Ivv. 6, 327. truculenta: Apvl. met. 10, 26. turpis: Ov. am. 1, 13, 36 Qvint. decl. 277 p. 132. vera: Corp. VIII 1542. vernacula ecclesiae: Tert. anim. 51. versabilis: Amm. 16, 8, 4. vilis: Avg. civ. 7, 24 p. 304 D. univiria: Corp. XIV 839. *ad statum et mores*: Plin. nat. 37, 44 Transpadanorum agrestibus -is. Apvl. met. 5, 30 rusticae squalentisque -ae. **g** *ad affectus*: ardens: Val. Fl. 5, 670. ferox: Liv. 40, 4, 13. festiva: Plavt. Mil. 958. furens: Verg. Aen. 5, 6. insana: Hier. epist. 21, 3, 3. 41, 4, 1. laeta: Ov. ars 3, 518. maesta: Ov. fast. 3, 134.

2 *additamenta alia ad varias res pertinentia*: **a** *ad naturam: gen. qual.* (*exempla sel.*): Vell. 2, 93, 2 neque sibi neque rei publicae felicis uteri. Val. Max. 2, 6, 8 ultimae iam senectutis; *cf.* Gaivs inst. 1, 144 *et* 1, 190 perfectae aetatis (Apvl. met. 11, 10 omnis aetatis. Avg. civ. 16, 28 p. 171 D. provectioris aetatis). Tac. ann. 12, 2 expertae fecunditatis. Svlp. Sev. chron. 1, 38, 1 mirae ... pulchritudinis (2, 1, 5 spectatae ... pulchritudinis). Corp. VIII 1542 subolis optimae. *abl. qual.*: Cic. div. 1, 52 pulchritudine eximia. Phaedr. app. 13, 17 facie pulchra. Tac. hist. 3, 33 exacta aetate. **b** *ad statum, ordinem, condicionem*: *gen. qual.*: Liv. 10, 23, 10 omnis ordinis. Fest. p. 237 patrici generis (Schol. Cic. Bob. p. 135 St. *cf.* Val. Max. 1, 7 ext. 6 non obscuri generis. Tac. Agr. 16 generis regii. Avson. 189, 1 generis clari). Val. Max. 2, 6, 8 summae dignitatis (Apvl. met. 11, 10 omnis dignitatis). Const. veteran. (Corp. III p. 853) peregrini iuris (Inscr. Röm. Mitt. 1907 p. 435). Gaivs inst. 2, 113 melioris condicionis. Vopisc. quatt. tyr. 15, 4 familiae nobilis. **c** *ad mores*: *gen. qual.*: Liv. 39, 11, 5 antiqui moris (Avson. 189, 1 veterum ... morum). Vell. 1, 1, 3 virilis animi (Sen. dial. 11, 19, 7 magni). Petron. 111, 3 singularis exempli (Vopisc. quatt. tyr. 15, 4. Corp. XII 4027 rarissimi exempli). Apvl. met. 7, 6 rarae fidei (7, 7 unicae fidei. Corp. V 6116) atque singularis pudicitiae (Corp. V 4029). 9, 24 servati pudoris. Corp. III 4403 (= 2436*?*) incomparabilis pietatis (V 4029) et castitatis (VIII 7703. IX 1893. X 4885). VIII 4046 incomparabilis affectus. *abl. qual.*: Corp. V 1778 castitatis et verecundiae cultu singulari. VIII 1557 magnis moribus.

pro adiectivo fere i. q. femineus, femininus, de personis: Plavt. Persa 475 Atticam ... civitatem ... auxi civi -a. Varro ling. 5, 58 *dei* mas et -a (rust. 1, 1, 4 *dei urbani* sex mares et -ae totidem. Cic. nat. deor. 1, 95 mares deos et -as. Comm. instr. 1, 16, 8 deas. Arnob. nat. 7, 19 dis (*bis*). Tert. nat. 2, 12 Lact. inst. 1, 11, 26 Avg. civ. 3, 12 p. 110 D. 7, 2 p. 274. 7, 28 p. 311. *cf.* Tert. adv. Val. 10 p. 189 pater Horon ... in haec promit in imagine sua, -am marem, quia et de patris sexu ita variant). Prop. 2, 31, 4 Danai -a turba. Gell. 1, 11, 7 tibicinas. Tert. anim. 36 qui animam post partum carni superducunt ... marem aut -am de carne sexum praeiudicant animae. Capitol. Pius 1, 7 filii *Pii* mares duo, duae -ae (Avg. civ. 22, 8 p. 579 D. quorum *fratrum* septem sunt mares, tres -ae). 3, 3 sacerdos -a (Hist. Apoll. 27). Spart. Carac. 7, 5 (*de lectione dubitat Hirschfeld*) -am hominem (Avg. civ. 3, 3 p. 100 D. 3, 31 p. 144). Lact. inst. 1, 6, 7 -ae vates.

B *translate de viris*: **1** *homo femineus improbus ignavus*: Lvcil. 732 insanum vocant (vocat *Marx*), quem maltam ac -am dici videt. Verg. catal. 13, 17 quid palluisti, -a? Cvrt. 3, 10, 10 irent *Illyrii et Thraces* et imbellibus -is (*Persis*) aurum viri eriperent. 6, 11, 3 ne -a illa *Philotas* murmurantium inter se silentio verius quam sono excitaretur. 8, 1, 37 ipsum (*avunculum Alexandri*) in viros incidisse, te in -as. Sil. 2, 361 parietibusque domus imbellis -a *Hannon* servet singultantem animam. Svet. Iul. 22, 2 negante quodam per contumeliam facile hoc ulli -ae fore (*sc. insultari omnium capitibus*). Treb. trig. tyr. 12, 11 Gallienus sordidissimus -arum omnium. Ivst. 1, 3, 3 tali -ae (*Sardanapallo*) tantum virorum subiectum *esse*.
?2 tamquam -a virorum libidinem saturans: Petron. 75, 11 ad delicias -a (*delevit Bücheler cum dubitatione in ed. mai.*; femineas *Heinsius*) ipsimi [domini (*delevit Büch.*)] annos quattuordecim fui.

II *de animalibus fere adiectivi loco*: **1** *additur (postpositum vel antep.) nomini animalis*: **a** *ponitur nomen animalis forma masculina vel utriusque sexus communi*: Lex reg. (Numae) Bruns font.^{7} II 2 (Paul. Fest. p. 222 Gell. 4, 3, 3) agnum -am (Liv. 28, 11, 3 agnus mas idem -aque). Plavt. Men. 837 rabiosa -a ... canis (Ivst. 1, 4, 10 canem -am). Truc. 284 musca ... -a. Vid. frg. 18 (15) -am ... leonem semel parire (Gell. 13, 7, 3 leones -as). Enn. ann. 68 lupus -a feta (70 Varro frg. Quint. inst. 1, 6, 12). Cato agr. 134, 1 porco -a (*bis.* Cic. leg. 2, 57). Varro ling. 8, 7 mas et -a aquila. rust. 2, 1, 17 -is bubus (Liv. 25, 12, 13 bove -a aurata. 27, 37, 11 albae duae. 43, 13, 3 locutam. Act. lud. saec. Aug. [Corp. VI 32323] 119. 122 pulchra. Colvm. 6 praef. 7 mas et -a boves. Plin. nat. 8, 186. 28, 232. Act. Arv. a. 86, 16 *et* 19 alba aurata. 17 aurata. Tac. Germ. 40. Act. lud. saec. Sept. [Corp. VI 32329] 7 pulchra. Macr. sat. 1, 17, 29 aurata). Cic. div. 2, 62 feminae anguis. Ov. ars 2, 482 cum quo sua gaudia iungat, invenit ... -a piscis (Plin. nat. 9, 157). Colvm. 7, 9, 3 -a sus (Plin. nat. 11, 161. 28, 212. 215. 230. 243. 250). 8, 11, 10 -ae pavones (*cf.* Edict. imp. Diocl. 4, 40). Scrib. Larg. 177 anatis -ae (Plin. nat. 29, 104). Plin. nat. 9, 164 polypus -a. 32, 134 cancro -a. Hyg. astr. 2, 33 leporem -am praegnantem. **b** *ponitur nomen animalis forma feminina*: Varro rust. 3, 9, 3 e quis tribus generibus *gallinarum* (*villaticarum, rusticarum, Africanarum*) proprio nomine vocantur -ae, quae sunt villaticae, 'gallinae' (*cf.* Avg. civ. 3, 31 p. 144 D. -as et gallinas et homines). Act. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 93 *tot* agnis -is et *tot* capris. *cf. ibid.* 98 *tot* agnarum -arum et *tot* capraru⟨m -arum⟩. *ibid.* agna -a. **2** *nomen animalis non additur*: Varro ling. 9, 56 *olim* omnes mares ac -ae dicebantur columbae ... nunc ... appellatur mas columbus, -a columba. rust. 2, 1, 18 antequam incipiat admissura fieri, mares a -is secretos habeant. 2, 1, 24 in grege quot -as habeat *qui parat pecus.* 2, 4, 1 de maribus et -is idem fere discrimen, ut alii ad denas capras singulos parent hircos. 2, 5, 12 tauros a -is secerno. 2, 5, 13 mas an -a sit concepta, significat descensu taurus (*bis*). 2, 6, 2 asinorum gregem qui facere vult bonum, primum videndum, ut mares -asque bona aetate sumat. 2, 6, 3 quod *asini* similes parentum genuntur, eligendi, et mas et -a cum dignitate ut sit. 2, 7, 1 equos ... mares ... admissarios habeo ... singulos in -as denas (*bis*). 2, 9, 5 (*de canibus*) -as volunt esse mammosas aequalibus papillis. 2, 9, 16 duo *canes* et id marem et -am. 3, 5, 6 *turdi* cum sint nomine mares, re vera -ae quoque sunt. 3, 6, 1 (*de pavonibus*) aliquanto pauciores esse debent mares quam -ae. 3, 7, 8 in peristeronas *columbarum* ... parandum ... totidem mares, quot -as. 3, 12, 4 lepores, mares ac -as. Cic. leg. 2, 29 quibus hostiis immolandum quoique deo ... quoi maribus, quoi -is (Arnob. nat. 7, 19 *bis*). nat. deor. 2, 128 aliae *bestiae* mares, aliae -ae sunt; ... et in mare et in -a commiscendorum corporum mirae libidines. div. 1, 36 marem *anguem* ..., ... -am (*bis.* Val. Max. 4, 6, 1 *ter*). Caes. Gall. 6, 26, 3 est bos cervi figura ... eadem est -ae marisque natura. Verg. georg. 3, 216 uritque videndo -a *tauros*. Lydia 35 mas quicumque est, illi sua -a iuncta *eqs.* Prop. 2, 15, 28 exemplo ... tibi sint ... columbae, masculus et totum -a coniugium. Ov. ars 1, 279 mollibus in pratis admugit -a tauro, -a ... semper adhinnit equo. met. 2, 701 iuncta suo ... -a tauro. 9, 732 sequitur sua -a cervum. 9, 734 interque animalia cuncta -a femineo correpta cupidine nulla est. fast. 4, 719 (*de sidere Tauri*) seu ... est taurus, sive est hoc -a signum (*aliter de sidere p. 463, 57*).
[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

met. 15,409 quae modo -a tergo passa marem est, nunc esse marem miremur hyaenam (PLIN. nat. 8,105). LIV. 21,28,8 elephanti per stabilem ratem tamquam viam praegredientibus -is acti. 22,1,13 gallinam in marem, gallum in -am sese vertisse. GRATT. 281 unique inclusa marito -a. MANIL. 2,710 saepe in pecudes errat natura maremque -a subsequitur. PAVL. FEST. p. 366 testiculari est iumentis maribus -as vel mares -is admovere. VAL. MAX. 2,4,5 caesisque atris bubus, Diti maribus, -is Proserpinae. PHAEDR. 3,15,1 parere ovis si voluisset -am (PLIN. nat. 10,159. 20,29). 4,16,3 hirci ... indignari coeperunt, quod dignitatem -ae aequassent suam. SEN. Med. 61 colla Tonantibus taurus ... ferat ...; Lucinam nivei -a corporis placet. COLVM. 6,20,1 qui *taurus* ... ad ineundas -as habilis sit. 6,21,1 (*de bubus*) cetera ... fere eadem in -is, quae et in maribus desiderantur. 6,23,3 nec revocantur *tauri* nisi ad coitus -arum. 6,24,1. 2. 3 (*opp.* marem). 6,26,3. 6,27,1 vulgaris *equorum materies* mediocres -as maresque progenerat. 6,27,3 vulgaribus equis passim maribus ac -is pasci permittitur. *ibid.* ut tam -is quam admissariis desiderantibus coeundi fiat potestas. 6,27,4. 8 *bis.* 9. 10 *bis.* 13. 6,28 sive ut -a sive ut masculus concipiatur (PLIN. nat. 8,188. 10,180. 18,330. 336). 6,36,1 explorare parentem futurae prolis *mularum*, -am et marem. 6,36,3 parvi corporis -as fingunt *quidam admissarii* (*ibid.* speciosi *corporis* plures mares, quam -as). 6,36,4. 6,37,1. 2. 9. 10. 7,3,4 (*de arietibus et capris*) *cornutus* fit in -as quoque procacior. 7,3,6 -a ... maritari debet. 7,3,12 si -ae generandae sunt (PLIN. nat. 8,176. 188 PALLAD. 8,4,4). 7,4,4. 7,6,3. 7,9,2. 5. 7,12,11 (*de canibus*) neque -ae neque mari nisi post annum permittenda venus est (*ibid. bis*). 13. 8,2,3 cohortales -ae proprie appellantur gallinae. 8,2,9. 12. 14. 8,5,11. 24. 8,11,2. 5 masculus pavo ... quinque -as desiderat. 8,11,6. 7. 8. 8,13,3. 8,14,3. 5. *saepe apud* PLIN. nat. *ut* 8,13 *elephanti* numquam nisi in abdito coeunt, mas quinquennis, -a decennis. 8,27 elephantorum generis -ae multo pavidiores. 8,148 ex tigribus eos (*canes*) Indi volunt concipi et ob id in silvis coitus tempore alligant -as. 8,162 (*de equis*) vivunt annis *tot*, -ae minore spatio. 9,56 piscium -ae maiores quam mares. 9,89 pereunt *polypi* ... tabe semper, -ae celerius et fere a partu (9,158). 9,159 *ranae.* 10,143 *de avibus.* 10,145 -am edunt ova avium, quae rotundiora gignuntur. 10,158 palumbis incubat -a post meridiana in matutinum. 10,170 crocodili vicibus incubant, mas et -a. 10,174 feles *superveniuntur* mare stante, -a subiacente, vulpes in latera proiectae maremque -a amplexa. *ibid.* taurorum cervorumque -ae vim non tolerant in coitu. 10,178 prodigiosum putant ... omnes *partus canum* mares aut omnes -as gigni. 11,85 (*de araneis*) -am putant esse, quae texat. 11,107 *insecta* coeunt marem portante -a. *al. passim.* STAT. Theb. 9,119 ingentes imitatur -a tauros. MART. 3,58,17 Rhodias ... -as premunt galli. QVINT. inst. 9,3,6 tam ... mares esse talpas dammasque quam -as. APVL. apol. 38 quotiens *piscium* -ae subent, mares suriant (-ae subentant suriant *F*). TERT. adv. Val. 10 p. 188 vultures -as tantum aiunt. BARNAB. epist. 10,10 haec bestia (*sc. lupus*) ... fit modo masculus, modo -a. NEMES. cyn. 121 sit -a *canis*. DON. Ter. Hec. 503 tauri in appetitu coitus -arum, in quas calent. PALLAD. 1,28,1 *pavonum* (*bis*). 1,29,1 *fasianorum*. 1,30,1 *anser*. 3,26,1 *sus* (*bis*). 3,26,2. 4,11,6 *bos*. 4,13,1 *et* 6 *equa*. 8,4,3 *et* 4 *ovis*. 12,13,7 *capra*. PROB. Verg. georg. 3,129 *equis*. AVR. VICT. Caes. 28,4 suis utero maris -arum genitalia apparuere. AVG. civ. 7,11 p. 289 D. 15,27 p. 119. quaest. hept. 3,27 *al.*

de signo zodiaci: MANIL. 2,418 Cancerque tibi Capricorne repugnat, -a femineo (*cf.* 2,151 *sqq.*). *aliter p. 462, 84.*

III *de* ***arboribus et herbis*** *sim.; fere adiective*: 1 *non additur nomen arboris vel herbae*: PLIN. nat. 13,34 (*de palmis*) sine maribus non gignere -as. 13,35 *palmae maris* arbore excisa ... sterilescere -as. *ibid.* e maribus flore ac lanugine ... insperso -is. 13,54 mascula *terebinthus* est sine fructu, -arum duo genera. 13,55 rhus Syriae mascula fert, sterili -a. 15,98 (*de terrestribus fragis*) mas sit an -a sterilis. 16,16 *glandes* sexu *distant*, mares ac -ae. 20 mollior ... *glans* -ae (*sc. quercui*), mari spissior. 47 (*de larice*) mas brevior et durior, -a procerior. *ibid.* lignum maribus durum ... -ae mollius. 48 abies ... amplissima est et -a etiam prolixior. 49 haec *nucamenta* abietis masculae primori parte nucleos habent, non item -ae. 58 laricem masculam ..., -ae radices. 65 in tilia mas et -a differunt (*bis*). 105 *ex genere cornorum* -a ... fert bacas acerbas. 140 (*de cupresso*) -a ... sterilis. 145 *hederae* duo genera prima ... mas atque -a. 162 differre mares ac -as *in harundinibus*. ... spissius mari corpus, -ae capacius. 169 graciles *harundines*, -arum latiore folio. 247 (*de visco*) mas fertilis, -a sterilis; *sic passim, ut* 19,93 duo genera medicae, masculae albis foliis, -ae nigris. 21,58 conyzae duo genera in coronamentis, mas ac -a *eqs.* *additur* existimari, appellari *sim.*: PLIN. nat. 16,141 duo genera *cupressorum*: meta in fastigium convoluta, quae et -a appellatur (*opp.* mas). 21,92 silvestris *urtica*, quam -am vocant. 21,160 *habrotoni genus montanum* -am ... intellegi volunt (25,120). 22,47 ex nigris *generibus chamaeleonis herbae dixere* ... -am, cui violaceus *flos esset* (25,121. 27,113). 22,67 asphodelum ... marem ac -am esse (26,96). 25,105 *foliosam hieran botanen* -am putant. 25,147 *mandragora niger* -a existimatur (27,85). *de generatione*: PLIN. nat. 26,97 *satyrii* superior ac minor *pars gignit* -as. PALLAD. 11,12,3 pistacia ... mas ac -a. *al.* 2 *additur nomen arboris vel herbae*: PLIN. nat. 13,95 cupresso -ae (17,73). 16,34 sunt ... qui *suber* -am ilicem vocent. 16,187 larix -a. APIC. 3,102 urticam -am. ORIBAS. eup. 4,101 -a ... mercuriale herba.

IV *de* ***rebus corporeis variis***; *fere adiectivi vice*: VITR. 9,8,11 cardinibus ex torno masculo et -a inter se coartatis. SEN. nat. 3,12,2 *Aegyptii* aera marem iudicant qua ventus est, -am qua nebulosus et iners (quia *utroque loco codd.*) ... ignem vocant masculum, qua ardet flamma, et -am, qua lucet innoxius tactu; terram fortiorem marem vocant, saxa cautesque; -ae nomen assignant huic tractabili et cultae. PLIN. nat. 31,123 quidam *spongeas* ita distingunt: alias ex his mares ... alias -as maioribus fistulis ac perpetuis. 33,101 duo eius (*stibi vel alabastri*) genera, mas ac -a. magis probant -am ... -a ... nitet friabilis fissurisque, non globis, dehiscens. 36,128 differentia *generis magnetis* mas sit an -a. 36,149 aiunt binos *aetitas lapides in nidis aquilarum* inveniri, marem ac -am. 37,92 in omni genere *carbunculorum* masculi appellantur acriores et -ae languidius refulgentes (37,96). 37,101 (*de sandastro gemma*) blandior -is flamma. 37,106 (*de sarda gemma*) -ae pigriores (*sc. sunt*) et crassius nitent. 37,119 *de cyano gemma.* 37,157 *de diphye gemma.* VEG. mulom. 1,20,1 lapidis gagatis -ae unc. III.

V *de* ***rebus incorporeis***; *fere adiectivi vice*: A *in artium sermone*: 1 *t. t. grammat.* (*ap.* VARR.) *i. q. nomen generis feminini vel genus femininum*: VARRO ling. 5,61 mas ignis, quod ibi semen, aqua -a, quod fetus ab eius umore. 8,36 omnia ... nostra nomina virilia et muliebria multitudinis cum recto casu fiunt dissimilia, eadem (*sc. fiunt*) in dandi (*sc. casu*): dissimilia, ut mares Terentiei, -ae Terentiae. 8,56 *vocabula* Ilius ... et Ilia mas et -a. 8,78 dicimus ... -am sapientissimam et diligentissimam. 9,38 neque a terra terrus ut dicatur postulandum est, quod natura non subest, ut in hoc alterum maris, alterum -ae debeat esse. 9,40 nonnunquam qu⟨a⟩erimus genere similiane sint, quae significantur, ac nomen ... conferimus -ae cum muliebri. 9,55 nullius nostrum filium et filiam non apte discerni marem ac -am, ut Terentium et Terentium (*e.* T. *includunt editores, cf. Götz p. 286 ad l.*) et Terentiam. 9,57 usus docuit discriminare doctam rem ab hominibus et in his marem ac -am. in mare et -a et neutro neque natura maris transit neque -ae neque neutra et ideo non feminus -a feminum, sic reliqua. 9,59 mas et -a habent inter se natura quandam societatem. 9,62 in quibus declinationibus voluntariis maris et -ae et neutri, quae voluntaria, non debeant similiter declinari. *cf.* GRAMM. suppl. 82,19 interrogandum est, cur non veris vocabulis ... genera *nominum* vocantur, id est mas et -a, sed masculinum et femininum. 2 *de numero pari* (*cf.* femineus *III A*, femininus *VI*): MACR. somn. 1,6,1 impar numerus mas et par -a vocatur (MART. CAP. 7,736 *senarius* numerus ... ex utriusque sexus commixtione conficitur, id est ex triade, qui mas quod impar est numerus habetur, et dyade, quae -a paritate, *sc. habetur*). 3 *de carminis materia*: MART. CAP. 9,995 numerum ... marem esse, melos -am noverimus (*cf. Aristid. Quint. 1,19* τὸν μὲν ῥυθμὸν ἄρρεν ἀπεκάλουν, τὸ δὲ μέλος θῆλυ κτλ.).

B *in locutione metaphorica*: AVG. vera relig. 78 vincamus ... cupiditatis vel blanditias vel molestias; subiugemus nobis hanc -am, si viri sumus.

derivata: femella, feminal, femineus, femininus, femino, effemino.

fēminal, -ālis *n.* [*a* femina. *Th.*]. *membrum femininum*: APVL. met. 2,17 Fotis glabellum -l rosea palmula potius obumbrans de industria quam tegens verecundia. apol. 33 -l nullo pacto ... munditer dicere. *v. etiam p. 465, 10 sqq.* *Bannier.*

1. feminālis, -e [*a* femur, -inis. *Th.*]. *adi. i. q. ad femina pertinens*: HESYCH. in lev. 16,3/4 p. 987[B] ostendere vult, quia -em hic castitatem totum corpus custodientem carnis nostrae signat. *cf. p. 465, 7.* *subst. neutr. plur.* feminalia, -ium: *i. q. fasciarum genus, quibus femora vinciuntur* (HIER. epist. 64,10,1 vocatur ... lingua Hebraea hoc genus vestimenti machnase, graece περισκελῆ, a nostris -ia vel bracae usque ad genua pertingentes [*cf. l. 71. 83*]. EVCHER. instr. 2 p. 156,23 baadim vestes lineae, quibus -ia, ut arbitror, significantur. ISID. orig. 19,21,8 batin sive -ia, id est bracae lineae usque ad genua pertingentes, quibus verecunda sacerdotis velabantur. SVID. φιμιναλια· ἀναξυρίδας, βρακία. *cf.* LEX Seg. p. 391,27 *et Du Cange s. v.* GLOSS. περιμήρια. περιμηρίδες. IV 75,21 [*cod. Vatic. 3321 m. 3 saec. XV*] -ia [*trad.* -is]: panni [*trad.* pandi] femoribus involuti, uti sunt rabulae. *adde*: GLOSS. II 204,52 uastrapes: φιμινάλια [*cf. Thes. gloss. s. v.* vastrapes]): SVET. Aug. 82,1 hieme ... -bus et tibialibus muniebatur. VVLG. exod. 28,42 -ia linea, ut operiant carnem turpitudinis suae a renibus usque ad femora (39,27 -ia ... linea. lev. 6,10. 16,4 -bus lineis verenda celabit [ITALA Lugd. exod. 28,42 bracas. 39,27 *om.* lev. 6,10 curare *i.* crurale. 16,4 peristolum. *gr. ubique* περισκελές, -ῆ]. Ezech. 44,18 -ia linea erunt in lumbis *sacerdotum*. HIER. epist. 64,10,1 lineis -bus, quae usque ad genu et poplites veniunt, verecunda celantur. *cf. p. 469, 75*). HIER. in Ezech. 44,17 p. 546. p. 548 -ia recte assumuntur,

[*Wulff*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ut honestas decorque servetur, ne . . . revelent turpitudinem. p. 549 -bus intrinsecus utimur, ne ulla . . . appareat turpitudo. quibus -bus accingi vult salvator apostolos. epist. 64, 10, 2 haec -ia de bysso . . . solere contexi. 64, 14, 1. 64, 19, 1. 64, 20, 1. 64, 21, 3. 4. 5. HESYCH. in lev. 16, 3/4 p. 987^{A} per -ia castitas significatur. p. 987^{B} super femora et circa vicina eis membra solum sunt -ia. ISID. in exod. 59, 3 -ia . . . illa quibus induitur castitatem corporis Christi et integritatem ostendunt.

syn.: femoralis. *Wulff.*

2. fēminālе *nomen herbae.* DIOSC. 4, 103 W. (*codd. RV*) φλόμος . . . Ῥωμαῖοι βερβάσκλουμ (*i. verbascum*), οἱ δὲ φημιναλε. *a* femina, *ut videtur, fort. i. q.* feminal.

fēminātus *v.* femino.

fēmineus, -a, -um *a* femina (NOT. Tir. 56, 25—27 femina -um). *vocabulum potissimum poetarum (primum* CIC. carm. frg. 33, 18 *v. infra l. 60) apud scriptores non legitur nisi singulis locis apud* VARR. rust. (*p. 467, 13. adde* frg. *p. 467, 6*), ?SEN. nat. (*p. 467, 24*) SCRIB. LARG., QVINT. decl. PLIN. paneg., PLIN. nat. 6^{ies}, APVL. 5^{ies}, *saepius apud recc.* (VVLG. 5^{ies}, AVG. civ. 11^{ies}).

i. q. a feminis oriens, ex feminis compositus, ad feminas pertinens, feminarum more factus, femininum genus sequens:

I *de* ***hominibus*** *et* ***deis*****: A** ***proprie*** *de* ***feminis*****: 1** *spectatur magis sexus quam persona*: OV. met. 6, 680 *Erectheus* quattuor . . . iuvenes totidemque crearat -ae sortis. VAL. FL. 4, 603 -as (*i. quales feminae sunt*) nec tu nunc crede catervas *Amazonidum* (*cf. infra l. 51 sq.*). TREB trig. tyr. 30, 2 *Zenobia* diutius quam -us sexus patiebatur imperavit (FIRM. err. 16 -i sexus verecundiam. AVSON. 165, 7 -i sexus odium tibi semper. HEGES. 1, 12, 2 regnandi ius mulier . . . exercuit . . . sine ullo -i sexus impedimento. VVLG. num. 31, 35 hominum sexus -i. RVFIN. symb. 11 apol. adv. Hier. 1, 24 AVG. civ. 15, 22 p. 106 D. 22, 17 p. 594 *bis* PALLAD. hist. mon. I 17 p. 293^{D}. *aliter infra l. 57*). ARNOB. nat. 1, 43 *liberi* -i generis. FIRM. math. 8, 7, 2 corpus suum in -i corporis imaginem transferent (SEDVL. epist. 1 p. 10, 1 licet in membris -i corporis animus sit virilis). *adde*: IREN. 1, 2, 4 fructum *Sophiae aeonis* invalidum et -um vocant (ἀσθενῆ καὶ θῆλυν).

2 *spectatur persona*: **a** *tota*: **α** *de singulis*: OV. epist. 2, 112 regna Lycurgi nomine -o (*i. a femina, aliter p. 467, 42*) vix satis apta regi. SIL. 13, 808 manes. STAT. Theb. 1, 394 prole (*opp.* sexus melior). MART. 8, 68, 7 corpus. CARM. epigr. 1237 (*saec. II ex.*), 10 subolem. DON. Ter. Andr. 716 Mysidi . . . hoc est personae -ae (NOVELL. Valent. 27, 6). PALLAD. 12, 14 -is ac puerilibus operis (*de personis, ut videtur, cf.* COD. Theod. 15, 7, 10 [*a. 385*] mancipia). FILASTR. 29, 7 *Helena in* figura -a apparens. HIL. Macc. 43 malo (*i. mulieri malae*). SIDON. epist. 6, 2, 3 in omnem concordiae statum promptius a -a parte (*i. a femina*) descensum est. *adde*: AVG. serm. 369, 3 diabolus ad nos decipiendos corrupta -a mente subrepsit: Christus ad nos liberandos incorrupta -a etiam carne processit. **β** *de multitudine, congregatione*: VERG. Aen. 9, 140 genus omne perosos -um (SEN. Phaedr. 687 scelere vincens omne -um genus *Phaedra*. VAL. FL. 2, 231 prensosque toris mactatque trahitque -um genus *Lemniadum*. MART. 11, 47, 7 -i generis contagia). 11, 663 agmina *Amazonum* (OV. met. 13, 693 *cod. M* STAT. Ach. 1, 602). OV. ars 1, 253 coetus (STAT. Theb. 5, 652 CLAVD. 1, 200. *cf.* AVIEN. orb. terr. 752 chorus -i coetus). met. 13, 651 stirpi. Pont. 4, 10, 51 turmae (SEN. Ag. 642). fast. 3, 764 choros (SEN. Med. 93 SIL. 7, 76 STAT. Theb. 9, 479). LVCAN. 7, 39 volgus. SIL. 13, 545 catervis (MART. 11, 47, 1 DRAC. laud. dei 3, 524. *cf. supra l. 25*). STAT. Theb. 12, 146 gregem. HIER. in Is. 26, 14 p. 353 Pharao non vult interficere sexum -um (AVG. quaest. hept. 2, 12 ne . . . -us sexus comitaretur). SVLP. SEV. dial. 2, 11, 6 turba.

b *partes corporis*: CIC. carm. frg. 33, 18 feminae (*sic edd.*, feminea *codd., an recte?*) vir -a interemor manu (VERG. Aen. 7, 806 PROP. 4, 6, 22 OV. epist. 6, 52. 8, 6. 11, 20 SEN. Ag. 734 Herc. O. 1179 *al. cf. l. 65*). OV. epist. 5, 68 genas. tit. libr. medicamina faciei -ae. met. 10, 729 artus. MANIL. 5, 711 vultum. LVCAN. 9, 632 comae. PLIN. nat. 30, 36 strumas. SIL. 14, 352 dextra. 15, 761 unguibus. MART. 3, 81, 1 barathro (*i. pudendis*). SER. SAMM. 605 vitio (*sc. corporis*). 637 mamillas. 651 sanguinis (*i. menstrui. cf.* DRAC. laud. dei 2, 79). 960 crines. SCHOL. Iuv. 3, 96 inguina. AVG. in psalm. 103 serm. 4, 6 cor. civ. 6, 9 p. 263 D. corporis partem. 14, 26 p. 54 genitale. *ibid.* viscera. 22, 17 p. 594 membra. CYPR. GALL. gen. 76 pectore (DRAC. Romul. 9, 60). ZACCH. 1, 10 uterum. VINDIC. med. 25 vulvam. *ibid.* semine. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 16 alvum.

c *res maxime incorporeae ad feminas pertinentes*: **α** *de feminarum actionibus, moribus, affectibus, natura (adi. pro genetivo subiectivo). et generaliter et de singulis: interdum etiam cum nota vitii*: VERG. Aen. 2, 488 plangoribus (*cf.* OCTAVIA 321 planctu). 4, 667 ululatu (9, 475, *ubi* SERV. impatienti. VAL. FL. 1, 318 STAT. Theb. 5, 698). Aen. 7, 345 curaeque iraeque (PROP. 2, 9, 35 ira). 11, 782 -o praedae et spoliorum . . . amore (SERV. impatienti, irrationabili). 11, 878 clamorem (OV. met. 12, 226). CVLEX 266 decus. TIB. 2, 1, 63 labor (OV. am. 1, 13, 23 SIL. 3, 350. CLAVD. 18, 336 *sc. Semiramidis*). PROP. 3, 11, 58 minas. 4, 11, 71 triumphi. OV. epist. 18, 38 arte. medic. 25 lege (*i. usu, consuetudine*). ars 1, 341 libidine. 3, 298 gradu. met. 1, 413 iactu (*sc. Pyrrhae*). 3, 536 voces (4, 29. 14, 341 SEN. Herc. O. 1672). met. 9, 151 dolor (SEN. Herc. O. 1675 SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 678). met. 10, 245 menti. 13, 693 ?vulnus (*cod. Amplon., v. adn. crit.*). fast. 6, 522 fugae. MANIL. 1, 917 iugum (*sc. Cleopatrae.* VOPISC. Aurelian. 41, 9 *sc. Zenobiae*). SEN. Ag. 116 dolos (STAT. Ach. 1, 527). Phaedr. 828 fraude. Med. 42 metus. 267 nequitia. VAL. FL. 5, 627 ausis. SIL. 3, 113 vigori. 14, 655 pudor. STAT. Theb. 2, 227 tumultu. 10, 567 querellis. 12, 177 virtutis (FILASTR. 3, 1 CLAVD. carm. min. 30, 12 SACR. Leon. p. 406). 12, 790 fragor. APVL. met. 7, 91 ploratu questuque. ANTH. 268, 2 fide. TREB. Gall. 13, 2 more (CARM. epigr. Engström 218, 10). trig. tyr. 30, 16 modum. VOPISC. quatt. tyr. 5, 3 propudii. ARNOB. nat. 1, 59 res. LACT. epit. 10, 2 usus. DON. Ter. Andr. 685 mollis oratio et -a. Eun. 685 stomacho. Hec. 347 interiectio. FIRM. math. 6, 30, 9. RVF. FEST. 24 -a dicione Orientis tenebat imperium *Zenobia*. AMM. 14, 1, 8 lenitate. 29, 5, 28 destinatione. HEGES. 1, 32, 1 aviditates. VVLG. II Macc. 7, 21 cogitationi (τὸν θῆλυν λογισμόν). AVG. civ. 5, 6 p. 198 D. actus. 14, 11 p. 30 blanditiis. conf. 9, 7, 16 rabiem. vera relig. 78 voluptates. quaest. hept. 4, 59 auctoritas. SVLP. SEV. chron. 1, 26, 6 constantia. PAVL. MED. bened. 10, 3 mobilitatis. SACR. Leon. p. 408 infirmitas. PAVL. epigr. 54 furores. DRAC. laud. dei 1, 534 crimine. EVGRAPH. Ter. Eun. 1027 opera. ENNOD. opusc. 1, 42 p. 272 sollicitudo. 6, 28 p. 401 imbecillitatis. *adde de feminarum cantu (opposito cantui virorum)*: MART. CAP. 9, 964 cum a virili cantilena transitus in -os modos fit (*sed fort. pert. ad B 1*). *neutr. sing. pro subst.*: OV. ars 3, 286 *risus puellae* leve nescio quid -umque sonet (*cf. p. 467, 10*). **β** *de actionibus, affectibus sim. ad feminas spectantibus (adi. pro genetivo obiectivo)*: VERG. Aen. 2, 584 poena. OV. am. 3, 2, 40 amor (SIL. 15, 279 PALLAD. hist. mon. I 53. *cf.* SIL. 15, 326 flamma *i. amore*). met. 10, 80 omnemque refugerat Orpheus -am venerem. LVCAN. 8, 403 complexibus (MART. 11, 78, 1. *cf.* HIER. epist. 55, 4, 2 -os . . . amplexus). SIL. 14, 105 addunt *iuvenes* -am caedem. ARNOB. nat. 4, 22 *Iovem* in -os appetitus . . . incaluisse. VVLG. lev. 18, 22 cum masculo non commiscearis coitu -o (20, 13). RVFIN. hist. mon. 28 p. 452^{A} *ut puellae esset* . . . inter viros conversatio absque -ae suspicionis obstaculo. Orig. in lev. 8, 2 quos -ae admixtionis macula nulla perstringit. AVG. civ. 7, 26 p. 307 D. *Iuppiter* inter -as corruptelas uno Ganymede caelum infamavit. PALLAD. hist. mon. I 14 p. 292^{A} in -i . . . desiderii incidit caenum.

d *de rebus corporeis a feminis tractatis vel adhibitis*: VERG. Aen. 12, 53 *Venus* nube fugacem *Aeneam* -a tegat. OV. met. 8, 392 *telis*. 13, 165 mercibus. MANIL. 5, 152 vestes (LACT. epit. 7, 4 VVLG. deut. 22, 5). SEN. Herc. O. 1356 venenis. 1396 virus. CALP. ecl. 7, 27 cathedras (MART. 3, 63, 7. 12, 38, 1). PLIN. nat. 36, 43 argumentis (*v. vol. II p. 550, 16*). STAT. Ach. 2, 35 amictu. MART. 7, 35, 7 recessus. 14, 88, 1 cherson. IVV. 6, 246 ceroma. HYG. fab. 96 p. 89, 14 habitu. *ibid.* p. 89, 20 munera. CLAVD. 18, 466 latebras (*i. thalamos*). SALV. gub. 7, 83 -is tegminum illigamentis. DRAC. Orest. 318 opes. laud. dei 3, 491 mucrone.

e *i. q. a feminis celebratus, feminis sollemnis*: PROP. 4, 9, 25 deae (*sc. Bonae Deae*). IVV. 9, 53 *cinaedus* munera *sibi missa* -is tractat . . . Kalendis (SCHOL. *ad l.* Martiis, in quibus Iunonis sacra celebrantur a Romanis).

B ***translate*** *de actionibus et rebus* ***virorum*** *feminarum morem sequentium (de Hermaphrodito infra l. 67, eunucho p. 467, 1)*: **1** *adiectivum*: OV. met. 12, 610 (*ad Achillem*) si -o (*sc. ut Paridis*) fuerat tibi Marte cadendum. MANIL. 4, 519 quos prima creant nascentis sidera Tauri -i (*Bentley*, -a *codd.*) incedunt. PLIN. nat. 25, 61 *hominibus* mollis ac -i corporis animive (PHYSIOGN. 14. 15 CASSIOD. in psalm. 26, 19). SIL. 9, 263 cui -o stant corde timores. 13, 16 procul hanc expellite gentis -am Tyriae labem nisi luce serena nescire . . . Mavortem agitare. 13, 313 viros *Capuae* . . . precibus . . . pudendis -um . . . ululatum fundere (STAT. Theb. 7, 677 [*ad Eunaeum*] quid -is ululatibus . . . terrificas . . . viros?). 13, 353 virum *Capuae* de corpore vestes -ae. 14, 129 (*de Siciliensibus*) -um credas maribus (*i. Romanis*) concurrere vulgum. 15, 468 -o clamore Dracen extrema rogantem. STAT. silv. 2, 6, 38 (*ad servum*) non tibi -um vultu decus. MART. 6, 68, 9 an dea *Salmacis* -um iam neglegit Hermaphroditum, amplexu teneri sollicitata viri? QVINT. inst. 1, 11, 2 puerum . . . -ae vocis exilitate frangi (PHYSIOGN. 40. *sim. fort.* MART. CAP. 9, 964 *v. supra l. 23*). PS. QVINT. decl. 3, 11 pollutis in -am usque patientiam maribus. PLIN. paneg. 48, 4 -us pallor in corpore *Domitiani*. GELL. 6 (7), 12, 6 Vergilius tunicas . . . quasi -as probrosas criminatur. APVL. met. 8, 5 in modum pavoris -i deiecti. PS. APVL. Ascl. 21 mares -o torpore lassescunt. PANEG. 12 (2), 28, 4 inusta -ae mortis infamia (*sc. laqueo; aliter* CORIPP. Ioh. 4, 126 fugitivos conterit hostis -a . . . morte viros. 6, 623). ARNOB. nat. 6, 12 Liber . . . languoris -i dissolutissimus laxitate. 7, 33 in -as mollitudines enervantes se viros (*cf.* HIER. in Naum 3, 13 *sqq.* p. 578 anima quae amat mundum in mollitiem -am redacta. CASSIOD. in psalm. 30, 32). AVSON. 345, 21 Phryx. SCHOL. Cic. Bob. p. 89 St. mores *Clodii*. HEGES. 3, 17, 67 -ae timiditatis esse . . . mori velle. HIER. in Is. 7, 21 *sqq.* p. 115 feras gentes . . . -as incisasque facies praeferentes. 19, 16 *sqq.* p. 295 Aegyptus timebit . . . timore -o (PAVL. MED. vita Ambr. 19). epist. 22, 28, 1 viros . . . fuge . . . quibus -i . . . crines. CLAVD. 5, 345 Rufinus . . . colla

[*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-o solvebat . . . gestu. 19, 21 arce *eunuchi Eutropii.* 20, 107 togas *eiusdem.* 20, 392 thalamis *eiusdem.* AVG. civ. 7, 26 p. 307 D. incessu -o *virorum Matri Magnae consecratorum.* PHYSIOGN. 70 genicula cum in se conversa sunt . . . ad -am speciem referuntur. ISID. orig. 11, 2, 24 nimius amor apud antiquos -us vocabatur. **2** *neutr. sing. subst. vel c.* esse: VARRO Lact. opif. 12, 12 *semen* aliquid in se habere -um supra quam decus virile patiatur. SIL. 1, 259 *Hannibal* -um putat humenti iacuisse sub umbra. MART. 7, 69, 6 *opus* non -um nec populare sapit. ENNOD. carm. 2, 55, 2 *fallacia* -um patitur. ISID. eccl. off. 2, 11, 5 nihil . . . -um sonans *vox lectoris* (*cf. p. 466, 25*). PS. QVINT. decl. 10, 10 lugere -um est. ENNOD. carm. 2, 133, 6 ridere necis munere -um est.

II *de* ***animalibus*** *et* ***rebus corporeis***: **1** *generatim*: VARRO rust. 1, 41, 4 ficus, malus punica et vitis propter -am (feminam *cod.*) mollitiam ad crescendum prona. OV. met. 9, 734 interque animalia cuncta femina -o correpta cupidine nulla est. SCRIB. LARG. 16 -i generis animalia (*sc. testudo et palumbus*) sint. PLIN. nat. 36, 128 *magnetes*, qui Troade invenitur niger est et -i sexus. 36, 149 friabilem *aëtiten lapidem* -i sexus putant. APVL. mund. 20 mare (*adi. neutr.*) et -um secus iungitur (*gr.* τὸ ἄρρεν . . . τὸ θῆλυ). IVL. VAL. 3, 24 quae *terga* ex pecudibus -is *essent.* AVSON. 69, 3 -am in speciem convertit masculus ales. AVG. quaest. hept. 4, 33 sexus -us *iuvencae.* EVOD. Aug. epist. 161, 2 nasci . . . in -is *corporibus* . . . intrinsecus . . . animalia. *fort.* SEN. nat. 3, 12, 2 Aegyptii quattuor elementa fecerunt. deinde ex singulis bina, maria et -a (e. f. *add. E T, om. ceteri*).
2 *speciatim in astrologia* (*cf.* femina *p. 463, 56,* femininus *p. 468, 60*): MANIL. 2, 222 sunt quibus esse diurna *sidera* placet, quae mascula surgunt, -a in noctem tutis gaudere tenebris. 2, 382 *sidera* sexus -i secum iungunt commercia mundi. 2, 389 *signa* sunt . . . . adversi generis, conexa per orbem mascula -is. 2, 418 Cancerque tibi, Capricorne, repugnat, femina -o. PLIN. nat. 2, 223 ferunt lunae -um ac molle sidus (MACR. sat. 1, 17, 53. *cf.* APVL. met. 11, 2 *ad Proserpinam i. Lunam*: ista luce -a collustrans . . . moenia). CLAVD. carm. min. 44, 6 -is signis Luna Venusque fuit.

III *de* ***rebus incorporeis***: **A** *de numero pari* (*cf.* femininus *p. 469, 52*): FAV. EVL. p. 4, 10 hic . . . numerus (*sc. dyas*) . . . dicitur . . . -us, quia iunctus alteri pari parem creat ex se (p. 10, 32 *numerus par* -us habetur. MART. CAP. 2, 106 numeris. 7, 735 dyas -us aestimatur).

B *de vocabulorum genere pro* femininus (*cf.* GLOSS. II 579, 52 femineum femininum): **1** *adiect.*: SPART. Carac. 7, 3 qui Lunam -o nomine (*aliter p. 465, 36*) ac sexu putaverit nuncupandum. RVFIN. Orig. in gen. 5, 5 -o genere apud nos declinatur lex. Orig. in cant. 3 p. 163^{B} *amplexus animae* pro -i generis declinatione percipere. PAVL. MED. bened. 10, 4 *Iudaei* -a censentur appellatione. **2** *subst.*: GREG. TVR. glor. conf. praef. saepius pro masculinis -a, pro -is neutra . . . commutas.

syn.: *ad I A*: IREN. 1, 2, 4 invalidum. TREB. Gall. 13, 2 muliebriter. DON. Ter. Andr. 685 mollis. RVFIN. hist. mon. 28 p. 452^{A} muliebris. PALLAD. hist. mon. I 17 p. 293^{D} infirmus. *ad I B*: PLIN. nat. 25, 61 mollis. HEGES. 3, 17 v. 67 muliebris. *ad II*: PLIN. nat. 2, 223 molle.

opp.: *ad I A*: OV. met. 8, 392 virilis (13, 165 SEN. Ag. 642 PLIN. nat. 30, 36 LACT. opif. 12, 12 VVLG. deut. 22, 5 AVG. civ. 5, 6 p. 198 D. 6, 9 p. 263. 14, 26 p. 54. 22, 17 p. 594 quaest. hept. 4, 59 PAVL. MED. bened. 10, 3 *al.*). CIC. carm. frg. 33, 18 vir (RVFIN. symb. 11 apol. adv. Hier. 1, 24 SVLP. SEV. dial. 2, 11, 6). MART. 14, 88 masculi (VVLG. lev. 18, 22. 20, 13). ARNOB. nat. 1, 43 mares. VVLG. II Macc. 7, 21 masculini. *ad I B: saepius* vir, mas. *ad II*: MANIL. 2, 389 mascula (AVSON. 69, 3). PLIN. nat. 36, 149 marem (APVL. mund. 20). *ad III*: masculinus *saepius.*

feminīle *n. a* femen. POMP. gramm. V 165, 5 e terminatus nominativus duo tantum recipit genera, unum femininum . . . ut Euterpe . . . aliud neutrum . . . ut -e, sedile, monile.

fēminīnus, -a, -um *a* femina (NOT. Tir. 56, 25—27, *sed* GRAMM. suppl. 234, 17 femen feminis et femur femoris, inde derivatur femininum). *inde a* TITIN. *v. p. 468, 19* (*praeter hunc et* AVSON. 50, 5 *non nisi apud scriptores*). GLOSS. *v. p. 468, 69.* [*inc. signif.*: CORP. IV 5380, 20 *v. p. 468, 16.*] *i. q. ad feminarum sexum vel genus pertinens*: **I** *de* ***hominibus***: **A** ***proprie*** *de* ***feminis***: **1** *spectatur magis genus vel sexus quam persona*: CVRT. 6, 5, 30 -i sexus *liberos* (SVET. Cal. 7 GAIVS dig. 26, 2, 1 pr. inst. 1, 130. 132. 2, 131 VLP. dig. 38, 17, 2, 6. 50, 16, 56, 1. *cf.* VLP. dig. 2, 8, 2, 3 ex -o sexu descendentes liberos *et* GAIVS inst. 1, 117 liberorum personae . . . -i sexus. *item* 1, 134. 2, 124. 128). *cf.* IVLIAN. dig. 32, 62 sexus masculinus etiam -um sexum continet (AFRIC. dig. 28, 5, 48 (47), 1 GAIVS inst. 2, 135 VLP. dig. 15, 1, 1, 3. 34, 2, 25, 9 PAVL. dig. 40, 12, 15 TERT. orat. 22. AVG. gen. c. Manich. 1, 24, 42 duplex est sexus humanus . . . masculinus et -us). GAIVS inst. 1, 156 -i sexus personas (2, 132. 3, 24. 30 VLP. reg. 28, 9 VVLG. exod. 1, 22. *cf.* CALL. dig. 49, 14, 2, 7 *quae persona ignorare* propter sexum -um ius suum possit. VLP. dig. 37, 5, 1, 1 utrum *personae* ex virili sexu an ex -o descendent). GAIVS inst. 2, 134 -i *sexus postumi* (COD. Iust. 6, 28, 4, 8). FRG. Vat. 321 ex -o sexu parentes. POMPON. dig. 31, 45 pr. -i *generis* liberis (LACT. opif. 12, 13. AVSON. 50, 5 grammaticae ut artis se peritum ostenderet, *quidam* haec vota dixit nuptiis: et masculini et -i gignite generisque neutri filios. FAV. EVL. p. 4, 26 tria rerum genera, masculinum -um neutrum. PHYSIOGN. 7 *passim*; *opp.* masculinus. INST. Iust. 3, 2, 3^{b} COD. Iust. 6, 58, 14, 4). TERT. anim. 34 habitus. LACT. opif. 12, 3 dexterior *vena* masculinum continet semen, sinisterior -um (12, 14) et omnino in toto corpore pars dextera masculina est, sinistra vero -a (12, 13). PHYSIOGN. 7 subolem. **2** *spectatur persona*: INST. Iust. 1, 22 pr. antiquitatis normam in -is personis bene positam. COD. Iust. 6, 58, 15 pr. progeniem . . . sive masculinam sive -am.

neutr. pro subst.: ITALA num. 31, 15 (Aug. quaest. hept. 4, 63) ut quid vivificastis omne -um? (θῆλυ; VVLG. cur feminas reservastis?).
3 *i. q. a feminis usurpatus, adhibitus*: APVL. met. 7, 8 calceis. CAEL. AVR. chron. 4, 9, 131 veste atque gressu et aliis -is rebus. *dubium, num huc pertineat* CORP. IV 5380 (*ex mensuris ciborum*) IV Idus . . . eres X pane(m) II -um VIII.

B *translate de rebus virorum feminarum mores vel habitus sequentium*: **1** *generatim*: TITIN. com. 171 (Paul. Fest p. 300 succrotilla vox tenuis et alta) -a fabulare succrotilla vocula.
2 *speciatim in arte physiognomonica* (*cf. infra l. 42*): PHYSIOGN. 3 prima . . . divisio observationis huius atque discretio ea est, ut alterum masculinum genus sit, alterum -um. quod non ea ratione accipiendum est, qua naturaliter sexus et genera discreta sunt, sed ut plerumque etiam in -o masculinum genus et in masculino -um deprehendatur. quod masculinum nos dicimus, ἀρσενικόν, quod -um, θηλυκόν physiognomones dicunt. primo igitur constituendus est animus masculini et econtra -i (*sc. generis, an neutr. pro subst.? cf. infra l. 31 sqq.*). 4 -us animus est sollers, ad iracundiam pronus *eqs.* 6 indicia corporis -i: caput breve *eqs.* 7 -o generi (*passim, opp.* masculinum). *similia* 10. 14. 18. 51. 52 *al.* *subst., ut videtur* (*cf supra l. 28*): PHYSIOGN. 46 ubi maxime clara est masculini et -i distantia, quorum discretiones supra prosecuti sumus. *ibid.* discernes, utrum masculino an -o respondeat.

II *de* ***animalibus***: **1** *generatim*: PLIN. nat. 24, 151 contacto genitali cuiusque -i sexus *herba ari* animal in perniciem agi (27, 4). 32, 14 murenas -i . . . sexus esse. CHAR. gramm. I 17, 16 passer quamvis masculino genere proferatur, tamen etiam -um genus significat. VVLG. gen. 6, 19 bina induces . . . masculini sexus et -i. AVG. quaest. hept. 3, 7 capram vel si voluerit ovem, tamen -um pecus. *neutr. sing. subst.*: PLIN. nat. 10, 189 quaedam *animalia* nihil gignunt . . . neque est in his masculum -umve. **2** *speciatim in arte physiognomonica* (*cf. I B 2*): PHYSIOGN. 8 iuxta hanc generum divisionem etiam animalia multa discreta sunt et terrena et pennata et aquatilia et serpentina . . . lepus ad -um . . . pavus perdix pica ad -um *genus referuntur.*

III *de* ***arboribus, herbis*** *sim.*: PLIN. nat. 18, 129 genera eorum (*raporum*) Graeci duo prima fecere, masculinum -umque. 19, 75 *rapa* latiora . . . et concava -i *sexus.* 21, 112 tria genera eius (*iunci*): acuti . . . reliqua -i. PALLAD. 9, 5, 2 radices . . . -i generis putantur, quae *eqs.* AVG. civ. 7, 16 p. 294 D. Liberum et Cererem praeponunt seminibus . . . illam -is. EVSTATH. Bas. hex. 5, 7 p. 917^{C} aliud specimen *arborum* masculini fructus, aliud -i. PS. DIOSC. *subscr.* explicit liber medicinae Dioscoridis ex herbis -is.

IV *de* ***rebus naturae corporeis***: **1** *generatim*: ARNOB. nat. 1, 59 cum neque *paries et sella* sexus habeant -is generibus masculinisque discretos. LACT. inst. 2, 9, 21 alterum . . . quasi masculinum elementum est, alterum quasi -um. AVG. civ. 7, 28 p. 311 D. caelum esse, quod faciat, terram quae patiatur, et ideo illi masculinam vim tribuit *Varro*, huic -am. **2** *speciatim in astrologia* (*cf.* femina *p. 463, 56,* femineus *p. 467, 26*): FIRM. math. 2, 1, 3 masculina *signa* . . . sunt Aries, Gemini *eqs.* -a vero Taurus, Cancer *eqs.* (*i. signa numerorum imparium masculina, parium -a sunt*) *al. saepius.* 4 praef. 4 masculinas . . . ac -as partes *Lunae* (4, 23 *fuse*). *cf.* 4, 23, 1 genitura (7, 16, 1. 7, 25, 13).

V *de* ***vocabulis****, t. t. grammaticorum*: FEST. p. 153 masculina et -a vocabula dici melius est secundum Graecorum quoque consuetudinem, qui non ἀνδρικά et γυναικεῖα ea, sed ἀρσενικά dicunt et θηλυκά. GLOSS. -o genere θηλυκῷ γένει; -um θηλυκόν; -a θήλεια. **A** *adiectivum*: VARRO rust. 3, 5, 6 *merulae* nomine -o mares quoque sunt (QVINT. inst. 1, 5, 54 CHAR. gramm. I 21, 1. 3. 38, 22. 43, 25. 52, 7 PRISC. gramm. II 195, 19. 196, 16 *al. passim apud gramm.* DON. Ter. Phorm 152 AVG. civ. 7, 11 p. 289 D. MART. CAP. 3, 234. 235). PAVL. FEST. p. 8 alvus venter feminae ab alendo dicta. est enim generis -i (p. 201. 343 ARNOB. nat. 1, 59 *al.* CHAR. gramm. I 26, 25. 27, 8. 18. 28, 22. 42, 8. 44, 31 *al. passim, etiam apud alios grammaticos*; *cf.* CHAR. gramm. I 17, 11 genera nominum sunt tria . . . masculinum . . . -um . . . neutrum. 153, 11 -um est cui numero singulari casu nominativo pronomen praeponitur haec; *similia* DIOM. gramm. I 301, 4. 6 PRISC. gramm. II 141, 5 PROB. inst. gramm. IV 52, 5 DON. gramm. IV 355, 15. 375, 13 GRAMM. VII 341, 12; *de generibus pronominum vel participiorum cf.* PRISC. gramm. II 586, 4 PROB. inst. gramm. IV 131, 9. 138, 33). PAVL. FEST. p. 153 vocabula (p. 197 CHAR. gramm. I 43, 21 PROB. inst. gramm. IV 87, 22 POMPON. dig. 31,

[*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

45, 1). QVINT. inst. 1, 4, 24 positione. CHAR. gramm. I 31, 14 modo. PRISC. gramm. II 148, 17 articulos; *al.* **B** *subst.* **fēminīnum,** -ī *n.* PLIN. dub. serm. Char. gramm. I 122, 25 quam *rationem* G. Caesar ponit in -is. QVINT. inst. 1, 6, 5 funis masculinum sit an -um (CHAR. gramm. I 44, 35. 46, 6. 57, 17. 20. 67, 10. 74, 10 *al. passim*). 1, 6, 14 quamvis -a singulari nominativo us litteris finita (CHAR. gramm. I 62, 20) numquam genetivo casu 'ris' syllaba terminentur (CHAR. gramm. I 63, 8. 67, 4). CHAR. gramm. I 21, 9 efferuntur (21, 12) ... secundae declinationis (21, 18) ⟨-⟩a in us. 22, 10 *appellativa* -a in a f a c i u n t (22, 11. 24, 11. 84, 27. 30. 85, 2 PRISC. gramm. II 151, 22. 152, 1. 19. 154, 23). 23, 12 nomen masculinum proprium singulare simplex declinationis secundae ita utroque numero d e c l i n a t u r ... item -a (53, 21. 136, 15). 26, 26 as masculina tantum et -a i n v e n i e s (29, 23. 30, 11. 13. 18. 21. 87, 8. 91, 22 *al.*). *cf.* 27, 12 ax masculina tantum et -a inveniuntur (28, 27. 29, 8. 11. 20. 25. 30, 4. 6. 9. 16. 88, 5 *al. passim. cf.* 23, 34 in as tantum masculina inveniuntur hac [*secunda*] declinatione, nam quae -a [*sc. inveniuntur*] ... tertiae declinationis sunt). 32, 4 -a semper singularia. 33, 4 -a semper pluralia (*cf.* 34, 13 quae semper pluralia sunt ... si ... -a ... ita dicemus). 39, 6 -orum rationem exponemus. 39, 7 -a servant o litteram. 44, 4 omne nomen masculinum, quod per tor syllabam nominativo casu terminatur, -o per trix finietur. 44, 10 or litteris in ultimo terminata masculina ... una littera in -um accrescunt. 47, 4 quamvis ... *nomina* in ... -o in is syllabam nominativo terminentur. 51, 31 -a quae in a veniunt plus quam quinquaginta sunt. 64, 5 in -is, si quando o litteram i littera praecedit, tunc genetivus servat o litteram. 74, 15 excipiuntur ... in -is haec, quae item faciunt genetivum per is. 74, 32 -orum *formam.* 85, 2 nec *agger* -um patitur. 90, 25 transire in -a. 111, 12 nec aliud significat in masculino o mi quam in -o o mea ... in omnibus comoediis mi ad masculinum dicitur, ad -um numquam. 179, 33 in -is *vocabula* quaedam speciem participiorum habent. PRISC. gramm. II 141, 8 commune modo masculini, modo -i significationem possidet. 148, 20 quorum *vocabulorum* -a ... a genetivo figurantur. 149, 5 Trogus ... -um a flamine p r o t u l i t (152, 8. 153, 15). 158, 5 quae nullam significationis naturalis communionem habent cum -is. 196, 20 -a ... eosdem habent genetivos et dativos. 197, 12 -a in ae dipthongum supra dictos terminant casus; *al. passim.* **C** *adv.* **fēminīnē:** *t. t. grammaticorum, i. q. feminino genere*: PAVL. FEST. p. 4 invenies ... -e armentas apud Ennium positum. p. 123 metus -e d i c e b a n t (CHAR. gramm. I 31, 13. 14. 57, 24. 72, 24. 103, 13. 108, 11 POMP. gramm. V 197, 11 CAPER gramm. VII 111, 2). FEST. p. 250 amnem ... -e ... enuntiabant. CHAR. gramm. I 31, 3 quarta declinatio nominativum et genetivum in us facit ... -e, haec porticus, huius porticus. 43, 18 tertia *per ium gen. plur. declinandi causa est* cum per is productam nominativus inclusus est, ut ... -e lis. 48, 2 derivari (EXC. Bob. gramm. I 545, 32). 48, 15 audiens, pluraliter audientia, -e audientia; silens, pluraliter silentia, -e silentia. 61, 17 rete -e ... nullam capit affirmationem. 72, 30 extulit (107, 27). 86, 7 *profert* (144, 17). 112, 18 *declinatur. fort.* ARNOB. nat. 1, 59 vos ... res masculinas -e (*add. Gelenius*) et femineas masculine ... depromere.

VI *de n u m e r o p a r i* (*cf.* femineus *p. 467, 35*): MART. CAP. 7, 738 quod *heptas* ex numeris tam masculinis quam -is constet.

opp.: *ad I A*: GAIVS inst. 1, 130 virilis (2, 134 VLP. dig. 37, 5, 1, 1. 38, 17, 2, 6 PAVL. dig. 40, 12, 15), masculinus *passim.* *ad II—IV*: masculinus *passim.* *ad V*: masculinum *et* neutrum *passim.* *ad VI*: masculinus.

fēmino, -ātum, -āre [*a* femina, *cf.* effeminare. *Th.*]. *feminarum more depravare*: CIC. carm. frg. 33, 27 sic -ata virtus (*sc. Herculis*) afflicta occidit (ecfeminata *Klotz et edd.*). DIOM. gramm. I 471, 11 *in oratione* quid structum, quid diffusum ... quid -atum sit. *fort. adi.* feminatus (*a* femina) *utroque loco agnoscendum est.* *dubia notione*: CAEL. AVR. chron. 4, 9, 133 nemo ... pruriens corpus -ando correxit.

[fēminus, -a, -um *adi. fictum a* femina. VARRO ling. 9, 57 non dicitur -us, -a, -um. *corrupte p. 467, 14.*] *Bannier.*

femorālis, -e [*a* femur, *cf.* 1. feminalis. *Th.*]. *adiect. i. q. ad femur pertinens*: PS. HIER. epist. 19, 19 ille gladius -is, quo levitae ... proximos occiderunt (*cf. p. 471, 34*). 19, 22 haec voluntas -is illius vagina cultelli est. NOT. Tir. 79, 17ᵃ. *subst. neutr.* femorāle, -is *i. q. f a s c i a q u a f e m o r a i n v o l v u n t u r*: RVFIN. Orig. in lev. 9, 2 p. 510ᴬ -e indumentum est, quo pudenda corporis contegi et constringi solent. ISID. orig. 19, 22, 29 -ia appellata eo, quod femora tegant. ITALA exod. 28, 42 (Hier. epist. 29, 5. 2) fac eis -e lineum (*v. infra l. 77 et p. 464, 77 sqq.*). NON. p. 540 supparum est linteum -e usque ad talos pendens. *saepius plur.*: ITALA exod. 28, 42 (Aug. quaest. hept. 2, 122) facies eis -ia l i n e a (*v. supra l. 75.* RVFIN. Orig. in lev. 6, 6 p. 473ᶜ campestre [*sc. indumentum*] sive, ut alibi legimus, -ia linea. 9, 2 p. 510ᴮ *ter.* p. 510ᶜ. PS. AVG. serm. 58, 2 sacerdotes ... lineis -bus uterentur). IVL. VAL. 3, 17 -bus uti pellinis oportebat *adversus serpentes.* HIER. tract. in psalm. I 132 p. 248, 26 de -bus (*cf. p. 470, 5 sqq.*). VVLG. Sirach 45, 10 -ia (*περισκελῆ*) et humerale posuit ei. RVFIN. Orig. in lev. 6, 6 p. 474ᴮ doctores ecclesiae ... constrictis -bus utuntur. *ibid. bis.* 9, 2 p. 510ᶜ -ia haec, quibus pudenda conteguntur, resoluta defluant. *ibid. ne* turpitudo tua defluentibus -bus reveletur, zonā ... -ia constringantur. VICT. VIT. 1, 39 de palliis altaris ... camisias sibi et -ia faciebant. BENED. reg. 55 -ia hi, qui in via diriguntur, de vestiario accipiant. *nota fort. masc. seu fem.*: HIER. tract. in psalm. I 132 p. 249, 16 habeat -es (*sic S*, -is *G*, -ia *β et cett. codd.*), ut ... hoc cingulo mundetur *ignominia.*

syn.: feminalis.

***femur** (femen), -oris *et* feminis *n.* [*orig. inc. cf. esse c. ind.* bhasát *'nates'*, bhāmsaḥ *'pars pudenda quaedam corporis' suspicatur de Saussure, Mém. sur le système primitif des voyelles 225. Th.*]. ISID. orig. 11, 1, 106 -ora dicta quod ab ea parte a femina sexus viri discrepet. *cf. p. 473, 6.* *de declinatione*: PAVL. FEST. p. 92 femur -oris et femen -inis. MAR. VICTORIN. gramm. VI 18, 11 hoc -ur quamvis nominativo per litteram r dicamus, tamen genetivo -inis ... scribite. CHAR. gramm. I 30, 14 ⟨hoc -r -o⟩ris et -inis. 87, 2 hoc -ur huius -oris, sed frequenter huius -inis ... dictum ⟨est et⟩ pluraliter tam -ina quam -ora. MART. CAP. 3, 244 r convertitur in ... n ... *ut* -ur -inis. PRISC. gramm. II 454, 2 inaequalem habent declinationem -ur -inis. GRAMM. suppl. 42, 28 *sicut murmur* declinandum est ... -ur. 234, 17 -en -inis et -ur -oris. *variae lectiones notandae*: VERG. Aen. 10, 787 (*v. p. 471, 62*) *codd.* -ine (*at* -ore *legerunt* PRISC. gramm. II 238, 15 *et* AVSON. 359, 9 *p. 472, 28*). TIB. 1, 8, 26 (*v. p. 472, 11*) *codd.* -ori (*at* ROMAN. Char. gramm. I 130, 36 *sqq.* -ini Tibullus ..., non -ori, quasi est hoc -ur, huius -inis). *praeterea variant libri*: MANIL. 2, 463 SIL. 1, 540 PLIN. nat. 8, 26. 28, 218 PHYSIOGN. 87. *nom. et acc. sing.*: SERV. Aen. 10, 344 -ur dicimus, quia legitur et declinatur huius -oris; illius vero ablativi non invenitur nominativus '...-ine', licet C a p e r ... dicat -en; sed non ponit exemplum. ergo aut hoc -ur aut hoc -en, nam femus non dicimus penitus. GLOSS. IV 238, 32 -or dupliciter dicitur (*vel* effertur), ab eo quod est -or (*leg.* -oris *sim.?*) -or facit, et ab eo quod est ab hoc -ine facit -en et declinatur quomodo carmen. *leguntur formae*: femur: *v. p. 471, 11 sqq. 472, 41. 68 sqq. 473, 10. 13.* f e m o r (*cf.* QVINT. inst. 1, 6, 22 iecur ... et -ur controversiam fecere *sc. an per* o *pronuntianda essent.* PHOC. gramm. V 416, 10 *et* PS. PRISC. gramm. III 524, 2 *inter neutralia in* or *syllabam*): OV. am. 3, 14. 22 *P.* HIER. epist. 65, 10, 1. 2. 4. 65, 13, 6. 65, 14, 6 IDIOM. gen. gramm. IV 580, 7 GLOSS. II 543, 55. IV 238, 32 NOT. Tir. 79, 17. *v. etiam supra l. 31.* f e m u s (*cf. supra l. 30 et* PROB. inst. gramm. IV 130, 16 *sqq.* declinatio -inis: generis neutri numeri singularis hoc -us *eqs.* .... declinatio -oris: generis neutri numeri singularis hoc -ur *eqs.*): APVL. met. 8, 5. 31 *bis.* EPIT. Alex. 75 (remus *cod.*, -ur *ed.*) CHIRON 875 TAB. devot. Audollent 135 A 3 GLOSS. II 371, 12. 502, 12. III 468, 77. 477, 1 (fimus) NOT. Tir. 79, 16. f e m e n (*cf.* ROMAN. Char. gramm. I 131, 2 -en enim nominativo ut semen necdum legimus a veteribus assertum. SERV. Aen. 10, 788 a -ine ... secundum Caprum [*cf. supra l. 28 sq.*] erit nominativus hoc -en, licet nusquam lectum sit, ut etiam ipse commemorat. PRISC. gramm. II 238, 15 dicitur ... et hoc -en -inis, cuius nominativus raro in usu est. *v. etiam supra l. 14*): AMPEL. 30, 2 GRAMM. suppl. 234, 17 GLOSS. IV 342, 6. *casus praeter nom. et acc. sing. usque ad* SVET. *saepius formantur a* femin-, *praesertim in numero plurali, qui a* femor- *derivatus raro legitur. cf. hanc tabulam* (*locos, quos supra attuli, hic non numeravi*):

	femor-		femin-			femor-		femin-	
	sing.	*plur.*	*sing.*	*plur.*		*sing.*	*plur.*	*sing.*	*plur.*
PLAVT.	—	—	1	2		5	1	5	15
SCIP. min.	—	—	—	1	SEN. rhet.	—	—	—	1
RHET. Her.	—	—	1	—	VAL. MAX.	—	—	1	—
CIC.	1	—	—	2	CELS.	10	2	1	14
CAEL.	—	—	—	1	CVRT.	—	—	2	1
LVCR.	—	—	—	1	COLVM.	—	—	—	6
CAES.	—	—	1	—	MELA	1	—	—	—
VARRO	—	—	—	2	LVCAN.	—	1	—	—
LIV.	—	—	1	1	PETRON.	1	—	—	1
OV.	4	1	—	—	TEST. porcelli	—	1	—	—
MANIL.	—	—	—	1	PLIN. nat.	—	—	5	19
VITR.	—	—	—	3	QVINT.	—	—	1	—
PAVL. FEST.	—	—	1	1	SVET.	2	—	—	2
	5	1	5	15		19	5	15	59

idem casus post SVET. *multo saepius a* femor- *derivantur; habui exempla* (*praeter grammaticorum sim.*): femor-: *sing. 32, plur. 49.* femen-: *sing. 6, plur. 18.* *de vocali secundae syllabae*: PRISC. gramm. II 238, 9 quae *neutra* pro u o correptam habent per obliquos casus ut ... -ur, -oris. *legitur* f e m e n a: TAB. devot. Minturn. (Corp. X 8249) 11. *legitur* fĕmine: CYPR. GALL. gen. 1037. *d e n o t i o n e*: PROB. app. gramm. IV 203, 16 feminam hominem significat, -ina autem -ora esse demonstrat (ISID. diff. 1, 261 feminam de homine, -ina -ora sunt. GLOSS. -ina: -ora). GRAMM. suppl. 234, 17 -en -inis et -ur -oris partes ... corporis, i. inter coxalia quibus equis insidemus (*cf. p. 471, 5*). GLOSS. IV 237, 37 quod super geniculum est. IDIOM. gramm. IV 580, 7 [*Wulff*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

μηρός. GLOSS. μηρός: II 579,57 coxa. -ora: μηροί. III 601,28 coxas. [III 394,77 *leg.* μηροί: ⟨-ora. ἀγκύλαι⟩ poplites.] *in LXX ubique fere respondet vocabulum μηρός.* -ina *et* -ora *inter se differre, quod usu non probatur, vult* ISID. orig. 11,1,106 -ora ... sunt ... ab inguinibus usque ad genua, -ina autem per derivationem -orum partes sunt, quibus in equitando tergis equorum adhaeremus. unde et proeliatores olim sub -inibus equos amisisse dicebantur (diff. 2, 70. *cf. infra l. 61*). *legitur inde a* PLAVTO. [*dub.* NOVIVS Atell. 41.]

1 *proprie i. q. membrorum posteriorum (et hominum et animalium) pars superior, quae inter coxam et genu porrigitur:*

a *de hominibus: nom. et acc. sing.*: PLAVT. Mil. 204 rationem computat, ferit -r dexterum. Truc. 601 dentibus frendit, icit -r (*cf.* QVINT. inst. 2,12,10 -r ... caedere mire ad pullatum circulum facit. 11,3,123 -r ferire ... indignantes decet. HIER. in Ier. 31,18/19 p. 1066 plorantis indicium est, ut -r manu percutiat. *sim.* CIC. or. frg. A VI 4 frons non percussa, non -r. OV. met. 11,81 conata -r maerenti plangore dextra. SEN. dial. 3,19,4 -r pectusque percutere. VVLG. Ezech. 21,12 plaude super -r). CATVLL. 69,2 tibi femina nulla ... velit tenerum supposuisse -r (*cf.* PRIAP. 83 [Tib. 2] 25 apprimetve lucidum -r *puella*. OV. am. 2,4,22 culpantis cupiam sustinuisse -r. *v. etiam infra l. 26*). CAES. Gall. 5,35,6 utrumque -r tragula traicitur (HIRT. Gall. 8,48,5 medium -r eius traicit. VAL. MAX. 3,2,23 tragula -r traiectus). VERG. Aen. 10,343 -r perstrinxit Achatae (CVRT. 3,11,10). 10,856 attollit in aegrum se -r. 12,926 *hasta* per medium ... transit -r. HOR. epod. 8,9 -r tumentibus exile suris additum. sat. 1,2,81 tenerum est -r (*cf. l. 19*). OV. am. 1,5,22 quam iuvenale -r (ars 3,781). met. 5,143 per utrumque ... fraxinus acta -r. 8,371 *Eurytidae* rostro -r hausit *sus* (*cf.* FVLG. myth. praef. p. 11,3). LIV. 4,28,8 prope affixum equo -r. 9,10,10. 21,7,10 adversum -r tragula ... ictus. 24,42,2 -r tragula confixum erat (AMM. 18,8,11). VELL. 2,43,2 alligassetque pugionem ad -r (ASCON. Mil. p. 34,15 St. *ferrum* habere ad -r alligatum. ITALA [Tert. adv. Marc. 3,7 p. 387,10. 3,14 p. 398,32 Hier. epist. 65,14,6; *sim.* Tert. adv. Marc. 5,18 p. 639,19 Firm. err. 23,2] *et* VVLG. psalm. 44,4 accingere ferrum [ensem] super -r tuum. HIER. epist. 65,13,6. VVLG. exod. 32,27 ponat vir gladium super -r suum. cant. 3,8). CELS. 8,20 complicari -r potest. ASCON. Mil. p. 34,15 St. -r nudaret. PLIN. nat. 28,61 *circumligari* -r medium (PHYSIOGN. 59 intra medium -r desinunt manus). SIL. 4,179. 5,540 HOMER. 757. STAT. Theb. 11,509 equitis -r inter equique ilia. IVV. 6,423 summum dominae -r exclamare coegit *aliptes*. 13,151 *sacrilegus* radat inaurati -r Herculis. IVST. 1,9,8. FIRM. math. 8,21,13 a vipera percussi pedem vel -r perdent. AVIEN. Arat. 267 *Bootis sideris* (632). AMM. 22,16,21 Pythagoras -r suum aureum ... monstrabat. VVLG. gen. 24,2 pone manum tuam super -r meum, ut adiurem te *eqs.* (*cf. infra l. 83*). Ezech. 24,4 -r et armum. CLAVD. 24,228 Baccho ... paternum iam pulsante -r (*cf. infra l. 58*). AVG. quaest. hept. 7,55 (*bis*) quis habet tibiam super -r ...? PHYSIOGN. 87 -r cum nimia carne circumdatum est, femininum potius videri. SIDON. epist. 1,2,3 corneum. IORD. Get. 9,60. *ceteri casus*: **-inis** *etc.*: PLAVT. Mil. 203 nixus laevo in -e habet laevam manum. Poen. 570 deciderint vobis -a in talos velim. SCIP. min. or. frg. Gell. 6,12,5 qui barba vulsa, -busque subvulsis ambulet. RHET. Her. 3,15,27 -is plangore et capitis ictu (CIC. Tusc. 3,62 genera lugendi ... -um, capitis percussiones. *v. supra l. 12*). CIC. nat. deor. 1,99 *tuus deus* redundat ... -bus. CAES. Gall. 7,73,6 stipites -is crassitudine. TAB. devot. Hopkins (Fox, Am. Journ. Phil. 33 [1912] Suppl. [*a. 75—40 a. Chr.*]) p. 17,35 anum, ⟨fem⟩ina, genua. p. 20,33. CVRT. 8,10,12 Iovis -e Liberum patrem esse celatum (PLIN. nat. 6,79 Iovis -e editum. SOL. 52,16 MART. CAP. 6,695. *cf.* AVG. civ. 7,11 *et l. 46. p. 472, 6*). CAEL. or. frg. Paul. Fest. p. 182 equusque mihi sub -bus occisus erat (SVET. Tit. 4,3 *equo* sub -bus amisso. *cf. supra l. 7*). LVCR. 4,828 fastigia posse ... -um ... plicari. VERG. Aen. 10,787 *ensem* eripit a -e (*v. p. 470, 22 et cf. p. 472, 28*). LIV. 22,51,7 succisis -bus poplitibusque (PAVL. FEST. p. 304 ⟨sup⟩pernati dic⟨untur quibus femi⟩na sunt succisa). 30,18,13 -e transfixo. MANIL. 4,708. VITR. 9,3,3 *Sagittarii sideris* (*cf.* HYG. astr. 3,6 p. 83,12. 3,9 p. 85,1. 3,11 p. 86,1. 2. *gr. ubique μηρός*). SEN. contr. 10,4,2 -a contudit. VAL. MAX. 3,2,23 -e saucio. CELS. 5,26,13 cum vulva percussa est, dolor in ... -bus est. 5,26,28. 6,6,8. 6,7,27 (*bis*) extentis iacere -bus et cruribus. 7,29 -bus eius ipsius (*sc. mulieris*) ilia comprimantur). *ibid.* compressis in unum -bus (*cf.* APVL. met. 11,14 compressis in artum -bus). 7,30,3 *bis*. 8,1 *-um* capita rotundiora etiam quam umerorum sunt. 8,7. 8,10,1. 2. 8,14. CVRT. 3,12,2 cutis in -e perstricta. 6,1,4 hasta -e perfossa. PETRON. 138,2 PLIN. nat. 21,123. 24,27. 28,21. 217. 218 -a (-ora *RV*) atteri adurique equitatu. 30,62. SIL. 1,510 *lancea* -e (-ure *L*, -ore *OV*) adverso ... sedit. QVINT. inst. 6,3,100. SVET. Tib. 44,1 natanti sibi inter -a versarentur *pueri*. APVL. met. 10,24 titione candenti inter media -a *puellae* detruso. Plat. 1,16 opimae sunt partes, quas labor subigit, ut -a. TERT. anim. 34 p. 359,19. ITALA cant. 7,1 (Apon. 10 p. 193). LACT. opif. 7,4. 13,4. AVSON. 393,47 teretes -um gyros. VVLG. deut. 28,57 (*de partu*) quae egrediuntur de medio -um *mulieris*. SVLP. SEV. chron. 1,7,4 contacto domini -e sacramentum dedit (*cf. l. 44*). 1,9,7 latitudo -is Iacob obtorpuit (*cf.* CYPR. GALL. gen. 1037 *et v. p. 472, 33*). PHYSIOGN. 87 hispida nimium sunt -a (-ora *A*) et crura. 88 parva. 92 pleniora. *nota, fort. i. q. inguen* (*cf. infra l. 59*): CELS. 5,26,3 quodcumque *vulnus* in alis vel -bus vel inanibus locis *est*. PLIN. nat. 22,72 alarum ... et -um vitia. **-oris** *etc.*: VARRO frg. Aug. civ. 6,5 deus alius ex capite, alius ex -e sit *natus* (*cf.* OV. met. 3,312 *Bacchus* insuitur -i *Iovis*. MELA 3,66 *Liberum* -i Iovis insitum. AVIEN. orb. terr. 1117 RVFIN. symb. 11. *v. etiam p. 471, 58*). CIC. Verr. 6,93 in -e *signi* ... nomen Myronis erat inscriptum (*cf.* APVL. apol. 54 votum in alicuius statuae -e signasti. ITALA [Firm. err. 20,4] *et* VVLG. Dan. 2,32 *statuae* venter et -a aerea [ex aere]). TIB. 1,8,26 -i conseruisse -r (*v. p. 470, 23 et cf.* OV. am. 1,4,43 nec -i *viri* committe -r nec crure cohaere. 3,7,10 lascivum -i supposuitque -r *puella*. 3,14,22 -i impositum sustinuisse -r. VVLG. Sirach 47,21 inclinasti -a tua mulieribus [τὰς λαγόνας σου]). OV. met. 14,64 CELS. 4,11. 8,1 *patella* magis ad os -is tendens (PHYSIOGN. 68 quibus *ossibus* ... ossa -um impressa sunt). 8,1 -is inferiore capite (8,10,5. ISID. orig. 11,1,107 in eis *coxis* capita -um moventur. *cf. p. 471, 72*). 8,10,1. 5. 7 (*bis*) musculi -is (LVCAN. 9,771 -um ... musculus omnis liquitur). 8,20 *bis*. 21. 25. PETRON. 23,3 (vers.) convolate planta -e⟨que⟩ facili. SVET. Iul. 68,4 transfixus -e (OROS. hist. 4,10,11 transfixo -e). Aug. 80. ITALA gen. 50,22 (Aug. quaest. hept. 1,173) filii Manasse nati sunt super -a Ioseph (μηρῶν, VVLG. in genibus). deut. 28,57 (Lugd.) quod exierit per -a eius (*v. p. 471, 82*). IREN. 1,14,3. 2,24,4. ARNOB. nat. 6,25 semitectis -bus Diana. IVST. 9,3,2 in -e vulneratus. 15,4,9 FIRM. math. 2,24. 8,24,6. AVIEN. Arat. 568 *Persei sideris* (SCHOL. Germ. Sang. p. 48. *cf.* SCHOL. Germ. Bas. p. 61,14 [μηροῦ; SCHOL. Sang. coxa] SCHOL. Germ. Sang. p. 128 in singulis -bus). AVSON. 108,8. 128,5. 359,9 *penem* eripit e -e (*v. p. 471, 63*). AMM. 17,4,4 *pugionem* aptatum -i dextro gerebat (VVLG. iud. 3,16. 21 tulit sicam de dextro -e suo. *cf. p. 471, 31*). 31,2,3 SCHOL. Verg. Veron. Aen. 5,496. HIER. epist. 22,8,4 nudatio -um subsecuta est. 64,10,1 -a revelaverint. VVLG. gen. 32,32 qui *nervus* emarcuit in -e Iacob. exod. 28,42 carnem turpitudinis tuae a renibus usque ad -a. CLAVD. carm. min. 53,80 (*de gigantibus*) -um qua fine duplex semiferis conectitur ilibus anguis. AVG. civ. 16,33 bon. coniug. 19,22 PHYSIOGN. 69. 73 capillosa. 122 siccioribus. THEOD. PRISC. eup. faen. 14 si *fluxus sanguinis narium* in feminis, -ora ligaverunt. EPIT. Alex. 77 saucius fit -e dextro (ORIGO Const. 5,24 leviter -e sauciatus). CAEL. AVR. chron. 2,13,186. ISID. orig. 11,1,107 ipsis *coxis* ... -a moventur. 11,1,108 genua sunt commissiones -um et crurum.

b *de bestiis: nom. et acc. sing.*: PLAVT. Mil. 27 *elephanto* (*cf. l. 51*) *praefregisti* -r. MART. 2,37,5 pulli. 6,75,2 leporis. APVL. met. 8,31 cervi pinguissimi -us. *ibid.* -usque eius *asini*. *ceteri casus*: **-inis** *etc.*: PLAVT. Asin. 340 quibus *asinis* subtritae ad -a iam erant ungulae (APVL. met. 8,25). VARRO rust. 2,9,4 (*de canibus*) a -bus summis corpore suppresso. 3,9,5 *gallos* -bus pilosis (COLVM. 8,2,10 *gallinaceorum* vasta -a et frequenter horrentibus plumis hirta). PAVL. FEST. p. 114 qui *boves* in -e ... album habent (COLVM. 6,2,6 *bis*. 6,38,3). COLVM. 6,29,3 *pulli equini* -bus torosis ac numerosis (*cf. infra l. 64*). 6,37,6 *equus* -bus lacertosis. PLIN. nat. 8,26 in sinistro -e (-ore *vel* -ere *al.*) *elephanti* (*cf. l. 41*). 11,21 *apes* prioribus pedibus -a onerant *floribus*. 11,103 *locustas* -bus serrarum usum praebere (11,267 locustas pinnarum et -um attritu sonare). 11,217 *leonis*. 28,116 *chamaeleonis*. 28,210 -um haedi cinis (28,240. 243). 28,239 vitulorum (MISC. Tir. p. 58,3 -um vituli ... cinerem). 30,55 pecudum (30,119). 30,113 cinere ex ossibus -um agninorum. 30,118 cinis -um arietis. AMPEL. 30,1 Apin in -e vulneravit. CHIRON 486 -a et testes bene sudent. 512. HYG. fab. 177 p. 31,7 *Vrsae sideris*. *nota fere i. q. inguina* (*cf. supra l. 2*): PLIN. nat. 11,233 nec aliubi quam in -bus *habent mammas*. 11,234 nulli in -bus *mammae sunt* digitos habentium. 29,35 sudor -um et alarum. **-oris** *etc.*: TEST. porcelli p. 242,7 isiciariis -a *donabo*. APVL. met. 7,23 dissitis -bus emasculare *asinum*. AMM. 22,15,23 *hippopotamus* -a convolvit et crura. PELAGON. 2 *equus* -bus torosis ac numerosis (*cf. supra l. 50*). CHIRON 142 *venas* dirigentes a collo usque ad -a. 439 venae inter -a viscerales. 486 sanguinem de utrisque -bus mittito. SCHOL. Germ. Bas. p. 95,14 *Canis sideris* (ἰσχίον, HYG. astr. lumbo).

c *metonymice i. q. inguina, membra genitalia: nom. et acc. sing.*: HIER. epist. 65,10,2 -or significet opera nuptiarum. VVLG. num. 5,21 (*de femina polluta*) putrescere faciat -r tuum et tumens uterus tuus disrumpatur. 5,22. 27. Iudith 9,2 denudaverunt -r virginis in confusionem. Ier. 13,26. ORIG. in Matth. 18,32 p. 1642C quae *nativitas carnalis* appellata est mysterialiter -r. *ceteri casus*: [-inis: CYPR. testim. 1,8 *v. p. 458, 3 sqq.*] **-oris** *etc.*: ITALA gen. 49,10 (Cypr. testim. 1,21 Aug. c. Faust. 12,42 Hier. epist. 65,10,3 *saepius*) non deficiet (deerit) ... dux (princeps) de -bus (μηρῶν, VVLG. -e) eius (*i. Iuda. cf.* HEGES. praef. RVFIN. apol. Orig 5 p. 574 ARNOB. in psalm. 131). VVLG. gen. 46,26 egressae sunt *ex Aegypto* de -e illius (*Iacob*) ... sexaginta sex (exod. 1,5. *cf.* HIER. epist. 22,11,3 VVLG. iud. 8,30. RVFIN. hist. 1,6,8 qui de Iudae -bus descendebant. AVG. quaest. hept. 1,150 tot animas exisse de -bus Iacob. HESYCH. in lev. 1,3 p. 815A per -a seminis derivationem seu descensionem significans). PELAG. in Eph. 6 p. 840A ad -um ... libidinem coercendam. RVFIN. Orig. in gen. 17,6 p. 259A humani seminis indicium

[*Wulff*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

solet in -um appellatione figuraliter dici. Ps. RVFIN. in psalm. 44, 4 p. 821^C in -bus generationis est locus. CASSIOD. hist. 10, 33 p. 1186^D in eius (*viri*) -r, unde humana origo descendit. ISID. orig. 9, 5, 12 familia ... a -e. -e enim genus et stirps ostenditur (*cf.* 9, 4, 3 familia est liberi ex legibus suscepti, a -e). 11, 2, 24 femina ... a partibus -um dicta, ubi sexus species a viro distinguitur. *de bestiis*: PASS. Theclae 35 p. 98, 25 -bus eorum (*taurorum*) ignita ferramenta supposuerunt (*syn.* ilia, vires). *adde*: AVG. civ. 16, 39 -is latitudo generis multitudo est.

2 *translate*: **a** -r bubulum appellatur herba: PLIN. nat. 27, 81. 1, 27, 56. **b** *t. t. in architectura i. q. spatium quod inter canaliculos triglyphorum intercedit*: VITR. 4, 3, 5 regula una in medio *triglypho* deformetur -r, quod graece μηρός dicitur. *ibid.* dextra ac sinistra altera -ina constituantur.

deriv.: feminalis. femoralis. *Wulff.*

fēnārius *v.* faen-.

fendicae, -ārum *f.* [*orig. inc. Th.*]. ARNOB. nat. 7, 24 (*in catalogo prosiciarum*) -as. ⟨quae⟩ et ipsae sunt hirae (dirae *cod.*), quas plebis oratio hillas (illa *cod.*) solet, cum eloquitur, nuncupare. *cf.* hira.

(**fendo**), -sus, (-ere) [*v. sub* de- of-fendo, infensus. *Th.*]: PRISC. gramm. II 435, 4 nunc in usu simplex non est, quomodo nec '-o' nec 'spicio' *eqs.* 562, 10 offendo quasi a verbo '-o' componitur, quod non est lectum. *part. perf. pro adi.* **fēnsus** iratus GLOSS. IV 411, 32. V 600, 21 (*cf. Loewe, Gl. nom. p. 195*). *D.*

fenea [*vocabulum goticum; cf. Gundermann, Z. f. deutsche Wortforsch. 8, 115 sq. Th.*]. ANTHIM. 64 nos graece dicimus alfita, latine vero polentam, Gothi vero barbarice -a.

fēnebris, -e [*a* fenus. *Th.*]. *cf.* PAVL. FEST. p. 86 fenus et ... lex de credita pecunia -is a fetu dicta. p. 94 nummorum fetus fenus est vocatum et de ea re leges -es. NOT. Tir. 41, 51. 55 faenus ... -is. *codd. et* fae- *et* fe- *traditur sine certa, ut videtur, ratione, sed* GLOSS. Plac. V 23, 10 faenebris cum a (*sc. dicimus*). *i. q. ad usuras, fenerationem pertinens, usuras fenore efficiens*: GLOSS. δανειστικός. usuras accipiens. LIV. 7, 21, 5 -em ... rem ... levare. 9, 34, 4 leges (35, 7, 2 -bus legibus constricta avaritia. PAVL. FEST. p. 86. 94). SVET. Cal. 41, 1 praebita advenientibus pecunia -is (PAPIN. dig. 22, 1, 9 pr. pecuniae -is intra diem certum debito non soluto dupli stipulatum in altero tanto supra modum legitimae usurae ... non tenere. PAVL. dig. 12, 1, 34 praesidis provinciae officiales ... pecuniam ... -em exercere possunt [sent. 2, 1 a *et* b *additur* praeses provinciae mutuam pecuniam -em sumere non prohibetur]. AMBR. Tob. 12, 42 pecunia -is a die initae conventionis crescentibus serpit usuris. 13, 43 pecunia -is vix plantata iam pullulat. *ibid.* pecunia -is hodie seminatur, cras fructificat. COD. Iust. 4, 29, 13. 4, 32, 20 INST. Iust. 4, 7, 5^a GLOSS. V 662, 2). TAC. ann. 6, 16 vetus urbi -e malum. AMBR. Tob. 10, 36 personat funebrem ululatum -is usura (*cum lusu verborum*).

fēnerārios et cellaritas, qui ad urbem Romam vel ad mansionem pertinent Ravennatem CASSIOD. var. 10, 28, 1 (*praeced.* arcarios, prorogatores tritici, vini et casei, macellarios, ...). *quod officium significetur, dubium est, sed cf.* fenerator *I B.*

fēnerātīcius, -a, -um [*a* fenerare, feneratus. *Th.*]. *ad fenus spectans*: GLOSS. δανειστικός. -a δανειακή. *adiectivum*: COD. Iust. 4, 30, 14, 2 -a cautione apud creditorem manente (4, 30, 16 -iis vel aliis cautionibus. *ibid.* tam in -iis cautionibus quam in aliis instrumentis. 5, 14, 11 pr. si mulier marito suo nomina, id est -as cautiones, quae extra dotem sunt dederit. 5, 37, 25, 2 ex -a ... cautione ... solutionem facere. 8, 37, 14 pr. NOVELL. Iust. 138 -as cautiones recuperari. IVLIAN. epit. novell. 118, 6). COD. Iust. 4, 30, 14, 2 redhibitionem instrumenti -ii. NOVELL. Iust. 34 praef. quosdam ... ad quosdam -os fecisse contractus. app. 8 -iis pecuniis reddendis (GLOSS. IV 15, 2. V 264, 23. 345, 1 *et* GLOSS. Verg. ed. Hagen A 290 p. 461 alienum aes pecunia -a). *subst., ut videtur*, GLOSS. II 579, 54 -us fenerator.

fēnerātio, -ōnis *f. a* fenerari (fenerare). *de scriptione* fae- *vel* fe- *codd. sibi non constant.* *i. q. actio rei cum fenore vel quaestu collocandae, hic illic cum nota nimii fenoris.* GLOSS. danus fenerator vel -o. AVG. loc. hept. 5, 34 p. 607 -em scriptura dicit mutuo datam pecuniam, etiamsi usurae non accipiantur. *nota*: AMBR. in psalm. 36, 62 duplex est -o: una pecuniae, altera gratiae. *plur. p. 474, 1, cf. infra l. 83.* GLOSS. δάνειον: **1** *proprie*: CATO tit. orat. Fest. p. 234 de -e legis Iuniae *vel* Non. p. 64, 21 dissuasione de -e. CIC. Verr. 3, 170 *Carpinatius* pecunias iis, qui ... aliquid mercabantur faenori dabat. ea autem -o erat eiusmodi, ... ut ... is quaestus huic (*Verri*) cederet. 3, 187 Carpinati ... cum ... praetore societas ac -o. 4, 168 (*c. gen. obiect.*) quo alio nomine (*sc. quam furti*) pecuniae publicae -o est appellanda? 4, 170. Flacc. 56 pecunia ... ab honoribus translata est in quaestum et -em. COLVM. 1 praef. 8 an -o probabilior sit (*sc. quam agricultura*) etiam his invisa, quibus succurrere videtur? FIRM. math. 3, 7, 3 rationibus ... facit *Mercurius* praepositos aut conductionum aut instrumentorum aut .... aut mensurarum et -is (-is *Sittl*, -um is *codd.*, *fort.* -um *recte*) negotia tractantes. AMBR. Tob. 8, 32 quod -o praevaricationis materia iudicata sit. MART. CAP. 6, 696 -es (funerationes *cod. Bern.*) neglegunt *Indi.* **2** *translate de quolibet beneficio* (*c. gen. rei l. 6 et 8*): CIC. fin. 2, 117 nec ... cum tua causa commodes, beneficium illud habendum est, sed -o. SEN. benef. 1, 2, 3 turpis -o est beneficium expensum ferre. LACT. inst. 6, 12, 2 si ab homine expectes, *ut recipias beneficium*, iam non humanitas erit illa, sed beneficii -o. LVCIF. moriend. 3 p. 289 siquidem nec mors sanctis ... martyribus ... illata mors sit nec iactura neque damnum, sed fidei -o. GREG. TVR. vit. patr. 1 pr. incipiens retributionis dominus, quae commodavit, inquerere cum usuris, receptis -is suae duplici satisfactione talentis (*spectat ad Matth. 25, 19 sq.*).

fēnerātō *adv. v.* fenero(r) *p. 478, 11.*

*****fēnerātor**, -ōris *m. a* fenerari (fenerare). *de etymologia*: VARRO frg. Gell. 16, 12, 1 -r a faenore est nominatus. PAVL. FEST. p. 86 -es et lex ... fenebris a fetu dicta. PRISC. gramm. II 273, 16 antiqui feneris dixerunt, unde ... -r. VEL. gramm. VII 72, 22 quaeritur faenoris an faeneris dicamus, quoniam nomen inde tractum dicimus -em. ISID. orig. 10, 96 -r, qui pecuniam deponit apud debitorem, quasi fenoris actor. GRAMM. suppl. 118, 19. NOT. Tir. 41, 51—53 faenus faenerat -r. *sed* CLOAT. VER. Gell. 16, 12, 5 -r ... appellatus est quasi φαινεράτωρ, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἐπὶ τὸ χρηστότερον. *de scriptione*: GELL. 16, 12, 8 M. Varro M. Catonem et ceteros aetatis eius -em sine a littera pronuntiasse tradit. *codd. et* fae- *et* fe- *et* foe- *exhibent.*

is qui pecuniam usuris (saepius nimiis usuris) collocat (*cf. synon. et epith. p. 475, 35 et 45*): PAVL. FEST. p. 68 danistae -es. HIER. in Is. 3, 12 p. 57 δανειστάς, id est -es. GLOSS. δανειστής. -es δανειστάς. *cf.* GLOSS. danus -r. -r vel feneratio. AVG. in psalm. 36 serm. 3, 6 si plus quam dedisti expectas accipere, -r es et in hoc improbandus, non laudandus.

I *proprie*: **A** *de eo qui suas pecunias mutuas dat*: **1** *absolute*: CAECIL. tit. fab. Non. p. 150. 543. CATO agr. 1, 1 maiores nostri sic habuerunt ... furem dupli condemnari, -em quadrupli. quanto peiorem civem existimarint -em quam furem, hinc licet existimare. VARRO Men. 37 avarus -r spe lucri rem scriptione duplicarat. CIC. Verr. 4, 167 impudentiam -is ... cognoscite (SCHOL. Hor. 1, 6, 121). Sest. 18 -um gregibus inflatus ... in tribunatus portum perfugerat. off. 1, 150 qui *quaestus* in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut -um. Att. 5, 21, 12 venit in mentem -bus nihil se iuvare ... senatus consultum. 6, 1, 6. 7, 7, 5. epist. 5, 6, 2 nec putant ei nummos deesse posse, qui ex obsidione -es exemerit. CAEL. Cic. epist. 8, 17, 2. SALL. Catil. 33, 1 violentia atque crudelitate (LIV. 6, 14, 3. *cf. infra l. 49*) -um plerique patria sede ... expertes sumus. *ibid.* saevitia -um. HOR. epod. 2, 67 haec ubi locutus -r Alfius (COLVM. 1, 7, 2), omnem redegit Idibus pecuniam, quaerit Kalendis ponere. LIV. 2, 31, 7 tanta cum gratia tum arte praeparaverant -es, quae non modo plebem, sed ipsum etiam dictatorem frustrarentur. 6, 15, 8 dictatorem profiteri patrocinium -um adversus plebem. 7, 28, 9 iudicia ... tristia in -es facta (35, 41, 9), quibus ab aedilibus dicta dies esset (10, 23, 11). 8, 28, 1 ob ... -is simul libidinem simul crudelitatem (8, 28, 5). 32, 27, 4 fugatique ex insula -es (*cf.* SEN. epist. 81, 2 -em non fugat a foro decoctor). VITR. 1, 2, 9. 6, 5, 2 SEN. contr. 9, 1, 12. suas. 7, 5 *Antonio* pecunias crediderunt -es. SEN. dial. 2, 6, 7 -es perdiderunt tabellas, quibus avaritia ... divitias imaginatur. 5, 33, 3. benef. 2, 17, 7 male audire solet -r, si acerbe exigit, aeque, si in recipiendo tardus ac difficilis moras quaerit. 2, 21, 2 loco numerabo ... -is, cui sciam reddendum, quod accepi. 3, 15, 4 qui dat beneficia, deos imitatur, qui repetit, -es. 5, 21, 3 -r quosdam debitores non appellat (rem. fort. 3, 2), quos scit decoxisse. 6, 40, 2 quasi cum acerbo -e signare rationem parem. epist. 118, 2 quam durus sit -r Caecilius, a quo minoris centesimis propinqui nummum movere non possint. COLVM. 3, 3, 9. PLIN. nat. 33, 19 *Flavius* ex multaticia -bus condemnatis aediculam aeream fecit. MART. 2, 44, 3 QVINT. inst. 7, 1, 20 Ps. QVINT. decl. 3, 17 TAC. ann. 6, 17. SVET. Tib. 48, 1 cum *Tiberius* per senatus consultum sanxisset, ut -es duas patrimonii partes in solo collocarent, debitores totidem aeris alieni statim solverent. Nero 30 Vit. 14, 2. Vesp. 11 auctor senatui fuit decernendi *Vespasianus* ... ne ... filiorum familiarum -bus exigendi crediti ius umquam esset. FLOR. epit. 1, 23, 1 impotentiam -um (AMPEL. 25, 1). ARGVM. Plaut. Most. 6 intervenit lucripeta fenus -r postulans. GAIVS inst. 4, 23 lex Marcia adversus -es, ut si usuras exegissent, de his reddendis per manus iniectionem cum eis ageretur. VLP. dig. 4, 2, 23, 2 si -r inciviliter custodiendo athletam et a certaminibus prohibendo cavere compulerit ultra quantitatem debitae pecuniae. 33, 7, 12, 43. PAVL. dig. 22, 2, 6 pr. -r pecuniam usuris maritimis mutuam dando quasdam merces in nave pignori accepit, ex quibus si non potuisset totum debitum exsolvi, aliarum mercium aliis navibus impositarum propriisque -bus obligatarum si quid superfuisset, pignori accepit. TERT. pudic. 22 ITALA prov. 29, 13 (Ambr. Tob. 7, 25) PORPH. Hor. sat. 1, 3, 86. 2, 3, 69. LAMPR. Alex. 26, 2 usuras -um contraxit *Alexander.* FIRM. math. 3, 7, 4 *Mercurius* faciet -es, negotiatores aut qui alienarum curam rerum procurationemque sustineant (7, 26, 10). 8, 19, 7 -r de mensis publicis colligens magna divitiarum subsidia. 8, 24, 2. 8, 28, 4. 8, 29, 14 ZENO 1, 9, 4. AVSON. 335, 1 ut avidus -r improbum nummum malui occupare quam condere. QVEROL. p. 18, 18

[*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

SCHOL. Hor. sat. 1, 3, 86 (*bis*). 1, 6, 121 (*ter*). ars 327. AMBR. Tob. *passim, ut* 3, 10 ubi usurarum mentio facta fuerit aut pignoris . . . -r arrisit. 5, 19 mane -r pulsat ad ianuas, queritur dies solutionis transisse praescriptos, iniuriis vigilantem adoritur. 6, 23. 12, 40. 13, 43 VVLG. psalm. 108, 11 Sirach 29, 35 Is. 24, 2 Luc. 7, 41 AVG. serm. ed. Mai 97, 2. 14 SIDON. epist. 4, 24, 1 FAVST. REI. epist. 10 p. 216 ANIAN. Chrysost. hom. 5, 5 COD. Iust. 7, 71, 8, 3. 8, 33, 3, 1 si nulla pactio intervenit, licentia dabitur -i ex denuntiatione vel ex sententia iudiciali post biennium . . . *rem pignoratam* vendere. 8, 33, 3, 4^{b} PALLAD. hist. mon. I 24 p. 306$^{C.\,D}$. **2** *c. gen. rei*: VAL. MAX. 4, 8, 3 nummorum suorum, non civilis sanguinis esse -em. AMBR. Tob. 9, 33 *pecuniae* (exc. Sat. 1, 3). **3** *c. pron. poss.*: AMBR. hex. 3, 8, 35 homines saepe . . . ipsa -em suum sorte defraudant. HEGES. 2, 10, 5 quo *debitores* -bus suis inopes insolentius insurgerent. FAVST. REI. epist. 6 p. 196, 6 cum -es nostri sitis.

B *fere i. q. dispensator, procurator rei familiaris*: AMBR. fug. saec. 4, 18 virtutum culmina, quas pro praemiis bono -i alibi dispensat (*spectat ad Luc. 19, 17 sqq., ubi* VVLG. servus).

II ***translate*** *in locutionibus metaphoricis*: **A** *absolute*: AMBR. Iac. 2, 5, 23 tibi cavendus est -r, qui substantiam animae tuae scrutatur, si qua peccati gravioris aera contraxeris, . . . qui mentem tuam centesimarum incurvat usuris (Tob. 4, 12. *cf.* VVLG. psalm. 108, 11 *ubi proprie*). Ios. 4, 19 chirographum sustulit, -em removit, exuit debitorem *Christus*. Tob. 4, 12 mali -es (*sc. Iudaei*), qui dederunt pecuniam *Iudae*, ut interficerent salutis auctorem. PETR. CHRYS. serm. 39 p. 310^{D} petenti taliter, quotquot necessarios habuit euangelicus iste -r largitus est panes (*spectat ad Luc. 11, 5 sqq. ubi cf.* 'commoda mihi tres panes'). **B** *c. gen. rei fere is qui auget, conduplicat: dicitur in malam partem*: AMBR. Tob. 9, 33 quis . . . peccati est -r nisi diabolus? (FERRAND. epist. 3, 5. *cf.* AVG. c. Iul. 1, 7, 32 dicit *Ambrosius* diabolum -em, a quo Eva maculata obnoxiae successionis usuris omne genus defeneravit humanum). PS. RVFIN. in psalm. 54, 12 iniuriarum. *in bonam partem*: SALV. gub. 6, 94 referatur gratia -bus gratiarum.

syn. et iuxta posita (selecta): *ad I A*: *cum vituperatione*: CIC. off. 1, 150 portitorum. SEN. contr. 9, 1, 12 avarum . . . et mensularium et lenonem. SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 121 litigatoris. AVG. in psalm. 127, 11 ebriosi . . . mangones *eqs.* *sine vituperatione*: CIC. Att. 7, 7, 5 publicanos (VITR. 6, 5, 2 SVET. Vit. 14, 2). VITR. 1, 2, 9 quibus ex possessionibus rusticis influunt fructus . . . beatis et delicatis *eqs.* SVET. Vit. 14, 2 stipulatorum. VLP. dig. 33, 7, 12, 43 mercatorem. FIRM. math. 3, 7, 4 negotiatores (7, 26, 10. 8, 19, 7) aut qui alienarum curam rerum procurationemque sustineant. 7, 26, 10 naucleros. 8, 24, 2 praepositi thesaurorum.

epitheta: VARRO Men. 37 avarus (QVEROL. p. 18, 18 AVG. in psalm. 36 serm. 3, 6). CIC. Att. 6, 1, 6 acerbissimis (SEN. benef. 6, 40, 2 PORPH. Hor. sat. 1, 3, 86). SEN. epist. 118, 2 durus. ARGVM Plaut. Most. 6 lucripeta. AVSON. 335, 1 avidus (FAVST. REI. epist. 10 p. 216). SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 121 acerrimi. PAVL. NOL. epist. 32, 19 cupidissimis. PALLAD. hist. mon. I 24 p. 306^{D} severissimus.

derivatum: feneratorius.

fem. **fēnerātrix**, -īcis (*cf.* CHAR. gramm. I 44, 16 faenerator -x). *de scriptione*: VARRO ling. 7, 96 in pluribus verbis a ante e alii ponunt, alii non, ut . . . alii Plauti faeneratricem, alii feneratricem *dicunt*. *quae pecuniam mutuam dat*: PLAVT. tit. fab. Fest. p. 372 Plautus in -e (DIOM. gramm. I 401, 4 *et supra l. 54*). VAL. MAX. 8, 2, 2 *Otacilia* destrictam -em agere coepit.

fēnerātōrius, -a, -um [*a* fenerare, fenerator. *Th.*]. *ad feneratoris mores spectans; translate*: VAL. MAX. 2, 6, 11 avara et -a Gallorum philosophia *est*. AMBR. Tob. 15, 53 -um sacramentum dicitur, ubi paratur periurium.

? **fēnerātus** (-ūs *m.?*) *a* fenerari (fenerare), *si genuinum est vocabulum*. MART. CAP. 3, 305 quae nus syllaba finiuntur, u in e mutant, ut vulnus genus funus, et -us (*β R b*, funeratus *B, item* CASSIOD art. 1 p. 1154^{B}) dicimus; fenus enim exemplo non debet nocere, cum inter dubia genera ponatur (*sc. dubitatur, utrum u in e an in o mutetur*). *potest ad verbum pertinere, cf. quae sequuntur* item veteres sterceratos agros dicebant, non stercoratos.

* **fēnero**, -āvī, -ātum, -āre *vel* **fēneror**, -ātus sum, -ārī [*a* fenus. *Th.*]. *de etymologia*: PRISC. gramm. II 273, 16 antiqui feneris dixerunt, unde et -o verbum (493, 28). GRAMM. suppl. 118, 19 *a faenus* -o verbum. NOT. Tir. 41, 51—53 faenus -at faenerator. *scribitur* faen- fen- *vel* foen- *sine certa ratione, ut videtur; in titulis legitur* faen-: TEST. Ones. (Corp. III 6998, 5). fen-: CORP. II 3664. VIII 9052. *de forma*: PAVL. FEST. p. 92 -o et -or dici potest. GELL. 18, 12, 10 *ex verbis patiendi pro agentibus* -or pro -o. GLOSS. Plac. V 23, 6 *et* 69, 9 -o et -or dicimus habetque quattuor participia, ab activo duo, -ans -urus, ⟨a passivo duo⟩ -atus, -andus. *cf.* AVG. in psalm. 36 serm. 3, 6 -atur . . . latine dicitur et qui dat mutuum et qui accipit: planius hoc autem dicitur si dicamus -at (*cf.* ISID. orig. 10, 96, *ubi codd.* fenerator). *in usu sunt et* -o *et* -or *per totam latinitatem, sed praevalet* -o: -or: CATO agr. praef. 1 CIC. *quinquies, fort. etiam* frg. inc. J 24 ITALA Luc. 6, 35 (Hier. in Ezech. 18, 6 *sq.* p. 210) LAMPR. Alex. 26, 3 VVLG. prov. 19, 17 Sirach 8, 15. 20, 16. 29, 1. 2. 10 Luc. 6, 34 SIDON. epist. 1, 8, 2 PS. HIL. libell. 9 GREG. M. moral. 2, 31. -o: TER. Ad. 219 LIV. 7, 42, 1 SEN. suas. 7, 14 SEN. benef. *et* epist. 5^{ies} PETRON. 76, 9 PLIN. nat. 2, 13 QVINT. decl. 273 p. 120. 345 p. 363 PLIN. epist. 3, 19, 8; ICTI TERT. ITALA CYPR., *posteriores passim. in versu legitur* TER. *supra l. 2* MART. 1, 76, 6. 1, 85, 4 COMM. instr. 2, 24, 7. 2, 37, 6 ALC. AVIT. carm. 6, 304. *in titulis* TEST. Ones. (Corp. III 6998, 5) CORP. II 3664. VIII 9052. *part. praes.*: SEN. epist. 94, 14 QVINT. decl. 273 p. 119. *part. perf.*: TER. Phorm. 493 *infra l. 82* AVSON. 301, 20 *infra l. 74; utroque loco non certum, sitne notione passiva an activa positum.*

I *i. q.* ***mutuum dare***, *praecipue lucri inde ferendi causa, haud raro cum nota nimii lucri*: DON. Ter. Eun. 219 -atum est cum lucro redditum et multiplicatum. AVG. in psalm. 36 serm. 3, 6 *p. 475, 79. ibid.* si -veris homini, id est mutuam pecuniam tuam dederis, a quo aliquid plus quam dedisti expectes accipere (*cf.* serm. ed. Mai 39, 2): non pecuniam solam, sed aliquid plus quam dedisti, sive illud triticum sit, sive vinum, sive oleum, sive quidlibet aliud. GLOSS. -o(r) τοκίζω, δανείζω. -at δανείζει (AVG. loc. hept. 5, 34); mutuat, inpromutuat (*v. Thes. gloss.*). *cf.* IV 342, 10 multum dat (mutuo dat *de.*, mutuum dat *b*). -are (*imperat.*) δανείσῃς. -ari δανεῖσαι. -vi tibi ἐδάνεισά σοι. -asti ἐδάνεισας.

A *res corporeas* (*proprie*): **1** *c. obiecto*: **a** pecuniam: CIC. Verr. 3, 170 pecunias . . . extraordinarias . . . suo nomine. 4, 165 binis centesimis. 4, 169 TEST. Ones. (Corp. III 6998) 5 GAIVS inst. 3, 156 *ter.* dig. 17, 1, 2, 6. 17, 1, 20 SCAEV. dig. 22, 13, 1. 26, 7, 47, 4. 34, 3, 28, 3 nomine suo. PAPIN. dig. 6, 1, 62 pr. periculo dantis. 14, 3, 19, 3 VLP. dig. 14, 3, 5, 2. 17, 1, 6, 6 periculo suo. *ibid.* pluris. 26, 7, 7, 4. 6 pupillarem suo nomine. 27, 4, 3, 2. PAVL. dig. 17, 2, 67, 1 communem . . . societatis nomine. 22, 1, 11 pr. publicam sub usuris solitis. 26, 7, 46, 2 pupillarem . . . suo nomine; *al. ap.* ICTOS. TERT. adv. Marc. 4, 37 p. 548 rationem -atae pecuniae dominicae (*spectat ad Luc. 19, 13 sqq.*). 4, 39 p. 556. ITALA exod. 22, 25 (Ambr. Tob. 14, 46) pupillo orphano pauperi (Wirc. populo [*i.* pupillo] paupero [τῷ ἀδελφῷ πενιχρῷ]). deut. 15, 3 (Rufin. Adamant. 1, 18). PS. ASCON. div. in Caec. p. 194 St. gravioribus usuris . . . quam pro ⟨more maiorum⟩. AMBR. Tob. 2, 7 HIER. in Ezech. 18, 5 *sqq.* p. 210. INST. Iust. 4, 6, 33^{c} non in omnibus regionibus sub isdem usuris. COD. Iust. 3, 31, 12, 1^{a}. *cf.* PAVL. NOL. epist. 44, 4 p. 375 nec *sapientiae mulier* . . . quod de terrenis elaborat fructibus thesaurizat in terra, sed tuis potius operibus quam damnosis avaritiae quaestibus -atur. ALC. AVIT. carm. 6, 304 -at *famulus* partem splendentis acervi (*i. pecuniae*) pauperibus . . . dispensans plurima dono (*cf. Matth. 25, 14 sqq.; notio vergit ad eum significatum, qui est sub II A*). *in titulis* (*praeter* TEST. Ones. *l. 24*): CORP. II 3664 reliqua VI milia. VIII 9052, 8 quae summae -antur n(ummis) XX, menses quosque asses octonos. **b** *varia*: CIC. frg. inc. J 24 veternum (*si huc pertinet*). SEN. epist. 2, 6 quid . . . refert . . . quantum poscat aut -et. 41, 7 multum serit, multum -at *homo*. 76, 15 in homine . . . nihil ad rem pertinet, quantum aret, quantum -et. PLIN. epist. 3, 19, 8 sum . . . prope totus in praediis, aliquid tamen -o. ITALA deut. 23, 19 (Lugd.) quamcumque *rem* (ἐκτοκιεῖς. VVLG. non -bis fratri tuo ad usuram pecuniam nec fruges nec quamlibet aliam rem). NOVELL. Iust. 34, 1 triticum vel hordeum -atum vel alii aridi fructus. GREG. M. moral. 2, 31 exigit *creditor*, quod -atur. *nota*: ITALA deut. 15, 8 (Tert. adv. Marc. 4, 16 p. 471 *et* Aug. loc. hept. 5, 42) fenus -bis *fratri tuo* (δάνειον δανειεῖς). **2** *absolute*: CATO agr. praef. 1 est interdum praestare . . . -ari, si tam honestum sit. CIC. off. 2, 89 quid -ari? (*sc. expedit*). LIV. 7, 42, 1 Genucium . . . tulisse ad plebem, ne -are liceret. perioch. 74 qui -bant in foro. SEN. epist. 94, 14 alia . . . dare debemus -anti, alia colenti agrum *eqs.* S. C. Maced. (dig. 14, 6, 1) qui pessimo exemplo -rent. MART. 1, 85, 4 *Marius* nil debet, -at immo magis. QVINT. decl. 273 p. 119. 120 parum est -e civibus? 345 p. 363 (*ad divites*) per dispensatores -atis. TRYPH. dig. 3, 5, 37 (38) utrum *debitor* eas *usuras debeat*, quibus aliis idem creditor -asset. PAVL. dig. 46, 1, 71, 2. COD. Iust. 4, 28, 3 (*a. 198*) non esse locum senatus consulto, quo -are filiis familias prohibitum est. ITALA Luc. 6, 34 (Tert. adv. Marc. 4, 17 p. 473) si -veritis, a quibus speratis vos recepturos (δανίσητε, VVLG. mutuum dederitis. *cf.* TERT. adv. Marc. 4, 17 p. 474 non exsoluturo -emus. *ibid.* qui ⟨non⟩ -verat non recepturus ab humano genere). ITALA psalm. 36, 26 (Cypr testim. 3, 1) tota die miseretur et -at (δανείζει, VVLG. commodat). ITALA Afr. ed. Soden Luc. 6, 34 (cod. e) si -veritis eis, a quibus speratis recipere (δανίσητε, VVLG. mutuum dederitis). 6, 35. PORPH. Hor. epist. 1, 18, 35 -bitur et faciet aes alienum usuris crescere. LAMPR. Alex. 26, 3 senatores, si -rentur, usuras accipere primo vetuit. ZENO 1, 11, 5 pauperibus. AVSON. 301, 20 hoc nos monere (*sc.* ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα) -atis non placet (*i. iis, qui pecunias fenore collocaverunt; sec. alios i. q.* 'fenore obstrictis', *quod parum probatur*). AMBR. epist. 37, 14 Tob. 2, 8. VVLG. deut. 15, 6 -bis gentibus multis et ipse a nullo accipies mutuum (28, 12). 28, 44 prov. 22, 7 Sirach 8, 15. 20, 16 hodie -atur quis et cras expetit (*cf.* AMBR. Tob. 12, 40). 29, 1. 2. 10 Ier. 15, 10 Luc. 6, 34 CANON. Migne 56, 398 SALV. eccl. 2, 55 SIDON. epist. 1, 8, 2 FAVST. REI. epist. 9 p. 214.

B *res incorporeas* (*translate*): **1** *c. obiecto*: TER. Phorm. 493 -atum istuc beneficium pulchre tibi dices (*i. velut fenore collocatum. alii activo sensu positum accipiunt, sicut p. 477, 73, quod mi-*

[*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nus probatur [SCHOL. Ter. *ad l. falso* retributum vel remuneratum]). CIC. Lael. 31 benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam; neque enim beneficium -amur (SEN. benef. 1, 1, 9 demus beneficia, non -emus). NOVATIAN. trin. 24 (19) *ut filius dei* ipsa *cum deo* permixtione -atum et mutuatum teneret, quod ex natura propria possidere non posset. SYMM. epist. 10, 1, 2 -atam gratiam ... retulisse. AMBR. fid. 5 prol. 10 haec sunt talenta, quae iubet dominus spiritaliter -ari. in psalm. 36, 62 quid est quod -at iustus? non aes, non ferrum, non plumbum: sed argentum igni examinatum. *ibid.* -ato ... fidem gentibus, ut tibi abundet gratia ... quasi dives et locuples -ato *eqs.* EPIST. pontif. 392 (*a. 433*) Migne 50, 609B *reges Christianissimi* sciunt se illi -are sollicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat usura. GREG. TVR. vit. patr. 1, 1 dominicae largitionis pecunia nummulariis -ata (*cf.* VVLG. Matth. 25, 27). **2** *absolute*: SEN. benef. 2, 10, 2 parum *est beneficium*, si -ari cogitas. ITALA prov. 19, 17 (Cypr. domin. orat. 33 eleem. 15 VVLG. *al.*) qui miseretur pauperi *sive* pauperis (*cf. dat.* paupero *p. 476, 33*), deo -at (δανείζει). *cf.* COMM. instr. 2, 37, 6 respice cum pascis infirmos et -as alto (HIER. c. Lucif. 15 PETR. CHRYS. serm. 9 p. 213C). AVG. de serm. dom. 1, 20, 68 cum ... misericordibus deus plura restituat, omnis, qui beneficium praestat, -atur.

II *fere i. q.* ***praebere, praestare, offerre, donare, impertire****: cf.* GLOSS. V 548, 3 -antes praestantes *et fort.* IV 518, 17 -at munerat (mutuat *Götz dubitans*). **A** *de hominibus*: **1** *res incorporeas* (*translate*): **a** *c. obiecto*: SEN. suas. 7, 14 Iuba et Petreius mutuis vulneribus concucurrerunt et mortes -verunt. MART. 1, 76, 6 *Minerva* omnes -at una deos (*i. deorum dona*). PS. CYPR. pudic. 2 ornamentum *pudicitiae* ... mutuo decore invicem -andum. NOVATIAN. trin. 18 (26) p. 921A reddens *filius dei* in filiis *Abrahae* ius hospitalitatis, quod aliquando illi (*deo*) -verat pater *Abraham*. POTAM. tract. 1 p. 1412A dum Iudaeae finibus salutaria -ret *Christus*. AMBR. Iac. 2, 3, 12 *ad* 'proprii servi dominis -bunt'. quid -bunt? non utique pecuniam, sed sapientiam, sicut et lex dicit: -bis gentibus multis, tu autem mutuum non accipies. -vit enim Iudaeus proselyto divinae legis oracula, sed ... litteram -bat. Tob. *saepius, ut* 18, 61 habet ... iustus, quod -et, habet et argentum, quod -et: sermones suos -at *eqs.* epist. 38, 6 *iustus* iustitias -at, -at mandatum dei pauperibus et egenis. in psalm. 36, 62. RVFIN. Greg. Naz. orat. 6 p. 204 deo misericordiam (RVRIC. epist. 2, 15 p. 395 indigentibus). VICTRIC. 15 deus ... suum lumen sine sui -atur detrimento. RVRIC. epist. 2, 11 p. 389 caritatem *cordis*. EVSTATH. Bas. hex. 3, 1 p. 890D pars modica temporis -ata deo. MART. BRAC. corr. 19 pecuniam domini, sicut praeceptum habemus, -vimus vobis. **b** *absolute*: PS. AMBR. apol. Dav. II 12, 73 *ut* filius -etur in patre et pater relaxet in filio (*sc. remissionem peccatorum*). **2** *res corporeas*: PASS. Theclae C 41 *ex muneribus* partem respuit *Thecla*, partem accepit, ut haberet, unde pauperibus -ret (*cf. p. 476, 41*).

B *de rebus*: PLIN. nat. 2, 13 sol suum lumen ceteris quoque sideribus -at. ISID. orig. 15, 7, 5 fenestrae ... dictae eo, quod lucem -ent.

III *aliquem, fere i. q.* ***adiuvando velut ad statum debitoris revocare****, sibi obstringere, conciliare*: [*vix huc referenda*: PETRON. 76, 9 coepi libertos -are (⟨per⟩ libertos *Heinsius, recte, ut videtur*). MART. 1, 76, 6 *v. supra l. 26.*] ITALA deut. 28, 12 (Lucif. non conv. 2; *item* VVLG.) -bis gentes multas, tu autem non -beris (δανειεῖς — δανειῇ). ITALA prov. 19, 17 (Paul. Nol. epist. 34, 2 Aug. in psalm. 36 serm. 3, 6) qui miseretur pauperi, dominum -at (CYPR. hab. virg. 11 patrimonio tuo deum -a. laps. 35 opibus et facultatibus nostris ... dominus -etur. eleem. 16 deus eleemosynis pauperum -atur. PS. HIL. libell. 9 det *dives* pauperi, ut deum -etur; deum computet debitorem. PAVL. NOL. epist. 23, 3 *munere* deum -as. 23, 34 operibus ... pietatis et misericordiae. 32, 19 amplius est ... dominum quam hominem -are. 34, 4 dominum de donis domini. 34, 5 AVG. in psalm. 36 serm. 3, 6 PS. AVG. serm. 312, 2 PS. PROSP. prom. 2, 7, 2. 2, 29). PAVL. NOL. epist. 1, 1 *in paupere* Christum ... -ari. 34, 2 pauperes domini. *fort. huc pertinet* GREG. M. moral. 2, 31 ipso *deo* iudicante exigimur, quo largiente -amur.

IV *aliquid, fere i. q.* ***multiplicare, augere***: TERT. resurr. 52 p. 108, 3 *granum* exurgit ... copia -atum. ZENO 1, 5, 9 (*ad virginem*) noli tuas nuptias -are. AMBR. hex. 3, 8, 35 -atum terra restituit, quod acceperit. off. 3, 6, 40 fidelis ager -atos solet restituere proventus. MART. CAP. 6, 670 *regionis Byzacii* satio centesimo messis incremento -atur. CASSIOD. var. 9, 25, 2 *senator* auditori suo -at laudes.

V *varia*: TER. Ad. 219 metuisti ... ne non tibi istuc -ret (*i. magno lucro esset*). ALF. dig. 46, 3, 35 si quis dominicam pecuniam ab eo (*servo*) -atus esset (*i. mutuatus esset*). TERT. patient. 6 p. 10, 19 olim ... malum malo -bant (*i. compensabant*). anim. 30 Aborigines ... alibi amplius gentilitatem -verunt (*i. ad usum verterunt*). ITALA deut. 23, 20 (Cypr. testim. 3, 48) non -bis fratri tuo usuram pecuniae et usuram ciborum (*i. exprimes, exiges sim.; cf.* Lugd. *ibid.* non exiges a fratre tuo usuram pecuniae et usuram escarum. ἐκτοκιεῖς. VVLG. fratri ... tuo absque usura id, quo indiget, commodabis). COMM. instr. 2, 24, 7 si -asti duplicem centesima nummum (*i. adeptus es, creavisti*).

syn. et iuxta posita: *ad I A*: GAIVS inst. 3, 156 mutuum dare. *ad I B*: NOVATIAN. trin. 24 (19) mutuare. *ad III*: PAVL. NOL. epist. 1, 1 pasci (23, 34).

opp.: *ad I B*: SEN. benef. 1, 1, 9 demus (2, 10, 2).

derivata: feneraticius, feneratio, fenerator, feneratorius, feneratus. [FVLG. myth. 3, 11 a -ando Fineus dictus est.] *comp.*: defenerare.

part. perf. adiect. **fēnerātus,** -a, -um. *fere i. q. multiplex, largus* (*translate*): AMBR. parad. 8, 41 ut -ior ... gratia per paenitentiam delictorum in hominis rediret affectum. *subest adiect. fort. etiam* AMBR. off. 3, 6, 40 *p. 477, 70.*

adv. **fēnerātō.** *i. q. cum usuris, cum commodo* (*translate*): PLAVT. Asin. 902 illa (ille *codd.*) ... -o funditat. Men. 604 ne illam *pallam* ... -o abstulisti. *Bannier.*

fenestella, -ae *f.* [*a* fenestra *deminutive. Th.*]. *var. lect.* fenestrella: DIOSC. 5, 96 GREG. TVR. glor. mart. 27. *trad.* fenestellum: CHIRON 628. **1** *fere i. q. fenestra vel etiam foramen fenestrae simile*: COLVM. 1, 6, 10 *granaria* modicis -is aquilonibus inspirentur. 8, 3, 3 *tabulata gallinarii* parvis ab oriente singulis illuminari -is. 8, 3, 6 -is scandulae ... iniungantur, quibus irrepant aves. 9, 5, 3 exiguis in ordinem -is apibus sit pervius *murus*. PALLAD. 1, 24, 1 *in parietibus columbarii* -ae ... brevissimae fiant, ut columbas solas ad introitum ... permittant. DIOSC. 5, 96 fit locu(s) velut cubiculu(m) dealbatu(m), in quo loco -a fit brevis (*syn.* fenestra). GREG. TVR. glor. mart. 27 -a parvula patefacta immisso introrsum capite *in sepulchrum Petri*. **2** *sensu latiore i. q. perforatio*: CHIRON 628 a corona et uncula contra oc(u)lamen -um (*v. supra l. 15*) facies. 701 -am coronae unculae facere oportet, qua vulnus curari possit (*cf. p. 480, 33*). *dub.*: VARRO frg. Diom. gramm. I 381, 23 *ubi fort. nom. propr. intellegendum. cf. Onomast.*

deriv.: fenestellula.

fenestellula, -ae *f. a* fenestella *deminutive.* GREG. TVR. vit. patr. 19, 1 in qua *cella* unam tantum -am, per quam modicum lumen possit cernere, praecepit aptari.

***fenestra,** -ae *f.* [*orig. inc. similitudine quadam sonorum conectitur c. nomine tusco* Fnesci, *cf. lat.* Fenestella. *Th.*]. *de etymologia*: NON. p. 36, 11 -ae a graeco vocabulo conversum est in latinum ἀπὸ τοῦ φαίνειν (GLOSS. V 650, 46 de graeco ἀπὸ τοῦ fanin [*i.* φαίνειν *vel* φανεῖν]). ISID. orig. 15, 7, 5 *a* fenerare (*v. p. 480, 7*). *sequuntur*: lux enim graece φῶς dicitur. vel quia per eas intus positus homo videt. alii -am putant dictam eo, quod domui lucem ministret, compositum ex graeco latinoque sermone. φῶς enim graece lux est. GRAMM. suppl. 215, 13 -a dicitur eo, quod intus ferat lucem; fos enim graece lux latine. *de prosodia, pronuntiatione, formis* (*cf. Heraeus, Archiv 14 [1906] 400 adn.*): DIOM. gramm. I 431, 31 si novissima natura longa itemque paenultima positione longa fuerit, paenultima tantum acuetur, non inflectetur ... ut tabellae, -ae. 432, 27 bacchius et molossus indifferenter positi paenultimam semper acuunt: ... positione, ut tabellae, -ae. FRG. Bob. gramm. VII 540, 8. MART. CAP. 3, 271 -as paene ultima syllaba acuta diceretur. fēstra: MACR. sat. 3, 12, 8 Antonius Gnipho ... disputat, quid sit festra, quod est ostium minusculum in sacrario, quo verbo etiam Ennius (frg. inc. 29) usus est. PAVL. FEST. p. 91 festram antiqui dicebant, quam nos fenestram. GLOSS. Plac. V 23, 1 (70, 20. 105, 1) f[r]estram: fenestram (*cf. tamen port.* fresta). *est sive pro tribrachy (anapaesto) sive pro trochaeo (spondeo) apud* PLAVT. (Cas. 132 Mil. 379 Rud. 88), *item apud* TER. Haut. 481 (*si quidem auctore Büchelero hui versus antecedentis in principio huius versus collocatur*), *non liquet de* LVCIL. 841. ◡ – ⏓: *certis exemplis inde a* VERG. georg. 4, 298. *legitur* fienestris: TAB. cer. Dac. (Corp. III p. 945) 6. *graece* φαινέστρα: PLVT. quaest. Rom. 36 p. 273B τὴν γὰρ φαινέστραν τοῦτο (*sc.* θυρίδα) σημαίνειν. *at* φενέστρα: PAPYR. Britann. 481, 28 -α: θυρ⟨ίς⟩. *vix huc referendum*: C. I. G. add. 4528d (*Lyd.*) φηντρας ἐποί⟨ησεν⟩. GLOSS. θυρίς. παραθύριον. -ae: θυρίδες. NOT. Tir. 100, 14. *legitur inde a* PLAVTO *et* ENNIO (*v. supra l. 51*). [*val.* fereastă, *it.* finestra, *francog.* fenêtre, *hisp. vet.* hiniestra. *M.-L.*]

1 *sensu strictiore i. q. foramen in pariete aedificii, quo lux et aura immittuntur* (*v. Mau, PW. VI 2180 sqq.; Chipiez, Daremberg-Saglio IV 1032 sqq.*): PLAVT. Cas. 132 concludere in -am firmiter. Mil. 379 neque -a *est* nisi clatrata (*cf.* CATO agr. 14, 2 *faber* faciat oportet ... -as, clatros in -as. CORP. VI 250 clatros in -is posuit. *cf. p. 479, 10 et 479, 74*). Rud. 88 (*iocose*) *ventus* deturbavit tegulas, illustriores fecit -asque indidit. LVCIL. 841 has e -is in caput deiciunt (*cf.* IVV. 3, 270 curta -is vasa cadant. 3, 275 patent vigiles te praetereunte -ae. SCHOL. *ad l.* quasi per omnes -as iactare soleant et transeuntes occidere). LEX par. fac. Put. (Corp. I² 698) 2, 14 -as quae in pariete ... sunt. CIC. Att. 2, 3, 2 -arum angustias quod reprehendis (COLVM. 1, 6, 3 *ergastulum* angustis illustratum -is. PLIN. epist. 2, 17, 23 angusta -a *hypocausti* suppositum calorem ... aut effundit aut retinet. *cf.* SEN. epist. 86, 8 minimae sunt rimae magis quam -ae muro lapideo exsectae. HIER. in Ezech. 40, 5 *sqq.* p. 468 non tam -am quam foramen demissi luminis putes). VARRO ling. 9, 58 si -am non habet *cubiculum*, dicitur caecum. rust. 1, 4, 4 quo spectent *villae* ... ostiis ac -is (PLIN. epist. 2, 17, 20 -ā prospicit mare. 5, 6, 19. 23 aliis -is xystum, aliis despicit pratum. 5, 6, 38. *cf.* APVL. met. 1, 21

[*Walg*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

extremas -as, quae foris urbem prospiciunt. 4, 12). rust. 1, 4, 5 immisso -is novis aquilone. 1, 13, 5 -as habere oportet *horreum* (PLIN. nat. 18, 301. ISID. orig. 15, 7, 5). 1, 13, 7 in quam partem cella vinaria aut olearia -as haberet (VITR. 6, 6, 2 vinariam celiam habentem . . . lumina -arum. PLIN. nat. 14, 133). 1, 57, 2 *granaria* a lateribus -is... ventus refrigerare possit. 1, 59, 1 *oporothecae* -as habeant..., neque tamen sine foriculis (PLIN. nat. 15, 59 pomaria... septentrionalibus -is sereno die patere... austros specularibus [*cf. l. 72. 74*] arcere). 2, 7, 10 in stabulis . . . clausa habere ostia ac -as. 3, 4, 3 (*bis*). 3, 5, 3 (*bis*) *de aviario* (3, 9, 6 e viminibus factae raris [*cf. p. 478, 69*]. COLVM. 8, 3, 4 maiores -ae aperiantur). 3, 7, 3 peristeron fit... -is punicanis aut latioribus reticulatis (*cf. infra l. 74 sqq.*) utrimque (*ibid. iterum*. 3, 8, 1. *cf. p. 480, 67*). NEP. Dion 9, 6 per -am *conclavis* gladium dedit. VERG. georg. 4, 298 quattuor a ventis obliqua luce -as. Aen. 3, 152 se plena per insertas fundebat luna -as. HOR. carm. 1, 25, 1 iunctas quatiunt -as *iuvenes* (PORPH. *ad l.* -as... lapidibus incessebant). TIB. 2, 6, 39 ab e x c e l s a praeceps delapsa -a (*cf.* OV. ars 2, 246 det... furtivas alta -a vias. IVV. 6, 31 pateant altae caligantésque -ae. APVL. met. 6, 21 per altissimam cubiculi . . . elapsus -am. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 58 *loco* -is etiam altioribus luminato. SVLP. SEV. dial. 3, 3, 5 in -a paululum editiore. *opp.*: SIL. 8, 188 [*vers. dub.*] humilique egressa -a. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 155 -is humilioribus luminato *loco*). PROP. 1, 3, 31 diversas praecurrens luna -as. 2, 19, 5 ante tuas orietur rixa -as. 3, 20, 29 dominae patefiant nocte -ae. 4, 7, 16 nocturnis trita -a dolis. OV. am. 1, 5, 3 pars adaperta fuit, pars altera clausa -ae (*cf.* Pont. 3, 3, 5 bifores intrabat luna -as. VITR. 6, 3, 10 habent *oeci Italici*... lumina -arum valvata. HIER. in Ezech. 40, 13 p. 502 quae -ae iuxta LXX aperiebantur tripliciter *eqs.*). ars 3, 605 admitte -a *amantem*. 3, 807 nec lucem in thalamos totis admitte -is (rem. 411 totas aperire -as. MART. 8, 13, 5 *cella* non tota clusa -a. *cf. l. 25*). met. 14, 752 patulis... tectum sublime -is. fast. 3, 643. 6, 166 lumen thalamis parva -a dabat (6, 577 *dea* parva solita est intrare -a). Pont. 3, 3, 10 gemuit parvo mota -a sono. LIV. 1, 41, 4 ex superiore parte aedium per -as... alloquitur. 24, 21, 8 ex tectis -isque p r o s p e c t a n t (VVLG. gen. 26, 8 prospiciens... per -am. II reg. 6, 16 I par. 15, 29. *cf.* IV reg. 9, 30 respexit per -am. RVFIN. hist. mon. 31. *sim.* VITR. 6, 3, 10 de lectis per spatia -arum viridia prospiciantur). LIV. 40, 7, 8. VITR. 4, 2, 4 -arum imagines esse triglyphos. *ibid.* -arum fuerint lumina relicta. 6, 3, 7. 9. 6, 8, 1 *comicae scaenae* habent speciem prospectusque -is dispositos. *saepius*. CELS. 3, 19. 4, 14 clausis -is aegrum continere. *ibid.* apertis. PHAEDR. 1, 13, 3. SEN. dial. 6, 22, 6 *cibum* per -am . . . proiecit (*cf.* LAMPR. Heliog. 27, 6). epist. 86, 8 solem -is amplissimis recipiant *balnea* (*cf.* MACR. somn. 2, 7, 12). COLVM. 9, 15, 10 (*de alveo apium*) limenda sunt . . . foramina parietum et -arum. PERS. 3, 1 clarum mane -as intrat. 5, 180 unctaque -a dispositae *lucernae* (SCHOL. *sabbatis* lucernas accensas . . . in -is ponunt *Iudaei*. *cf.* MART. 10, 6, 4 omnis lucebit Latia culta -a nuru). PLIN. nat. 19, 59 in -is suis plebs urbana . . . oculis rura praebebant (*cf.* MART. 11, 18, 2 rus est mihi maius in -a). 29, 83. 30, 89 in loricis ostiorum -arumque. 33, 162 Puteolani *caerulei est* usus . . . ad -as. STAT. silv. 2, 2, 75 diversis servit sua terra -is (PLIN. epist. 5, 6, 23 *piscina* -is servit ac subiacet). MART. 1, 86, 2 tangi de nostris Novius potest -is. 9, 46, 3 reficit mutatque -as. 11, 61, 4 IVV. 9, 104. PLIN. epist. 2, 17, 5 valvas aut -as non minores valvis habet *triclinium*. 2, 17, 6 -a admittit orientem. 2, 17, 8. 15 -is subiacet vestibulum. 2, 17, 16. 19 patentibus -is favonium accipit *cryptoporticus*. 2, 17, 21. 22 apertis. 5, 6, 29 latissimis (APVL. met. 4, 12 latiorem). 5, 6, 30 *triclinium* -is caret. 5, 6, 38 cubiculum viridia superioribus inferioribusque -is suscipit dispicitque (7, 21, 2 adopertis inferioribus -is). 7, 27, 13. 9, 36, 1 clausae -ae manent. FRONTO p. 74, 20 N. in omnibus . . . -is . . . imagines vestrae sint vulgo propositae. p. 154, 7 *Cyri domus* -ae ex argento. IVLIAN. dig. 6, 1, 59. GAIVS dig. 8, 2, 6 -as meas praefixas habuero vel obstruxero (DRAC. Orest. 834 obstrue per chalybem [*Vollm.*, calliū *B*, calcem *A*], si sunt tibi mille -ae). dig. 19, 2, 25, 2 ostia -asque . . . corruptas . . . restituat. POMPON. dig. 13, 7, 3 *debitor* per -am id *pignus recuperatum* misit (*cf.* PAVL. dig. 20, 2, 9 per -am monstraverat *Nerva* servos detentos ob pensionem liberari posse). APVL. met. 1, 16. 3, 2 per -as et lacunaria semiconspicui. 4, 12 suspendit se -a . . . perspecturus. VLP. dig. 19, 2, 13, 7 -as et cetera sustulerunt. 46, 4, 13, 2. PAVL. dig. 8, 2, 40 aperto pariete . . . -as immisisse. PORPH. Hor. carm. 3, 7, 29/30. LACT. opif. 8, 11 -as perlucente vitro et speculari lapide obductas (*cf.* HIER. in Ezech. 41, 13 *sqq.* p. 501 -ae quoque erant factae in modum retis instar cancellorum, ut non speculari lapide nec vitro sed lignis interrasilibus et vermiculatis clauderentur, pro quibus in hebraico obliquas -as habet *eqs.* p. 502 per singulas -as et cancellorum foramina intro quis posset aspicere. p. 503. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 179^{D} quae -ae habeant aliquam partem operis, ut aiunt reticulati. *ibid.* quae reticulato . . . opere distinctae sunt. *cf. p. 478, 69. supra l. 10 et 12*). OPTAT. 2, 19 p. 54, 4. AVSON. 151, 1 mane iam clarum reserat -as. QVEROL. p. 4, 6 *urnam* per -am protulit. AMM. 28, 1, 36. 31, 13, 16 per -as lapsus. VVLG. gen. 8, 6 aperiens Noe -am arcae. Ios. 2, 18. 21 (*item* ITALA Lugd., *gr.* θυρίς). I reg. 19, 12. III reg. 6, 4 fecit . . . in templo -as o b l i q u a s (Ezech. 40, 16 -as obliquas in thalamis. 41, 16. HIER. in Ezech. 40, 12 *sqq.* p. 475 -as absconditas, quae hebraice appellantur atemoth, Symmachus τοξικάς transtulit. p. 476 -ae obliquae sive τοξικαί idcirco a sagittis vocabulum perceperunt, quod instar sagittarum angustum in aedes lumen immittant et intrinsecus dilatentur. *ibid. saepius. cf.* ISID. orig. 15, 7, 6 -ae sunt quibus pars exterior angusta et interior diffusa est, quales in horreis videmus, dictae eo, quod lucem fenerent). VVLG. Sirach 21, 26 stultus a -a (θύρας) respiciet in domum. Ezech. 41, 16 -ae clausae super ostia. Dan. 6, 10 (*cf.* HIER. epist. 22, 26, 4). Ioel 2, 9 per -as intrabunt quasi fur. act. 20, 9 sedens . . . super -am . . . cecidit de tertio cenaculo (BACHIAR. fid. 2 p. 1023^{A} adhuc in -a, id est in lucis via . . . residentes). II Cor. 11, 33 per -am (θυρίδος) in sporta dimissus. *passim*. RVFIN. hist. mon. 1 per -am se videndum praebebat. Orig. in cant. 3 p. 179^{D} incumbat . . . per -as. MART. CAP. 2, 219 (vers.) *Aurora* -as dissecaret lumine. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 60 SIDON. epist. 2, 2, 5. GREG. TVR. vit. patr. 19, 1 educta manu per -am. GREG. M. in Ezech. 2, 4, 16. PALLAD. hist. mon. I 6 quaedam sine -is erant *cellae*. I 16. 17 ex qua contemplari feminas . . . posset. *ibid.* quam -am et claudere et aperire consueverat. II 10 *cellulae* absque -is sunt (ἀθυριδωτοί). PASS. Thom. p. 135, 1 *facio* -as, ut domus lumen numquam dehabeant. *in titulis* (*praeter p. 478, 70. 75*): CORP. IV 4713 -a Cypares alta a terra inter duo hoc est. lata -a inter duo hoc est. VI 31330 (*aet. imp. Sever.*) cuneos -arum. VIII 6973 -am voto dedit. INSCR. christ. Rossi I 534 (*a. 404*) depositus in basilica . . . secundu(m) arcu(m) iuxta ⟨f⟩enestra(m). *nota: in l e c t i c a*: IVV. 3, 242 facit somnum clausa lectica -a. SCHOL. Hor. gloss. Γ sat. 1, 2, 98 lectica genus vehiculi est . . . habens hinc inde -as.

m e t o n y m i c e: TER. Haut. 481 (*proverbialiter*) quantam -am ad nequitiem patefeceris (SVET. Tib. 28 si hanc -am aperueritis, nihil aliud agi sinetis. RVFIN. Orig. in Rom. 7, 8 ingentem -am patefaciemus his, qui negant *eqs.*). SEN. nat. 7, 13, 3 habet tamen *caelum* spiramenta quaedam et quasi -as. APVL. met. 7, 17 ulceris latissimi facto foramine, immo fovea vel etiam -a (*cf. p. 478, 27*). SIDON. epist. 5, 12, 2 quaedam spei nostrae libertatis -a resplendet. *de s e n s i b u s c o r p o r i s: generatim*: CIC. Tusc. 1, 46 quae *partes corporis* (*sc. aures, nares cett.*) quasi -ae sint animi. FAV. EVL. p. 8, 25 ministros eidem (*cerebro*) sensus septem veluti -is emitti. RVFIN. Orig. in cant. 4 p. 183^{C} *sermo dei animae* per sensus corporeos quasi per -as apparuit. EVCHER. form. 9 p. 56, 11 -ae: visus vel ceteri sensus; item in malam partem. RVRIC. epist. 1, 18 p. 371, 2 per -as corporis mors intromittitur ad animam (*cf.* GILD. epist. 2 chron. III p. 86, 16 quibus mors intravit per -as elevationis). GREG. M. moral. 15, 52 qui *spiritus* per eius (*carnis*) respicere -as solebat. 21, 4 *per* corporis sensus quasi per -as quasdam . . . anima respicit. *cf. etiam infra l. 73. speciatim de oculis*: HIER. epist. 64, 1, 4 *iecoris pinnulam* per oculorum -as erumpentem. PS. RVFIN. in psalm. 41, 4 oculi membra sunt carnis, -ae sunt mentis. PRVD. ham. 870. perist. 10, 434 *lumen aeternae spei* nec corporales per -as emicans. PETR. CHRYS. serm. 52 p. 345^{A} nisi -is oculorum et foraminibus aurium capere auditum. 139 p. 573^{B} oculus sit animae -a, speculum sit mentis. SALV. gub. 3, 37 -as esse nostrarum mentium lumen oculorum. SEDVL. carm. pasch. 4, 38 clausas reserans sub fronte -as (*i. oculos caecorum*). DRAC. laud. dei 3, 698 palpebra tegunt lucis nudantque -as.

2 *sensu latiore i. q. foramen f e n e s t r a e s i m i l e diversos ad usus pertinens* (*cf. Hey, Archiv 9 [1896] 202 sq.*): ANT. GNIPHO Macr. sat. 3, 12, 8 *v. p. 478, 50.* CAES. civ. 2, 9, 8 (*de turri*) -as . . . ad tormenta mittenda in struendo reliquerunt (VERG. Aen. 9, 531 perque cavas *turris* . . . tela intorquere -as. *cf.* STAT. Theb. 10, 536 armataeque vomunt stridentia tela -ae *murorum*. VEG. mil. 4, 25). VERG. Aen. 2, 482 excisa trabe . . . ingentem lato dedit ore -am (CLAVD. DON. *ad l.* cavernam dicere debuit factam. *ibid.* -a facta . . . non qua posset totus homo ad interiora pertendere, sed per quam interim cerneretur oculis, quid interius ageretur. *cf.* SCHOL. Veron. *ad l.* VITR. 10, 16, 7 murum pertudit et . . . per eam -am . . . effundere *lutum iussit*. HEGES. 3, 11 muri latus . . . cavatum irrupturis -am daret). COLVM. 8, 8, 1 (*de cella columbarum*) patentibus -is, per quas . . . evolitant. 8, 8, 4 PALLAD. 1, 24, 2. VVLG. Is. 60, 8 qui sunt isti, qui . . . volant . . . quasi columbae ad -as suas. IVV. 1, 104 molles quod in aure -ae (*sc. ad inaures suspendendas*) arguerint. DIOSC. 5, 96 (*v. p. 478, 23*). DRAC. Orest. 256 capiti dum quaerit iter tunicaeque -am. ORIBAS. eup. 4, 34 *ad surdos* facis collyria ad mensura -ae auris (*cf. supra l. 35 sqq.*).

deriv.: fenestella, fenestro, fenestrula.

fenestrātus *v. sub* fenestro.

fenestrella *v. p. 478, 15.*

fenestro, -āvī, -ātum, -āre [fenestratus *prius a* fenestra *ductum esse videtur quam verbum* fenestrare. *Th.*]. *i. q. fenestris instruere: proprie*: VARRO ling. 8, 29 triclinia . . . valvata ac -ata facimus. VITR. 10, 13, 4 singulis partibus in ea *turri* -atis. CASSIOD. var. 11, 6, 5 -atas ianuas . . . quamvis studiose claudas. VEN. FORT. vita Albin. 20, 57 cuius virtute potuisset paries -ari. *translate*: VITR. 3 praef. 1 hominum pectora -ata et aperta esse. PLIN. nat. 11, 148 media eorum (*oculorum*) cornua -vit pupilla.

[*Wulff*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fenestrula, -ae *f.* [*a* fenestra *deminutive. Th.*]. APVL. met. 9, 42 per quandam -am . . . prospicere gestio.

fēnīci- (fēnīco-) *v.* phoenic-. **fēnicul-** *v.* faen-.

? **fenicula,** -ae *f.* *vox incerta. legitur inter nomina rerum ad vehicula pertinentium*: EDICT. imp. Diocl. III/IV 15, 21 φενίκουλα εἰργασμένη. 15, 22 ⟨ἀν⟩εργασ⟨τος⟩ (*v. Blümner, Maximaltarif p. 138. fort. arca in qua faenum vehitur. cf.* faeniculum). *Wulff.*

fēnis- *v.* faen-.

fēnso, -ātus *cf. c.* defensare *et c.* (fendere). *i. q. defendere*: DIOSC. epist. p. 17, 3 fortiores . . . sunt herbae, quae in campis umidis nascuntur, maxime umbraculo quolibet a sole -atis. *D.*

fēnum *v.* faen-.

***fēnus,** -oris *n.* [*ab antiquis confertur c.* fetus, fecundus, felix, *fortasse recte, cf. gr.* εὐθηνεῖν. *Th.*]. *de etymologia*: VARRO Gell. 16, 12, 1 -s . . . a fetu et quasi a fetura quadam pecuniae parientis atque increscentis (PAVL. FEST. p. 86 NON. p. 53. 439). *aliter* AMBR. Tob. 4, 13 bene -s appellatur, quod datis: ita vile ac faeneum est. *de declinatione et formis*: GLOSS. Plac. V 23, 7 *et* 69, 8 -s generis neutri est: hoc -s, -is, -i, -s, o -s, a -e. PRISC. gramm. II 273, 16 alia *neutra* . . . d vel l vel n ante ʽus' posita mutant us in e correptam et accepta ris faciunt genetivum . . . excipitur -s -oris. Iuvenalis in IV (*11, 49*) . . . -oris . . ., quod tamen antiqui -eris dixerunt, unde et ʽfenero' verbum et ʽfenerator'. III 493, 28 -s -oris et -eris. VEL. gramm. VII 72, 23. MART. CAP. 3, 305 in dubitatione veniunt -s et stercus, in e an in o mutent, quoniam, quae nus syllaba finiuntur, u in e mutant... -s enim exemplo non debet nocere cum inter dubia genera ponatur. GRAMM. suppl. 118, 18; *sed* ELOG. 5 (Corp. I² p. 189) *et in codd. semper* o *legitur. abl. sing.* -e *passim.* -i: FIRM. math. 4, 14, 6 *codd.* (*sed alibi apud* FIRM. -e). *cf. etiam infra l. 64. de scriptione*: GRAMM. suppl. 293, 11 -s . . . per oe *scribendum. scribitur in codd.* fae- fe- foe-, *sed praevalente, ut videtur,* fae-, *quod* PLAVT. *A* DIG. *F, item cod. Vat. 5766* (FRG. Vat.) *semper exhibent, item* ELOG. 5 (Corp. I² p. 189) *et* NOT. Tir. 41, 51, *sed cf.* GELL. 16, 12, 8 *sub* fenerator *p. 474, 21. de genere: affertur inter neutra*: PRISC. gramm. II 273, 16. III 493, 28 GLOSS. Plac. V 32, 7 *et* 69, 8 GRAMM. suppl. 118, 18 *al. plur.* (*cf.* GLOSS. Plac. V 23, 7 difficile in usu legimus plurali numero): CATO frg. Gell. 2, 17, 8 SALL. hist. frg. 4, 52 IVVENC. 1, 598. *inde a* PLAVTO. *cf.* fenusculum.

I *de re pecuniaria: de notione*: PAVL. FEST. p. 86 -s et feneratores . . . a fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud Graecos eadem res τόκος dicitur. p. 94 -s appellatur naturalis terrae fetus; ob quam causam et nummorum fetus -s est vocatum. NON. p. 53 quod -s pecuniam pariat increscentem tempore. p. 439 mutuum a -e hoc distat, quod mutuum sine usuris, -s cum usuris sumitur et est quasi accepti fetus, unde et -s dictum est, ut graece τόκος quasi partus mutui sumpti. ISID. diff. 1, 255 inter fenum et -s . . . -s lucrum est. orig. 10, 96 -s pecunia est. GLOSS. τόκος. δάνος. δάνειον. ἔντοκον. χρέος. usura (*ex huius vocis corruptela, sc.* sura *scripto pro* usura, *fort. orta sunt* GLOSS. V 361, 8 -s spearua *vel* spearuua [*anglosax. i. ʽpasser' vel ʽsura'*]). lucrum. debitum. -e commercio. *Klingmüller, PW. VI 2187 sqq. cf.* SEN. benef. 4, 3, 2 istud non beneficium, sed -s est, circumspicere, non ubi optime ponas, sed ubi quaestuosissime habeas, unde facillime tollas. 7, 10, 3 quid -s et calendarium et usura nisi humanae cupiditatis extra naturam quaesita nomina? AMBR. Tob. 10, 36 nihil interest inter funus et -s.

A *mutui datio (sive acceptio), ea condicione, ut mutuata cum usuris reddantur, ratio (negotium, studium) sortis augendae usuris applicandis* (*interdum cum nota nimiarum usurarum; hic illic notio ab eis significationibus, quae sunt sub B et D, vix distingui potest*): **1** *absolute*: PLAVT. Asin. 248 (*affert* NON. p. 439 *ad distinguendum* mutuum *a* -e, *v. supra l. 44*) si *viginti minas* mutuas non potero, certumst sumam -e (Epid. 53 argentum ab danista. 115. 252 Most. 917. 1140 [-i *codd.*] TER. Phorm. 301, *ubi* SCHOL. Ter. pignore vel vadimonio. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 9). Asin. 429 qui quaeritet argentum in -s (*i. qui cupiat argentum -e accipere*). Curc. 480 qui dant (⟨Most. 537 *suppletum*⟩. Vid. 84 -i *vel fort.* -e *A. cf.* Most. 602 -e argentum datas. ITALA Ezech. 18, 8 [Tert. adv. Marc. 4, 17 p. 473] pecuniam *iustus* . . . suam -e non dedet [ἐπὶ τόκῳ, VVLG. ad usuram]) quique accipiunt -e (CIC. Verr. 4, 169 *pecuniam* a publicanis -e acceptam. LIV. 5, 10, 9 aera . . . militaria velut -e accepta). Curc. 508 vos -e homines... lacerant. Men. 584 qui aut -e aut periuriis habent rem paratam. Most. 532 scelestiorem ego annum argento -i numquam ullum vidi (*ʽi.* argento *et* -i, ἓν διὰ δυοῖν'. *Leo; aliter Lorenz ad l.*). CATO or. frg. 6, 2 ex -e discordia excrescebat. VARRO ling. 6, 65 pecunia, quae in -e, sors est, impendium quod inter se iungit. rust. 3, 5, 8 sexaginta milia . . . in -s des (SCAEV. dig. 26, 7, 47, 4) licebit multum (*i. magnopere licebit, cf. Keil ad l.*). CIC. Verr. 3, 170 *Carpinatius* pecunias . . . -i dabat (TAC. ann. 11, 13 SCAEV. dig. 26, 7, 58, 1 VLP. dig. 17, 1, 10, 3. 26, 7, 9 pr. 32, 11, 15 usuris certis. ITALA psalm. 14, 5 [Cypr. testim. 3, 48] PORPH. Hor. epod. 2, 69/70 COD. Iust. 4, 32, 26, 4. *cf.* 4, 32, 26, 2 in... specierum -i dationibus). Verr. 4, 167 hanc ex -e pecuniam. HOR. epod. 2, 4 solutus omni -e. sat. 1, 2, 13 positis in -e nummis (ars 421). epist. 1, 1, 80 multis occulto crescit res -e. LIV. 6, 36, 11 -e circumventam plebem (*cf. p. 483, 43 sqq.*). 6, 39, 2 *tribuni* de -e atque agro rogationes iubebant (6, 40, 11). 32, 27, 2 Cato... asperior . . . in -e coercendo habitus. 35, 49, 11 *regem* mutuas pecunias -e in stipendium quaerentem. VAL. MAX. 4, 8, 3 cum *Considius* centies atque quinquagies sestertii summam in -e haberet, neque de sorte quemquam debitorum suorum neque de usura appellari... passus est. PETRON. 119, 52 plebem (praedam *codd.*) -is illuvies ususque exederat aeris. PLIN. nat. 33, 27 celebratior . . . *anulorum* usus cum -e coepisse debet. 33, 48 a nummo prima origo avaritiae -e excogitato. 33, 133 hodie multiplicantur haec (*sc. numerus centum milium*), ut decies centena aut saepius dicantur. -s hoc fecit. QVINT. decl. 311 p. 224 *servus* -s exercuerat (SVET. Vesp. 1, 3. SCAEV. dig. 33, 8, 26 nomine filii. PAPIN. frg. Vat. 11 PAVL. dig. 26, 7, 49 [= sent. 2, 14, 7]. 50, 1, 22, 7 [= sent. 1, 1ᵃ, 9] MOD. dig. 12, 1, 33 pr. CHAR. dig. 50, 4, 18, 23. APVL. met. 1, 21 sub arrabone auri et argenti. ARNOB. nat. 2, 40. COD. Iust. 2, 11, 20 [*a. 290*] improbum. FIRM. math. 2, 30, 9 COD. Theod. 2, 33, 4 [*a. 405*]. *cf.* TAC. ann. 6, 16). IVV. 11, 185 non -is ulla mentio . . . bilem tibi contrahat. TAC. Germ. 26 -s agitare (COD. Iust. 4, 2, 3) et in usuras extendere *Germanis* ignotum. ann. 6, 16 qui pecunias -e auctitabant adversum legem dictatoris Caesaris. VLP. dig. 16, 3, 7, 2 depositariorum, hoc est eorum, qui *apud nummularios* depositas pecunias habuerunt, non quas -e apud nummularios vel cum nummulariis vel per ipsos exercebant. FIRM. math. 4, 14, 6 *Luna* ex -e negotiationibus facit esse praepositos. 4, 15, 8 -is et negotiationis officia tractantes (4, 24, 11). AVSON. 362, 9 turpia *sunt* lucra -is et velox inopes usura trucidat. AMBR. Tob. 2, 7 malum est . . . -s, quo quaeruntur usurae *cqs. ibid.* illud -s est iure exsecrabile, dare in usuram pecuniam, quod lex prohibet. *ibid.* usuras -is, ex quo multi quaestum fecerunt. 2, 8. 4, 12. VVLG. Sirach 18, 33 in contentione ex -e (δανεισμοῦ). prov. 28, 8 qui coacervat divitias usuris et -e. PS. AVG. lib. quaest. 102, 5 senatoribus . . . -s infamia est. COD. Theod. 2, 4, 6 (*a. 406*) debiti, quod ex -e vel mutuo data pecunia sumpsit exordium. **2** *c. additamentis*: *c. gen. attribut. vel epexeget.*: PAVL. sent. 2, 14, 7 -s pupillaris pecuniae (FIRM. math. 2, 30, 9 pecuniae). *c. adi.* (*aliter supra l. 16*): QVINT. inst. 7, 1, 19 procurator . . . pecuniam petit ex -e hereditario. DIG. 22, 2 rubr. nautico (COD. Iust. 4, 33 rubr. *et* 4 [3]). *gr.* ναυτικὸν δάνεισμα. *nota c. gen. epexeg.* (*an ad B?*): FIRM. math. 3, 11, 8 multis debitis et multo usurarum -e implicatos (3, 11, 16 ut *patrimonia* [in *del. V*] gravi -e usurarum quatiantur).

B *i. q. usurae, ratio usurarum*: **1** *generatim*: PLAVT. Most. 561 mihi neque -s neque sortem argenti danunt (585 quin vos mihi -s date. 604. 605. 612. 1160 Vid. 85). 575 ⟨quin mihi -s red⟩ditur? (580. 600. 603). 592 sortem accipe. :: immo -s, id primum volo. 597. 605. 606. 610. 629 argenti -s creditum audio. :: quattuor quadraginta illi debentur minae, et sors et -s. Vid. 88 quin accedat -s, id non postulo. CATO nep. or. frg. Prisc. gramm. II 90, 15 ex aere alieno . . . propter diem atque -s saepissimam discordiam fuisse. CIC. Flacc. 51 pecuniam adulescentulo grandi -e . . . occupavisti (59). parad. 49 *sumptuoso* non modo ad sumptum... fructus, sed etiam ad -s (*sc. ad usuras pendendas*) exiguus. Att. 6, 1, 3 *tributa Ariobarzanis* vix in -s Pompeii quod satis sit efficiunt. 6, 1, 4 -s et impendium recusare. 6, 1, 16 Graeci solvunt tolerabili -e. 7, 18, 4 ut Q. Titinius . . . debitoribus suis denuntiarit, ut eodem -e uterentur. 16, 15, 5 iniquissimo -e versuram facere. NEP. Att. 9, 5 pecuniamque *Atticus* sine -e sineque ulla stipulatione credidit. LIV. 6, 20, 6 sine -e expensas pecunias. 42, 5, 9 iniusto -e gravatum aes alienum. IVV. 9, 140 viginti milia -s pigneribus positis. TAC. ann. 3, 40 seditiosa disserebant *Galli* de continuatione tributorum, gravitate -is. 13, 42 Italiam et provincias immenso -e hauriri *a Seneca*. SVET. Aug. 39 quod *aliqui* pecunias levioribus usuris mutuati graviore -e collocassent. 41, 1 ut -e deminuto plurimum agrorum pretiis accesserit. ARGVM. Plaut. Most. 6 lucripeta -s fenerator postulans. PAPIN. dig. 20, 1, 1, 3 ad diem minore -e non soluto (36, 1, 60 [58], 2). 22, 1, 9, 1 -s uberius . . . promittitur. 22, 2, 4 pr. maius legitimā usurā -s non debebitur. *ibid.* 1 in stipulatione -is (*utroque loco de -e nautico*). 24, 3, 42, 2 *gener* residuae dotis promissae -s stipulatus est. 33, 2, 24 pr. uxori fructu bonorum legato -s quoque sortium, quas defunctus collocavit, . . . praestabitur. frg. Vat. 9 pecunia -is non soluta. VLP. dig. 19, 1, 13, 26 non -s illicitum contrahatur. 27, 9, 5, 10 ne plus accipiatur sub obligatione praediorum -is quam *cqs.* TERT. anim. 56 *anima* -s exprimat. LACT. inst. 1, 20, 6 cuius *pecuniae* ex annuo -e suus (*sc. Florae*) natalis dies celebraretur editione ludorum. FIRM. math. 6, 17, 3 debitorum gravi -e . . . oppressi. HIER. epist. 28, 1 quae acceperis, reddenda cum -e sunt. CANON. Migne 56, 865ᴮ nec . . . cuiquam clericorum liceat de qualibet re -s accipere. COD. Iust. 1, 2, 21 pr. nullam eis actionem relinquendam vel super recipiendo pretio vel -e exigendo. 4, 29, 13 sive tota quantitas -is sive pars eius in usum mariti processisse proponatur. NOVELL. Iust. 34, 1 epil. cui -s ablatum est hoc habebit solacium, ut ipse quidem securus degat, avarum autem creditorem videat in suis pecuniis patientem iacturam.

2 *significatur modus -is; cf. Klingmüller, PW. VI 2188 sqq.*: CIC. Att. 4, 15, 7 -s ex triente Idibus Quinctilibus factum erat besibus (ad Q. fr. 2, 14, 4). 5, 21, 13 ut centesimae perpetuo -e ducerentur

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(6, 2, 9 ut -s quaternis centesimis ducant. 6, 3, 5 Scaptius centesimis renovato in singulos annos -e contentus non fuit. *cf.* AMBR. Tob. 12, 42 *usura* non iam centesima incipit esse, sed summa, hoc est non -is centesima, sed -s centesimae). LIV. 7, 16, 1 unciario (7, 19, 5 TAC. ann. 6, 16. *cf.* LIV. 7, 27, 3 semunciarium ... ex unciario -s factum. TAC. ann. 6, 16 -*s* rogatione tribunicia ad semuncias redactum). CAPITOL. Pius 2, 8 -s triëntarium, hoc est minimis usuris (LAMPR. Alex. 21, 2).

C *i. q. pecunia usurarum gignendarum causa collocata, liberius i. q. possessio, facultates sim.*: SEN. dial. 9, 8, 5 *quod deis* nec praedia nec horti sint nec alieno colono rura pretiosa nec grande in foro -s. epist. 17, 10 expectabisne -is quaestum ...? LVCAN. 1, 181 hinc usura vorax avidumque in tempora (tempore *MG*) -s (*'per dies lucrum computans, inhians temporibus' Francken*). PERS. 6, 67 -is accedat merces (*sc. ad sortem usurae accedant*; -is *fort. gen. epexeg., referend. ad B*). PETRON. 83, 10 qui pelago credit, magno se -e tollit. STAT. silv. 2, 2, 152 avidique animum dispendia torquent -is. QVINT. decl. 260 p. 69 pro ... paternis possessionibus hos ostendam cives; pro illo -e hunc populum. 316 p. 245 non late quondam patentes agros desidero, non -s nec ingens pondus argenti. IVV. 11, 40 aere paterno ac rebus mersis in ventrem -is atque argenti gravis et pecorum agrorumque capacem? TAC. hist. 1, 20 cum rapacissimo cuique ... non agri aut -s, sed sola instrumenta vitiorum manerent. ann. 6, 17 senatus praescripserat duas quisque -is partes in agris per Italiam collocaret. 14, 53 *animus* talis hortos extruit et per haec suburbana incedit et tantis agrorum spatiis, tam lato -e exuberat? (14, 55). APVL. apol. 20 divitiae non melius in fundis et in -e quam in ipso hominis animo aestimantur. PS. QVINT. decl. 9, 10 egestum conviviis -s. ITALA deut. 15, 8 (Tert. adv. Marc. 4, 16 p. 471 Aug. loc. hept. 5, 42 p. 607, 21) -s fenerabis illi, quantum desiderarit (*cf.* TERT. *ad l.* -s ... nisi petenti dari non solet. 4, 17 p. 473 -is ... redundantiam, quod est usura. prius igitur fuit, ut fructum -is eradicaret, quo facilius assuefaceret hominem ipsi ... -i, ... perdendo, cuius fructum didicisset amittere *eqs.*). CYPR. laps. 6 usuris multiplicantibus -s augere (AVG. epist. 93, 47). ANTH. 433, 1 est mihi rus parvum, -s sine crimine parvum. AMBR. Tob. 3, 10 Kalendis ... usuras dabis, -s interim, si non habueris, unde restituas, non requiro. 4, 13. 7, 25 alter laetatur incremento -is, alter cumulo debitionis affligitur. 12, 40 nummus datur, -s appellatur. in psalm. 36, 62 est et pecunia -is, est et gratia ... pecunia -is aes habet, gratia fidem confert. exc. Sat. 1, 3 quanto uberior -is summa, tanto gratior usura sortis.

D *pecunia condicione usurarum mutua sumpta, debitum*: 1 *strictiore sensu*: CATO frg. inc. 50 *et* SALL. hist. frg. 4, 52 -bus copertus est. CIC. Cael. 42 ne -e trucidetur *iuventus* (LIV. 6, 37, 2). SALL. hist. frg. 1, 11 -e oppressa plebes (CAPITOL. Pert. 9, 4 oppressis -e possessoribus. *cf. p. 482, 74*). LIV. 6, 14, 7 se ... mergentibus semper sortem usuris obrutum -e esse (6, 17, 2. 35, 7, 2). 6, 15, 5 liberes -e plebem Romanam (ELOG. 5 [Corp. I² p. 189]). 6, 18, 2 *plebs* spem cepit ... -is expugnandi. 6, 27, 7 levando -e (6, 32, 1). 6, 32, 1 ut tributo novum -s contraheretur (*cf. p. 482, 69*). 6, 39, 10 ut ipse *populus Romanus* -e levetur. 7, 21, 3 ingravescentis. 7, 38, 7 crescentis in dies. 35, 7, 2 civitas -e laborabat. SEN. epist. 96, 1 -us offendit. QVINT. decl. 257 p. 51 si obligarer -e. 311 p. 224 pendet ... omnis haec condicio -e. IVV. 11, 48 ubi paulum nescio quid superest et pallet -is auctor. SVET. Iul. 27, 1 omnibus ... circa eum atque etiam parte magna senatus gratuito aut levi -e obstrictis. VLP. dig. 17, 1, 12, 9 *si quis reum* minoribus *usuris* relevavit, ipse autem maioribus -s accepit (27, 9, 5, 10 ne plus accipiatur sub obligatione praediorum -is, quam quod opus sit ad solvendum aes alienum. VVLG. deut. 28, 12 a nullo -s accipies). VVLG. Sirach 29, 4 quasi inventionem aestimaverunt -s (δάνος). GREG. TVR. Franc. 7, 23 de reddendo pecuniae -e cum usuris. 2 *latiore sensu fere i. q. tributum vel sim.*: CYPR. GALL. Ios. 458 quater denas Levitis devovet urbes -is exsortes *Iesu Nave*.

II *de aliis rebus*:

A *de rebus agrariis: fructus semente maior* (*cf.* FEST. p. 94 *p. 481, 41*): CIC. Cato 51 nec umquam *terra* sine usura reddit quod accepit, sed alias minore, plerumque maiore cum -e (TIB. 2, 6, 22 *semina* magno -e reddat ager. OV. ars 2, 513 rem. 174 fast. 1, 694 Pont. 1, 5, 26 COLVM. 4, 3, 5 PLIN. nat. 18, 162). MANIL. 5, 273 semina ... in -s sulcatis credere terris. SEN. contr. 2, 5, 8 *segetum maturitas* magno -e moram redemit. SEN. Phaedr. 455 seges ... magnum -s agricolae dabit. COLVM. 2, 1, 3 humus ... magno -e cessationis colono respondet. 10, 142 ut redeant nobis cumulato -e messes. PLIN. nat. 2, 155 quam bona fide *terra* creditum -s reddit (5, 24 SIL. 14, 23). PLIN. paneg. 32, 4 non ... reposcimus -s *a terra*. TERT. resurr. 12 p. 41 *terra* uberiora et cultiora restituit quam exterminavit ... -e interitu. AVSON. 377, 19 sementis per tempora -e laetus October ... spem fovet agricolae. SERV. georg. 2, 460 *terra* maiore -e semina accepta restituit. DRAC. laud. dei 3, 32 creditor extorquet sub vomere -s arator. mens. 22 frumenta capit, quae -e terra refundat. ENNOD. dict. 8, 7 integrum -s ruricolis arva dissolvunt. opusc. 3, 187 terris semina parva committimus, ut multiplicata capiamus. -s sine crimine fit triplicatum. *cf.* VIGIL. THAPS. c. Arrian. 1, 11 (*de Christo panem et pisces augente*) alimentorum creatura multiplicati -is sensit augmentum. *nota c. attributo rei*: AVSON. 376, 10 triticeo October -e ditat agros.

B *de rebus variis, plerumque incorporeis: i. q. usurae (in locut. metaphor.), latiore sensu sive in bonam partem i. q. commodum sive in malam partem i. q. debitum sim.*: 1 *absolute*: LVCIL. 1048 sublatus pudor omnis, licentia -s refertur. PROP. 1, 7, 26 saepe venit magno -e tardus Amor. 3, 1, 22 mihi quod vivo detraxerit invida turba post obitum duplici -e reddet Honos (OV. Pont. 3, 1, 81 redditur illa gratia ... grandi cum -e nobis. 4, 12, 18. PS. VARRO sent. 16 turpissimum est in datis -s sperare; pulcherrimum est cum -e data reddi). EPICED. Drusi 369 vita ... data est sine -e nobis mutua. MANIL. 3, 468 aequatae *temporibus Arietis* solvuntur -e noctes. SEN. epist. 25, 3 expecto cum magno -e vitia reditura, quae nunc scio cessare, non deesse (LACT. inst. 6, 11, 27). COLVM. 10 praef. 1 -is tui, Silvine, quod stipulanti spoponderam tibi, reliquam pensiunculam percipe. IVVENC. 1, 598 nos ... concedere -a (*i. debita*) nostris. AVSON. 323, 16 hoc ... duplicato -e partum. 419, 22 sive hoc eruditionis tuae -s existimas sive sine -e gloriam liberalitatis affectas. SYMM. epist. 1, 20, 1 imperator ... quasi pro usura tibi prima (*sc. consulatum*) detulerit, ita semper ad sortem -is redit. 7, 60, 1 altera epistola tua gravatae fronti duplex -s imposuit. AMBR. exc. Sat. 1, 3 perfunctus sum, quamdiu licuit, commisso mihi -e (*i. fratre*). 1, 80 ne me diutius residere facias tanti -is debitorem. HIER. praef. Vulg. Ios. grandi -e liberati. VVLG. I reg. 2, 20 reddat tibi dominus semen de muliere hac pro -e, quod commodasti domino. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 5 p. 171 requiro ... non solum pecuniam ... dominicam, sed et augmentum -is expeto. CLAVD. 10, 37 (*Honorius ad Stilichonem*) -s (*i. Mariam*) mihi solve paternum (SVLP. SEV. dial. 1, 22, 6 debitum -s exsolve. VEN. FORT. vita Pat. 1, 6 affectui -a solvere. *cf.* EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 944C hic finem facimus disserendi sequenti die residua -is soluturi). AVG. serm. 216, 5 invenit *nos dominus* damnoso ac damnando -e oppressos. c. Iul. 1, 6, 26 (*redduntur verba Iohannis Constantinopolitani*) *Adam* initium obligationis ostendit, peccatis nostris -s accrevit (*gr.* Ἀδὰμ ... τὴν ἀρχὴν εἰσήγαγεν τοῦ χρείους, ἡμεῖς τὸν δανεισμὸν ηὐξήσαμεν, *quae iterum 'verbum e verbo' interpretata ita redduntur: Adam* initium induxit debiti, nos -s auximus posterioribus peccatis). SVLP. SEV. dial. 1, 12, 5 non sine -e ... apud vos depono sermonem. 1, 12, 6 nos ... nihil habemus, in quo tibi mutuum vel sine -e restituere possimus. ZACCH. 2, 2 fidei substantiam ... vice -is multiplicare. VICTRIC. 5 ut ingenti se ditatum -e arbitretur, quotiens manus habuerit sanctorum reliquiis onustatas. VAL. CEM. hom. 8, 1 quotidie et bene facere et expensae -s pecuniae reportare. 9, 1 ut quanto plus homo erogat tanto -is plus reponat. SIDON. epist. 2, 10, 5 fac memineris multiplicato me -e remunerandum. carm. 23, 28 blando -e Sollium ligasti. SIDON. Alc. Avit. epist. 13 p. 46, 20 sum reliquati -is recordatus. ALC. AVIT. epist. 14 p. 47, 22 ampliastis ... -s assuetum. DRAC. laud. dei 1, 401 remeat sua costa viro *Adam* ... accipit et -s, cum non sit debitor ullus. ENNOD. dict. 12, 2 qui -s litteris solverit, plus ditescit. VEN. FORT. vita Pat. 7, 23 quod indigenti dederat, cum magno -e receperunt. 2 *c. additamentis*: a *c. gen. rei*: PS. QVINT. decl. 9, 16 ubi pecunia melius poni potest, quam ubi laus emitur, ubi -s bonitatis extenditur? HIL. in Matth. 10, 26 detrimento brevis vitae -s immortalitatis acquiri. SYMM. epist. 3, 42 obligo -e litterarum bonae fidei debitorem (5, 45). 5, 30 mihi -s solve colloquii. 7, 67, 1 stili mei. AMBR. hex. 6, 1, 1 curarum. exc. Sat. 1, 48 gratiae. paenit. 2, 9, 80 contracti nominis. Abr. 2, 4, 18 coniunctionis. Iac. 2, 3, 12 piae doctrinae. Tob. 4, 12 usurariae iniquitatis. RVT. NAM. 1, 502 magni ... amoris. SALV. eccl. 1, 3 detrimentorum. *nota gen. gerundii*: CYPR. ad Donat. 13 -e quodam nocendi ... maior exigitur usura poenarum. b *c. attributo rem significante*: CHALC. transl. 42 ex mundi materiis ... -s elementarium mutuati *filii patris dei*. SYMM. epist. 1, 14, 1 nihil litterati -is credidisti. 7, 33 religiosum -s iterare. PANEG. 3 (11), 1, 1 a me ... hoc piae vocis officium iure quodam sacrosancti -is postulari. EPIST. pontif. 374 (*a. 430*) Migne 50, 473C qui per nos de hoc sancto -e (δανείσματος) secum lucrum semper expectat. LEO M. serm. 17, 2 qui ... pecunias amat ... hoc potius sanctum -s exerceat.

epitheta rationem vel modum -is significantia: *ad I A*: PAPIN. frg. Vat. 11 illicitum. APVL. met. 1, 21 copiosum. ARNOB. nat. 2, 40 avidum atque iniustissimum. COD. Iust. 2, 11, 20 improbum. *ad I B*: CIC. Flacc. 51 grandi. 59 gravi (SVET. Aug. 39 FIRM. math. 6, 17, 3). Att. 6, 1, 16 tolerabili. 16, 15, 6 iniquissimo. LIV. 42, 5, 9 iniusto. TAC. ann. 13, 42 immenso. VLP. dig. 19, 1, 13, 26 illicitum. *ad I C*: SEN. dial. 9, 8, 5 grande. LVCAN. 1, 181 vorax avidumque (STAT. silv. 2, 2, 152). PETRON. 83, 10 magno. TAC. ann. 14, 53 lato. ANTH. 433, 1 parvum. AMBR. exc. Sat. 1, 3 uberior. *ad I D*: SVET. Iul. 27 gratuito aut levi. *ad II A*: CIC. Cato 51 minore ... maiore (TIB. 2, 6, 22 magno, *item* SEN. contr. 2, 5, 8 COLVM. 2, 1, 3. 4, 3, 5 SEN. Phaedr. 455 SERV. georg. 2, 460). OV. rem. 174 multo (Pont. 1, 5, 26). fast. 1, 694 ingenti. ENNOD. dict. 8, 7 integrum. *ad II B*: PROP. 1, 7, 26 magno (SEN. epist. 25, 3 SALV. eccl. 1, 3 VEN. FORT. vita Pat. 7, 23). 3, 1, 22 duplici (SYMM. epist. 7, 60, 1). OV. Pont.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 1, 81 grandi (HIER. praef. Vulg. Ios.). AVG. serm. 216, 5 damnoso ac damnando. VICTRIC. 5 ingenti.

derivata: fenebris, fenerarius (?), fenerare (PRISC. gramm. II 273, 20. III 493, 28), fenusculum.

fēnusculum, -ī *n.* [*a* fenus *deminutive. Th.*]. PLAVT. Pseud. 287 ad danistam devenires, adderes -um. *Bannier.*

fer, -is *n.* [*a* ferculum *tractum esse videtur. Th.*]. *i. q. epulum*: VIRG. gramm. epit. 5 p. 29, 2 (*de deminutivis*) -r ferculum; -r enim epulum est et sic flectitur: -r feris et facit fera. *inde* GRAMM. suppl. 71, 6. 8 (192, 6, *ubi genet.* ferris). VIRG. gramm. epit. 13 p. 81, 12 coniugi . . . quae sibi ex ropha et scephora oleo admixto pene mortalibus inusitatum -r confecerat, dicens: mea uxor . . . quae mihi epulum facere commentata es, quo *eqs.* *D.*

fera *v.* ferus.

ferācitās, -ātis *f. a* ferax. *i. q. fecunditas, ubertas*: **1** *proprie*: **a** *sativorum*: COLVM. 3, 2, 31 (*ex Iulio Graecino*) ubi multa invitabunt regionis commoda, ut nobilem vitem conseramus, generosam requiremus, . . . ubi nihil erit aut non multum, quod proritet, -em potius sequemur. 3, 10, 5 nihil . . . ad -em conferre malleolo. ARNOB. nat. 1, 16 maxima (*opp.* inopia magna). PALLAD. 3, 9, 7 *surculi* -e caruerunt. AMM. 23, 6, 15 Assyria . . . multiformi -e ditissima. *c. genet. subi.*: AVG. c. Faust. 21, 12 arborum. quaest. hept. 2, 2 herbarum. POMER. 2, 18, 1 lignorum. *c. genet. explicat.*: PALLAD. 5, 2, 2 valendi -em *v. p. 431, 73.* **b** *uteri*: AVG. virg. 9, 9 quantalibet (*syn.* fecunditas carnis). **2** *translate*: AVG. c. Faust. 22, 70 illa . . . Pauli saevitia . . . tamquam silvestre erat vitium, sed magnae -is indicium. *Pflugbeil.*

*1. **fērālis**, -e [*orig. inc., nisi subest idem substantivum* fēs- '*caerimonia*, θέμις', *quod s. vv.* festus, fas *tractamus. Th.*]. *de etymologia cf. infra l. 51 sqq.* *de flexione*: MACR. sat. 1, 4, 14 Varro -ium . . . ait . . . non dixit -iorum. *de comparatione*: *comp.* -ior: PANEG. 12 (2), 46, 3 AMBR. paenit. 2, 5, 27 HEGES. 5, 18, 2 OROS. apol. 30, 3 SALV. epist. 9, 11. *superl.* -issimus: SALV. gub. 1, 29. 2, 22. 6, 13 eccl. 1, 31. *de compendiis l. 60 sqq.* *de prosodia*: *legitur apud poetas semper* fē-; *sed* fĕ- *apud* OV. fast. 2, 569 (*qui a* ferre *derivat*); *item* fĕ- CORIPP. Ioh. 7, 477. *de notione*: GLOSS. mortalis. -es mortales. -ia luctuosa. lugubria. luctuosa, funebria. tristi[ti]a lugubria. luctuosa aut lugubria, tristi[ti]a. lugubria, id est tristi-[ti]a vel luctuosa. *ante Augusti aetatem non usitatum nisi de die festo* (*I A*).

I *strictiore sensu i. q. ad* **mortuos** *et* **inferos** *pertinens*:

A *de diebus novem ante* VIII *Kal. Mart. quibus mortuis parentatur*: OV. fast. 2, 34 -es praeteriere dies. 5, 486 -i tempore *fana* operta vides. trist. 3, 3, 81 extincto -ia munera semper . . . dato. COLVM. 10, 191 Cappadocamque *herbam* premit -i mense Lupercus. IVV. 5, 85 tibi . . . ponitur exigua -is cena patella (SCHOL. *ad l.* mortalis). APVL. met. 10, 27 paucis interiectis diebus, quis -ia mortuis litantur obsequia. *cf.* CARM. epigr. 422, 14 dixerunt -e diem stationibus atris *i. 'constituerunt feralia ad modum publici luctus iustitiique'.* *praecipue de ultimo horum novem dierum i.* IX *Kal. Mart., quo* **Fērālia** *publice celebrantur*: *cf.* VARRO ling. 6, 13 -ia ab inferis et ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum quibus ius ibi parentare (MACR. sat. 1, 4, 14). OV. fast. 2, 569 hanc quia iusta ferunt dixere -ia lucem, ultima placandis manibus illa dies. PAVL. FEST. p. 85 -ia dis manibus sacrata festa, a ferendis epulis vel a feriendis pecudibus appellata. *cf.* GLOSS. IV 75, 46 -ia parentalia. CIC. Att. 8, 14, 1 eodem die Caesarem a Corfinio . . . profectum esse, id est -bus, quo Canusio . . . Pompeium. LIV. 35, 7, 3 diem finiri placuit -ia, quae proxime fuissent. FAST. ann. Iul. Caeret. Febr. 21 (Corp. I² p. 212) Fer. f. p. Maff. *et* Farnes. Febr. 21 (Corp. I² p. 223 *et* 250) Feral. PHILOCAL. fast. Febr. 21 (Corp. I² p. 258) -ia. *fort. huc etiam pertinet* PLIN. nat. 20, 113 *apium* defunctorum epulis -bus (*abl. tempor.*) dicatum esse.

B *apud inferos habitans, positus, ex inferis ortus sim.*: **1** *de personis*: SEN. Herc. f. 1146 post feditus *ex inferis* quoque oberrat oculis turba -is meis? Med. 740 comprecor vulgus silentum vosque -es deos (Thy. 668). LVCAN. 6, 623 umbra *mortui*. 10, 59 *Cleopatra* Latii -is Erinys (*translate.* SIL. 2, 609 *proprie*). PETRON. 120, 62 Enyo. PRVD. psych. 565 Bellonam monstrum -e. *cf.* TAC. Germ. 43 atras ad proelia noctes legunt *Harii* ipsaque formidine atque umbra -is exercitus terrorem inferunt (*fere i. q. ex inferis progressi, ut videtur*). **2** *de rebus corporeis*: APVL. met. 6, 16 (*ad Psychen*) ad inferos et ipsius Orci -es penates te derige. CLAVD. rapt. Pros. 1, 37 quaecumque latent -i monstra *infera* barathro. 2, 272 (*Proserpina ad matrem*) comprime -es torvi praedonis *Plutonis* habenas. **3** *de rebus incorporeis*: STAT. Theb. 11, 344 (*Iocasta ad Eteoclem*) non ego te contra Stygiis -ia sanxi vota deis. CLAVD. 3, 131 sentit -e Britannia murmur *Megaerae*.

C *ad mortuos, ad cultum, sepulturam, venerationem mortuorum, ad funus pertinens*: **1** *de animantibus*: OV. met. 15, 374 tineae . . . -i mutant cum papilione figuram. PS. QVINT. decl. 12, 11 -em victimam violatis manibus mittimus. TAC. ann. 2, 75 quod *Agrippina* . . . -is reliquias *Germanici* sinu ferret. **2** *de arboribus et rebus corporeis saepius i. q. lugubris et ad colorem pertinens ater, niger sim.*: VERG. Aen. 6, 216 (*de pyra Miseni*) -is ante cupressos constituunt (GLOSS. V 199, 29 -is cupressus id est mortuis dicatus [dicatas?]. cupressus enim quod in modum hominis exsecta non pullulat mortuis consecrata est. OV. trist. 3, 13, 21 PETRON. 120, 75. *cf.* SIL. 10, 534 -e decus, maestas ad busta cupressos. SER. SAMM. 684 far . . . -i ec fronde cupressi). OV. Ib. 103 quid dubitas -es sumere vittas? iam stat . . . funeris ara tui (VAL. FL. 5, 57?). SEN. Tro. 488 omen tremesco . . . -is loci (*i. tumuli structi*). LVCAN. 6, 536 -is fragmenta tori *mortuorum* (*cf.* QVINT. decl. 18, 17 supra lectulum effusa -em *mulier*). 6, 638 inserto laqueis -bus *corporis* unco. 9, 109 caput -i obduxit amictu *Cornelia* (*cf.* PS. QVINT. decl. 5, 20 cum -i veste squalorem exuit *frater.* TAC. ann. 14, 30. FLOR. epit. 1, 12, 7 Fidenae . . . facibus armatae et discoloribus . . . vittis furiali more processerunt; sed habitus ille -is eversionis omen fuit. APVL. met. 10, 12 *filius* -bus amiculis instrictus atque obditus. LACT. mort. pers. 39, 4 de nuptiis in . . . -i habitu agere). SEN. Oed. 558 vivumque trepidat igne -i pecus *sacrificatum* (*cf.* QVINT. decl. 329 p. 296 *de igne rogi*). PLIN. nat. 16, 40 picea . . . -is arbor et funebri indicio ad fores posita. VAL. FL. 5, 31 crescit donis -is acervus *Idmonis combusti.* STAT. Theb. 6, 32 sparsus . . . -i pulvere barbam *Lycurgus maerens.* silv. 5, 1, 209 exequias et dona . . . -ia pompae. TAC. ann. 3, 1 urnam (CARM. epigr. 1321, 5). APVL. flor. 19 p. 95 cenam -em a tumulo ad mensam referrent. LAMPR. Comm. 11, 7 scalpris *medicinalibus scalpris similibus.* VEREC. satisfact. 62 sepulcrum (CARM. epigr. 1222, 3). **3** *de aliis rebus maxime incorporeis et actionibus*: LVCAN. 6, 432 tristes sacris -bus *magorum* aras. 6, 440 canentes arcanum -e magos. 7, 733 pompa (CALP. ecl. 1, 60 APVL. met. 8, 6 AMBR. in psalm. 61, 26). PS. QVINT. decl. 9, 6 sonabant clangore -i tubae. TAC. hist. 1, 37 horror animum subit, quotiens recordor -em (*i. super cadavera*) introitum *Galbae.* APVL. met. 1, 6 uxor *Socratis* persolutis -bus officiis luctu et maerore diuturno deformata (9, 30). 2, 22 custodela. 4, 34 perfectis . . . -is thalami cum summo maerore sollemnibus. ARNOB. nat. 7, 15 effigies numinum nigrore offuscare -i. SCHOL. Stat. Theb. 4, 306 convivii. Pers. 5, 9 tamquam intersit -bus cibis *Glycon*, qui de talibus rebus assidue tragoediam componit. CLAVD. 5, 445 manus *Rufini abscisa et ostiatim circumlata quasi stipem emendicans* inhumata diu . . . -em quaestum post fata reposcit. CARM. epigr. 465 B 14 titulum. 1122, 1 carmine (INSCR. christ. Rossi II p. 118, 101, 9).

n. plur. pro subst.: TAC. ann. 1, 26 neque imperatorem . . . attrectare -ia debuisse.

n. sing. pro adv.: CLAVD. rapt. Pros. 3, 130 buxus . . . -e gemiscunt.

c *accedunt nomina hominum vel deorum*: **α** *genet. hominum, qui -as agunt*: VARRO ling. 6, 13 -ae ... eorum hominum, qui Furnacalibus suis non fuerunt feriati. 6, 24 -ae non populi, sed montanorum modo. CIC. off. 3, 59 piscatorum. FEST. p. 254 stultorum (PAVL. FEST. p. 316 *definiuntur*). MACR. sat. 1, 16, 7/8 familiarum, ... singulorum. *v. p. 503, 48*. QVEROL. p. 40, 14 ancillarum (POL. SILV. fast. Iul. 7). POL. SILV. fast. Dec. 17 servorum. **β** *nomina deorum vel dearum, quibus -ae instituuntur*: *genetivo*: VARRO ling. 6, 12 Carmentalia nominantur quod ... tum ... -ae Carmentis. 6, 19 Neptunalia a Neptuno; eius enim dei (die *codd.*) -ae (6, 21 cuius *sc. Volturni* -ae tum). 6, 22 Fontanalia a Fonte, quod is dies -ae eius (6, 23 cuius *sc. Angeronae* -ae publicae is dies). *ibid.* Saturnalia dicta ab Saturno, quod eo die -ae eius. PAVL. FEST. p. 85. PORPH. Hor. epist. 2, 2, 197 Minervae. MART. 12, 81, 1 Saturni. *cf. etiam p. 503, 74*. *dativo*: VARRO ling. 6, 13 Quirinalia a Quirino, quod ei deo (ideo *codd.*) -ae. 6, 15 Palilia dicta a Pale, quod ei -ae. 6, 19 Furrinalia Furrinae, quod ei deae -ae publicae dies is. 6, 20 Consualia dicta a Conso, quod tum -ae publicae ei deo. *ibid.* Volcanalia a Volcano, quod ei tum -ae; *passim in* FAST. ann. Iul., *ut* FAST. Praen. Ian. 15 (Corp. I² p. 231) -ae Carmenti. *ibid.* Mart. 2 (Corp. I² p. 233) Marti Iunoni Lucinae Esquiliis. *al.* *sic potius dativus quam genetivus vel intellegendus vel supplendus esse videtur, ubicumque de casu dubitatio relinquitur, velut* FAST. Vatic. Mart. 15 (Corp. I² p. 242) -ae Annae Perennae. FAST. Venus. Mai. 23 (Corp. I² p. 221) fer(iae) Volca(no). *al.*

B *Iudaeorum et Christianorum*: **1** *absolute*: TERT. idol. 14 numeniae et -ae a deo aliquando dilectae. adv. Marc. 4, 12 p. 454 cibum operati *Christi discipuli* -as ruperant. ITALA Is. 1, 14 (Tert. adv. Marc. 1, 20 p. 316; *similiter ibid.* 5, 4 p. 580 Ps. Cypr. adv. Iud. 5 Barnab. 2, 5) -as et ieiunium et dies festos vestros odit anima mea (νηστείαν καὶ ἀργίαν καὶ τὰς νουμηνίας, VVLG. calendas vestras et sollemnitates vestras). PORPH. Hor. sat. 1, 9, 69 *sabbata* vulgares homines -as sibi assumunt. Ps. ORIG. tract. 8 p. 93, 17 sabbatum otium vel -ae ... interpretatur. AMM. 21, 2, 5 -arum die, quem celebrantes mense Ianuario Christiani Epiphania dictitant. PELAG. in Rom. 16 p. 716^{A} neomenias et sabbata et ceteras -as ventris gratia praedicabant. in Tit. 1 p. 897^{B} -as et otia ... admittunt. RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 5 festorum dierum et -arum rationem *Christianorum*. Ps. RVFIN. in Os. 2, 11 posuit nomina -arum in quibus plurimum laetabatur *gens Iudaea*. GREG. M. epist. 13, 15 *Iudaeos* a quibusdam -arum suarum sollemnibus ... arcere. *ibid. Iudaei* omnes festivitates -asque suas ... liberam habeant observandi celebrandique licentiam. PASS. Petr. Paul. long. 1 neomenias et legitimas -as exinanivit *Petrus*. *nota lusum verborum*: Ps. RVFIN. in Os. 9, 4 omnis eorum oblatio non -iis, sed inferiis aptior. **2** *c. gen. dei vel sancti, cui -ae celebrantur*: VVLG. lev. 23, 2 hae sunt -ae domini, quas vocabitis sanctas. 23, 4. 37 quas vocabitis celeberrimas atque sanctissimas. 23, 39 celebrabitis -as domini septem diebus. CONC. Matisc. a. 583 p. 517, 14 a -a sancti Martini usque natale domini. **3** *c. gen. epexegetico*: TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 454 ut sabbati ... -as ... pabuli paratura ieiunio liberaret (*ibid.* p. 456 Ps. RVFIN. in Am. 8, 4/6). VVLG. lev. 23, 34 erunt -ae tabernaculorum septem diebus domino.

II *i. q. cessatio a laboribus vel negotiis* (*de nonnullis locis dubitatio relinquitur, an ad I potius revocandi sint*): **A** *proprie* (*de hominibus et bestiis*): **1** *absolute*: PLAVT. Epid. 469 (*ad militem*) tuas possidebit mulier faxo -as. CATO agr. 132 eo die (*Iovis dapalis*) -ae bubus et bubulcis et qui dapem facient. 138 mulis equis asinis -ae nullae. SEN. contr. 1 praef. 15 tristitia ... -arum hilaritate discutitur. PHAEDR. 3 prol. 8 aliquae venient -ae, quae me soluto pectore ad studium vocent. SEN. dial. 10, 6, 1 sibi ne puero quidem unquam -as contigisse (10, 6, 2). epist. 55, 7 tempestas piscatoribus dedit -as. PETRON. 24, 3 Ascyltos in hoc triclinio solus -as agit? MART. 5, 80, 4 durum est perdere -as. FRONTO p. 224, 4 N. -as in secessu maritimo fruendas. PAPIN. dig. 48, 16, 10, 2 *quo die* -ae finitae sunt. VLP. dig. 2, 12 rubr. de -iis et dilationibus et diversis temporibus (COD. Theod. 2, 8 rubr.). TRAIAN. Vlp. dig. 2, 12, 9 -as a forensibus tantum negotiis dare vacationem. DOMITIAN. Paul. dig. 48, 16, 16 quod de -iis et abolendis reis dicitur, non pertinere ad servos. FRG. Vat. 156 si -ae sint, libellos det contestarios *tutor*. APVL. met. 9, 6 licet forensi negotio officinator noster attentus -as nobis (*operariis*) fecerit. PALLAD. 1, 6, 7 (*inter sententias, fere proverbialiter*) necessitas -iis caret. SYMM. epist. 1, 8, 1 *Lucrinis* -iis fruendis modus nullus est (*cf.* FRONTO p. 224, 4 N.). 1, 47, 2 pingues -as agere (*cf. infra l. 84*). COD. Theod. 2, 8, 19 (*a. 389*) omnes dies iubemus esse iuridicos. illos tantum manere -arum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit. SIDON. epist. 1, 4, 2 *invidi et inertes* -as inhonoratorum laudant. COD. Iust. 3, 12, 3 (4) a nullo iudice praesumi decet, ut auctoritate sua -as aliquas condat. **2** *c. attributis*: CIC. de orat. 3, 85 forenses. AVR. Fronto p. 223 tit. N. Alsiensibus (223, 11). GELL. 9, 15, 1 per -arum tempus aestivarum (18, 5, 1). COD. Iust. 3, 12, 3 (4) imperiales (*cf. Mommsen, Ges. Schr. 8, 16*). **3** *c. gen. rei*: SVET. Iul. 40, 1 messium ... vindemiarum TERT. adv. Mart. 4, 12 p. 455 operum. SYMM. epist. 1, 5, 1 nulla statio ... in qua huius muneris (*sc. litteras scribendi*) -as egerimus. PRVD perist. 9, 76 scholarum.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *translate i. q.* otium, tranquillitas, *securitas, pax, intermissio* (*etiam de rebus*): PLAVT. Capt. 468 (*per iocum, ita ut subsit notio, quae est sub I A*) venter gutturque resident esuriales -as (*cf.* FRONTO p. 227, 1 N. ⟨numquid tu⟩ esurialis -as celebras?). HOR. carm. 4, 5, 37 longas ..., dux bone, -as praestes Hesperiae. PLIN. nat. 17, 210 nihilque est in opere naturae, quod non exemplo dierum noctiumque aliquas vices -arum velit. ARNOB. nat. 1, 13 (*proverbialiter*) sine ullis, ut dicitur, -iis multiplicium formas sustinuisse discriminum (ENNOD. epist. 6, 31, 1). AMBR. Tob. 13, 44 crescit semper pecunia, otium nescit avaritia, usura -as. EPIST. pontif. 375 (*a. 430*) Migne 50, 491ᴬ nesciunt -as (*gr.* ἀργίαν), in quibus intus est hostis. *c. gen. rei*: VARRO frg. Gell. 1, 25, 1 indutiae sunt ... belli -ae. PS. ORIG. tract. 8 p. 95 sabbati dies, id est malorum operum -a. AMBR. exc. Sat. 1, 70 lacrimarum. 2, 38 poenarum (PRVD. cath. 5, 126). fug. saec. 6, 32 lasciviae. EPIST. pontif. 392 (*a. 433*) Migne 50, 609ᴮ cogitationum. ENNOD. epist. 4, 23, 1 linguae (4, 24, 1. 4, 32, 2. 4, 33, 1. 5, 8, 1). 6, 30, 1 epistularum. 8, 3, 2 oris.

III *apud Christianos fere singulari (sed cf. p. 502, 24 sq.) de* **diebus hebdomadis,** *exceptis plerumque primo sc. die dominico et septimo sc. sabbato, qui suis nominibus appellantur (sed cf. infra l. 41 sqq.). de origine huius usus v. Du Cange s. v.* 2. feriae. *praemisi locos, quibus vel definiuntur vel enumerantur*: **1** *excipiuntur dies dominicus et sabbatum*: ANTH. 488 (= CARM. poet. min. V 58, 6) 2 de septem diebus: prima dies Phoebi ... nomine fulget. vindicat et ... -am sibi Luna secundam (*cf. infra l. 38 et 42*). ITIN. [Silv.] 29, 6 de sabbato ... usque in quinta -a, qua post cena noctu comprehenditur dominus, sex dies sunt (AVELL. p. 683, 27 quinta -a hoc ⟨est⟩ cena domini. VRAN. epist. 11 p. 865ᴮ quinta -a ... sexta ... -a, sabbato. GREG. M. in Ezech. 2, 4, 2 sexta ... -a passus est *Christus*, sabbato quievit ..., dominico ... die resurrexit. *cf. etiam B 1 a*). 39, 2 die dominica ... secunda -a ... tertia -a ... quarta -a ... quinta -a ... sexta -a ... sabbato. AVG. epist. 36, 30 quarta sabbati, quam vulgo quartam -am vocant. MAX. TAVR. cap. euang. p. 822 primus dies dominica, secundus dies secunda -a et sic omnes dies. post sex dies .. sabbatum numeratur. BENED. reg. 13. 18. ISID. orig. 5, 30, 9 apud Hebraeos ... dies prima una sabbati dicitur, qui apud nos dies dominicus est, quem gentiles Soli dicaverunt. secunda sabbati secunda -a, quem saeculares diem Lunae vocant *eqs.* **2** *dies dominicus non excipitur* (*neque sabbatum l. 45 sq.*): HILARIAN. pasch. 15 -a prima. hoc est dominica (ISID. nat. 3, 1 dies sabbati ab initio feriatus habetur. inde dies solis prima -a nuncupatur, quia primus est a -a, item Lunae proinde secunda -a, quia secundus est a -a *eqs.*). PS. AVG. quaest. test. I 111, 1 p. 278 Vind. prima ... sabbati prima -a est. post sabbatum enim primus dies dominicus est. SACR. Gelas. *passim numerantur a secunda ad septimam.*

A *in enarratione rerum sollemnium, eisdem diebus iteratarum*: TERT. ieiun. 2 quae (*stationes ieiuniorum*) ... ipsae suos ... dies habeant quartae -ae et sextae (ITIN. [Silv.] 27, 5 quarta et sexta -a etiam et a çathecuminis ieiuna[n]tur. AMBROSIAST. in Rom. 14, 5 *quidam* quarta -a carnem non edendam statuerunt. RVFIN. hist. mon. 7 p. 419ᴬ ieiunia ... legitima, id est quarta et sexta -a ... non esse solvenda. CASSIAN. inst. 5, 24 absque legitimis quartae sextaeque -ae *ieiuniis*. LEO M. serm. 75, 5 quarta ... et sexta -a ieiunemus. EPIST. pontif. 311 [*a. 416*] Migne 20, 555ᴬ. LIB. pontif. p. 46, 4 die dominico aut quinta -a ieiunium quis de fidelibus ageret. BENED. reg. 41). ITIN. [Silv.] 27, 4 (*de diebus paschalibus*) secunda -a ... de pullo primo ad Anastasem itur sicut et toto anno (27, 5. 7) et aguntur usque ad mane quae semper *eqs.* (27, 5. 7 *bis.* 32, 1. 34. 35, 1). 27, 5 quarta -a et sexta -a ... in Syon procedi (*ibid. bis.* 27, 6. 39, 2 *bis.* 41). 27, 7 sexta (*bis*). 28, 3 *aputactitae* in totis quadragesimis in medio quinta -a cenant. 29, 1. 2. 33, 1. 44, 3. AVG. epist. 29, 2 ut quarta -a illud ... capitulum consequenter tractaretur (*seq. Matth. 7, 6*). PS. AVG. tit. libr.: de -a quarta tractatus. serm. 265, 5 ut quinta -a nec viri opera faciant nec mulieres lanificium (*ibid.* qui in honore Iovis in quinta -a opera non faciunt). EPIST. pontif. 311 (*a. 416*) Migne 20, 556ᴬ sexta -a semel in pascha erit ... celebranda. *ibid.* sextae -ae per singulas hebdomadas reparanda imago est. 20, 559ᴬ VEN. FORT. vita Radeg. 23, 54. GREG. M. epist. 2, 2 sexta ... -a veniente. BENED. reg. 13 *dicatur* secunda -a quintus et trigesimus quintus *psalmus* ... tertia -a ... quarta -a *eqs.* (18 ad primam *horam* secundae -ae dicantur tres psalmi *eqs.*). CORP. XI 263 tertia cui (*clero*) cessa est et -a sexta lavandi. *additur gen.* hebdomadis *vel* dierum festorum: ITIN. [Silv.] 42 alia die ..., id est quinta -a quadragesimarum celebratur missa (AVG. epist. 54, 6 quintam -am ultimae hebdomadis quadragesimae). CONC. Matisc. a. 585 p. 167, 17 sacramenta excepta quinta -a pasche non nisi a ieiunis concelebrentur *eqs.* *c. gen.* personarum *dies festos celebrantium*: ISID. reg. monach. 10, 1 haec sunt -ae monachorum, in quibus ieiunia conquiescunt.

B *in enarratione rerum non sollemnium, semel factarum*: **1** *anni tempus non accuratius definitur*: **a** *in enarratione rerum ad passionem Christi pertinentium*: SERM. Migne 13, 651 dei filius ... hominem ... sexta -a conditum ... eadem sexta -a proprio sanguine redimere properabat. TYCON. 5 p. 56, 17. 57, 5. 58, 7. 59, 4 inter sextam -am et sabbatum. 5 p. 59, 10. RVFIN. hist. mon. 7 p. 419ᴬ quia quarta -a Iudas de traditione domini cogitaverat et sexta -a crucifixus sit salvator (VICTOR. pasch. chron. I p. 683 VIGIL. THAPS. c. Eutych. 2, 9. PS. AMBR. serm. 32, 2 usque ad vesperum quintae -ae ... omni die docuit in templo, ... sexta -a crucifigendus). PS. PROSP. prom. 1, 7, 2 quod quinta -a ad patibulum traditus fuerit ipse salvator et dominus. *ibid.* quod *dominus* ... sexta -a suspensus in cruce ... sanguinem fuderit. **b** *in enarratione aliarum rerum*: VIGIL. ad Ioh. 11 sextae -ae lux ... processerat semper post deum amica martyribus. PS. AVG. quaest. test. I 95, 4 p. 169, 6 Vind. mensis primus, quo pascha quarta decima die celebratum est in Aegypto, haec dies quarta -a fuit; unde et lex quarta -a data est. 169, 15. 28. 170, 4 quota -a factum est pascha. 170, 8. 10 *sqq.* LEO M. serm. 52, 5 quae ... desunt, quarta -a ... reddenda promittimus. 54, 5. AVELL. p. 619, 10 (*a. 519*) tertia -a ... principis praesentamur aspectibus. p. 620, 10. 683, 27. VRAN. epist. 11 p. 865ᴮ. RVRIC. epist. 2, 24 ut crastino, quod erit quarta -a, ... mihi ieiunus (*cf. p. 505, 47 sqq.*) occurras. 2, 60 ut, si secundo crastino non potueris, vel tertia -a ad nos venire digneris. PASS. Fructuos. 3 (*bis*).

2 *additur accuratior diei definitio*: **a** *genetivo*: AVELL. p. 619, 4 (*a. 519*) secunda -a hebdomadis authenticae (*i. hebdomadis maioris, sc. eius, quae praecedit pascham*). *idem tempus significatur* p. 683, 18 hebdomadae maioris. **b** *aliis temporis definitionibus (nota locutionem* die *tota* -a): ALTERC. Heracl. p. 133 tit. quod gestum est ... Idus Ianuariae sexta -a *illis* consulibus. OPTAT. 1, 23 sexto Nonas Octobris, die sexta -a. SVBSCR. syn. Chalc. a. 451 (Mansi 7, 707ᴬ) fer(ia) IV, ind(ictione) XIII, XV Kal. April. ANON. Vales. 16, 94 die quarta -a septimo Kalend. Septemb. PS. AVG. quaest. test. I 95, 5 p. 170, 10 quae prima -a sexto decimo die fuit mensis secundi. CONSVL. Constant. chron. I p. 246, 415 die sexta -a, quae fuit tunc III Non. Dec. HYD. chron. II p. 19, 64 die XIV Kal. Aug. qui fuit quinta -a (p. 25, 136). p. 26, 149. 28, 173 III Non. Octobres die sexta -a (p. 30, 191 quinto Kal. Iunias die quarta -a. *similiter* p. 33, 225; *coniunxit Mommsen his locis* die *cum numero, sed potest etiam coniungi cum* -a). p. 32, 214 PASS. Fructuos. 2 BAVDON. vita Radeg. 2, 21. CORP. IX 6150 (*saec. VI*) depositus sexta -a, quod est XV Kal. Septembris. X 4630 (*a. 559*) deposita die ⟨sex⟩ta ⟨fe⟩ria ⟨X?⟩III Kal. Novbr. *al.*

C *in cyclis paschalibus vel ad diei certi tempus definiendum spectantibus*: **1** *generatim*: PS. CYPR. pasch. 6 p. 253, 18 luna, quae quarta -a V Kl. Apr. quinta decima fuerat facta, inventa est *eqs.* VICTOR. pasch. chron. I p. 679, 16 luna quartadecima si -a sexta provenerit ... festivitati paschali ... deputetur. COMPVT. Carth. 1, 3 inter duodecim annos ... assis unus de accrescentibus unciis perspicue invenietur, praeter illum assem videlicet -arum, qui inter annos quattuor per vissextum sepissime subrogatur (*ibid. plur.*: 1, 5 *med.* 1, 5, *extr.* lunares annos -arumque dies adnotatos. *sing. saepius*). 1, 9 lunam et -am, quae fuerit kalendis ianuaris, obserbabis. COMPVT. cod. Col. frg. p. 230 cyclus ut in secundo veniat sive luna sive dies sive bissextus sive -a post annos LXXXIV complentur. DIONYS. EXIG. pasch. 10 argum. de die septimanae sanctae -a paschali. *ibid.* quamlibet diem a cal. Ian. usque ad XXX diem mensis Decembris, quota -a fuerit, invenies computando (12. 14 argum.).

2 *additur accuratior diei definitio*: **a** *absolute*: PS. CYPR. pasch. 7 primum in Aegypto pridie id. Apr. secunda -a XIV luna immolaverunt pascha *Iudaei*. *ibid. bis.* HILARIAN. pasch. 15 passus est ... Christus luna XIV, VIII Kal. Apr. -a sexta (*sim.* COMPVT. cod. Col. p. 230 COMPVT. Carth. 1, 2 PROTER. Leo M. epist. 133, 2). VICTOR. pasch. chron. I p. 682, 10 Kal. Ianuariis tertia -a ... VIII Kal. Apr. -a secunda. p. 683, 1. 686 *sqq. in tabula ad primos anni dies pertinente haec subest formula*: anno ... c(on)s(u)l(ibus). Kal. Ian. d(ie) *tŏta* -a lun(a) *tŏta* pascha ... lun(a) *tŏta* (*sim.* p. 741 *sqq.*). THEOPHIL. ALEX. praef. 4 salvator quarta decima luna traditus est, hoc est V -a (τῇ πέμπτῃ τοῦ σαββάτου). COMPVT. cod. Col. p. 230 fuit in principio creaturae VIII kl. ap. XIV luna vel XV, minuta V, f(eria) quarta *eqs.* **b** *nota c. gen.* septimanae: PROTER. Leo M. epist. 133, 4 cum ... XIV luna paschalis parmuthi XXIII die, qui est XIII kl. Mai., occurrerit III -a septimanae.

fere i. q. dies: COMPVT. Carth. 1, 6 facit tibi unum assem bissextum, hoc est quater quadrantes as; haec est -a una. *cf.* SCHOL. Arat. p. 288, 13 tertia -a ... quinta (*Arat. 767* τρίτον ἦμαρ ... πέμπτον).

syn. et iuxta posita: *ad I A*: CIC. Planc. 66 ludis (*cf. infra l. 73 et 76*). leg. 2, 29 festorum ... dierum (PLIN. nat. 18, 284). 2, 47 sacris ... votis ... sepulcris. 2, 50 caerimonias. 2, 57 piaculum. ACT. lud. saec. Aug. (Corp. VI 32323) 39 loedi ... sellisternia. LIV. 40, 19, 5 supplicatio (41, 21, 11. 42, 20, 6 FAST. ann. Iul. Amitern. *et* Arv. Sept. 3 [Corp. I² p. 215 *et* 245]). MACR. sat. 1, 16, 3 sacrificia epulae ludi. *ad I B*: *v. p. 504, 26.*

derivata: ferialis, feriari.

fēriālis, -e *a* feria. *adiect. non nisi in prava versione vocabuli q. e.* ἐναργέστατον (*cf. p. 502, 41 sq.*): SCHOL. Arat. p. 189 dies -es. *n. sing. subst.* **fēriāle,** -is *i. q. index feriarum*: CORP. X 3792 (*a. 387*) administrante Romano iun(iore) sacerdote -e domnorum sic: (*sequuntur dies feriati varii*). *cf. Mommsen, Ges. Schr. 8, 16.*

fēriāticus, -a, -um [a feriatus, feriari. *Th.*]. *i. q. feriatus* (*sub* feriari *B p. 517, 55 sqq.*): VLP. dig. 2, 12, 2 praetorem adiri etiam -is

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

diebus (*sic F*, feriatis *PU*). LEX Burg. Rom. 11, 6 fiscalia ... negotia dici etiam -is (feriatis *pars codd.*) diebus licebit. *subst.* fēriātica, -ōrum *n.* *i. q. munera feriis missa*: FERRAND. canon. 185 ut nullus a Iudaeis vel haereticis -a accipiat (= *Conc. Laod. 37* τὰ πεμπόμενα ἑορταστικά. CANON. Migne 67, 168^D ea, quae mittuntur munera festiva).

fēriātus, -a, -um, *quod dubites utrum adiectivum sit derivatum a* feria, *an part. perf. pro adiectivo derivatum a* feriari, *v. sub* ferior.

GLOSS. II 328, 29 **fericula** θηράφιον [*a fera deminutive. Th.*]. *cf.* besticula *vol. II p. 1941, 22.*

GLOSS. V 600, 1 **feriferus** furens. GLOSS. lib. gloss. -ae ferae furentes. [*iteratione adiectivi* ferus *factum esse censet Niedermann, Mélanges linguist. offerts à A. Meillet 110. alii ad exemplum vocabulorum* equifer caprifer ovifer *vel* semifer(us) *formatum esse putant. Th.*]

fremitum dictum velut **ferimentum** PAVL. FEST. p. 10.

ferinunt *v.* ferio.

ferīnus, -a, -um [*a* fera. *Th.*]. PRISC. gramm. II 79, 16 ferus vel fera -us. GLOSS. -a ἀγριμαῖον. -um hold (*anglosax. i. cadaver*); *cf.* GLOSS. IV 475, 4 agrestis -a. V 263, 49 agrestes -ae.

I *proprie de feris*: **A** *pro genetivo subiectivo*: **1** *i. q. ad ferarum corpus pertinens, e ferarum corpore natus*: **a** *adiectivum*: LVCR. 5, 1418 pellis ... cecidit vestis contempta -a⟨e⟩ (TAC. ann. 2, 13 pelle. IVST. 2, 2, 9). SALL. Iug. 18, 1 caro (89, 7 LIV. 35, 49, 7 MELA 1, 41 PLIN. nat. 6, 161 PANEG. 9 [12], 24, 2 AMM. 14, 4, 6 CLAVD. DON. Aen. 1, 214 APIC. 8, 332). VERG. Aen. 11, 571 equae ... lacte (OV. trist. 3, 11, 3 fast. 3, 53 VAL. FL. 2, 157 *equorum*). OV. am. 3, 10, 26 terga. met. 2, 523 *ursae* vultus (7, 270 APVL. flor. 3 p. 11). met. 11, 3 velleribus. trist. 5, 12, 55 vocis. fast. 5, 466 *lupae* ubera (PALLAD. hist. mon. I 6 p. 272^B *bubali*). GRATT. 74 vires. 91 habitu. 223 vapore. APVL. met. 4, 2 praecordia *asini*. 4, 14 *ursarum* semivivorum corporum -a naufragia. 6, 31 ut ... corpus puellae *asino insutae* nexu -o coherceat *asinus vacuefactus*. 11, 13 facies *asini*. TERT. apol. 9 qui de arena -is obsoniis cenant. AVIEN. Arat. 254 effigiem *ursae*. PS. RVFIN. in Os. 13, 7/8 nec dedignatur *dominus* commonitionem tuam -is imaginibus explicare. PRVD. cath. 7, 122 *ceti* gutture (ENNOD. carm. 1, 11, 12). PETIL. Aug. c. Petil. 2, 202 morsibus. CYPR. GALL. gen. 341 dente. CARM. de Iona 100 *ceti* anima. MACR. somn. 1, 9, 5 *anima* corporis ambit habitaculum non humani tantum modo, sed -i quoque electo genere. MART. CAP. 4, 352 animalia. SIDON. epist. 7, 14, 8 substantiam. ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 25 felle. ENNOD. carm. 2, 125 generis *asinorum*. CASSIOD. in psalm. 106, 24 *ceti* ventris (129, 1).

de signis caelestibus: FIRM. math. 6, 15, 7 Mars aut Saturnus in -o signo constitutus (6, 15, 21. 6, 29, 11. 7, 7, 1 -is signis ... id est in Tauro ⟨aut⟩ in Cancro aut in Scorpione aut in Capricorno aut in Piscibus). *nota*: OV. met. 15, 457 inque -as possumus ire domos *i. corpora* (*cf. supra l. 37*). *fere i. q. ferus*: APVL. met. 7, 16 hospites -is equis *Diomedis* ... lacerandos. *nota structuram*: APVL. met. 2, 5 *Actaeon* iam in cervum -us.

b *substantivum*: *fem. sing. i. caro -a*: VERG. Aen. 1, 215 *Aeneadae* implentur veteris Bacchi pinguisque -ae (AVSON. 352, 5). COLVM. 10 praef. 1 largior ... pauperibus fuit usus epularum lactis copia -aeque ac domesticarum pecudum carne. PLIN. nat. 13, 43 pomum ... a ceteris generibus distans sapore quodam -ae. VAL. FL. 3, 569 captaque dapes *Hylan* auxisse -a. *neutr. plur. i. res -ae*: APVL. met. 11, 1 res ... humanas ipsius *Lunae* regi providentia nec tantum pecuina et -a.

2 *i. q. e ferarum corpore factus*: VAL. FL. 6, 379 regina ... partem capitis galeaeque -ae dissipat. SIL. 8, 493 capiti ... cudone -o ... cautum.

3 *de ferarum consuetudinibus, vita*: APVL. met. 7, 21 illicitas atque incognitas temptat libidines et -as voluptates *asinus*. apol. 12 *Venerem* non modo humanis animis, verum etiam pecuinis et -is ad libidinem imperitare. SERV. Aen. 7, 19 *Circe* homines in -am vitam ab humana deducebat. PRVD. c. Symm. 1, 80 rusticitas ... pecudes inter ritusque -os dedere sueta animum. PAVL. NOL. carm. 20, 416 nec procul ex oculis hominum de more -o se rapit *vitula*. PS. RVFIN. in Os. 2, 18/20 ut nec arvorum fruges saevities -a populetur. *cf.* APVL. met. 11, 2 regina caeli ... quae ... glandis -o remoto pabulo ... glebam percolis (TERT. nat. 1, 2).

B *pro genetivo obiectivo*: *i. q. feris illatus*: OV. met. 7, 675 sum nemorum studiosus ... caedisque -ae (7, 808). GRATT. 13 trepidam bello vitam ... -o. 113 ne cessaret iners in vulnere massa -o. PERVIG. Ven. 39 ut nemus sit incruentum de -is stragibus. FIRM. math. 7, 7 tit. de -is (*i. sub ferarum signo*) et de quadrupedibus genituris.

II *translate de hominum moribus, vita* (*nonnulla prope accedunt ad notionem propriam, velut infra l. 82*): SEN. clem. 1, 25, 1 crudelitas minime humanum malum est indignumque tam miti animo; -a ista rabies est, sanguine gaudere ac vulneribus et abiecto homine in silvestre animal transire. GELL. 5, 14, 26 (*Androclus servus loquitur*) ubi me ... vitae illius -ae (*sc. cum leone*) iam pertaesum est (AMM. 26, 6, 4). 19, 2, 3 in pecudum ferorumque animalium numero habetur, quisquis est his -is voluptatibus (*gustus atque tactus*) praevinctus (COMM. instr. 2, 10, 9 gentem ... -a vita viventem. AVG. lib. arb. 1, 8, 18). APVL. met. 4, 21 *Thrasyleon* morsibus laceratus ferroque laniatus obnixo mugitu et -o fremitu ... casum ... tolerans (*cf.* 8, 8 *uxor Tlepolemi* -os mugitus iterans). 6, 30 *latrones* cenam ... -is invadunt animis (NOVATIAN. trin. 3 p. 891^C -os nostros animos ... ad lenitatem *deus* trahere volens. LVCIF. Athan. 2, 13 tu, belua, membra et corpus tantum habens hominis, animum vero -um. moriend. 3 p. 290. *cf.* AVIEN. orb. terr. 920 Massagetae ... animam traxere -am). APVL. met. 8, 16 clunibus meis ⟨ab⟩ aggressionibus -is *pastorum* consulebam. apol. 3 *adversarii* -ae solent linguae suae virus alieno dolori locare. TERT. cult. fem. 2, 5 haec ... non in crudam ... et -am habitudinem insinuanda vobis suggeruntur. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 107 homines ... pugnas habuisse primo -o ritu, dein paulatim ad arma processisse (AMM. 31, 2, 18 RVFIN. hist. 1, 2, 19 PAVL. NOL. carm. 10, 219). PS. CYPR. ad Novat. 1 Novatianum -a sua crudelitate ... oves (*i. vere Christianos*) ... laniare. COMM. instr. 1, 34, 5 noli pecus esse -um. apol. 17 multi ... more -o quaerunt, quod rapiant (PRVD. c. Symm. 1, 459 AVG. serm. ed. Mai 46, 2 MART. CAP. 1, 23 PHYSIOGN. 72 p. 91 PAVL. MED. bened. 4, 2 POMER. 3, 22). IVL. VAL. 2, 30 -am hostium rabiem (AMBR. in psalm. 47, 22). LVCIF. moriend. 14 immanitatis (AMBR. hex. 6, 3, 15). AMM. 15, 3, 3 honorum vertices ipsos -is morsibus appetentes. 28, 1, 12 efflantem -o rictu crudelitatem. 28, 1, 38 spiritus -i latronem. AMBR. Noe 16, 57 insipientis anima -os acuit motus (RVFIN. Basil. hom. 2, 7). RVFIN. hist. 5, 1, 20 -am in quaestione saevitiam *ministrorum daemonum*. Orig. in num. 25, 3 Evin ... beluinus vel -us interpretatur. PRVD. perist. 10, 810 gula. PAVL. NOL. carm. 26, 308 sensus. 28, 246 velut ore -o saeva vorant animam. PAVL. MED. adv. Cael. 5 ne amplius -is dentibus grex domini secetur in partes. SIDON. epist. 9, 9, 7 gestu -o, veluti si ... tigris *eqs.* GREG. M. epist. 4, 29 *paganos* -o degentes modo. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 281^D sensus ipsius in -os ... clamores converterat daemon.

nota c. abl.: SIDON. epist. 3, 13, 6 praetendit os labris plumbeum, rictu -um.

syn.: *ad I*: pecuinus (APVL. met. 11, 1 apol. 12), agrestis (FIRM. math. 6, 29, 11). *ad II*: crudus (TERT. cult. fem. 2, 5), beluinus (RVFIN. hist. 1, 2, 19 Orig. in num. 25, 3 AVG. serm. ed. Mai 46, 2).

opp.: *ad I*: mansuetus (LIV. 35, 49, 8), domesticus (COLVM. 10 praef. 1), humanus (TERT. nat. 2 SERV. Aen. 7, 19 MACR. somn. 1, 9, 5 MART. CAP. 4, 352).

***ferio**, -iī, -ītum, -īre [= *slavon.* borją *'pugno'* (*inf.* brati), *cf. c. theodisc.* berjan *'percutere pulsare subigere'*, *island.* beria 'ferire', *hibern.* bara, barann *'ira'*, *fortasse c.* forare. *Th.*]. *de etymologia*: PAVL. FEST. p. 86 -ire dictum, quod -entes feriantur (feriantur *Monac., prob. O. Müller*). *de formis*: FEST. p. 162 nequinont pro nequeunt, ut solinunt ferinunt (fernunt *cod.*) pro solent et feriunt (fereunt *cod.*) dicebant antiqui. *cf.* p. 286 ⟨inunt id es⟩t eunt, feri⟨nunt, id est feriunt, nequinunt, id est nequeun⟩t (*suppl. Lindsay*). *totum coniugationis schema apud* CHAR. gramm. I 251, 24 (*inter verba defectiva*), *unde nota haec*: -io -is -it, -iebam, -ii, -ieram, -ibo ... -irem, -ierim, -issem, -iam ... -iero. ... -isse, -itum ire. ... -iturus. ... passivo modo: ... -ior -iris -itur, -iebar, ictus sum, ... eram, -ibor. ... ictum esse, ictum iri ... ictus. *sed de perfecto* percussi: VARRO ling. 9, 98 male dicunt -o -am percussi, quod est ordo -am ⟨-o⟩ -ebam, percussi percutio percutiam. CHAR. gramm. I 261, 34 verba, quae perfectum mutant, ... haec sunt ... -o -ii percussi. DIOM. gramm. I 380, 9 -o perfecto -ii non dicimus, sed percussi. PRISC. gramm. II 418, 29 CONSENT. gramm. V 378, 25 PHOC. gramm. V 436, 18 MACR. exc. gramm. V 654, 15. *cf. p. 514, 4 et* percutio. *de deficiente perfecto* (*non substituto* percussi): CONSENT. gramm. V 382, 31 ex aliqua parte deficiunt, ut est -o, edo ..., neque enim faciunt -ii aut ederam. *legitur perf.* -ii (*vel formae a* -ii *derivatae*): COLL. Mos. 1, 7, 1 -ierit. OPTAT. 6, 1 p. 143, 22 -istis. SERV. auct. Aen. 4, 72 -ierit. SCHOL. Iuv. 6, 423 -ierit. 8, 268 -iit. PETIL. Aug. c. Petil. 2, 92, 202 -ierunt. MAR. MERC. subnot. 6, 1 -isti. ANON. med. ed. Piechotta 174 -ierit. *nota de perf.* -ivi: MACR. exc. gramm. V 654, 15 percussi ... dicimus, non -ivi. *de participio perfecti deficiente*: PRISC. gramm. II 560, 13 -o ... et vescor, quia praeteritum tempus non habent, deficiunt etiam participiis eiusdem temporis. *de formis ab* icere *ductis* (*cf. supra l. 50 sqq.*): PHOC. gramm. V 438, 13 *feror -ior tollor* faciunt ... praeteritum latus sum, ictus sum, sublatus sum. DOSITH. gramm. VII 407, 12. *cf. C. Wagener, Neue phil. Rundschau 23 (1904) 529—533. v. etiam s. v.* ico. OV. fast. 4, 795 -ibant (-iebam: VARRO ling. 9, 98 CIC. Verr. 6, 72 *al., in versibus non nisi* PAVL. NOL. carm. 28, 90). *futurum* -ibo(r) *nusquam legitur nisi* CHAR. gramm. *supra l. 50*, -iam, -iar *et formae inde derivatae passim*. *de formis partic. praes. plur.*: ROMAN. Char. gramm. I 130, 1 -entium -enteis ... Stilo putat facere debere (-entium: AVG. civ. 3, 22 p. 134 D. BOETH. mus. 1, 10 p. 197. -entum *non legitur*). -iturus: SERV. Aen. 7, 498 SCHOL. Hor. sat. 2, 1, 72 SCHOL. Stat. Theb. 11, 500 HEGES. 3, 18, 1; -īturus: CLAVD. rapt. Pros. 3, 359 DRAC. laud. dei 3, 106 MAXIM. eleg. 5, 97. -iundus *pro* -endus: SALL. Iug. 50, 4 DICT. 3, 1, *aliis locis codd. variare videntur*. *de notione*: GLOSS. παίω. πλήττω. κρούω. τύπτω. -endum ὑποκεισομένην ὑπαχθησομένην *v. p. 516, 16 sqq. cf.* FEST. p. 363 *Graeci* παίειν, quod nos -ire (PAVL. FEST. p. 222. PLVT. Marcell. 8 φέρι, τουτέστι παῖε). PLVT. Rom. 16 τὸ γὰρ πλῆξαι φερῖρε Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. Marcell. 8 τύπτειν

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

φεϱῖϱε. Not. Tir. 71, 70/71 -it referit percutit *post* verberat diverberat. *cf.* Pavl. Fest. p. 114 increpitato -ito. p. 191 oppuviat verberat a puviendo id est -endo. p. 244 pavire . . . -ire est (Fest. p. 363). Fest. p. 261 quatere suspensum et vicinum rei alicuius motum significat, non, ut Verrius putat, -ire. Non. p. 366 petere percutere -ire. [*dub.*: Chiron 273 *v. p. 512, 77. 529, 14 sq. corrupt.*: Sen Herc. O. 1176.] [*it.* fiedere, *francog.* férir, *hisp.* herir. *M.-L.*]

I ***sensu generali*:**

A ***proprie*:** **1** *i. q.* ***pulsare****, verberare sim. (interdum de pugilibus) tam caedendo quam percutiendo*: **a** -unt *homines*: *α aliquem*: ① *pro obi. homines (interdum supplend.)*: Plavt. Amph. 704 Bacchae bacchanti si velis advorsarier ... -et saepius. Mil. 1403 -i (*cf.* 1401 verberetur fustibus). Poen. 150 -iri video te. Pseud. 137 neque ego homines magis asinos numquam vidi, ita plagis costae callent: quos, quom -as, tibi plus noceas. Cic. Tusc. 2, 36 *virgines Lacaenae exercentes* impelluntur -untur abiciuntur cadunt. 2, 56 *pugiles* -unt adversarium. Cael. or. frg. Quint. inst. 4, 2, 124 *temulento sopore profligatum* vehementius (*excitandi causa*). Ov. met. 10, 386 seque -it *anus* (*sc. luctu*). Pavl. Fest. p. 57 mos . . . erat Romanis in Lupercalibus . . . pellibus obvias quasque feminas -ire. Sen. contr. 9, 4 (27), 2 fili, fortius -i (*ibid.* 5 *et* 14. *syn.* pulsare, caedere, verberare, *pass.* vapulare). 9, 5 (28), 7 nepotem suum avus peccantem aliquid ... -et. Sen. dial. 4, 14, 2 *cum athletae non* cum ira suadet -ant, sed cum occasio. benef. 5, 23, 1 quidam, ut expergiscantur, non -endi, sed commovendi sunt. epist. 74, 7 nemo exeuntem *e theatro* -it (*sc. cum munuscula inducuntur*). Stat. silv. 5, 3, 221 Olympiaca iuvenem cum spectat harena, qui genuit, plus ipse -it, plus corde sub alto caeditur. Mart. 5, 24, 7 Hermes vincere nec -ire doctus. Qvint. inst. 6, 1, 17 Demosthenes ex parte percussi corporis, ex vultu -entis . . . invidiam Midiae quaerit (*cf. Demosth. Mid. 72 ὁ τύπτων*). Ivv. 3, 298 -unt *petulantes obviantem* (*syn.* caedere, pulsare, pugnis concidere, *pass.* vapulare). Plin. paneg. 13, 2. Treb. trig. tyr. 8, 4 nullius manus ad -endum vel ad impellendum fortiores fuisse. Avson. 399, 24 *in plateis* congestis referitur vocibus echo: 'tene', '-i', 'duc', 'da', 'cave'. Hyg. astr. 2, 6 dextra manu sublata ut -ens. Val. Cem. hom. 13, 5. *additur qua re*: Sen. contr. 1, 5, 5 *raptor virginis* ⟨si⟩ stationem deseruit, fuste -etur; si sacrilegium fecit, occidetur (Ivv. 6, 417 *fustibus* dominum iubet ante -iri, deinde canem). Stat. Ach. 1, 572 nunc levibus sertis, lapsis nunc sponte canistris, nunc thyrso parcente -it *Achilles Deidamiam.* Qvint. inst. 2, 8, 13 exercendi corpora peritus..., si docendum pancratiasten susceperit, pugno -ire vel calce ... docebit. Ivv. 3, 245 -it hic cubito, -it assere duro alter. Amm. 23, 6, 6 dextra. Schol. Hor. sat. 2, 1, 72 *Scipionem* Lucilius obtorta mappa quasi -urus. Rvfin. hist. 4, 16, 3 baculo aut clava. Ⓑ *pro obi. corporis partes; plerumque additur qua re*: Plavt. Bacch. 1173 non metuo, ne quid mihi doleat, quod -as. Cas. 405 percide os tu illi ... :: compressan palma an porrecta -o? 407 mālam. Mil. 204 it femur, *seq.* ita vehementer icit (Qvint. inst. 11, 3, 123 Schol. Iuv. 6, 423). Cic. or. frg. A XIV 8 caput (Rvfin. hist. 3, 23, 14). Att. 1, 1, 1 frontem (*sc. ob inopinatae et indignae rei admirationem*). Lvcr. 2, 441 manu quamvis . . . corporis . . . partem. Prop. 3, 17, 32 veste fluente pedes. 4, 8, 66 oculos (Ivv. 13, 93 irato -at mea lumina sistro *Isis*). Ov. met. 4, 554 plangore ... pectora (4, 590 manu. 11, 682 fast. 3, 864 trist. 3, 3, 48. Sen. Herc. f. 1113 ictu ... levi. Ag. 690 Herc. O. 1000. Tro. 64 palmis. Hier. epist. 14, 11, 1). Sen. Herc. O. 1547 lacertos. 1670 ubera. dial. 2, 11, 2 pueri os parentium -unt. Porph. Hor. ars 50 uno digito ima ...auriculam. Comm. apol. 355 maxillas palmis. Bachiar. fid. 3 p. 1029[B] ora *baculo*.

β bestias: Plavt. Pseud. 137 *cf. l. 14.* Stat. Theb. 9, 331 -it delphina Palaemon. Ivv. 6, 418 canem *v. l. 38.* Apvl. met. 7, 17 coxae *asini* ... ictus incutiens et unum -endo locum (*ibid.* dedolare, obtundere). Hyg. astr. 2, 14 bacillo *anguem.* Clavd. rapt. Pros. 2, 224 cornipedes umbone -it *Minerva.* *nota*: Don. Ter. Eun. 358 pervulgatae consuetudinis est dictum '-i canem foras' hoc est: -endo canem foras eice.

γ res; saepe c. abl. instr.: Plavt. Amph. 1019 fores (Men. 176 Pseud. 1131 Truc. 253. *cf. p. 510, 5*). Varro ling. 5, 113 densum a dentibus pectinis, quibus -itur. 5, 163 [in] veteribus in mancipiis scriptum 'raudusculo libram -ito' (Fest. p. 265 cum dicitur *in mancipando* 'rudusculo libram -ito' asse tangitur libra). rust. 1, 55, 2 *oleae* harundine potius quam pertica -antur. Cic. Cael. 59 parietem saepe -ens (*sc. dolore et indignatione*). Verg. Aen. 3, 290 certatim socii -unt mare et aequora verrunt (5, 778 Lvcan. 4, 425 *aequor.* Stat. Theb. 5, 480 verbere pontum). 10, 348 fronte ... terram. Tib. 2, 5, 85 pede . . . uvas. Ov. met. 5, 595 *aquas.* 6, 75 tridente . . . saxa (Clavd. rapt. Pros. 2, 173 saxa . . . sceptro. Svlp. Sev. chron. 1, 21, 7. *cf.* Ov. fast. 4, 795 saxis . . . saxa). met. 12, 481 tympana saxo (Stat. Theb. 9, 800). fast. 1, 506 pede texta. Nvx 33 numquid ... ulla *arbor sterilis* -itur? Liv. 30, 25, 6 rostro *quadriremes quinqueremem.* Cels. 6, 7, 9 malleo caput tabulae. 8, 3 p. 332 scalprum malleolo. Sen. Herc. O. 1063 chelyn. dial. 5, 5, 8 cum dolore caedentis solida -untur. 7, 27, 2 duritia silicis nullis magis quam -entibus nota est. epist. 89, 8 aliquid ex distanti loco. Calp. ecl. 4, 128 ter pede lenta (laeta *codd. pars*) -ire gramina (*Ascensius*, carmina *codd.*, *cf. p. 516, 68*). Lvcan. 3, 430 si robora sacra -rent, in sua credebant redituras membra secures. 5, 279 (*de milite moriente*) anima galeam fugiente -ire (Adnot. *ad l.* more palpitantis elidere). 9, 865 miles ... claustra -it (petit *codd. nonn.*) mundi (*cf.* Stat. Theb. 7, 482 claustra adversa). Val. Fl. 6, 99 aclyde parmas. 6, 249 gladio . . . ultima teli. 8, 23 *Athamas Inonem persequens* extremum -it irritus Isthmon. Sil. 1, 400 gladio . . . cassidis aera. Stat. Theb. 6, 617 ostia portae. silv. 3, 1, 131 grande sonat motis incudibus Aetne, cum Brontes Steropesque -it (*cf. infra l. 13*). Pallad. 12, 3 vinea ... ferramenti mucrone -atur. Amm. 14, 2, 17 hastis . . . scuta (15, 8, 15. 20, 5, 8). Veg. mil. 2, 23 missilibus ... palos ... procul -ire. 3, 4 vectes ... punctim caesimque -endos. Clavd. 24, 146 murum ... hostis. Hier. in Am. 3, 7 p. 329 si *adamas* gravi ictu -atur mallei. Avg. civ. 6, 9 p. 263 D. (*inter religiones*) primo limen securi -ire, postea pilo (*cf. ibid.* securis intercisione). Svlp. Sev. chron. 1, 21, 3 petram virga. Mart. 26, 4 incudem. Boeth. mus. 1, 10 p. 197, 8 *Pythagoras* praeteriens fabrorum officinas pulsos malleos exaudit . . . *et* arbitratus est diversitatem sonorum -entium vires efficere.

speciatim in re monetaria (*cf. p. 516, 71 sqq.*): Elog. 33 (Corp. I² 1 p. 200) ⟨C. Claudius ...⟩ ... IIIvir a(ere) a(rgento) a(uro) f(lando) f(eriundo). Corp. XI 5670. XIV 3608 Inscr. numm. Babelon I p. 112 n. 6 *al.* Corp. VI 32412 triumvir monetalis a. a. a. f. f. *de versione graeca v. Magie, Iuris publ. sacrique voc. p. 29. 98.* *in re musica* (*cf. p. 516, 64 sqq.*): Boeth. mus. 1, 2 p. 189, 10 *musicae genus* administratur . . . percussione quadam, ut in his *instrumentis*, quae in concava quaedam aerea (aera *pars codd.*, *cf.* Ov. met. 4, 30) -untur.

nota in re metrica -ire *pedes, syllabas, metra* (*cf.* Porph. Hor. ars 274 metra digitis ob aures -imus probantes an consonent): Ter. Mavr. 1344 brevis utrimque sit licebit *pes*: bis -iri convenit. 1347 una . . . bis -iri quando poterit syllaba? 2192 *senarius* ter -itur, hinc trimetrus dicitur (Diom. gramm. I 504, 4. 519, 21 Mar. Victorin. gramm. VI 121, 11 Gramm. VI 633, 18). *sic saepe apud* Gramm., *ut* Diom. gramm. I 503, 22 pentameter -itur quinquies (*praeced.*: alii . . . sic scandunt). 504, 15 *versus quadratus* per combinationem quater -itur. 504, 21 *trochaicum metrum* in triplicem . . . -itur dipodian. 505, 22. 519, 18. Ivba Prisc. gramm. III 420, 9 *senarii* in his locis -untur per coniugationem pedestrem metrorum. 420, 19. 22. Mar. Victorin. gramm. VI 53, 22 per singulos pedes. 84, 18 per dipodian. 94, 30. 140, 1 sexies (Gramm. VI 633, 18). Gramm. VI 633, 17 tribus percussionibus. Avdax gramm. VII 334, 23 anapaestus . . . dictus, quod ex contrario quam dactylus -atur. *i. q. cum emphasi proferre*: Don. Ter. Phorm. 154 -enda pronuntiatio in eo quod ait 'patrem'

b -unt *corporis partes, aliquem vel aliquid*: Plavt. Amph. 315 -ire malam male discit manus. Ov. fast. 4, 342 -unt . . . taurea terga manus. 4, 454 -unt ... pectora ... manus (trist. 1, 3, 78). Sen. contr. 9, 4 (27), 2 sic huius iratae manus -unt. Sen. Tro. 117 tibi nostra -it dextra lacertos umerosque -it tibi. Qvint. inst. 11, 3, 106 manus ... in dextra deponitur, sed ut ponere ⟨se *add. Halm*⟩, non ut -ire videatur. *sensu obscaeno*: Maxim. eleg. 5, 97 (*ad mentulam*) quo tibi fervor abit, per quem -ura placebas?

c -unt *bestiae (plerumque c. abl. instr., pro subi. bestiae corporis pars l. 60. 69. 70)*: *α homines vel bestias*: Varro rust. 2, 5, 14 ne *vaccae* aut angustius stent aut -antur aut concurrant (Prop. 2, 5, 19 taurus -it uncis cornibus hostem. Schol. Hor. sat. 1, 4, 34 quando -unt boves. Cypr. Gall. exod. 857 si . . . iuvencus cornu -it quemquam). Verg. ecl. 9, 25 cornu -it *caper* (*ad hunc l.* Non. p. 311, 16 -ire usu significat percutere). Priap. 83, 13 cum *Priapo* ... corvus impigerve graculus sacrum -ret ore corneo caput. Ov. fast. 3, 755 calce -itur aselli. Gaetvl. carm. frg. 1 non aries illum ... -it cornu. Apvl. met. 3, 26 feminam ... calcibus -ens *asinus.* *cf.* Ov. epist. 14, 98 (*ad Ionem*) te ne -ant, quae geris, arma, times. *β res*: Verg. georg. 3, 500 equus ... pede terram ... -it (Hyg. astr. 2, 18 ungulā ... saxum). [*dub.*: Aen. 11, 638 quo sonipes ictu -it arduus altaque iactat ... arrecto pectore crura (-it *M¹R*, furit *M¹ e corr.*, *P al.*).] Calp. ecl. 2, 11 quodcumque . . . -it aëra pennis (Stat. Theb. 8, 205 nulla -entur ab alite nubes. *aliter ibid.* 2, 680 vacuis -it aëra malis *leo*). Plin. nat. 9, 94 *mari* tranquillo *nauplium concham* dimissis palmulis -ire ut remis. Svet. frg. p. 234 delphini ... caudis aquam -unt. *cf.* Stat. silv. 3, 2, 38 Glaucus . . . blanda -ens Anthedona cauda. *cf.* Germ. 465 summa ungula pulsu . . . Equi *sideris* -it orbis iter, *i. circulum caelestem* (Sen. Herc. O. 1926 Thessala . . . -it ungula manes. Stat. Theb. 6, 401 Nemes. cyn. 250). *huc pertinere videtur* Sen. Tro. 12 *Amazon* ripam catervis Ponticam viduis -it, *sc. equitando.*

2 *i. q.* ***caedere****, plerumque laedendi, occidendi, supplicio afficiendi causa, tam comminus punctim caesim (cf. p. 511, 66) quam eminus iaciendo, iaculando sim.* (*cf.* Pavl. dig 47, 7, 5 pr. caedere est non solum succidere, sed etiam -ire caedendi causa):

a -unt *homines*: *α aliquem*: ① *pro obi. homines (interdum supplend.)*: Plavt. Cist. 641 utrum hac me -am, an ab laeva latus? Enn. ann. 280 hostem qui -et (Titin. com. 10 Sall. Catil. 7, 6. 60, 4 Iug. 85, 33 Liv. 22, 38, 4 [Ps. Frontin. strat. 4, 1, 4] Sen. dial. 4, 35, 1 benef. 4, 34, 2 Mela 3, 35 *syn.* percutere. Sil. 4, 759 Tac. hist. 4, 34 Paneg. 9, [12], 9, 6 Capitol. Maximin. 16, 6 Veg. mil. 2, 23 *al. cf.* Vvlg. Ios. 8, 22 medios hostium -ire). Cic. Verr. 6, 118 (*verba lictoris*) uno ictu securis afferam mortem filio tuo . . . ne saepius -atur

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf.* 6, 119 securi percussi). de orat. 3, 200 quemadmodum qui utuntur armis aut palaestra, non solum sibi vitandi aut -undi rationem esse habendam putent. top. 64 iacere telum voluntatis est, -ire quem nolueris fortunae. SALL. Iug. 50, 4 neque contra *Romanis* -undi aut conserundi manum copia erat. VERG. Aen. 10, 314 Lichan -it *Aeneas.* 12, 730 consurgit Turnus in ensem et -it. HOR. sat. 2, 7, 99 (*de gladiatoribus*) velut si re vera pugnent -ant vitentque moventes arma viri. carm. 3, 11, 43 (*Hypermestra ad sponsum*) nec te -am. PROP. 2, 12, 11 ante -it quoniam *Amor,* tuti quam cernimus hostem (*cf. p. 512, 20*). LIV. 1, 24, 7 Iuppiter, populum Romanum sic -ito, ut ego hunc porcum hic hodie -am; tantoque magis -ito, quanto *eqs.* (9, 5, 3). 5, 25, 2 principes senatus ... turbae offerentes se peti -irique atque occidi iubebant. 23, 9, 7 (*pater ad filium*) me ipsum -ire corpus meum opponentem pro corpore Hannibalis sustinebis? atqui per meum pectus petendus ille tibi transfigendusque est. SEN. contr. 2, 3, 19 cum strictam sustuleris securim, antequam -as, patrem respice. 7, 5 (20), 9 da ferrum testi meo: fortius -et. 9, 2, 2 -atur *damnatus* in foro. 9, 2, 3 bibe lictor, ut fortius -as. 9, 4 (27), 2 cum occideret *iuvenis* tyrannum, aiebat: frater te -it, pater -it (*cf.* SEN. Herc. O. 1559 *Hercules* -ens tyrannos). CORP. IV 1950 quiquis amator erit, Scythiae licet ambulet oris, nemo adeo ut -at barbarus esse volet (*ex* PROP. 3, 16, 14, *sed hic* noceat *pro* -at). VAL. MAX. 1, 7, 8 *retiarius murmillonem* iacentem -ire conatur (QVINT. inst. 6, 3, 61). SEN. Herc. O. 427 *Hercules,* si cuius gener non est (fit *N. Heinsius*), -it. dial. 4, 34, 5 referiendo ... et occasionem saepius -endi dabis et excusationem. 5, 2, 6 *barbari* gaudent -iri et instare ferro. 6, 9, 2 quasi ex inopinato -imur. rem. fort. 3, 1 quid interest, caesim moriar an punctim? 'sed saepe -eris et multi in te gladii convenient.' CVRT. 8, 11, 14 cum superne tela barbari ingererent, saepius ipsi *Alexander et Charus* -bantur quam vulnerabant. MELA 2, 15 *Marti* homines ... pro victumis -unt *populi.* LVCAN. 3, 721. 4, 249. 565. 5, 363 tiro ... disce -ire, disce mori. 8, 628 (*Pompeius loquitur secum*) quacumque -iris, crede manum soceri. VAL. FL. 3, 176. 6, 619 *Iason* Hebrum et ... Priona -it. 7, 148 -it agmina matris Orestes. HOMER. 518. 778 STAT. Theb. 10, 910 QVINT. inst. 6, 2, 31 decl. 279 p. 139 *syn.* 312 p. 227. 315 p. 242 (*ad carnificem*) semel -as. PS. QVINT. decl. 1, 10 *primus ictus parricidii* praestat hoc solum, ut sequens fortius -at. TAC. hist. 4, 29 neque -endi neque declinandi providentia. ann. 1, 35. PLVT. Marcell. 8 καὶ γὰρ νῦν ἐν ταῖς μάχαις, ὅταν διώκωσι τοὺς πολεμίους, πυκνὸν τὸ φέρι, τουτέστι παῖε, παρεγγυῶσιν ἀλλήλοις (*sc. Romani*). SVET. Cal. 30, 1 ita -i, ut se mori sentiat. Dom. 15, 2. PAVL. dig. 9, 2, 45, 4 illum ... solum, qui vim infert, -ire conceditur. APVL. met. 3, 5. ITALA Zach. 13, 7 (Barnab. 5, 12) pastorem (πατάξατε τοὺς ποιμένας. VVLG. percute). CAPITOL. Alb. 3, 1 LAMPR. Diad. 8, 8 PS. AVR. VICT. epit. 5, 7 VIR. ill. 83, 6 OPTAT. 3, 5 p. 86. 6, 1 p. 143. AVSON. 423, 4 exercitum, priusquam -ret acies, Priamus spectat (DICT. 4, 9). AMM. 14, 5, 8 languente dextra *vicarius* letaliter -ire non potuit. CLAVD. rapt. Pros. 3, 359 vibratque *Ceres* infesta securim, ipsum etiam -ura Iovem. AVG. epist. 151, 4 pridie quam -rentur (*i. supplicio afficerentur; cf. ibid.* 6 percussos). SVLP. SEV. Mart. 5, 4 cumque unus *latro* securi elevata in caput eius librasset ictum, -entis dexteram sustinuit alter. 15, 2 nec cunctatus -ire gentilis *stricto gladio.* SEDVL. carm. pasch. 4, 242 nullus ... erat, saxum qui missile primus sumeret obscaenae -ens contagia moechae. *al. passim.* *nota* DRAC. Orest. 173 gloria ... -antur et arma tyranni (*sc. Agamemnonis pro Agamemnone ipso*). *significatur instrumentum, quo -atur aliquis, ablativo* (*cf. l. 3. 16. 17. 28. 29. 48. 51. 53*): *comminus:* PLAVT. Amph. 232 ferro. CIC. Verr. 2, 75 securi (6, 68. 71. 72. 75 *bis.* 78. 113. 121. 133. 136. 156. 157 *al. passim*). BELL. Alex. 52, 2 pugione. VERG. Aen. 12, 458 ense (PROP. 4, 10, 46 OV. met. 3, 119. 5, 204. 6, 641. 12, 389 VAL. FL. 1, 225 DRAC. Romul. 10, 545). Aen. 12, 511 mucrone (HIER. epist. 49, 12, 2 CLAVD. carm. min. 53, 111 DRAC. Orest. 842). HOMER. 444 comminus ... gladio (PANEG. 12 [2], 36, 1 *cf. infra l. 66* OPTAT. 2, 25 p. 64 HEGES. 3, 18, 1 VVLG. IV reg. 11, 15 AVG. c. Parm. 1, 8, 13 EVCHER. pass. 3). TAC. Agr. 36 umbonibus. ann. 14, 44 fusti. PANEG. 12 (2), 36, 1 miles ... gladiis, hastis, punctim, caesim -ire. SCHOL. Hor. ars 357 colapho (NEPOTIAN. 20, 2, *sed* VAL. MAX. 3, 1, 3 percussit). CLAVD. 5, 70 manu. MACR. sat. 7, 1, 22 thyrso (*v. p. 515, 18*). SVLP. SEV. chron. 1, 35, 3 lancea. Mart. 15, 3 cultro. *eminus:* VERG. Aen. 10, 347 eminus hasta. 12, 295 telo (SEN. dial. 1, 6, 6. COLL. Mos. 1, 7, 1 iactu teli). HOMER. 444 iaculo ... eminus. HEGES. 5, 1, 2 sagittis alii, alii missilibus -bantur. *cf.* CLAVD. carm. min. 27, 57 e crinibus unum ... iacit *Phoebus* missoque ... vitali fulgore -it *Phoenicem.* *nota re incorporea:* VVLG. num. 14, 12 -am ... eos pestilentia. *additur, quae corporis pars -atur, similia:* OV. met. 12, 389 haerentem Peleus ... mediam -it ense sub alvum. VAL. FL. 3, 200 *illum* per clipei ... opus cratemque ..., qua stomachi secreta, -it. 6, 374 -it *Gesandrus* ad confine papillae. SIL. 4, 208 adversumque viro rotat obvius ensem et -it insurgens, umero qua bracchia ... annectunt nervi. ITALA gen. 37, 21 (Lugd. *et* Aug. loc. hept. 1, 132 p. 527) non -amus eum in anima(m) (οὐ πατάξωμεν αὐτὸν εἰς ψυχήν VVLG. non interficiatis animam eius).

ⓑ *pro obi. corporis partes; plerumque additur, quo instrumento:* PLAVT. Cist. 641 latus *v. p. 510, 78* (VERG. Aen. 12, 304 latus ense). VERG. Aen. 10, 414 saxo ... ora (OV. met. 12, 479 sarisa. SIL. 5, 285 ense). OV. epist. 7, 189 pectora telo (STAT. Theb. 3, 84; *cf.* SIL. 1, 168 -it geminato vulnere pectus). LIV. 22, 48, 4 terga *Romanae aciei* (AMM. 15, 4, 8 *cf.* 24, 4, 29 ut *manus insidiatrix* ... agminis nostri terga -ret extrema. 24, 6, 12 miles *aversorum* ... -ens suras et terga). VAL. MAX. 5, 9, 4 iugulum (CVRT. 7, 2, 27 *cf.* TAC. hist. 1, 41 obtulisse *Galbam* ... percussoribus iugulum agerent ac -rent. SVET. Galba 20, 1). LVCAN. 3, 666 ense lacertos. 5, 361 caput -endaque tendite colla (10, 347 DRAC. Romul. 5, 276. 10, 422). 7, 451 caput (DRAC. Orest. 262, *cf. supra l. 7*). 7, 501 extremum (*sc. pectus vel corpus, cf.* SCHOL.) est, quod quisque -it. 8, 521 viscera. 9, 831 *manum* ense. HOMER 751 dextram. QVINT. inst. 5, 12, 22 adulescens ... initurus ... forensium certaminum pugnam iam in schola ... -ire vitalia ac tueri sciat (*metaph.* PS. QVINT. decl. 12, 15 hic vulnus altissime penetrat, hic ipsa vitalia -untur). decl. 305 p. 197 cervicem (*cf.* TAC. ann. 15, 67 admonitusque *Flavus* fortiter protendere cervicem 'utinam' ait 'tu tam fortiter -as'). TAC. ann. 14, 8 *Agrippina* centurioni ferrum destringenti protendens uterum 'ventrem -i' exclamavit. ITALA deut. 27, 25 (Lugd.) maledictus homo, qui acceperit dona, ut -at animam sanguinis innocentis (πατάξαι; VVLG. percutiat). DRAC. Romul. 6, 114 corda -it iuvenum *Amor* (*cf. p. 511, 9*). *nota c. abl. rei incorporeae:* DRAC. Orest. 259 caput ... impete mortis. *fere i. q. incidere:* SEN. Med. 806 maenas ... -am bracchia cultro. CELS. 2, 10 p. 55 postero die ... vena -enda (SEN. dial. 3, 6, 2).

β *bestias* (*saepe fere i. q. mactare, sacrificare, cf.* PAVL. FEST. p. 102 hostia dicta est ab eo, quod est hostire -ire): SALL. Iug. 6, 1 leonem (*cf.* AVSON. 6, 2). VERG. Aen. 6, 251 agnam ense (HOR. carm. 2, 17, 32). OV. met. 3, 330 *angues.* 3, 715 -endus aper (CVRT. 8, 6, 7). 12, 566 pendentemque *avem* -it *Hercules.* fast. 1, 320 hostia ... *ministro* -ente cadit (TAC. hist. 3, 56). LIV. 1, 24, 7 porcum (9, 5, 3 *cf. p. 511, 11*). PAVL. FEST. p. 85 -endis pecudibus (SEN. nat. 2, 42, 1). *ibid.* -endis victimis (*cf.* SEN. Herc. O. 348 *metaphorice de Deianira*). SEN. epist. 82, 23 magnis telis magna portenta -untur. COLVM. 7, 12, 3 canem. STAT. Theb. 8, 539 cornipedem. CAPITOL. Max. Balb. 11, 6 si imperatorium sacrificium sit, centum leones, centum aquilae et cetera huiusmodi animalia centena -untur. TREB. Gall. 12, 3 *taurum.* SERV. Aen. 1, 491 cervam (*cf.* SERV. auct. Aen. 4, 72 CLAVD. 22, 351). SIDON. epist. 1, 2, 5 eligis, quid -at, quod elegeris, -it (*in venatione*). *corporis partes:* CAEL. hist. 44 ipse regis eminus equo -it pectus adversum. CVLEX 197 ossa ... *draconis,* cingunt qua tempora cristae. OV. fast. 1, 83 colla ... praebent -enda iuvenci (Pont. 4, 9, 50 boum). 4, 415 cervix *bovis* ... -enda securi (IVV. 12, 14 *tauri*). PLIN. nat. 8, 26 poplitis nervos *elephanti* (APVL. met. 8, 5 postremos poplites *equi* lancea). *fere i. q. incidere:* VERG. georg. 3, 460 inter ima -ire pedis salientem sanguine venam *balantum* (COLVM. 7, 10, 2 NEMES. cyn. 284).

γ *res* (*acced. abl. instr. l. 49. 56. 58. 59*): SEN. dial. 2, 3, 3 involnerabile est non quod non -itur, sed quod non laeditur. epist. 94, 3 *qui iaculari didicit,* didicit ... non hoc et illud -ire, sed quodcumque voluerit. CVRT. 7, 5, 41 adeo certo ictu destinata -bat, ut *eqs.* (PS. AVR. VICT. epit. 47, 4. DICT. 3, 1 destinata -undi arte mirabilis *Philoctetes*). GELL. 9, 1, 4 facilior iactus est, ... si desuper iacias, si quid iacere tantum velis, non -ire. ITALA act. 23, 3 (Cassiod. in psalm. 98, 1 [*sed* in psalm. 67, 16 = VVLG.]) -at te deus, paries dealbate (τύπτειν, VVLG. percutiet). *pro subi. corporis pars:* SERV. Aen. 7, 498 licet ... certum esset -ura *dextra Ascanii.* *i. q. dissecare:* VERG. Aen. 4, 580 stricto ... -it retinacula *navis* ferro. *i. q. incidere:* COLVM. arb. 10, 3 sicubi in vite bracchium desiderabit⟨ur⟩, falce acuta semel aut bis eo loco ... mucrone -ito. *i. q. succidere:* CLAVD. rapt. Pros. 3, 378 *Ceres* armata bipenni alternas ... -it *cupressos.*

δ *absolute* (*cf. p. 511, 6. 9. 16 al.*): CIC. fin. 3, 22 ut -at *homo* (*sc.* cui propositum sit collineare hastam aliquo aut sagittam). SEN. epist. 29, 3 sagittarius non aliquando -ire debet, sed aliquando deerrare. VEG. mil. 1, 12 *tirones* non caesim, sed punctim -ire discebant.

b -unt *bestiae:* OV. Ib. 481 -aris ab angue. PLIN. nat. 20, 31 -iri a serpentibus (22, 52. 28, 150. 29, 71). PLIN. nat. 20, 120 a scorpione (20, 232. 22, 60. 25, 163 ANON. med. ed. Piechotta 174). 20, 132 -iri ab his maleficis (*sc. scorpionibus, araneis, apibus al. cf.* 20, 223 habentes *malvas* ... non -untur *a scorpionibus, vespis similibusque.* 28, 32. 154. 29, 74. 92). PAVL. dig. 9, 2, 52, 3 ut *servus a* bove -retur. ISID. orig. 17, 10, 5 ab apibus -iri. *corporis partem:* PLIN. nat. 29, 91 *scorpiones* manus palmam non -unt. *corporis parte:* PLIN. nat. 11, 87 *cauda aranei* -it et obliquo ictu et inflexo *cf.* 32, 47 draco ... marinus ad spinae suae, qua -it, venenum ... impositus.

c -unt *res:* PETIL. Aug. c. Petil. 2, 92, 202 etsi iudex percutiat, ... vestrae nos potius calumniae -erunt (*i. supplicio affecerunt*). *dub.:* CHIRON 273 toto corpore -itur iumentum (*v. p. 509, 6*).

3 *i. q.* ***pungere, contingere, stringere*** *personas vel res; saepius c. abl. instr.:*

a -unt *ea, quae naturali quodam motu moventur* (*interdum motus rebus non inest, sed inesse fingitur*): α -unt *simulacra, visa, corpuscula, atomi sim.:* CIC. epist. 15, 16, 2 his ... spectris (*i.* εἰδώλοις) etiamsi oculi possent -iri, ... animus qui possit, ego non video (*cf.* LVCR. 4, 217 corpora, quae -ant oculos. 4, 257. 691. 6, 923.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

latiore sensu de aspectu animum velut laedente, compungente: MANIL. 1,722 cum vulnera caeli conspiciant -atque oculos iniuria mundi. FLOR. epit. 4,7,4 ne *interfectores Caesaris* publici doloris oculos -rent. AVG. civ. 3,25 p. 136 D. ut *aedes Concordiae* Gracchorum poenae testis contionantium oculos -ret memoriamque compungeret. 8,26 p. 363 *homines* res ... oculos suos -entes nolunt videre. *de aspectu aciem oculorum velut praestringente*: SEN. epist. 88, 22 imperitorum -untur oculi *machinatorum pegmatibus. cf. p. 515, 67 sqq.*). LVCR. 4,243 uti, speciem quo vertimus, omnes res ibi eam contra -ant forma atque colore. 4,887 *animus* -it extemplo, quae in corpore toto, per membra atque artus, animai dissita vis est (4,890). 4,1055 Veneris qui telis accipit ictus, ... unde -itur, eo tendit gestitque coire. AVG. epist. 118,30 quod *corpus* irruentibus atomis -atur. BOETH. in Porph. comm. sec. 1,1 p. 136,19 quibus ... sensus adest, non tantum eas rerum capiunt formas, quibus sensibili corpore -untur. in top. Cic. 3 p. 320,12 nullum quasi corpus earum rerum esse nec molem aliquam, quae -at sensum. β -unt *soni* (*interdum pro subi. sunt personae vel res, a quibus sonus proficiscitur*): VERG. Aen. 2,488 -it ... sidera clamor (11,832. 5,140 aethera [PRVD. c. Symm. 2 praef. 11. PAVL. NOL. carm. 19,67 laudibus ... domini]. OV. fast. 6,518 Aventini saxa). VITR. 5,5,3 vox a scaena ... profusa se circumagens tactuque -ens singulorum vasorum cava. SEN. Herc. O. 802 *Hercules* gemitu sidera et pontum -it. 1886 -atque gravis Maenala planctus. LVCAN. 5,774 -at dum ... fama ... terras (*cf. infra l. 44. fort. huc pertinet* PETRON. 123 vers. 212 Fama ... Romano tonitru -it omnia signa. *cf. Bücheler ed. mai. et v. infra l. 28*). PETRON. anth. 692,7 confusis -emus sidera verbis. STAT. Theb. 3,423 Taenariumque cacumen Apollineasque Therapnas armorum tonitru -it *Mars*. POTAM. tract. 2 p. 1416^{B} sonus bucinae -entis. AVIEN. orb. terr. 1004 -unt ululatibus aethram *choreae*. PAVL. NOL. carm. 5,85 -it aëra vocibus amen. *sensum, aures, animum sim.* (*interdum transit in notionem commovendi vel permovendi*): CIC. de orat. 3,163 summa laus est in verbis transferendis, ut sensum -at id, quod translatum sit (AVG. epist. 101,3 sensum ... aurium -ant genera numerorum. BOETH. mus. 1,1 p. 179 si dissipati atque incohaerentes *modi* -ant sensum. 5,11 p. 361,16 insuaviter). SEN. epist. 83,7 subita aliqua ... voce -untur aures meae (Herc. O. 1436 quis sonus nostras -it ... aures? [1945. *cf.* BOETH. mus. 4,1 p. 301,13 nullus auditum sonus -ret. *cf. infra l. 77*]. LVCAN. 2,33 *catervae matronarum* assuetas ... -unt ululatibus aures [auras *M*]. QVINT. inst. 8,5,13 omnis locus, omnis sensus in fine sermonis -at aurem. 9,3,4 *quaedam figurae* consuetas aures minus -ent. GELL. 13,25 [24],11 et aures et animum saepius -unt *verba* [MACR. sat. 6,4,11 -it aures nostras hoc verbum]. PAVL. NOL. carm. 26,30 quamvis ... fama ... pavidas -at rumoribus aures. DRAC. Romul. 7,75 classica ... clangoribus). LVCAN. 5,98 virgineo (*sc. Pythiae*) conceptum ... pectore numen humanam -ens animam sonat. *audientes*: SEN. dial. 11,5,6 verbum '*exilii*' ... asperius ad aures venit et audientes tamquam triste et execrabile -it. PAVL. NOL. epist. 34,7 gemitus ... -ant et invitent ... deum. *nota intrans. c.* ad: PASS. Montan. 15 ut non solum ad aures plebis, sed et gentiles quoque ipsos sonus vocis -ret. γ -unt *corporis partes*: SEN. Herc. f. 1299 cor palpitat pectusque (corpusque *codd., corr. Gronov.*) sollicitum -it (CLAVD. MAM. anim. 3,11 p. 174,22 quibus modis ... cordis plectrum -at). LVCAN. 2,182 exsectaque lingua palpitat et muto vacuum -it aëra motu. 4,786 -entia terram corpora *lapsorum* (*de morientium palpitatione, ut videtur*). STAT. Theb. 2,667 -it praecordia sanguis. δ -it *lux, lumen, sol, luna al.*: VERG. Aen. 8,25 lumen ... repercussum -it laquearia tecti. OV. met. 7,804 sole ... radiis -ente cacumina (9,93 primo -ente cacumina sole. SEN. nat. 1,8,3 tum ex inferiori parte nubes -it *sol arcum efficiens; syn.* percutere, verberare [1,8,7 ex adverso]. *cf.* 5,8,2 ortus solis -ens gelidum aëra. AMM. 20,3,8 *luna* -enti se subserit lanci [*i. soli*]). SEN. nat. 1,2,6 is *aer*, qui fluit, ne -itur quidem lumine. 1,2,11 sidera circumiectum aëra luce leni ... -unt. LVCAN. 6,744 (*ad Plutonem*) immittam ruptis Titana cavernis, et subito -ere die. SIL. 3,694 maiorque repente lux oculos -it (CLAVD. rapt. Pros. 3,445 extremaque lucis imago Italiam Libyamque -it). STAT. Theb. 3,226 solem longe -it aemulus orbis *clipei Martis* (6,666 clipeus Mavortis ... luce mala Paugaea -it). PAVL. NOL. carm. 28,90 lux -bat *agros*. CLAVD. 1,123 *hasta Martis* -it splendoribus Hebrum. ε -unt *nubes, aër al.*: AETNA 350 -it aura movetque. SEN. Herc. O. 699 *ratium* -unt sipara nubes (782 *rupem* nubes -it). nat. 2,12,5 *terrarum vapor* nubes. 2,24,3 aliquid, quod eum (*ignem*) -at. LVCAN. 9,396 me calor aetherius -at. STAT. Theb. 1,701 Aegaeum -ens ... umbra Cynthus. silv. 2,3,47 ne ... -atur grandine *unda vel nympha*. BOETH. mus. 1,14 p. 200,20 cum aër pulsus fecerit sonum, ... diffunditur et omnium circumstantium simul -it auditum (*cf. supra l. 38*). -unt *res ad olfactum pervenientes*: PLIN. nat. 13,16 *costum et amomum* maxime nares -unt. POTAM. tract. 2 p. 1414^{A} *Lazari* foetor populos -bat. ζ -unt *venti*: VERG. Aen. 1,103 procella velum adversa -it. SEN. Herc. O. 1109 *quidquid* Boreas -it (Oed. 473). Thy. 578 Coro -ente pontum (*cf.* LVCAN. 5,571 cori -ent mare [*V fort. recte*; veniet *ceteri codd.*, verrent *Bersmann*]). epist. 122,8 nisi ... stagna fluctu et tempestate -antur. LVCAN. 9,877 terga damus -enda noto. 10,245 *zephyri* aquas ... Nili ... -unt. CLAVD. 5,527 -unt ... litora venti. 21,175 iuga Leucatae -ens ... hiems. η -unt *fulmina sim.*: *cf.* PAVL. FEST. p. 92 fulgere prisci pro -ire dicebant. *cf.* GLOSS. Plac. V 22,15 (= V 71,2 = V 105,21) fulsit -iit vel percussit; fulgere enim -ire est, unde quoque fulmen dictum est. ISID. orig. 13,9,1. HOR. carm. 2,10,11 -untque summos fulgura montes. OV. am. 3,3,36 Iuppiter ... missa ... periuras tela -ire vetat (Ib. 469 Iovis infesti telo -are trisulco). Pont. 3,2,9 cum -ant unum, non unum fulmina terrent (EPICED. Drusi 321 -enda ... fulminibus Capaneus ... ora dedit. SEN. Ag. 96 colles. nat. 2,20,3 omnia, antequam -antur *fulmine*, intremiscunt. 2,49,2 *syn.* percutere. MIN. FEL. 5,9 homines. DRAC. satisf. 277 fulmina non -unt gramina. 279 cedros. Romul. 5,312). SEN. nat. 1,1,14 *ignes quidam caelestes* saepe fulminum modo -ire solent et arbusta; sed si minore vi utuntur, ... non -unt nec vulnerant. 2,46 quare Iuppiter aut -enda transit aut innoxia -it (LVCAN. 2,60 *ad Iovem*: utrasque simul partesque ducesque ... -i). 2,58,3 quare frequenter cacumina montium -untur? PLIN. nat. 1,2,56 quae numquam -antur. ALC. AVIT. carm. 5,161 tonitru -ente. ϑ -it *aqua*: VERG. ecl. 9,43 -ant ... litora fluctus (OCTAVIA 346 -unt fluctus ora loquentis. SEN. epist. 122,8 *v. p. 513, 83.* HIER. in Is. 23,1 insula ... maris -itur fluctibus. DRAC. laud. dei 2,354 -ant sub [sua *R*] litora fluctus). OV. ars 1,528 Dia -itur aquis (trist. 1,11,40 charta -itur aquis. MART. 14,94,2 gemma -itur aqua). trist. 1,2,47 tabulae laterum -untur ab undis (SEN. Ag. 574 *ratem unda* -it. LVCAN. 4,404 maris Adriaci ... -it unda Salonas. MART. epigr. 3,6 quem Tethyos unda -it. *cf.* GERM. 368 *Eridani sideris* pars undae ... -it ... Orionis ... pedem). SEN. Phaedr. 1014 cana ... spuma Leucaten. LVCAN. 2,589 Tethyn ... Baetis. 5,570 puppim ... pontus. 6,266 mare ... scopulum. 6,366 -it amne citato Maliacas Spercheos aquas. 10,293 (*ad Nilum*) Aethiopumque -is alieno gurgite campos (PRISC. perieg. 216 septenoque -it Pellaeum gurgite pontum *Nilus*). SIL. 5,396 Oceanus ... Calpen. 11,509 *Aufidus* fluctus ... Hadriacos. 14,147 *fretum* Herculeas ... columnas. STAT. Ach. 1,100 vada Thessala plantas *Thetidis*. MACR. somn. 2,9,3 invicemque se -unt *sinus oceani*. *nota*: VERG. Aen. 1,115 *navem* ingens a vertice pontus in puppim -it. ι -unt *lineae caelestes*: MANIL. 2,276 quaecumque -it *linea*, dicuntur signa trigona. 2,393 *virgula* duo signa -it. LVCAN. 10,306 (*de Meroes climate*) linea tam rectum mundi -it illa Leonem (fert *Salmas.*).

b -unt *ea quae moventur motu extrinsecus illato* (*plerumque ab hominibus*): α *pulsando sim.*: SALL. Iug. 76,6 murum arietibus -iri (LIV. 21,8,5. AMM. 20,6,5 aries turrim -bat ictibus densis. 20,11,15 VEG. mil. 4,14. 23). OV. epist. 1,55 semisepulta virum ... -untur aratris ossa (*cf.* LVCAN. 7,859 ruricolis -untur dentibus ossa. CORIPP. Ioh. 3,296). LIV. 37,30,5 neque ... *naves* -ire rostro hostem poterant. SEN. Tro. 833 plectro -ente chordas. SIL. 14,486 ora ruentum sanguinei -unt remorum aspergine rores. APVL. met. 7,19 fugiens ... incursus *spinarum* vehementiore nisu spinarum -bar *asinus*. AVSON. 418,24 radiis -entibus ictae ... pelves. Mos. 40 ut ... -ant vada ... remi. AMM. 16,12,46 comminus mucro -bat contra mucronem. 20,7,9 intuta loca ... machinae -bant hostiles. *fere i. q. contingere*: VAL. FL. 1,385 palla imos -it ... pedes. *i. q. vehementi lapsu contingere*: STAT. Theb. 10,931 ardenti -at quas corpore turmas *Capaneus*. IVV. 3,270 unde (*a tectis sublimibus*) cerebrum testa -it. *i. q. conspergendo attingere*: IVV. 6,429 sextarius ... facturus orexim, dum redit et loto terram -it intestino. *i. q. contundere, pinsere*: VVLG. prov. 27,22 si contuderis stultum in pila quasi ptisanas -ente desuper pilo (HIER. in Soph. 1 p. 686 in quo *vase* proprie ptisanae -iri solent. *ibid.* frumenta -ente desuper vecte).

β *ictum inferendo* (*et comminus et eminus*): CORP. I^{2} 857 (*in glandibus Asculanis*) feri Pomp(eium). 858 (*lectio ambigua*) fer(i) Pom(peium) fer(i) Lus⟨...⟩ *vel* Sul⟨picium⟩ *Zangemeister; sed idem dubitans proposuit* fer sal(utem) Pom(peio), fer. 860 -i Pic(entes). HOR. ars 350 nec semper -et quodcumque minabitur arcus (OV. Pont. 4,3,52 arcu ne -are Getae. GREG. M. moral. 28,29. *cf.* OV. Pont. 3,3,59 -entes cuncta sagittas [PS. RVFIN. in psalm. 10,2 PAVL. MED. bened. 10,5]). OV. met. 7,428 -untque secures colla ... boum. LVCAN. 7,117 caput ... lancea ... -at. STAT. Theb. 2,543 *hasta Tydei* iugulum -it. PANEG. 9 (12),13,1 te pugnante *gladii* -unt. AVSON. 72,8 auctorem ut -ant tela retorta suum. CLAVD. carm. min. 50,9 Geticas ultrix -at romphaea catervas. DRAC. Orest. 55 *Iphigeniam* cultro -ente litatam. *c. duplici acc.*: DICT. 3,8 Deiphobum hasta comminus tibiam -it. *i. q. laedere*: ALF. dig. 9,2,52,2 qui, quod sustineret, mitteret sua voluntate, ut id aliquem -ret.

c -unt *res, quae ipsae non moventur*: *i. q. vehementi appulsu illata identidem excipere*: LVCAN. 8,698 litora Pompeium -unt. 9,336 terra -it puppes. STAT. silv. 2,2,80 -it ... exerta Megalia fluctus. *i. q. contingere*: CLAVD. 26,341 latus, Hesperiae quo Rhaetia iungitur orae, praeruptis -it astra iugis.
singulariter de homine: HOR. carm. 1,1,36 quodsi me lyricis vatibus inseres, sublimi -am sidera vertice.

B *translate*: **1** *notione verberandi, ictibus percutiendi plerumque servata, sed translata ad incorporalia*:
a -unt *personae* (*res personata p. 515,17. 24*): α *aliquem* (*accedit abl. instr. p. 515, 2. 8. 11. 14 al.*, in *aliqua re p. 515,3*): PLAVT.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Trin. 247 *amica* pendentem (*sc. ut servum*) *amatorem* -it. PROP. 3, 3, 50 austeros arte -ire viros. 4, 5, 44 -it astutos comica moecha Getas. AVG. civ. 3, 22 cum percussus in corpore et percussor in animo -retur (*i. graviter vulneraretur*). GREG. M. in euang. 27, 2 dum foris invicti esse cupimus, intus graviter -imur (*sc. ab antiquo hoste, i. diabolo*). *speciatim in dicendo, disputando*: CIC. de orat. 2, 72 armatus adversarius, qui sit et -endus et repellendus. orat. 226 nec ullum genus est dicendi aut melius aut fortius, binis aut ternis -ire verbis, nonnumquam singulis, paulo alias pluribus. TAC. dial. 26 studio -endi. TERT. carn. 24 omnes disceptatores *carnis Christi*. MAR. MERC. subnot. 6, 1 bardissime, tuo te pugione -isti. *abit in notionem acerbe vel graviter afficiendi*: SEN. dial. 2, 18, 1 C. Caesar ... mira libidine (*Haase*, mirabiliter *A*) ferebatur omnes aliqua nota -endi. ARNOB. nat. 4, 36 iocularibus -untur cavillationibus numina *in theatris*. SIDON. epist. 1, 2, 9 ut nullus conviva mordacis linguae felle -atur. *in notionem compungendi*: MACR. sat. 7, 1, 22 vitiis irretitos -et philosophia non sentientes, ut Liber pater thyrso -it ... latente mucrone. *ibid.* -et sapiens non sentientes. *β animum* (*cf. 2b*): AVG. in euang. Ioh. 5, 12 illi gravius cor -unt, qui linguae gladio -unt. GREG. M. in Ezech. 1, 5, 13 loquentes *caelestia* ... verbis suis corda audientium -unt et incendunt. ISID. orig. 8, 11, 95 Furiae appellantur, quod stimulis suis mentem -ant. *γ res*: CIC. off. 1, 73 minus multa patent in *philosophorum* vita, quae Fortuna -at. SEN. Phaedr. 293 *Amor* virginum ignoto -it igne pectus. 1125 leviusque -it leviora deus. LVCAN. 7, 581 libertas ... mundi ... -enda, *sc. a Caesare*. PS. QVINT. decl. 10, 10 crudelis orbitatem (*i. matrem filio orbam*) -is adhuc alio dolore. ITALA exod. 8, 2 (Aug. loc. hept. 2, 39 p. 548) ego -o omnes fines tuos ranis (τύπτω, VVLG. percutiam). OPTAT. 2, 25 p. 65 oleum suum (*i. episcopos*) defendit deus ... ne, dum peccatum hominis percutitur, et oleum, quod dei est, -atur. AVG. c. mend. 11, 25 hoc ... munimentum veritatis ictibus -endum atque deiciendum. CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 176 si quid falsiloqui ... obvium sese dederit, Iesu ... adiutore -atur. *quasi proverbialiter*: SEN. nat. 3, 28, 1 magno impetu magna -enda sunt. *nota* medium -ire *i. q. rem ita componere, ut medium inter duo extrema teneas* (*cf. graec.* τὸ μέσον τέμνειν): CIC. fat. 39 mihi videtur ... Chrysippus tamquam arbiter honorarius medium -ire voluisse.

b -unt *res*: *α aliquem* (*sive animum; oculos infra l. 67sqq.*): CIC. Tusc. 3, 52 quod provisum ante non sit, id -ire vehementius (3, 55). HOR. carm. 3, 3, 8 si fractus illabatur orbis, impavidum -ent ruinae (*cf.* SIL. 14, 678 meditantem in pulvere formas *Archimedem* ... tanta -ente ruina). SEN. dial. 2, 10, 4 *alia* sapientem -unt, etiamsi non pervertunt, ut dolor corporis et debilitas, *alia*. 5, 10, 4 non omnes ab eadem parte *rebus molestis* -untur. 5, 30, 2 *inquieta et stolida ingenia* rerum suspicione -untur. epist. 57, 3 huius quoque, *in quem fortuna ius perdidit*, -etur animus *rebus adversis* (108, 11 [*syn.* 10 percutere]. GREG. M. moral. 2, 22 adversa animum -unt). 117, 21 quemadmodum ea, quae me ex transverso -unt aguntque, procul a me repellam. QVINT. inst. 6 praef. 6 (*de morte propinqui*) ut ... ictu simili -rer (*cf.* 2 me fortuna ... prostravit). SIDON. epist. 4, 7, 2 quo repente stupore -etur, cum intellexerit *eqs.* GREG. M. M. moral. pr. 8 quem contumeliosa ... increpantium verba -bant. 2, 24 ne illum minus desuper veniens adversitas -at. *speciatim de sententiis animum acumine vel vi velut pungentibus*: SEN. epist. 94, 43 -iri quibusdam praeceptis efficaciter etiam imperitissimos. 100, 11 exibunt multa (*sc. ex ore Fabiani*) nec -ent (*cf. ibid* nec omne verbum excitabit ac punget). QVINT. inst. 12, 10, 48 *sententiae* -unt animum et uno ictu frequenter impellunt. ANTH. 668, 6 fulminis in morem, quae sint miranda, citentur: haec vere sapiet dictio, quae -et. *abit in notionem graviter permovendi*: SEN. Tro. 1153 fortis animus *Polyxenae* omnium mentes -it. STAT. Theb. 9, 179 *victor ululatus* occulto ... -it praecordia luctu. *in notionem stimulandi, excitandi*: PS. CYPR. singul. cler. 4 *in quibusdam feminis* nihil est aliud nisi quod -at proximantem. 15 qui feminarum aspectibus -atur. *in notionem compungendi*: CYPR. ad Donat. 11 laceratae domus plagae conscientiam -unt. *oculos sim.* (*cf. p. 513, 2sqq.*): AVG. c. Parm. 3, 2, 8 qui ... adversus ea mala, quae ... faciem dissimulantium -unt, oculos claudant. un. eccl. 5, 10 veritas ... in obturatas aures irrumpat, dissimulantium oculos -at. c. Cresc. 4, 40, 47 cum ... dies gestorum cuiuslibet obstinati oculos auresque ... -at. *β bestias*: *i. q terrere, percellere*: VAL. FL. 7, 378 *fetus primum nido productos* primus -it horror Olympi. *γ res*: PAVL. MED. bened. 10, 5 sagittis sententiarum, quibus, quod futurum esset, ... praenuntians ... tempora (*i. homines illorum temporum?*) futura sterilitate -ret mens *Ioseph*.

2 *abit in notionem plectendi, affligendi vel puniendi, castigandi*:

a *aliquem*: *α c. abl. rei* (in *c. abl. p. 516, 13*); *subi fere persona* (*res -ens p. 516, 14*): TER. Phorm. 47 Geta -etur alio munere, ubi era pepererit, porro autem alio, ubi *eqs.* (SCHOL. *ad l.* -etur damnabitur). HOR. sat. 2, 1, 62 ne quis amicus frigore te -at. FRONTO p. 195, 1 N. ignominia -iri (*syn.* infamia notari). OPTAT. 1, 12 p. 15 volebamus, ut soli damnarentur haeretici: *tu* vos ipsos cum eis una sententia -ire voluisti (PS. AVG. quaest. test. 127, 26 ut unius peccati rei diversa -antur sententia [*syn.* puniantur]. *cf.* PAVL. MED. bened. 10, 8 EPIST. pontif. 349 [*a. 419*] Migne 20, 758^A EPIST. canon. Migne 56, 893^A VAL. CEM. hom. 15, 4). HIER. epist. 14, 8, 7 *servus nequam* indignantis domini clamore -etur (*an i. q. percelletur?*). PS. RVFIN. in Am. 8, 11 doctrinae eos egestate -endos *esse*. PAVL. NOL. epist. 16, 9 ut, quia deum verum intellegere nolunt, etiam sui ignoratione -antur. AVG. c. Parm. 3, 2, 16 turba ... iniquorum ... generali obiurgatione -enda est. un. eccl. 5, 8 increpationibus (GREG. M. in Ezech. 1, 7, 23). c. Iul. 3, 18, 35 perditionis animae suae poena (DRAC. Orest. 588 poenis -enda duorum *Clytaemestra*). EPIST. canon. Migne 56, 893 *presbyter* digna humiliationis plaga -atur (*cf.* ITALA apoc. Primas. 11, 6 -ire terram in omni plaga [πατάξαι, VVLG. percutere]). VAL. CEM. hom. 1, 6 ne, quem expectat corona virtutis, pudoris damno -at. GREG. M. moral. 12, 56 istos *superbus* contumeliis -at, illos maledictionibus iaculetur. *speciatim in iure* (*cf.* GLOSS. -endum ὑποκεισομένην, ὑπαχθησομένην; -endo ὑπαχθησομένου. dispendio -endum ζημίᾳ ὑποκεισομένῃ. *cf. infra l. 22*): COD. Theod. 9, 42, 7 (*a. 369*) ea condemnatione -etur, ut *eqs.* (*cf.* COD. Iust. 11, 12 [11], 2 centum librarum auri condemnatione ... se esse -endum). 9, 16, 8 (*a. 370/73*) capitali sententia -atur uterque (LEX Burg. Rom. 8, 1 LEX Sal. 40, 5). CASSIOD. var. 2, 26, 3 *illum* decem librarum auri dispendio ... esse -endum (8, 24, 5. 9, 2, 2. *cf. supra l. 17*). 3, 20, 4 *tot* librarum auri multa ... -atur (10, 28, 3 GLOSS. II 285, 43. *cf. infra l 26*). COD. Iust. 1, 3, 5 capitali poena (9, 44, 3 poena vicenarum librarum auri. NOVELL. Iust. app. 9). 1, 3, 54, 11 non solum pecuniaria multa, sed et capitis supplicio. *β c. obiecto solo* (*subi. fere res -ens; persona l. 36. 39*): PAVL. NOL. carm. 23, 205 *reum* poena -it (COD. Theod. 1, 10, 8 [*a. 428*] poena viginti librarum auri *illos* -ente [*cf. ibid.* triginta librarum auri poena *eum* percellat]). COD. Theod. 9, 25, 1 (*a. 354*) eadem ... raptorem *virginis vel viduae* severitas -at (INTERPR. pariter puniantur). AVELL. p. 9, 16 pares reos ... una -it sententia (GREG. M. moral. 14, 21 filiae Babylon ... per -entem sententiam dicitur, ut *eqs.*). DRAC. laud. dei 1, 94 *licet* nullum *nisi peccare perseverantem* -at censura tonantis. 1, 96 quemcumque -it, moderanter temperat ictus *domini*. Romul. 10, 418 mereor pro crimine poenam te -ente. ENNOD. epist. 7, 31, 1 te ... -ire debuit ... commotio. 9, 32, 2 illum evocant ... votiva, me -unt. GREG. M. moral. 14, 60 potestatem -endi (*syn.* flagellare, percutere). *ibid.* homines ... per disciplinam alios -unt (in Ezech. 1, 5, 8 *sanctus spiritus* corusci more per terrorem -at et ad amorem suum corda torpentia accendat).

b *animum, sensum, mentem sim.* (*cf. p. 515, 19sqq.*): LACT. inst. 5, 9, 8 qui peccantium frontem etsi non verbis, tamen ipso vitae genere dissimili -unt et verberant. GREG. M. moral. 2, 79 ut mens nostra culpae nonnumquam pulsatione -atur. 6, 14 ut *sensus nostri malitia* a rebus insensibilibus -atur. in Ezech. 1, 2, 16 ad -endas frigidas peccatorum mentes.

c *delicta sim.*: AVG. corrept. 5, 7 ut -antur *tua vitia* (ENNOD. epist. 9, 27, 1 delicta). PAVL. MED. bened. 2, 4 quanta ... animadversione hoc factum -at *deus*. COD. Iust. 3, 28, 33 pr. ut avaritia eius legitimis ictibus -atur. GREG. M. moral. 3, 68 *culpa* gehennae igne -atur (4, 27 nobis culpam nostram -entibus. 18, 35. in Ezech. 2, 7, 7). 26, 46 vitia disciplinae vigore. PASS. coron. 6 reatus poena -atur. CONC. Clipp. a. 626 (Mon. Germ. leg. III 1) scelus sequestrationis separatione et paenitentia -atur.

II *sensu speciali i. q. -endo* ***efficere*** *aliquid*: **A** *foedus sim.* (*sc. hostiis -endis. cf.* VARRO rust. 2, 4, 9 initiis pacis, foedus cum -itur, porcus occiditur): foedus (*et singulorum et populorum*): *cf.* NON. p. 311, 20 -ire, sancire, firmare Vergilius Aen. lib. X (*v. 153*) ... foedusque -it Tarchon. *legitur fere 35ies, ut* PLAVT. Most. 1061 ENN. ann. 32 CIC. inv. 2, 92 dom. 129 har. resp. 43 *al., v. sub* foedus. *alia*: SIL. 6, 489 -entes pacta Latinos (VVLG. Iob 40, 23 Is. 55, 3 Ier. 31, 33. 32, 40). FLOR. epit. 4, 8, 3 ut ... pax cum hoste -retur. **B** *vocem sim.* (*sc. -endo aëre [cf. p. 513, 54 et Kießl.-Heinze ad Hor. sat. 2, 3, 274], palato, chordis*): HOR. sat. 2, 3, 274 balba -is annoso verba palato (SCHOL. *ad l.* hypallage. non verba palato -is, sed verbis balbis palatum -is). OV. trist. 4, 10, 50 -it *Horatius* Ausonia carmina culta lyra (*aliter* IVV. 7, 55 *v. infra l. 75. cf. etiam p. 509, 82*). QVINT. inst. 11, 3, 61 sonatque vox, ut -itur. ISID. orig. 9, 1, 8 mediterraneae gentes in palato sermonem -unt. **C** *pecuniam* (*sc. metallis -endis, cf. p. 510, 17sqq.*): PLIN. nat. 33, 44 constitutumque *bello Punico primo*, ut asses sextantario pondere -rentur. MAECIAN. distrib. 44 *pecunia numerata* olim in aere erat, postea et in argento -iri coepit (EPIPHAN. de mensur. 39). EPIPHAN. de mensur. 36 *alter obolus* ex argento -batur. *inde per metaphoram*: IVV. 7, 55 qui communi -at carmen triviale moneta. *v. Friedl. ad l. et cf. supra l. 68*. **D** *in sermone militari*: fossam (*sc. -enda terra, ut videtur*): PS. QVINT. decl. 3, 16 -enda (fodienda *Passerat.*) sit fatigato *militi* fossa. vallum ['*sc. caedendo parandoque vallos, cf.* LIV. 33, 5, 4 vallum caedere et parare'. *Plasb.*]: PANEG. 12 (2), 10, 3 vallum -ire (ferre *codd. interpol. cf. W. A. Baehrens ad l.*).

adverbia coniuncta (*selecta; cf. etiam p. 511, 62. 66. 70*): *ad I A 1*: CAEL. or. frg. Quint. 4, 2, 124 vehementius. VERG. Aen. 3, 290 certatim (5, 778). SEN. contr. 9, 4 (27), 2 *et* 5 fortius. *ad I A 2*: VERG.

[Bannier]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aen. 12, 295 graviter (SEN. dial. 4, 35, 1). OV. Ib. 481 levius. SEN. contr. 7, 5 (20), 9 fortius (9, 2, 3 TAC. ann. 15, 67 *al.*). *ad I A 3*: SEN. nat. 1, 2, 11 non pugnaciter nec aspere. 2, 12, 5 latius. *ad I B 2*: CIC. Tusc. 3, 52 vehementius. 3, 55 gravius. SEN. Phaedr. 1125 levius. epist. 94, 43 efficaciter. 108, 11 magis.

opposita (selecta): *ad I A 1*: CIC. de orat. 3, 200 vitare (HOR. sat. 2, 7, 99). *ad I A 2*: TAC. hist. 4, 29 declinare.

comp.: referio. [*deriv. ap.* ISID. orig. 8, 11, 95 Furia. *v. p. 515, 22.*]

fērior, -ātus sum, -ārī [*a* feria. *Th.*]. *de formis: legitur* -atus *inde a* PLAVTO. *ceterae formae*: -atur: AMBR. off. 3, 1, 7 Iob 1, 7, 23 AVG. conf. 8, 10, 24 DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14 p. 366ᴰ. -ba(n)-tur: AMBR. epist. 72, 11 HEGES. 2, 15, 4. 3, 21, 1. 5, 18, 2. 5, 24, 2 MACR. somn. 1, 7, 6 VICT. VIT. 1, 26 -retur: HEGES. 5, 1, 2. -emur: LEO M. epist. 138. -ari: MACR. sat. 1, 2, 1 FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 15, 3 ENNOD. opusc. 2, 59 p. 306, 8 MIRAC. Theclae 2 p. 171, 4. -andum esse: AMBR. in Luc. 5, 39. -urus: SIDON. epist. 9, 11, 7. ferio: GLOSS. II 244, 3. III 123, 45. fĕr-: CYPR. GALL. exod. 28.

I fēriātus, -a, -um *potius pro adiectivo, quam pro participio accipiendum.* GLOSS. -atus sum ἀργῶ. ati sumus ἀργοῦμεν. -ati sunt ἀργοῦσι (*cf. p. 518, 56*). *A sensu strictiore*: **1** *de hominibus i. q. diebus festis ferias agens, propter ferias a laboribus, negotiis vacans* (*nusquam, ut videtur, sensu praeteriti*): VARRO ling. 6, 13 qui *homines* Furnacalibus suis non fuerunt -i. 6, 17 tibicines tum, cum *Quinquatrus celebrantur*, -i vagantur per urbem. 6, 20 *Vinalibus* sunt -i holitores. CIC. rep. 1, 20 -i sumus (*sc. feriis Latinis.* 6, 8 tertium diem iam -i sumus). FAST. ann. Iul. Praen. Mart. 6 (Corp. I² p. 233) ⟨p⟩opulus coronatus -us ⟨agit⟩. HOR. carm. 4, 6, 14 male (*cf. l. 73*) -os Troas (HYG. fab. 108 p. 98, 5). FEST. p. 194 iis diebus (*O. Müller*, eius dies *codd.*) -os liberos servosque. FRONTO p. 226, 24 N. Numa ... cenarum libator, feriarum promulgator. saturatum et -um dico. GELL. 10, 15, 15 *flamen* Dialis cotidie feria[ta]tus est (MACR. sat. 1, 16, 8 flaminica quotiens tonitrua audisset, -a erat, donec placasset deos). PORPH. Hor. carm. 3, 18, 15/16 cum *agrestes* festo Fauni -i ludant. SCHOL. Hor. ars 224 (functus ... sacris *spectator*:) aut observantia et sacris aut -us et omnia neglegenter accipiens (*vix sana; v. adn. crit.*). AMBR. fug. saec. 6, 32 *qui fugit saeculum* fugiat non quasi -us in sabbato. VVLG. II Macc. 5, 25 -is Iudaeis *sabbato* (ἀργοῦντας). AVG. civ. 6, 7 p. 259 D. aedituus otiosus atque -us. **2** *de tempore, fere i. q. festus*: dies (*cf.* NON. p. 426 festum ... sollemniter laetum et -um [*ad* VERG. Aen. 6, 70 festosque dies]. MACR. sat. 1, 11, 50 dies, quos tantum -os facit esse, non festos omnes. 1, 14, 11 si cui dies fere tertius ab Idibus festus aut -us ... dicebatur. GLOSS. -us sanctus vel requies. *prave* ISID. orig. 5, 30, 12 festos dies hominum causa institutos, -os divinorum sacrorum. [*raetor.* firó '*-us dies*'. *M.-L.*]): VARRO Serv. georg. 1, 275 antiquos nundinas -is diebus agere instituisse, quo facilius commercii causa ad urbes rustici commearent. FEST. p. 171 (feriarum *cod.*). SEN. contr. 10, 4, 8 -is ... ac sollemnibus et in hilaritates dicatis. SEN. dial. 1, 2, 5 PETRON. 46, 6 PLIN. nat. 18, 40 *opp.* profestis. PLIN. epist. 3, 14, 6. 10, 8, 3 GELL. 13, 22, 1 AVG. serm. 259, 6 SVLP. SEV. dial. 3, 10, 3 MACR. sat. 1, 15, 21 CONC. Matisc. a. 583 p. 157 GREG. M. moral. 35, 16 HIST. Apoll. 31. ISID. nat. 1, 4 -i dies, in quibus res divina fit et abstinere homines a litibus oportet (PORPH. Hor. carm. 3, 14, 11). tempus: MACR. sat. 1, 1, 1 *Saturnaliorum.* *nota*: HEGES. 1, 1, 7 annus ... septimus *Iudaeorum*.

B *sensu latiore*: *i. q. cessans ab opere, labore, quiescens, otiosus, deses (sensu praeteriti, ut videtur, infra l. 70); saepe c. praep.* ab. *interdum (coniunctum c.* ab, *c. abl. p. 518, 40) fere i. q. liber, vacans, non vexatus.* GLOSS. -is quietis, securis vel restendum (*anglosax. i. pausantibus, quiescentibus*). *cf. etiam* NON. p. 33 (*ad* VERG. georg. 4, 168 ignavum fucos pecus) ignavum et segne: torpidum, -um et sine igne.

1 *de hominibus*: NOVIVS Atell. tit. (Ribbeck, Com. frg.³ *p. 313 sq.*) fullones -i (*an ad I A? cf. supra l. 25*). VARRO rust. 1, 16, 4 ne ... familia ... profestis diebus ambulet -a potius, quam opere faciendo agrum fructuosiorem reddat. CIC. de orat. 3, 58 *veteres* a negotiis ... exclusi aut voluntate sua -i totos alii se ad poetas, alii ad geometras, alii ad musicos contulerunt. nat. deor. 1, 102 deum *Epicurei* ... -um .. cessatione torpere. TREBON. Cic. epist. 12, 16, 2 *filium Ciceronis* in Asia -um ... ab eis studiis ... futurum. VERG. catal. 13, 20 non me vocabis pulchra per Cotyttia ad -os fascinos ('*die lange ausgesetzt oder geruht haben*' *Birt*). STAT silv. 1, 6, 2 Musae procul ite -ae. MART. 3, 47, 13 nec -us ibat ante carrucam ... cursor. GELL 10, 22, 24 homines ... male (*cf. supra l. 28*) -i, quos philosophos esse vulgus putat. PORPH. Hor. carm. 3, 17, 13/16 -i sunt *hieme rustici*. PERVIG. Ven. 30 esse Amorem -um si sagittas exuit (31 posuit arma, -us est Amor). PRISCILL. tract. 5 p. 68, 9 ab omnibus mundi actibus -i nihil debeatis saeculo. SYMM. epist. 2, 32, 1 ego ab negotiis omnibus -us triste otium fero. AMBR. Iac. 1, 8, 39 in qua somni quiete non (*om. pars codd., fort. recte*) -us *est*, quem etiam quiescentem virtus propria non relinquit? *ibid.* quando ... -us videri potest, cuius mens semper operatur? 2, 11, 52 (*mater ad filium*) ut ... in te requiescam septimo, tamquam a saeculi operibus iam -a. obit. Theod. 30 -us his saeculi curis Theodosius se ereptum gaudet. HEGES. 4, 19 nec -i erant Hierosolymitani a suorum sensu periculorum. AVG. conf. 2, 3, 6 -us ab omni schola ... esse coepi. 6, 3, 3 ab strepitu causarum alienarum. civ. 4, 15 p. 165 D. etiam -o Iove crevit imperium *Romanorum.* MACR. somn. 1, 20, 13 si quis umquam tam otiosus tamque ab omni erit serio -us. MART. CAP. 1, 35 Cyllenius ... velut maritali vacatione -us. CYPR. GALL. exod. 28 quo mage tristi laborum sub fasce fuit, hoc cuncta iuventus fortior emicuit, veluti -a maneret. OROS. hist. 5, 10, 4 Aristonicum recenti victoria -um. 6, 17, 4 -is inimicis. MAX. TAVR. serm. 93 *cf. infra l. 67.* ENNOD. opusc. 1, 54 p. 276, 4 vivis -us (*i. pacem observans*). CASSIOD. in psalm. 61, 1 *credulum* nimia prosperitate -um et quasi in quadam quietis suae otiosum esse laetitia. nec -um *esse*, quominus: AMBR. off. 2, 10, 54 Ioseph ... nec in carcere -us erat, quominus de rebus incertis consuleretur. *sequitur* ad (*cf infra l. 53*): HIPPOCR. aer. (Hermes 40, 254) ad ... exercendum corpus -i sunt.

2 *de rebus*: PLAVT. Mil. 7 quia *machaeram* iam pridem -am gestitem. SEN. dial. 5, 29, 1 a servitute urbana et -a translatus ad durum opus. PLIN. epist. 7, 3, 2 quousque ... toga -a, liber totus dies? FRONTO p. 223, 4 N. ferias apud Alsium quam -as egerimus. p. 225, 14 mare ... ubi alcedonia sint, fieri -um. PAPIN. dig. 48, 5, 12, 6 sexaginta dies, qui marito accusanti utiles computantur, -is quoque diebus ... numerari (*sic saepe apud* ICTOS, *ut* VLP. dig. 2, 12, 6. 9. 4, 8, 36 PAVL. dig. 2, 5, 2, 1 sent. 2, 25, 3 MOD. dig. 48, 1, 12, 1 COD. Theod. 2, 8, 22. *cf.* APVL. met. 9, 11 diem primum ... -um dedit *dominus.* VAL. CEM. hom. 19, 2 quos sibi agricolae vindicant -os dies. GLOSS. dies -i ἄπρακτοι ἡμέραι. *sim.*: COD. Iust. 3, 12, 4 [*a. 369*] publicas ac fiscales causas tua sinceritas etiam -is geminis mensibus [*sc. messis et vindemiae*] ... discingat). PANEG. 12 (2), 40, 1 otioso -oque ferro (MART. CAP. 9, 917 *Cupidinis* arcu [actu *BR*]. ENNOD. opusc. 10, 7 mucrone. GLOSS. -a arma: sopitis bellis recondita). CYPR. ad Donat. 16 -a nunc quies ... est. PERVIG. Ven. 42 -is noctibus (*A B*, -antis *Scriverius*, -os *Pithoeus*). OPTAT. 5, 8 p. 137 virtus filii dei -a cessaret. SYMM. epist. 1, 53, 1 tempora ... ab negotiis publicis -a (3, 2). 9, 123 dolorem (*i. inanem, irritum*). 10, 1, 2 solent ... qui medicinam callent, cum ... fiunt artis emeriti, proximis imperare et ... -a manu curationem iuvare praeceptis (PRVD. perist. 9, 40 manus ... magistri -as. ENNOD. opusc. 1, 85 p. 284, 19 -is manibus. dict. 16, 8 p. 476, 14). FVLG. myth. praef. p. 3, 14 ut -as ... tuarum aurium sedes ... susurro permulceam (p. 10, 17. *cf.* AMBR. in psalm. 61, 1 -is praeterire auribus desiderii communis iudicium; *syn.* otiosos esse). Virg. cont. p. 94, 1 pueritia ... iam timore nutritorum -a. p. 94, 16 -us animus a paterno iudicio (ENNOD. epist. 2, 15 p 56, 19 a gratia). p. 101, 20 Elisium ingreditur campum ... id est -am vitam post magistrianum timorem. AMBR. in psalm. 118 serm. 21, 15 otio. hex. 5, 1, 1 vacabat aqua et a divinae operationis -a beneficio videbatur (*sc. piscibus nondum creatis*). HEGES. 5, 27 l. 39 animis. PRVD. perist. 6, 156 freta (*i. tranquilla*). cath. 6, 27 pectus. MART. CAP. 1, 15 quae (*fortuna*) ab omni immunis incursu cunctoque esset gurgite -a. AVELL. p. 511, 1 -o ore splendorem bonae voluntatis enuntiat, qui *eqs.* (ENNOD. epist. 3, 2 p. 73, 3. 4, 11, 1 p. 106, 9 *al.*). ENNOD. epist. 2, 1, 1 p. 38, 11 -a (*i. tranquilla*) sint verba plangentis. 3, 32, 1 p. 94, 16 -is penetralibus *cordis* amor totus in lingua est. dict. 10, 13 p. 458, 15 quisquis ... -a lingua successus meliores suscipit. CASSIOD. var. 6, 24, 1 ut vivatis legibus -is. 9, 19, 1 -um quiescit principis ingenium. *sequitur* ad (*cf. supra l. 13*): AVG. conf. 8, 6, 13 *animum* liberum et quam multis posset horis -um ad quaerendum aliquid vel legendum *eqs.*

II *ceterae formae*: GLOSS. -o ἀργῶ; ἀργεύω. *A sensu strictiore i. q. ferias agere, (diem festum) concelebrare*: MACR. sat. 1, 2, 1 scio te non ludo, sed serio -ari. 1, 7, 7 vitaremus torporem -andi. LEO M. epist. 138 ut ... una sollemnitate -emur (*sc. pascha*). *c. obiecto*: MIRAC. Theclae 2 *Theclae* -ari ... diem festivum.

B *sensu latiore i. q. cessare ab opere, negotio, quiescere* (*fere c.* a, ab): **1** *de hominibus*: AMBR. off. 3, 1, 7 quando -atur a negotio, qui numquam -atur a merito. in Luc. 5, 39 sabbato ... a bonis operibus -andum esse. HEGES. 1, 11, 2 a domesticis proeliis. 2, 15, 4 Iudaei non -bantur proeliantes. 3, 21, 1 a consortio cladis. 5, 1, 2 quamvis nequaquam -retur, sed repugnaret. 5, 1, 3 a commisso sibi munere. MACR. somn. 1, 7, 6 ab armis. MAX. TAVR. serm. 93 *ut homo* non tam -retur a publicis actibus, quam -atus esset a facinoribus peccatorum. FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 15 ab opere (*cf.* VICT. VIT. 1, 26 ab opere ... misericordiae). **2** *de bestia*: AMBR. hex. 5, 23, 82 *lucusta* innoxio primum -atur habitaculo. **3** *de rebus*: AMBR. Noe 23, 83 *mens* non quasi consummato opere -etur, sed in alia recurrat opera (ENNOD. opusc. 2, 59 p. 306, 8 a detestabili proposito). Iob 1, 7, 23 nec umquam a motibus procellarum miserandisque naufragiis -atur *caro nostra.* epist. 72, 11 nec ipsum circumcisionis signaculum et species -batur. HEGES. 5, 18, 2 nec ab hoste ... quae coacervarentur exitia -bantur (*fere i. q. deerant*). 5, 24, 2 desuetisque edendi officiis ministerium (*sc. edendi*) -batur. AVG. conf. 8, 10, 24 donec eligatur unum, quo -atur tota voluntas una. SIDON. epist. 9, 11, 7 animus tandem -urus. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 14, 366ᴰ auditus obstruitur et quasi quodam ostio auribus imposito a sua naturali operatione -atur.

ex adi. coniunctis notandum otiosus: *ad I A*: AVG. civ. 6, 7 p. 259 D. *ad II A*: MACR. somn. 1, 20, 3 PANEG. 12 (2), 40, 1.

[*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

opp.: *ad I A*: PLIN. nat. 18, 40 profestus. *ad II A*: AMBR. fug. saec. 6, 32 operarius.

ferisoma *v.* farcimen *p. 279, 41—44.*

1. ×ferĭtās, -ātis *f.* *a* ferus (GLOSS. II 580, 2). feretas: GREG. TVR. Franc. praef. 1 PS. VEN. FORT. vita Remed. 3, 10. *plur. tantum*: IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 4, 38 PETR. CHRYS. serm. 23 p. 263^B. *de notione*: GLOSS. ἀγριότης. ferocitas. ISID. diff. 1, 213 inter ferocitatem et -em: ...-s dirus animi habitus. [*dub.*: CIC. carm. frg. 33, 17 *v. s.* efferitas. CVLEX 300.]

I *de feris*: **A** *i. q. natura ferae agrestis vel silvestris, latiore sensu i. q. impetus, rabies, vehementia ferarum*: **1** *generatim*: CIC. off. 3, 32 ista in figura hominis (*sc. tyranni*) -s et immanitas beluae a communi tamquam humanitatis corpore segreganda est. OV. fast. 4, 103 deposita sequitur taurus -e iuvencam (LACT. epit. 67 [72], 5 [15] bestiae deposita -e mansuescant. FIRM. math. 8, 17, 6 qui ursos vel tauros vel leones deposita -e humanis conversationibus socient). 4, 217 -s *leonum* mollita per *Cybelen*. trist. 4, 6, 6 nec -s animo, quae fuit ante, manet *leonibus*. Pont. 1, 3, 42 assueta leones — nec -s illos impedit — antra petunt. LIV. 38, 17, 15 beluas ... recens captas -em ... silvestrem primo servare. MANIL. 2, 616 illis (*Leonis et Centauri*) est -s signis (2, 621). SEN. contr. 10, 4, 9 lupa oblita -is (TERT. anim. 24. *cf.* SOL. 27, 59 dociles ad -is oblivionem *sphinges*). SEN. Oed. 151 nulla villosis -s in ursis. dial. 3, 1, 5 ut *omnium animalium* tota corpora ... -em suam exasperent. 3, 1, 6 nullum est animal tam horrendum ... ut non appareat in illo ... novae -is accessio. 3, 3, 4 impetus habent ferae, rabiem, -em, incursum. benef. 1, 2, 5 elefantorum (*opp.* obsequium). epist. 74, 21 -sque et inconsultus impetus *feras* praestat indomitas. 85, 8 tigres leonesque numquam -em exuunt. rem. fort. 7, 2 ut *canes* non pro -e, sed pro consuetudine latrent. COLVM. 6, 37, 4 ubi asina et onagro natus admittitur equae, per gradus infracta -e. 7, 2, 5 per nepotum gradus mitigata -e (PLIN. nat. 24, 167). MELA 2, 112 multis famigerata fabulis *Crete insula* ... Minotauri -e fatoque. PLIN. nat. 8, 54 torpescente ... -e *leonum*. 8, 55. 69 *camelopardalis* aspectu magis quam -e conspicua. 8, 74 *tauri silvestres* foveis capti -e semper intereunt. 8, 186 redire beluae (*crocodilo*) -em. 11, 111. STAT. Theb. 10, 823 (*de tigri*) sedit rabidi -sque famesque oris. MART. epigr. 18, 6 postquam inter nos est tigris, plus -is habet. 2, 75, 3 *leo* dedidicit pacem subito -e reversa. GAIVS inst. 2, 15. VLP. dig. 3, 1, 1, 6 bestias ... accipere debemus ex -e magis quam ex animalis genere. 9, 1, 1, 4 commota -e nocuit quadrupes. 9, 1, 1, 10 in bestiis ... propter naturalem -em haec actio locum non habet. APVL. met. 8, 4 ⟨si⟩ quid in capreis -is est. 8, 5 incendio -is ardescens *aper*. SOL. 15, 11 ex primis conceptibus *tigridum* ob nimiam -em inutiles partus iudicant. AMM. 30, 5, 19 equus innata -e concitus. *al. passim.*

2 *speciatim notabilia*: *c. gen. bestiae fere pro ipsis feris, velut*: PLIN. nat. 7, 5 leonum -s inter se non dimicat. TERT. scorp. 8 *Danielum* conclusa et usitata -s leonum devorasset. IVL. VAL. 3, 1 infestis omnibus locis -e bestiarum. PS. AMBR. serm. Sess. 3, 10 leonum -s mansuefacta bovi coniungitur. HIER. in Am. 1, 1 p. 225 *in eremi vastitate* versatur leonum -s. SVLP. SEV. dial. 1, 25 anachoretis -s bestiarum victa succubuit. GREG. TVR. Franc. 2, 34 cervorum atque luporum -s portas ingressa per totam urbem ... oberrabat. PS. VEN. FORT. vita Remed. 3, 10 mansuescebat -s avium in operatione virtutum. PALLAD. hist. mon. I 53 bestiarum -e discerptus est (ἐβλήθη θηρίοις). *c. gen.* animi: FIRM. err. 9, 2 leonem ... in agrestis animi -e pudicitiae servare virtutem. *nota abundantiam*: RVFIN. Orig. in gen. 2, 3 quorum *animalium* -is saevitiam nec fidei dulcedo mollivit.

B *metonymice fere i. q. fera, bestia*: PLIN. nat. 8, 66 in navem regresso *raptore* irrita -s saevit in litore. MART. 5, 31, 5 (*de bovibus, quibus insultat turba*) -s immota riget: non esset harena tutior. CLAVD. DON. Aen. 9, 566 lepus ... et cycnus *sunt* semper praedae subiecti et quos semper -s tanta (*sc. aquilae et lupi*) despiciat. ALC. AVIT. carm. 3, 244 cumque canes ... perlambant *pauperis* ulcera ... et fesso -s medicabilis assit. DRAC. Romul. 8, 579 cum ... elusa -s (*i. fera tigris*) pietate nocentis raptoris sectatur iter. *fort. sensu collectivo*: CVLEX 311 Ida potens (patens *al.*, *prob. Leo*) -is (*cf. Hom. Il. 8, 47* Ἴδην ... μητέρα θηρῶν) ... faces altrix cupidis (-us *fere libri*) praebebat alumnis (*sc. ad amburendas classes Graiorum; sed conferas ea, quae adnotavit Leo in commentario, coniungi iubens*: -is *i. saevitiae* ... faces ... cupidas. *alii aliter*).

II *de hominibus*: *strictiore sensu i. q. vitae, morum consuetudo consimilis moribus ferarum, latiore sensu i. q. vehementia, atrocitas, crudelitas sim.*: **1** *generatim*: CIC. Sest. 91 qui primi virtute et consilio praestanti extiterunt ..., homines ex -e (ecf, eff- *pars codd.*) illa ad iustitiam atque ad mansuetudinem transduxerunt. Tusc. 4, 66 immanitate et -e quadam proponenda castigari *solent invidia et malevolentia*. div. 1, 60 in qua *parte animi* -s quaedam sit atque agrestis immanitas. off. 1, 157 magnitudo animi remota communitate coniunctioneque humana -s sit quaedam et immanitas. HIRT. Gall. 8, 25, 1 *Treverorum* civitas ... cultu et -e non multum a Germanis differebat. VERG. Aen. 11, 568 neque *Metabus* manus -e dedisset; pastorum et solis exegit montibus aevum. CVLEX 303 a navibus ignes Argolicis Phrygios torva -e *Aiacis* repulsos. OV. met. 1, 198 notus -e Lycaon. 1, 239. 3, 304. 8, 137. 13, 768 *Polyphemi* caedis amor -sque sitisque ... cruoris cessant (HYG. fab. 125 p. 106, 22). fast. 3, 281 exuitur -s armisque potentius aequum est. trist. 5, 7, 46 saevae plus -is habent *Getae quam lupi*. Pont. 1, 6, 5 non cadit in mores -s inamabilis istos. 4, 10, 23 saevum -e Phyacen. LIV. 34, 20, 2 Lacetanos ... insita -s continebat in armis (*cf.* 38, 48, 11 si possent mitigari *Gallorum animi* a -e insita. MELA 3, 26 TAC. Germ. 43). 38, 17, 13 hominum -e mulcenda. 38, 17, 17 (*de Gallis*) mansuefacta est -s. 38, 37, 3 tolerabilior regia servitus ... quam -s ... barbarorum. 41, 18, 3 hostes -is ingenitae obliti. 44, 26, 12. SEN. contr. 1, 2, 11. 9, 3 (26), 11 durus est pater, crudelis est; nolite credere ex illa -e tam subitam mutationem. VELL. 2, 95, 2 gentes ... -e truces. 2, 118, 1 *Germani* in summa -e versutissimi. *ibid.* quod ... -s ... sua (*sc. Germanorum*) novitate incognitae disciplinae mitesceret. VAL. MAX. 5, 4 ext. 5 uno ... dicto ... gens *Scytharum* ab omni se -is crimine redemit. 7, 2, 6 illius tractus gentium ... -em a valvis suis reppulit *Masinissa*. 7, 6 ext. 3 cum *gens Calagurritana* omne serpentum ac ferarum genus comparatione sui titulo -is superarit (*cf.* LACT. inst. 1, 21, 10 *ut homines barbari* immanitatem omnium bestiarum ... -e superarent). 9, 2, 1. 9, 2 ext. 4 SEN. clem. 1, 25, 1. 1, 26, 1 perfidiam ... et impietatem et -em ... in ipsos *tyrannos* exercuerunt. 2, 4, 2 non esse hanc crudelitatem sed -em, cui voluptati[s] saevitia est. benef. 7, 20, 3 quae -em eius (*hominis crudelis*) emolliant (FLOR. epit. 2, 11, 4 -s ... Asiatica amoenitate mollita est. *cf.* ARNOB. nat. 1, 6 -is mollita est rabies. AVG. serm. ed. Mai 4, 2 ritum ... -is emolliens). dial. 3, 6, 4 procul est ... a sapiente ... inhumana -s. 4, 5, 2 (de *Apollodoro et Phalaride*) haec non est ira, -s est. 4, 15, 4 -e liberae gentes. 5, 17, 1 haec barbaris regibus -s in ira fuit. 7, 3, 4 omnis ... ex infirmitate -s est. 11, 7, 8. CVRT. 5, 6, 16 per colloquia captivorum paulatim -e mitigata. MELA 3, 18 manent *apud Gallos* vestigia -is iam abolitae. PLIN. nat. 6, 133 populi liberae -is. 37, 82. SIL. 1, 148 (*de Hasdrubale*) fructus regni -s erat. 3, 360. 14, 528. STAT. Theb. 3, 703 (*Argia ad patrem*) qua -e dolentis *viri* despiciam questus? 9, 20 -s ... non eget armis. 9, 184 MART. 9, 70, 7. PS. QVINT. decl. 4, 13 nescio quae ... prodigiosa -s. 5, 12. 11, 2. 17, 9 culleo, serpentibus expianda -s (*sc. parricidarum*). IVV. 15, 32. TAC. Germ. 46 mira. hist. 1, 41 -e et saevitia. SVET. Cal. 25, 4 -is, quae illi ... tanta ... erat, ut *eqs.* FLOR. epit. 1, 22, 1 inerat *Romanis* quaedam adhuc ex pastoribus -s. 2, 6, 35. 4, 12, 5. 17 VLP. dig. 7, 1, 15, 3. TERT. spect. 19 saevitiam ... impietatem ... -em. adv. Marc. 4, 39 p. 553 in bello ... ex eadem -e certantes. COMM. apol. 171 genus indocile vitam -is agebat. PANEG. 3 (11), 16, 5 obstinatae ... -is poenas ... solvunt *populi*. 5 (8), 9, 1 viros attonita -e trepidantes. 7 (6), 5, 3 -em ponere. ARNOB. nat. 2, 32 -e atque inhumanitate depositis resumant ingenia mitiora. 2, 41 animae mites ... et -is affectibus nesciae commoveri. *al. passim.*

2 *speciatim notabilia*: **a** *c. genet. personae fere pro persona ipsa*: LIV. 28, 33, 2 *pecora rapta ex agris* propelli ad irritandam -em barbarorum. SEN. contr. 1, 2, 11 quid in te audere potuerit -s hostium. PANEG. 4 (9), 18, 3 *Britannia* -e Francorum ... hausta. IVST. 25, 2, 7 pacem ... non a Gallis tantum, verum etiam a finitimorum -e. DAMAS. epigr. 18, 6 pulsi -e tyranni (48, 6. *cf.* 43, 2 capti -e tyranni. PRVD. c. Symm. 1, 46 -e tyranni deiectum solio). AMM. 14, 11, 32 substravitque *fortuna* -i Carthaginis Regulum. HIER. epist. 60, 4 Bessorum. AVG. civ. 1, 7 p. 12 D. barbarorum. SIDON. epist. 9, 13, 5 vers. 116 Hibericorum. GREG. TVR. Franc. praef. cum ... -s gentium saeviret. **b** *c. adiectivis personas significantibus*: OV. met. 8, 601 paterna. VELL. 2, 106, 2 Germana. 2, 119, 5 hostilis (hostium *P.* AVELL. p. 357, 8). VAL. MAX. 7, 6, 2 Punicam (9, 1 ext. 1). 9, 2 ext. 1 barbaram (CVRT. 3, 8, 15. APVL. met. 10, 6 barbaricae. *al. cf. vol. II p. 1732, 66—68 et 1738, 1—2, ubi corrig.* COD. Theod. 5, 7, 2 *pro* 5, 5, 2). FIRM. math. 1, 7, 36 Syllanae. IVST. 43, 3, 4 Gallicam. VICT. VIT. 3, 44 haeretica. **c** *c. genet. substantivi sedem -is significantis*: LIV. 38, 49, 4 animorum (SEN. dial. 5, 3, 2 IVST. 23, 1, 6 EVSTATH. Bas. hex. 7, 6 p. 943^A). VAL. MAX. 3, 3 ext. 2 mentis (LACT. inst. 5, 11, 10). **d** *significatur genetivo actio, cuius -s notatur*: STAT. silv. 5, 5, 23 tanta mihi -s, tanta est insania luctus (-s *vix absolute positum*). FIRM. math. 3, 1, 12 agrestis conversationis -e. SCHOL. Iuv. 6, 158 morum. **e** *coniunctum c. substantivis paene abundanter appositis*: ARNOB. nat. 1, 6 -is ... rabies. FIRM. math. 1, 2, 3 -is crudelitate. 1, 7, 31 -is atrocitate (3, 13, 2. 8, 29, 13 crudeli -is atrocitate). 3, 1, 11 inhumana -is exasperatione. VEREC. in cant. 2, 24 saevitiae -em. ISID. Goth. 14 chron. II p. 272 rec. B immanitatis -e.

III *de arboribus et herbis fere i. q. status agrestis, silvestris, expers culturae*: COLVM. 11, 3, 37 *mentae* si forte semina defecerunt, licet de novalibus silvestre mentastrum colligere ... quae res -em detrahit et edomitam reddit. PLIN. nat. 14, 124 crapula compesci -em nimiam *mustorum*. 16, 61 cum sit illa arbor *sappinus* nil aliud quam picea -is paulum mitigatae satu. 17, 117 si sativae *plantae vitium* silvestribus inserantur, degenerant in -em.

IV *de locis, terris i. q. status horridus, incultus*: OV. Pont. 2, 2, 112 eximat ut *Caesar* Scythici me -e loci. PLIN. nat. 6, 1 Pontus Euxinus antea ab inhospitali -e Axinus appellatus est (*cf.* TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 291 illic [*in Ponto*] nisi -s [veritas *F*] calet). 23, 37 hoc distat orbis medius et mitior plaga circumiectis: quantum illis -s facit roboris, tantum nobis hic sucus (*sc. vini*). STAT. silv. 2, 2, 33

[*Bannier*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qua prius ... -s inamoena viae, nunc ire voluptas. AMM. 17, 12, 12 *Transiugitanorum Quadorumque et Sarmatorum* locorum confiniis et -e iunctissimis.

? V *de morbo*: NON. p. 46 febris proprietatem a -e (*sic codd. praeter F corr., qui* fervitate, *ut videtur, recte exhibet*) morbi vel mali, ut a calendo calorem vel caldorem, Varro Andabatis aperiendam putat.

syn. et apposita: *ad I*: habitus (SEN. dial. 3, 1, 5), immanitas (CIC. off. 3, 32), impetus (SEN. dial. 3, 3, 4 epist. 74, 21), rabies (SEN. dial. 3, 3, 4). *ad II*: caedis amor... sitisque cruoris (OV. met. 13, 768), crudelitas (SEN. clem. 2, 4, 2), cultus (HIRT. Gall. 8, 25, 2), foeditas (SEN. dial. 5, 3, 2), immanitas (CIC. Tusc. 4, 66 div. 1, 60 off. 1, 157 PHYSIOGN. 44), impietas (SEN. clem. 1, 26, 1 TERT. spect. 19), inhumanitas (ARNOB. nat. 2, 32), insania (LACT. inst. 5, 11, 7), ira (SEN. dial. 4, 5, 2), libido (ARNOB. nat. 1, 65 SERV. Aen. 6, 131), luxuria (PLIN. nat. 37, 82), perfidia (LIV. 44, 26, 12 SEN. clem. 1, 26, 1 FIRM. math. 1, 2, 5), rabies (LACT. inst. 5, 11, 7), saevitia (TAC. hist. 1, 41 TERT. spect. 19 VLP. dig. 7, 1, 15, 3), stoliditas (PHYSIOGN. 60), vinolentia (PHYSIOGN. 77).

b *de rebus* (*inf. pass. l. 82*): AETNA 563 fabriles operae rudibus contendere massis -ant. OV. fast. 5, 546 sidera mundo cedere -ant (VVLG. Ios. 10, 13 *de sole*). LVCAN. 3, 751 letum praecedere nati -antem animam (AMBR. Cain et Ab. 2, 1, 1 -a ..., anima, formare partus tuos, properatius absolvere, celerius ... enutrire. HIL. trin 1, 3 -bat ... animus ... agere. SVLP. SEV dial. 2, 5, 3. PLIN. nat. 2, 241 mens ... -at legentium animos per totum orbem ... ducere). PLIN. nat. 19, 148 *harundineta* -ant incendi. 23, 9 omnia ... ea aviditas ... nobilitavit rapere -ando. 28, 87 ut -et oratio ab homine fugere (AMM. 20, 11, 30 narratione redire ... -ante). MART. 3, 2, 2 libelle, ... -a tibi vindicem parare. IVV. 9, 126 -at ... decurrere velox flosculus angustae miseraeque brevissima vitae portio. COMM. apol. 422 -vit ... dies inducere sidera noctis. FIRM. err. 28, 11 misericordia *dei* errantes homines corrigere ... -at. AVSON. Mos. 360 *Celbis et Erubris* -ant ... allambere lymphis. 411 -et solvere ... errorem fortuna suum (CARM. epigr. 1818, 4 -vit ⟨fatum male rumpere vitam⟩). AMBR. hex. 3, 16, 65 -arunt campi ... frugem edere. VVLG. deut. 32, 35 adesse -ant tempora *ultionis*. CLAVD. 15, 420 -ant ... vexilla moveri. *nota pleonasmum*: BOETH. mus. 1, 12 -at ... vox ... quam velocissime verba percurrere.

3 *accedit accus. c. inf.* (*cf.* PRISC. gramm. III 275, 1 voluntatem ... significantia accusativo coniunguntur cum infinito alterius verbi: volo te currere; similiter ... -o): AVELL. p. 231, 7 -antes concordiam ecclesiarum servari. p. 235, 8 dum ea -remus impleri. CASSIOD. var. 10, 4, 1 illud mihi -retis divinitus evenire.

4 *accedit supinum*: APVL. met. 6, 15 *aquila urnulam* arreptam completum (*van der Vliet*, completamque *trad.*, complexamque *Helm, alii alia*) -at. SOCR. prol. p. 109 *corvus et vulpes offulam* raptum -bant pari studio impari celeritate. SER. SAMM. 614 cubitum noctu coniunx -at uterque.

5 *accedit* ut: **a** *i. q. urgere*: CIC. Att. 14, 21, 1 Eros ... -vit, ut ad me litterae Dolabellae perferrentur. TAC. ann. 2, 70 -are et urgere, ut legiones ... habeat. MIN. FEL. 34, 12 quid -as, ut *corpus* cruda adhuc hieme revivescat? IVST. 18, 1, 4 FRG. Vat. 35, 5 *p. 618, 43* AMM. 18, 2, 19 *p. 618, 43.* **b** *i. q. operam dare*: CIC. epist. 15, 15, 3 -vi, ut Caesarem in Italia viderem. HERM. Pal. sim. 2, 6 dives -at (*ἐπισπουδάζει*) pro paupere, ne quid ei desit. PORPH. Hor. ars 324 non ... ut acciperent, -bant, sed ut placerent, morabantur. PELAGON. 139 -andum est, ut possit *equus* urinam facere. VVLG. act. 20, 16. COD. Iust. 1, 27, 1, 15 licet ... per omnes provincias ... -emus, ut illaesos habeant collatores. *adde cum solo coniunctivo*: DRAC. Orest. 667 nos -are necesse est audiat haec servilis amor.

syn. et iuxta posita: ad I: ire, abire, fugere, properare, obviam ruere (SVLP. SEV. chron. 1, 31, 5), tendere. *ad II A*: labi, occupatum esse, trepidare, cito venire, urgere. *ad II B*: accelerare, agere, agitare, cupere, parare, properare, studere, urgere.

opp.: *ad I*: morari. *ad II A*: cessare, cunctari, differre (APVL. met. 5, 21. 11, 19), morari, per otium gerere, requiescere, retardare, tempus dare. *ad II B*: morari, paulatim colligere, prohibere.

part. praes. pro adi. ^×^**festīnāns**, -antis (*cf. p. 615, 40. 616, 38. 51 sq. 70. 617, 7. 36 sq. 71. 618, 1*). GLOSS. ardens, incitatus. -es *σπουδάζοντες*. PHAEDR. app. 21, 12 -is ... detinuisti pedes. QVINT inst. 9, 4, 134 narratio ... tardiores atque ... modestiores desiderat pedes ...; nam ... infigere animis res semper cupit, quod minime -ium opus est. TAC. ann. 1, 7 quanto quis illustrior, tanto magis falsi ac -es. PANEG. 7 (6). 18, 3 *tua cura* -bus paene non placuit.

inde adv. ^×^**festīnanter**. NON. p. 514, 3 festinatim pro -r. SERV. Aen. 8, 443 praecipitanter id est -r abicite. *legitur inde a* CIC., *comparat. v. l. 62 sq., superlat. v. l. 69. ex coniectura*: PHAEDR. app. 4, 12 festinante *trad.*, -r *Bothe.* *in codd. confunduntur* -ius *et* festinatius *v. l. 65. 67. 69.*

i. q. celeriter, mature, praecipitanter: positivus: CIC. Scaur. 37 -r ... omnia ... esse suscepta. fin. 5, 77 nimium -r dictum. VELL. 2, 123, 1 -r revocavit filium. VAL. MAX. 8, 6, 1 pecuniam -r consumpsit. 9, 3, 1 quid ita tam -r manum conserere vellet. CELS. 3, 18 p. 99, 15 D. 7, 26, 2 p. 308, 25 neque ... -r ... agendum est (COMM. instr. 2, 32, 17). COLVM. 6, 2, 14 *opp.* ex commodo. 11, 1, 14. STAT. silv. 2 praef. 9 epicedio prosecutus sum adeo -r, ut excusandam habuerim ... celeritatem. FRONTIN. strat. 1, 1, 10. TAC. hist. 1, 27 *imperatorem* sellae -r impositum. APVL. met. 5, 23 saviis -r ingestis. CYPR. epist. 19, 2 urgere (55, 4). VEG. mil. 3, 7. VVLG. exod. 12, 11 (*μετὰ σπουδῆς*). AVG. civ. 17, 20 p. 250, 21 D. EVSTATH. Bas. hex. 8, 7 p. 953^C^. NOVELL. Iust. 80, 1, 1 (*ὅτι τάχιστα*). PASS. Petr. Paul. long. 16 (*σπουδαίως*). *accedit verbis eundi*: SVET. Cal. 43 *iter* confecit ... tam -r et rapide. APVL. met. 5, 7 -r adveniunt (ITALA Luc. 2, 16 [cod. e] venerunt -r [VVLG. III Esdr. 2, 30 Sirach 20, 20 II Macc. 4, 31]). ITALA exod. 12, 33 (Monac.) exire (*σπουδῇ*, VVLG. velociter. VVLG. II reg. 17, 20 transierunt. RVFIN. hist. mon. 7 p. 416^C^ redire). IVL. VAL. 2, 26 p. 92, 27 parum -r contendet ad proelium. EVSTATH. Bas. hex. 3, 1 p. 890^C^ -r occurrimus (VEN. FORT. vita Hil. 9, 33. vita Albin. 5, 12 recurrere). VITAE patr. 3, 30 VEN. FORT. virt. Hil. 7, 20. PALLAD. hist. mon. II 10 p. 362^D^. *θᾶττον* p. 52, 27 B. *comparativus*: GLOSS. *σπουδαιότερος*. CELS. 7, 5, 5 -ius actis (TAC. ann. 15, 3 compositius cuncta quam -ius agerent). COLVM. 1 praef. 13. 2, 9, 15 PLIN. nat. 17, 78. 18, 80 PLIN. epist. 5, 17, 1. GELL. 10, 11, 4 non iam quod non segnius, sed quod -ius (festinatius *pars codd.*) fit, id fieri mature dicitur. 10, 11, 8 coactius quid factum et -ius (festinatius *pars codd.*), ... rectius praemature factum id dicitur quam mature. VVLG. Phil. 2, 28. AVG. epist. 143, 7 in aliis -ius (festinatius *pars codd.*) editis ... libris. *superlativus*: AVG. epist. 95, 9 -issime te respondisse de diaconi festinatione causatus es.

syn. et iuxta posita: propere (Ps. QVINT. decl. 2, 4), rapide, mature, coacte, incaute (CYPR. epist. 17, 1), graviter (VICT. VIT. 2, 48).

part. perf. pass. pro adi. ^×^**festīnātus**, -a, -um (*cf. etiam p. 618, 57 sqq. 80 sq.*). **1** *i. q. velox, celer*: TAC. ann. 6, 40 moribundus -is lictorum manibus in carcerem raptus est. IVST. 36, 4, 10 velocitate (MART. CAP. 1, 14 rapiditate). AMBR. Abr. 1, 5, 39 -o impiger studio, non lento otio remissus. Ps. RVFIN. in Os. 2, 3 p. 973^A^ emendatione (SIDON. epist. 6, 9, 1 correctio). CARM. epigr. 1196, 2 -o lumine (*i. oculo*) pauca l⟨egis⟩. **2** *i. q. praeceps, praematurus*: PLIN. nat. 18, 196 -a satione densum spargi semen, ... serotina rarum (18, 204 -am sementem saepe decipere, serotinam semper). MART. 9, 86, 1 -a sui gemeret quod fata Severi Silius (10, 61, 1 hic -a requiescit Erotion umbra. Ps. QVINT. decl. 4, 5 morte [TAC. Agr. 44]. TAC. hist. 2, 48 exitu). PLIN. paneg. 4, 7 -is senectutis insignibus. MOYS. Cypr. epist.

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

31, 7 -a et praecipiti cupiditate. PAVL. NOL. carm. 10, 184 haec iam tam -a locorum invidia.

syn.: praeceps. *opp.*: lentus, serotinus.

adv. **festīnāte.** GLOSS. Plac. V 23, 16 (= 69, 14. 569, 11) -e aucto cito adulto et est adverbium. **festīnātō.** GLOSS. IV 149, 20 propere velociter vel -o. COLVM. 1, 6, 19 materia . . . -o siccetur. PLIN. nat. 18, 98 quod nisi -o peragatur. QVINT. inst. 4, 2, 58 quam nihil -o, nihil praeparato fecisse videtur Milo (VVLG. II par. 24, 5). decl. 347 p. 368, 10. PS. QVINT. decl. 4, 11 -o exire (VVLG. II par. 35, 21 ire). SVET. Iul. 16, 2 *senatus* -o coactus. CYPR. epist. 52, 1 -o ad nos mittendo (IVST. 38, 10, 11. EPIST. pontif. 385 Migne 50, 542^B remisimus). CYPR. epist. 59, 9 quae *res* in notitiam tuam deberet -o statim . . . perferri. PS. CYPR. Iud. incred. 8 p. 129, 19 urgente -o cupiditate. AMBR. in Luc. 7, 63 -o (festinantem *PL*) . . . contendere. VVLG. gen. 44, 11 -o deponentes (ἔσπευσαν καὶ καθεῖλαν). II par. 26, 20 -o expulerunt eum (κατέσπευσαν αὐτόν). 35, 13. Sirach 21, 6 iudicium -o (κατὰ σπουδήν) adveniet (PAVL. MED. vita Ambr. 27 -o veniebat). I Macc. 11, 22 *ut* occurreret sibi . . . -o (τὴν ταχίστην). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 1 nulla . . . erat facinorum mora neque cunctatio, sed -o consiliis . . . utebantur. OROS. comm. 1 p. 151, 11. *dubium* VEN. FORT. carm. 7, 22, 11 -o (festinit *vel* qui festinat *codd.*) . . . si votum acceleret. *ad* -e *sive* -o *pertinet compar.* festinatius (*cf. p. 620, 40*): SVET. Aug. 29, 1 *forum Augusti* -ius . . . publicatum est. AMM. 24, 6, 11. *fere pro positivo*: AVG. epist. 122, 2 p. 743, 24 -ius (festinantius *P*) migrant.

deriv.: festinabiliter, festinabundus, festinatim, festinatio, festinator, festinus.

compos.: af-, prae-, refestinare.

2. festīnō *adv. v. p. 622, 59.*

ˣfestīnus, -a, -um [*a* festinare *derivatum esse videtur, cf.* SERV. Aen. 9, 486. *Th.*]. SERV. Aen. 1, 35 laeti: vel alacres et veloces, ut est 'et laetus eois Eurus equis' item et 'virgea laetus pabula' id est -us cum intentione (4, 295 laeti: alacres, -i. 7, 430). auct. Aen. 3, 616 trepidi: -i. Aen. 4, 565 praeceps: -us. auct. Aen. 9, 486 -a: pro festinans; nomen pro participio: vel a verbo derivatum, ut ab eo, quod est festino, -us dicatur, ut hic -a. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* sat. 2, 6, 83 attentus: -us. HIER. nom. hebr. p. 11, 25 Thesbon -us ad intellegendum. p. 11, 26 Vsam -us eorum. p. 16, 9 Asmona -us sive festinans aut numera. GLOSS. citatus, velox. NOT. Tir. 101, 85^b -us. *cf.* 101, 86. *legitur singulis locis apud* SALL. *l. 43.* VERG. *infra l. 62* OV. *p. 622, 9* SIL. *l. 44, senis* VAL. FL. APVL., *undecim* STAT., *saep. apud posteriores.* [*loc. corrupt.*: ENN. scaen. 426.]

1 *de animantibus*: **a** *i. q. alacer, celer, velox*: SALL. hist. frg. inc. 2 cohortes (STAT. Theb. 7, 100 [*i. otio carens*]). SIL. 3, 446 milite. VAL. FL. 2, 191 discumbitur altis porticibus; sua cuique furens -aque coniunx adiacet. AVG. epist. 149, 34 p. 379, 19 paucis ut -us exhortor (*cf. quae praeced.* dabis . . . veniam stilo meo multum festinanti). CYPR. GALL. gen. 282 volente -oque sene. EVG. TOLET. carm. 45, 3 duc . . . celerem, -us navita, puppem. *accedit* ad: ORIENT. comm. 1, 1 ad aeternae -us praemia vitae. in: CLAVD. carm. min. 27, 58 *Phoenix* gaudet . . . mori -us in ortum (*i. novam vitam*). MART. BRAC. form. vit. 7, 1 *virum* in quascumque extollentias dictorum et actorum . . . -um. de: LIB. pontif. p. 115, 21 se -um ostendere de ea re. *acced. inf.*: CASSIOD. hist. 9, 2 dicere facereque . . . -us.

b *i. q. immaturus, praeceps*: AVSON. 369, 33 gravidos sentit subrepere nixus ante expectatum -a puerpera votum. *accedit gen.*: STAT. Theb. 6, 75 *filio* pharetras brevioraque tela dicarat -us voti pater (CLAVD. 8, 166). silv. 5, 3, 135 laudum -us (*i. cupidus*) et audax (*Lipsius*, festina sed ut dux *M*) ingenii. *abl.*: VVLG. prov. 19, 2 qui -us est pedibus, offendet.

c *paene pro adverbio*: VERG. Aen. 9, 486 *vestem* -a urgebam (VAL. FL. 3, 341 *vestes* rapuit telis -a . . . Hypsipyle. PORPH. Hor. epod. 12, 23/24 magnopere -am s⟨e⟩ . . . vestem conficere). VAL. FL. 7, 187 -am . . . iubet *Irin* monitis parere. APVL. met. 2, 6 ZENO 1, 7, 7. 2, 38 AMBR. Ioseph 13, 80 HIER. epist. 36, 1, 2. 117, 7, 3 in Eph. lib. 2 praef. VVLG. exod. 10, 16 *al.* CLAVD. 10, 123 PS. AVG. serm. 120, 7 MART. CAP. 3, 263. 6, 724 SIDON. epist. 2, 8, 3 FAVST. REI. grat. 2, 1 p. 60, 5 DRAC. laud. dei 2, 619 ENNOD. epist. 7, 30, 2 p. 197, 3 opusc. 3, 145 p. 368, 14. CASSIOD. var. 3, 28, 2 accelera -us adventum. ARATOR act. 2, 176. CARM. epigr. 702, 2 (*a. 528*) nimium -us obist⟨i⟩. 782, 11 Christum -a petit. *cum verbis movendi sim.*: STAT. Theb. 4, 800 (807) subit illa per agmen non humili -a modo. 9, 330 remeat. APVL. met. 1, 5 accucurri (RVFIN. hist. 2, 17, 8. CASSIOD. var. 1, 7, 3 occurre. CORIPP. Ioh. 1, 237 discurrit. GREG. M. dial. 3, 29 cucurrit [σπουδαίως. CARM. epigr. 1447, 7]. INSCR. christ. Rossi II p. 65, 19, 7 recurrens). APVL. met. 2, 13 enavigasti. 4, 15 irrepsit. 10, 6 foro se -us immittit (LIB. pontif. p. 146, 18 transmitte. GREG. M. dial. 1, 10 p. 208^A misit [μετὰ σπουδῆς]). ANON. Vales. 13, 77 transire (VVLG. I Esdr. 4, 23 abierunt [σπουδῇ]. ENNOD. epist. 2, 25, 3 p. 67, 23 redire. PASS. Thom. p. 142, 10 ire). PS. AMBR. mor. Brachm. p. 1136^B accessit (RVRIC. epist. 1, 8 p. 361, 28 CASSIOD. hist. 2, 18. 7, 8. CYPR. GALL. gen. 1434 cedere. VITAE patr. 3, 99 abscedens). HIER. epist. 22, 28, 4 exsurgit (38, 4, 2 consurgit). VVLG. gen. 24, 29 egressus est (ἔδραμε. PS. AVG. serm. 281, 2). 24, 61 revertebatur. I reg. 20, 19 descendes (III reg. 12, 18 ascendit. ἔφθασεν ἀναβῆναι). Is. 5, 26 -us velociter (ταχὺ κούφως) veniet (Ier. 36, 29 RVFIN. hist. mon. 7 p. 412^B LIB. pontif. p. 158, 4. HIST. Apoll. rec. 4 perveni). Dan. 6, 19 perrexit (ἐν σπουδῇ. VICT. VIT. 3, 44). RVFIN. hist. 11, 5 p. 1009, 9 mulierculam . . . -am et properam . . . prorumpere. *ibid.* 15 properas (CASSIOD. hist. 9, 19 VITA Vedast. 1, 4). PAVL. NOL. carm. 20, 182 adesto. PETR. CHRYS. serm. 112 p. 509^C tendere (ENNOD. carm. 1, 7, 7). DRAC. Romul. 8, 450 carpit iter. EVGIPP. Sev. 4, 3 vade. *accedit abl.*: OV. met. 11, 347 cursu -us anhelo advolat (STAT. Theb. 10, 686). OPT. PORF. carm. 22, 31 insiste fide -us (*cf. l. 28*) in amplum.

2 *de rebus*: **a** *corporeis*: *i. q. celer, velox*: STAT. Theb. 5, 301 ignibus. 5, 740 differte animos -aque (*i. praepropere correpta?*) tela ponite. 11, 129 astra (CLAVD. 5, 337 *Lucifer* -am . . . rotam solito properantior urget). ITIN. Alex. 12 *Cydnum* -um meatu (MEROB. carm. 2, 7 fluentis). AVIEN. ora 360 pede. CLAVD. 3, 344 -as urgete manus. *paene pro adverbio*: AVIEN. orb. terr. 1154 -a citis evolvitur unda fluentis (*cf.* Arat. 50 *amnem* -a citis urget natura fluentis. MART. CAP. 1, 14 *amnis* nimia celeritate -us . . . ferebatur. CYPR. GALL. exod. 485 -um pelagus discesserat). PS. AMBR. serm. 6, 1 sol -us . . . lucem protulit. CYPR. GALL. Ios. 260 rapuit *regem* -a manus.

b *incorporeis*: **α** *i. q. celer, velox*: VAL. FL. 6, 472 cupido (PAVL. NOL. carm. 21, 68 amore). CARM. epigr. 1111, 2 (*saec. I ex.*) supprime -um . . . iter (PS. AMBR. act. Seb. 5, 17 cursu). CARM. poet. min. V 118, 45 voto. PANEG. 11 (3), 31, 6 benevolentia. FIRM. math. 4, 1, 6 celeritate (err. 21, 6 AMM. 30, 2, 6 COD. Theod. 16, 5, 5, 3. RVFIN. hist. mon. 21 alacritate. LEO M. serm. 79, 2 velocitas. ISID. eccl. off. 2, 16, 14 properatione [reg. monach. 6, 1]). AMBR. epist. 63, 97 -a est fides, alacris devotio, spes impigra (AMBR. Cain et Ab. 2, 2, 7 ARATOR act. 2, 271). HIER. epist. 64, 2, 5 sermo (AVG. serm. ed. Mai 31, 3 discussio). PRVD. cath. 11, 6 dies (CYPR. GALL. gen. 331 menses). CLAVD. carm. min. 25 pr. 1 carmina. 30, 217 oscula. PAVL. NOL. carm. 20, 183 ne mors praeveniat medicum -a morantem (GREG. M. past. 3, 20 p. 86^D -a mors repente et simul abstulit). CYPR. GALL. exod. 494 fugam. EPIST. pontif. 374 Migne 50, 481^B deliberatione (ἐπιταχυνομένη). PS. PROSP. carm. de prov. 949 voluntas. PETR. CHRYS. serm. 2 p. 190^A intellectu. SIDON. epist. 1, 11, 4 -am . . . praecipitare sententiam. GREG. M. moral. 21, 8 consolatio. CARM. epigr. 612, 1 ter binas hiemes -a luce (*i. vita*) peregit. ad: HIL. psalm. instr. 23 -us ad ipsam psalmorum expositionem sermo. **β** *i. q. immaturus, praeproperus*: VAL. FL. 6, 325 taedia vitae. STAT. Theb. 9, 716 cruda . . . -aque virtus. Ach. 1, 148 vis. APVL. met. 6, 31 mortis . . . maturatae -as tenebras accersere. SOL. 1, 92 pubertate. 26, 5 immaturitate. CORP. X 6460† (*saec. III/IV*) ⟨ha⟩nc domum atpeti⟨vit eorum or⟩bitas -a (*suppl. Rossi*). CLAVD. 8, 371 amor. COD. Theod. 7, 1, 7 (*a. 365*) cupiditate. LEO M. epist. 19 -a et immatura provectio. AVELL. p. 70, 20 nihil -um aut immaturum credidimus proferendum. *accedit dat.*: VAL. FL. 4, 470 miseris -a senectus. **γ** *paene pro adverbio*: CLAVD. 10, 324 canities -a venit. GREG. M. moral. 2, 78 ad humilitatem se . . . -us inflectit *animus.*

syn.: *ad 1 a*: volens. *ad 1 c*: properus. *ad 2 b α*: alacris, impiger, maturus (AMBR. Cain et Ab. 1, 8, 29). *ad 2 b β*: crudus, immaturus.

adv. **festīnē.** *comparativ. l. 59. i. q. cito, celeriter*: CASSIOD. var. 3, 40 -e . . . remedia vestrae utilitatis respeximus. GREG. M. moral. 3, 10. 5, 29. 16, 43. 53. 21, 14. 32, 27. dial. 1, 4 p. 172^C (μετὰ σπουδῆς). 2, 7 (συντόμως). 3, 11 p. 240^A (μετὰ πάσης . . . σπουδῆς). in Ezech. 2, 6, 7 epist. 7, 5 p. 448, 17. *compar.*: EPIST. pontif. 363 Migne 20, 777^A. ISID. sent. 2, 36, 4 -ius (*syn.* celerius). **festīnō.** CAPITOL. Alb. 6, 6 quod ad exercitum -o (festinanter *M*) mitteretur. *Lackenbacher.*

fēstitātula *v.* festivitatula. **fēstīvē** *v. sub* festivus.

ˣfēstīvitās, -ātis *f. a* festivus. ISID. orig. 6, 18, 1 -s dicta a festis diebus, quasi festiditas. GLOSS. ἑορτασμός. φαιδρότης. γλαφυρότης. ἀστειότης. IV 306, 56 agga *v. vol. I p. 1304, 41.* DON. Ter. Eun. 1048 -em laetitiam. HIER. *hac voce interpretatur nomina hebraica haec*: Aggai (nom. hebr. 2, 30). Aggi (*ibid.* 3, 14. 15, 28). Agla (*ibid.* 24, 16). Eglon (*ibid.* 27, 1). Beth Hagla *v. vol. II p. 1946, 27. versum est ex graec.* ἑορτή (*saepe*), τελέτη RVFIN. Greg. Naz. 3, 6 p. 115, 8 CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 188. 217 (?). *legitur apud* PLAVT. TER. RHET. Her. CIC. rhet. epist. (*semel v. p. 623, 71*). PAVL. FEST. SVET. GELL. APVL. *et apud posteriores, maxime* ECCL. *plural. legitur inde a* CIC. orat. 176 (*p. 623, 69*).

I *sensu strictiore*: *spectat ad diem festum*: **A** *i. q. feriae, dies festus, festum* (*perraro ante Christianorum tempora*): PLAVT. Capt. 770 Iuppiter . . . offers mihi . . . -em, ferias. PAVL. FEST. p. 10 Agonalia eius (*Agonii*) -em. LAMPR. Alex. 63, 4 addita . . . -s matris nomine atque ipsius, quae hodieque . . . celebratur natali eius die. TREB. Gall. 3, 7 populum . . . quasi victorialibus diebus ad -em ac plausum vocavit. AVG. civ. 6, 6 p. 256, 15 D. *civilis theologia de diis nefanda figmenta* deorum ipsorum -bus consecrat. 6, 8 p. 262, 17. in psalm. 80, 11 p. 1038 ad circum et ad nescio quas hodiernae -is nugas. COD. Theod. 6, 4, 30 (*a. 396*) Honorii natalium -bus. 15, 9, 2 (*a. 409*) cunctos iudices admonemus, ut ludorum . . . intersint -i. GAVDENT. serm. 8 p. 887^C ad -em nuptiarum (*ibid.* -i nuptiali. COD. Iust. 5, 4, 24

[*Bauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nuptiarum ... -s). SALV. gub. 6, 61 eorum cultibus communicat *Christianus*, quorum -bus delectatur. SIDON. epist. 7, 12, 4 cum epulum -s publica facit. DIG. de conc. dig. 2, 4 *ne Papinianistae* nomen et -em eius (*Papiniani*) amittere videantur (*ibid.* festum diem). COD. Iust. 2, 7, 23, 1 solemni die -is kal. Ianuariarum. IORD. Rom. 283 -em Romanae urbis, millesimo anno quod expleverat, celebravit. ITIN. Anton. Plac. rec. A 38 quando ... venit tempus -is ipsorum (*Saracenorum*). *de Iudaeorum et Christianorum sacris diebus*: ITALA psalm. 73, 8 (Cas.) comburemus omnes -es altissimi in terra (τὰς ἑορτὰς κυρίου, VVLG. dies festos dei). VVLG. III reg. 8, 65 fecit ... Salomon ... -em celebrem et omnis Israel cum eo. Os. 9, 5 quid facietis in die solemni, in die -is domini? Am. 5, 21 odi et proieci -es vestras (*cf.* HIER. in Am. *ad l.* p. 1053^B quia non celebrabant -es dei, sed -es suas). 8, 10 convertam -es vestras in luctum. Zach. 14, 18. 19 ad celebrandam -em tabernaculorum. HIER. in Is. 3, 3 p. 49 pentecostes celeberrima -s. 29, 1 subverso ... templo et Iudaica religione sublata omnis eorum -s periit (RVFIN. Orig. in num. 33, 2 p. 748^B perierunt omnes -es eius [*Ierusalem*] et dies solemnes eius). reg. Pachom. praef. 7 passionis dominicae ... -em (CONC. Aurel. a. 511 p. 8, 12 in domenicae ascensionis -e). RVFIN. Orig. in num. 23, 4 p. 749^C agere ... sabbati -em. 23, 5 p. 751^B lunae novae ... observare -em. 23, 10 p. 753^D o mira -s! dies festus vocatur afflictio animae. Greg. Naz. orat. 3, 11 p. 120, 21 communem ducamus -em cum ... (συνεορτάσωμεν). EPIST. pontif. 255 (*a. 385*) Migne 13, 1134^A apostolorum seu martyrum -bus (*cf.* SACR. Leon. p. 400 sanctorum -e votiva. *al.*). AVG. epist. 55, 9, 16 ut ... nostra -s (*diei dominici*) a Iudaeorum -e distingueretur. 13, 23 dies ... dominicus ... ex illo habere coepit -em suam. c. Adim. 16 nos ... et dominicum diem et pascha ... observamus et quaslibet alias Christianas dierum -es. serm. ed. Mai 93, 1 neque enim haec (*resurrectionis Christi*) ut ceterae -es in aliqua tantum mundi parte celebris habetur. c. Faust. 32, 12 -s concelebrata. GAVDENT. serm. 1 -em paschae. *al.* (LEO M. epist. 96 in -e paschali. *al.*). SALV. gub. 6, 37 ut eodem die et -s ecclesiastica et ludi publici agantur. PS. AMBR. serm. 58, 1 p. 722^D in eius (*Cypriani*) -e iucundati sumus. ALC. AVIT. epist. 32 apostolicae (*Petri et Pauli*) -is. hom. 6 p. 111, 13 rogationum nostrarum operosissimam -em. GREG. TVR. Franc. 2, 22 p. 85, 1 ad -em basilicae monasterii. *ibid. l.* 3 -is opus (*i. missam*) explicuit. CONC. Tur. a. 567 p. 133, 20 in -e cathedrae domni Petri. SACR. Leon. p. 410 annua ... ieiuniorum celebranda -s. *translate*: RVFIN. Orig. in num. 23, 2 p. 747^A est ... ei (*deo*) magna -s humana salus (*cf. p. 628, 55. syn.* laetitia p. 747^B). *metonymice de homine*: PLAVT. Cas. 135 mea -s (*inter alia blandimenta; seq.* 137 meus festus dies). 577. Poen. 389 APVL. met. 2, 10.

B *i. q. animi hilaritas festo diei commoda*: SALV. gub. 6, 89 nigra est incendio civitas et tu vultum -is usurpas. 6, 94 quia ipsi ... festi sumus, templis quoque ipsius (*dei*) vultum nostrae -is induimus. SEDVL. op. pasch. 4, 22 p. 272, 13 frequens turba plena -is (plenae -is *vel* plena -s *codd.*).

C *i. q. sanctitas*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 261 ut ... neque ab Aegyptiacae -is animalibus abstinerent (θρησκευομένων ζῴων *cf.* festivus *p. 624, 40*).

II *sensu latiore: i. q. amoenitas, iucunditas, lepos, urbanitas*: **A** *de personis*: TER. Eun. 1048 mei patris -em et facilitatem (DON. -s in dictis est, facilitas in animo et factis). SVET. Cal. 7 *puer* insigni -e. CARM. epigr. 87, 2 ⟨hic condita ossa⟩ sunt venus⟨tae feminae⟩ (*explementa incerta*) ⟨... fes⟩tivitate pl⟨urima⟩. POMER. 3, 6, 5 p. 482^C illius *feminae* laudatur etiam sine forma -s, illius sola formositas. **B** *de oratione*: RHET. Her. 1, 8, 13 illud genus narrationis ... debet habere sermonis -em. 4, 14, 21 in his ... generibus exornationum ... inest -s, quae *eqs.* 4, 23, 32 est in his *exornationibus* lepos et -s, non dignitas neque pulchritudo (4, 54, 67 haec exornatio plurimum -is habet, interdum et dignitatis). 4, 27, 38. 4, 33, 45 *opp.* gravitas (TERT. adv. Val. 6 p. 183, 11). CIC. inv. 1, 25 exordium ... debet ... in se continere ... splendoris et -is et concinnitudinis minimum (*praeced. opp.* sententiae et gravitas). 1, 27. de orat. 1, 243 dicendi vis egregia summa -e et venustate coniuncta. 2, 219 in illo genere perpetuae -is. 2, 227 nec fuit umquam ... gravior oratio ... neque lepore et -e conditior. 2, 328 -em habet narratio distincta personis et interpuncta sermonibus. Brut. 177 -e ... et facetiis. orat. 176 Gorgias ... his -bus (*sc. verborum transferendorum et faciendorum, numerorum*) ... insolentius abutitur. epist. 9, 15, 2 in quo possim imaginem antiquae et vernaculae -is agnoscere. GELL. praef. 4 -es inscriptionum (AVSON. 158, 1 tituli ... -e). 5, 1, 1 si vocum eius (*philosophi*) -bus ... moventur *auditores*. 10, 3, 4 brevitas ... et venustas et mundities orationis ... qualis haberi ferme in comoediarum -bus solet. APVL. met. 1, 20 lepidae fabulae -e. SYMM. epist. 1, 31, 1 erat ... in his (*Ausoni scriptis*) oblita Tulliano melle -s. IVL. RVF. rhet. 4 p. 39, 17 hac figura fit ex[er]citatis aliis ingenua -s. SCHOL. Cic. Bob. p. 102, 20 St. p. 159, 20.

synonyma et coniuncta: *ad I*: feriae (PLAVT. Capt. 770 PS. AMBR. serm. 7, 3 p. 618^A GREG. M. epist. 13, 15). *ad IIA*: facilitas (TER. Eun. 1048). *ad IIB*: lepos, venustas, facetiae. *opposita*: *ad IIA*: formositas. *ad IIB*: dignitas, pulchritudo, gravitas.

deriv.: festivitatula.

fēstīviter *v. sub* festivus.

? **fēstīvitātula,** -ae *f. a* festivitas *deminutive.* ALC. AVIT. epist. 88 p. 97, 24 in die susceptae vestrae -ae, laetitiae nostrae (*coni. Peiper*, festitatulae *S*, festivitatae *L*).

fēstīvo, -āre *a* festivus. *i. q. festivitatem agere*: ORIG. in Matth. 79 p. 1729^C ut ... Iesus -et cum discipulis suis. *i. q. hilarem reddere*: MVTIAN. Chrysost. hom. 28, 6 p. 417 (*de muliere*) impudicum ... virum, ac si multa excogites ornamenta, non -as (*seq. syn.* pudico ... complacebis. *opp.* eum ... contristabis).

fēstīvum, -i *n. v. sub* festivus.

fēstīvus, -a, -um [*a* festus. *Th.*]. *compar. inde a* CIC. *l. 63. p. 625, 14. 21, superl. a* PLAVT. *l. 50. p. 625, 7.* GLOSS. -us feriatus. laetus. -o celebri, sollemni, id est consuetudinario. -issimus est dies plus quam festus. -i ludi ἱερομηνίαι. -us *exprimit nomen hebr.* Aggaeus *v. vol. 1 p. 1304, 49.* [*loc. dub.: coniecturae maxime dubiae debetur* ENN. scaen. 426 -um (*trad.* festinum) festinant diem. AFRAN. com. 260 quae [festi] facere nos solemus ⟨-o⟩ die (*v. p. 630, 36*). *cf. l. 33. in codd. hic illic corrumpitur in* festinus.]

I *sensu strictiore, de rebus quae ad diem festum pertinent* (*perraro ante Christianorum tempora*): PLAVT. Mil. 83 qua assedistis causa in -o loco (*i. theatro*). Cas. 760 nec pol ego Nemeae credo neque ego Olympiae neque usquam ludos tam -os fieri, quam hic intus fiunt ludi ludificabiles. APVL. met. 11, 6 inter hilares caerimonias et -a spectacula. IVST. 38, 8, 14 convivium -issimum. EVANTH. de com. 1, 3 cum ... -um (festivium *A*, festum *rell.*) carmen sollemniter cantaretur (*cf.* CLAVD. 21, 3 conubii ... -os ... cantus. ALC. AVIT. carm. 1, 189 -um ... hymen. CASSIOD. in psalm. 118 praef. -o psalmo. GREG. TVR. virt. Mart. 2, 1 cum presbyter ille rustice -a verba *missae* depromeret. SCHOL. Ter. p. 163, 17 ut ... versus ... in -is modis recitarent). SCHOL. Pers. 1, 16 -a veste indutus. AVG. c. epist. fund. 8 p. 202, 11 nullo ... -iore apparatu. CYPR. GALL. exod. 389 -os ... cibos agni de viscere sumunt. DRAC. Romul. 8, 308 -as extingue faces (*nuptiales*). *de die* (*v. l. 15*): DON. Ter. Eun. 1048 -us dies. EPIST. pontif. 311 Migne 20, 556^B (*a. 416*) diem dominicum -issimum esse. CASSIAN. inst. 3, 11. ORIENT. carm. app. 1, 2 *dies* toto -ior anno, natalis quae lecta deo. PS. VICT. VIT. pass. 11 votiva ... baec dies est et omni sollemnitate -ior. MIRAC. Theclae 2 p. 171, 4 eius ... diem -um. VEN. FORT. carm. 7, 21, 13 -ae diei (*cf.* AVG. serm. ed. Mai 67, 1 natalibus martyrum -is. DRAC. Romul. 7, 26 -o in tempore). *de homine*: SCHOL. Pers. 1, 16 poeta recitaturus carmen ad hoc ornatus et -us incedebat. *nota*: CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 239 a sacris animalibus, quae praecipue -a apud Aegyptios erant (τῶν ... θεμιστευομένων ἱερῶν ζῴων. *cf. p. 623, 49*). DRAC. laud. dei 3, 332 -is ... fascibus *lictorum*. *neutr. plur. absol.*: HIER. epist. 22, 29, 6 lyricis -a (-o *Σ*) carminibus metro ludere.

II *sensu latiore*: GLOSS. compositus. laetus. urbanus. ἀστεῖος. γλαφυρός. ὡραῖος. -a compta, composita. dicitur et homo -issimus et (id est?) urbanissimus. IV 518, 53 *ad* festus laetus *addit cod. b* sapiens vel salsus, *quod pertinet ad* 54 -us laetus. DIFF. gramm. VII 524, 22 scitus ... -us. *est sermonis cotidiani minus vulgaris quam urbani*: **a** *de rebus corporeis*: PLAVT. Curc. 88 -ae fores. 93 aedes -issumae. Pseud. 1254 in loco -o sumus festive accepti. CIC. Att. 2, 6, 1 *librorum* -am copiam. parad. 38 nonne ... sunt illa (*Aëtionis tabula aut signum aliquod Polycleti*) -a? PLIN. epist. 2, 17, 4 parvola, sed -a area. 3, 6, 1 Corinthium signum, modicum quidem, sed -um et expressum. AVR. Fronto p. 61, 18 N. Sota Ennianus ... et in charta puriore et volumine gratiore et littera -iore quam antea fuerat videtur. CLAVD. rapt. Pros. 2 pr. 16 *vates* pollice -o nobile duxit ebur. ENNOD. carm. 1, 5, 52 -is ... oris. MVTIAN. Chrysost. hom. 4, 5 p. 268 lampades (28, 7 p. 420). 16, 3 p. 344 clarum ... et -um est caelum. 28, 7 p. 420 habitacula *sponsi* clara sunt atque -a.

b *de rebus incorporeis*: PLAVT. Mil. 591 nimium -am (-a *trad.*) mulier operam (-a *P*) praehibuit. Poen. 308 facinus (1086) ... lepidum et -om. 695 tibi illud (*hospitium*) possum -om dare. CIC. ad Q. fr. 2, 5, 2 multum ... mecum sermonem habuit et perhumanum de discordiis mulierum nostrarum. quid quaeris? nihil -ius. GELL. 1, 23, 8 lepidi atque -i mendacii consilium (MACR. sat. 1, 6, 21). 17, 8, 4 puer Atticus ... -issimis aetatis et gentis argutiis scatens. 18, 13, 1 alea quadam -a et honesta lusitabamus. PAVL. NOL. epist. 7, 1 ut tibi ... gaudium -issimis conferremus indiciis. CONC. Chalc. Leo M. epist. 98, 1 quid agnitione dominica -ius ad coronas? (choreas? τί ... πρὸς χορείαν φαιδρότερον;). MVTIAN. Chrysost. hom. 17, 2 p. 348 *dixit* quod -um et gratum est. 32, 4 p. 441 misericordia nitet magno decore -a. *speciatim de oratione* (*cf.* DON. Ter. Ad. 261 *p. 625, 8*): CIC. Pis. 70 poema ... ita -um, ita concinnum, ita elegans, ut nihil fieri possit argutius. de orat. 3, 100 orationem concinnam, distinctam, ornatam, -am sine intermissione *eqs.* off. 1, 108 dulcem et facetum -ique sermonis ... Socratem accepimus. PLIN. nat. praef. 26 -iorem ... titulum. QVINT. inst. 6, 3, 39 cum elegans et venusta exigitur tota expositio, tum id -issimum est, quod *eqs.* PLIN. epist. 9, 17, 2 me ut inexpectatum -umve delectat, si *eqs.* GELL. 2, 29, 1 -os delectabilesque apologos. 10, 4, 3 *argumentum* lepidum et -um. 17, 1, 10 non modo ineptum hoc non est, ... sed -issimum adeo et facetissimum est. TERT. nat. 1, 17 libellos. IVL. RVF. rhet. 3 p. 39, 11 hac figura fit -a dictio cum amoenitate mordax (*cf.* MACR. somn. 1, 9, 2 seu -a seu mordacia).

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Avson. 350, 3 aptis … versibus et compositione -a. Schol. Cic. Bob. p. 102, 24 St. quasdam criminationes non pugnaci argumentatione, sed etiam -a urbanitate dissolvi. Avg. epist. 17, 2 in nostram religionem -as, ut tibi visum est, contumelias iaciendas. c. Iul. op. imperf. 5, 15 p. 1448 -issima dicacitate (*opp.* vanitate ineptissima).

c *de personis*: Plavt. Mil. 958 a luculenta atque -a femina. Epid. 623 usque ab unguiculo ad capillum summumst -issima. Ter. Ad. 261 caput (Don. alii putant -om caput non Aeschini intellegendum, sed orationis, quam habet Ctesipho … sed male *eqs.* Schol. Ter. p. 65, 16 celebris homo, ut idem in alio loco [*966*]: o lepidum caput). 983 o pater mi -issume. 986 te isti facilem et -om putant (*cf. p. 623, 53.* Schol. Ter. p. 162, 11 iucundum *DM*, lepidum *G*). Varro Men. 312 omnes videmur nobis esse belli -i saperdae, cum simus σαπροί. Cic. Verr. 4, 162 quid isto fore -ius arbitramur, si est tuus natura filius *eqs.* 5, 49 -um acroama (Prvd. perist. 2, 324). Flacc. 91 materculae suae -us filius … purgat se per epistulam. Phil. 5, 13 homo (de orat. 2, 277. Gell. praef. 20 *Aristophanes* homo -issimus). or. frg. A XIII 22 tu vero -us, tu elegans, tu solus urbanus. Att. 1, 12, 4 puer -us anagnostes noster. 4, 16, 3 Cephalum locupletem et -um senem (Sen. contr. 2, 6, 10 -um senem! in honorem filii sui ebrius fit). epist. 6, 4, 3 ab eis pueris, quibus nihil potest esse -ius. Sen. apocol. 8 sororem suam, -issimam omnium puellarum, quam omnes Venerem vocarent, maluit Iunonem vocare. Plin. epist. 5, 16, 1 qua puella nihil unquam -ius, amabilius … vidi. Apvl. met. 3, 23 quam pulchro … quamque -o … amatore! 7, 21 amasio. Arnob. nat. 2, 8 p. 53, 15 dicite, o -i et meraco sapientiae tincti! Don. Ter. Eun. 1048 ut -us amori non obstitit. Avson. 412, 3 o melle dulcior, o Gratiarum venustate -ior! Symm. epist. 1, 90, 1 fit … plerumque, ut levia rerum portator -us exornet. Hier. epist. 22, 13, 3 lepidae et -ae volunt videri. Petr. Chrys. serm. 76 p. 415B hic in via tam -us salutator (*Christus; cf.* Matth. 28, 9) occurrit.

ntr. subst. **fēstīvum**, -ī. *i. q. festum*: Lampr. Heliog. 11, 6 in vindemiarum -o. Alc. Avit. epist. 77 p. 92, 19 paschale -um (Pol. Silv. chron. I p. 518, 12). Drac. laud. dei 3, 377 oppressit votiva dolor, -a recedunt, publica funereo turbantur gaudia luctu. Orest. 2 -a cruenta.

deriv.: festivitas, festivo. *cf. Onomast.*

adv. **fēstīvē**. **1** *sensu strictiore*: Trag. inc. 223 diem hunc decorare festum -issime. [*dub.*: Hier. epist. 31, 2, 1 *v. p. 632, 74.*]
2 *sensu latiore*: Gloss. ἀστείως. Plavt. Pseud. 1254 *v. p. 624, 51.* Cic. Att. 2, 9, 1 -e … et minore sonitu, quam putaram, orbis hic in re publica est conversus. 4, 14, 2 tu velim, si quid forte novi habes … — soles enim tu haec -e (festine *M*¹) odorari — scribas ad me. Apvl. met. 2, 7 quam pulchre quamque -e … ollulam istam … intorques. apol. 63 quam lepide … pinnulae emineant, quam autem -e circa humeros vestis substricta sit. Avg. civ. 6, 1 p. 246, 3 D. si malas cultorum suorum speciosius et -ius Fortuna barbata vestiret. mus. 6, 10, 26 sex temporum pedes num aliunde blandius sonant atque -ius, nisi quod *eqs.*? Evgraph. Ter. Eun. 1048 -e ac iocunde interveniens. *de oratione*: Cic. Deiot. 19 quam -e crimen contexitur. div. 2, 35 quam -e *hoc* dissolvitur. ac. 2, 92 *dialectica* -e tradit elementa loquendi. ad Q. fr. 2, 15, 4 factam fabellam … esse -e. Mart. 6, 44, 1 iocari. 12, 45, 3 dixit (Gell. 1, 25, 7 -e magis dixit quam aperte atque definite. 8, 11 quam -e responderit. 9, 15, 11 -issime … inquit. 13, 4, 1 -issime rescripsisse. 18, 1, 9). Schol. Cic. Bob. p. 89, 31. 101, 2 St. Boeth. cons. 2 pros. 6, 64 quam -e aliquis illuserit. *absolute: laudantis est*: Cic. Sest. 135. div. 2, 107 -e et breviter. *cf.* de orat. 3, 101 'bene et praeclare' quamvis nobis saepe dicatur; 'belle et -e' nimium saepe nolo.

adv. **fēstīviter.** Novivs Atell. 40 o domus parata pulchrae familiae -r! Gell. 1, 2 tit. -r a vero Stoico seiunxit volgus … nebulonum (1, 2, 7 severe simul et -r). 1, 22, 6 respondisse. 3, 5 tit. vitium et mollities … opprobrata acerbe simul et -r. 18, 8, 2 haec … addit -r *Lucilius.*

1. fēsto, -āre. Gloss. II 305, 2 -o ἑορτάζω.

2.? festo. Varro ling. 7, 8 (*formula auguralis*) templum tescumque[m] -o in sinistrum … te⟨m⟩plum tescumque[m] -o dextrum.

fēstra *v.* fenestra *p. 478, 49.*

1. *festūca, -ae *f.* [*orig. inc., nisi cf. est c.* fenum *vel c.* ferula. *Th.*]. Pavl. Fest. p. 86 fenum … unde etiam et -a vocata est. Gloss. κάρφος. ῥάβδος. *de scriptura*: Prob. app. gramm. IV 198, 12 -a, non fistuca. Gramm. VII 302, 10 -am, non fistucam dicito. *cf. Heraeus, Archiv 11, 314. forma* fist-, *quae vulgaris fuisse videtur, legitur passim apud posteriores, maxime* Eccl. faest- Plin. nat. 9, 37 *Fa. forma* festucum (-us?) *legitur* Gloss. III 428, 41. Itala Luc. 6, 42 (cod. ff²) *bis* (6, 41 -am). Ivvenc. 1, 659 *ascriptum est in B* de -o in oculo patris. Lex Sal. 46 fistucum (*sic duobus locis sing. codd.*). capit. 5, 7 cum -o. *cf. Sittl, Archiv 2, 578 et p. 626, 69. legitur inde a* Plavto. [*it.* festuca, *francog.* fétu. *M.-L.*]

1 *i. q. calamus, culmus, stipula, surculus sim.*: Varro ling. 5, 136 homo in pratis per fenisecia eo (*rastello*) -as corradit. Colvm. 8, 15, 7 -ae surculique in aviariis passim spargendi sunt, ut colligere possint aves, quibus nidos construant (*cf.* Ambr. hex. 5, 17, 56 *hirundo* legit … -as ore easque luto illinit. *ibid.* limus, quo … -as vel minutos surculos sibi colligat atque adhaerere faciat). 9, 8, 8 qua (*liquida rubrica*) cum -is illitis contigeris apium terga, … facilius redeuntes agnoscere poteris (*cf. infra l. 67*). Plin. nat. 9, 37 feminas (*testudines*) coitum fugere, donec mas -am aliquam imponat aversae. 10, 116. 18, 155 -a, quae vocatur aegilops. 18, 254 cum herba creverit in -am. Apvl. apol. 35 assulas -as resticulas … et cetera maris eiectamenta. Rvfin. hist. 3, 6, 19 faeni veteris -as (χόρτου … παλαίου σπαράγματα). Marcell. med. 8, 188 *lapis lychnites* -as leves admotas ad se rapit (*cf.* Pavl. Petric. visit. nepot. 52). Cassian. inst. 4, 21 obeuntes -as tenues ac spinulas. Romvl. fab. Aesop. ed. Thiele 77, 4 aucupem … -am inserere visco. Cael. Avr. acut. 1, 5, 48 carphologiam, quae est -arum levium a parietibus veluti detractio. Op. imperf. in Matth. 3 p. 655 paterfamilias … metit -as de agro et comportat eas in aream, ut illic trituret et ventilet et discernat triticum a paleis. Ven. Fort. Mart. 3, 283 (*syn.* palearis arista, stipula).
in simili: Vvlg. Matth. 7, 3 quid autem vides -am in oculo fratris tui et trabem in oculo tuo non vides? 7, 4 sine eiciam -am de oculo tuo. Luc. 6, 41. 42 (κάρφος; Itala Luc. 6, 41. 42 [cod. e] stipulam. *cf.* Avg. serm. 49, 7 [= Favst. Rei. serm. 6 p. 245, 20], *qui tamen explicat* -am. Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 39, 2 stipulae -a). Ivvenc. 1, 659 cernis adhaerentem -am in lumine fratris. Avg. epist. 211, 14 ne ira crescat in odium et trabem faciat de -a (*cf.* serm. 49, 7 in psalm. 54, 7). Facvnd. defens. 6, 5 p. 680C non quasi -am auximus in trabem, quae si non eiusdem quantitatis, eiusdem tamen est generis. *inde fluxerunt locutiones tropologicae*: Ambr. in psalm. 118 serm. 16, 30, 1 purgamentorum levium -a (*opp.* peccatorum gravium trabes). in Luc. 7, 238 p. 388 alieni -am vitii. hex. 4, 1, 1 -a peccati. Pavl. Nol. epist. 24, 3 p. 203, 23 -am gratiae (*opp.* boni massam).

2 *speciatim*: **a** *de vindicta, virga quae apud Romanos in vindicatione et manumissione adhibebatur* (*cf. Plutarch. de sera num. vind. p. 550*B Ῥωμαῖοι … οὓς ἂν εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρῶνται, κάρφος αὐτῶν λεπτὸν ἐπιβάλλουσι τοῖς σώμασιν). Plavt. Mil. 961 ingenua⟨n⟩ an -a facta e serva liberast? Pers. 5, 175 in -a, lictor quam iactat ineptus (Schol. virga, qua a lictore percutitur). Gaivs inst. 4, 16 qui vindicabat, -am tenebat. *ibid.* homini -am imponebat. *ibid.* -a … utebantur quasi hastae loco signo quodam iusti dominii. **b** *in iure Germanorum*: Lex Sal. 46 -am in laisum iactet. *al.* 50, 3 apprehendat -am et dicat verbum. capit. 5, 6 *quicunque admallatus fuerit* in sinistra manu -am teneat et dextera manu auferat. *passim.*

deriv.: festucarius. festucula. *nom. propr.* Festucius.

2. festūca, -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. *nescio an non separari debeat ab* 1. festuca. *de scriptura* fist- *v. l. 47* (*cf. Heraeus, Archiv 11, 314*). *i. q. vectis, pilum, pavicula* (*cf. Mau, PW. VI 2224*): Cato agr. 28, 2 calcato pedibus bene *terram*, deinde -is vectibusque calcato quam optime poteris (*cf.* Plin. nat. 17, 87 *l. 62.* 36, 185 pavimenta … -is pavita). Caes. Gall. 4, 17, 4 *tigna* cum machinationibus immissa in flumen defixerat -isque (fist- *α*; festuculisque *β*, *fort. recte*) adegerat.

deriv.: festuco.

festūcārius, -a, -um *a* 1. festuca. *hanc vocem sensu debilitato, i. q. symbolicus, usurpat* Gell. 20, 10, 10 conferens vim illam civilem et -am, quae verbo diceretur, non quae manu fieret, cum vi bellica et cruenta.

festūcātio, -ōnis *f. a* festuco. *scribitur* fist- *l. 56. 58. actio festucandi*: Vitr. 3, 4, 1 intervalla … concameranda aut solidanda -bus, uti distineantur *parietes*. 7, 1, 1 *locus* -bus (fist- *GH*) cum magna cura solidetur. 10, 2, 3 pali resupinati defodiantur et circum -e (fist- *GH*) solidentur, quo funes alligentur.

festūco, -āre *a* 2. festuca. *scribitur* fist- *l. 62. i. q. festucis calcare*: Cato agr. 18, 7 fundamenta … -ato. Vitr. 7, 4, 5 solo -ato inducitur aut rudus aut … pavimentum (*eadem fere verba* Plin. nat. 36, 188 *et* Cet. Fav. 26 p. 305, 27, *ubi codd.* fist-). Plin. nat. 17, 87 (?) terram -ando spissandam (*trad.* festugato; *alii emendant* festuca conspissandam). 36, 186 rudus … pedali crassitudine -ari.

deriv.: festucatio.

1. festūcula, -ae *f. a* 1. festuca *deminutive. scribitur* fist- *l. 67. 69.* Pallad. 5, 7, 2 dorsa apum … tangamus illo liquore tincta -a (fist- *codd. plerique*). [*loc. dub.*: Varro frg. Serv. georg. 1, 166 *et* Gloss. V 252, 6 *ubi* festuculo Gloss. *v. p. 625, 75,* fistucula Serv., *ceterum verba corrupta.*]

2. festūcula, -ae *f. a* 2. festuca *deminutive.* Caes. Gall. 4, 17, 4 -is *β*, *fort. recte; v. l. 46.*

?**festūculum** (-us?) *v. l. 68.* ?**festūcum** (-us?) *v. p. 625, 75.*

fēstum, -i *v. p. 631, 65.*

***fēstus,** -a, -um *adi. et* **fēstus,** -ī *m.* (*v. p. 630, 11*) [*cf. c.* feriae, fanum (*q. v.*), *fortasse c.* feralis, fas. *ductum esse videtur a substantivo exoleto* fēs- *'caerimonia, ritus,* θέμις*', conferendo c.* facere (*q. v.*). *Th.*]. *de prosodia*: fēstus Fast. Praen. a. u. c. 760 (Corp. I² p. 236).
de notione: Gloss. laetus. ἱερός. φαιδρός (IV 518, 53 sapiens vel salsus *cf. p. 624, 47*). -um sanctum vel iocundum. II 304, 60 ἑορταστικός celeber faustus (? -us). Gramm. suppl. 174, 20 -um celebre. Serv. auct. Aen. 12, 779 sacro profanum contrarium, ut -o profestum. Non. p. 426, 16 -um … sollemniter laetum et feriatum (*discernitur a* faustus). -us *exprimit nom. hebr.* Aggia, Aggaeus (Hier. nom. hebr.

[*Bauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 37, 7. 52, 22). *comparativus*: HIER. epist. 22, 34, 3 -ior dies (dies -us *pars codd.*). CLAVD. 7, 3 annus. *superlativus* (*cf.* MELA 1, 58 dies ... maxime -us): APVL. met. 11, 24 -issimum ... natalem. VOPISC. Tac. 11, 5 diebus -issimis (CORP. VIII 2723. CONC. Latun. a. 673/5 p. 218, 12 quinquagesimae -issimos dies). AVG. c. epist. fund. 8 p. 202, 24 -issimum tempus. *de usu: legitur inde a* PLAVTO, *deest* RHET. Her. CAES. *eiusque asseclis* MANIL. [*loci corr. vel dub.: nonnullis locis scriptum pro* faustus (*v. p. 388, 28 sqq.*) *cf. p. 629, 78. 631, 39. 43. 51. confunditur cum* fastus SEN. nat. 3, 18, 3 TERT. spect. 6 *v. p. 326, 55.* Ov. fast. 3, 200 -a *RV*; facta *M recte.* PLIN. nat. 3, 40 tam iam -a (*an* tam vasta?) cervice. STAT. silv. 2, 7, 90 o numquam data longa fata (*trad.* -a) summis. *ex coniectura legitur*: Ov. fast. 4, 724 tua -a (facta *fere trad.*). AMM. 22, 14, 6 -orum (*coni. Löfstedt*; vectorum *codd.*) perfecto ritu.]

I dies -us (dies -a *v. infra l. 55*) *i. q. dies feriatus, feriae* (*cf. Wissowa, Rel. u. Kult.*[2] *p. 432, 6; PW. VI 2224*). GLOSS. dies -us ἱερὰ ἡμέρα. ἑορτή. -us dies, -i dies αἱ ἑορτάσιμοι ἡμέραι. dies -i et castitatis feriae τὰ τοῖς κατοι⟨χο⟩μένοις (καθηγισαμένοις *Boucherie*) ἐπιφερόμεν⟨α⟩ (?). *testimonia*: CIC. inv. 1, 40 publicum est quod civitas universa aliqua de causa frequentat, ut ludi, dies -us, bellum. part. 37 insunt ... in temporibus illa ... quae sunt naturalia; fortuita autem sacrificia, -i dies, nuptiae. MACR. sat. 1, 16, 2 -i *dies* dis dicati sunt, profesti hominibus ob administrandam rem privatam publicamque concessi. ISID. nat. 1, 4 profesti dies -is contrarii id est sine religione, -i tantundem otii et religionis sunt. *distinguuntur varie* dies -i *a* feriis *et* diebus feriatis (*cf. p. 326, 83*): PAVL. FEST. p. 86 aliae *feriae* erant sine die -o ut nundinae, aliae cum -o, ut Saturnalia, quibus adiungebantur epulationes. AVG. civ. 6, 3 p. 249, 22 D. tres *libri rerum divinarum Varronis* ... ad tempora pertinent id est ad dies -os, ut unum eorum faceret de feriis, alterum de ludis circensibus, de scaenicis tertium. MACR. sat. 1, 11, 50 dies, quos tantum feriatos facit esse, non -os omnes. 1, 14, 11 si cui fere tertius ab idibus dies -us aut feriatus fuit. 1, 16, 3 -is *diebus* insunt sacrificia epulae ludi feriae. SERV. auct. georg. 1, 268 feriae deorum causa instituuntur, -i dies hominum quoque (ISID. orig. 5, 30, 12 ex his [*feriis*] -os dies hominum causa institutos, feriatos divinorum sacrorum). *ceterum distinguuntur*: ISID. orig. 6, 18, 1 festivitas dicta a -is diebus quasi festiditas eo quod in eis sola res divina fit; quibus contrarii sunt fasti, in quibus ius fatur id est dicitur (*at confunduntur* PAVL. FEST. p. 87 *v. p. 325, 71.* IORD. Rom. 95 Numa -os dies nefastosque discripsit. *cf. p. 326, 12 sq.*). diff. 1, 251 (*cf.* DIFF. ed. Beck p. 57, 18) inter -os dies et sollemnes. -i dies ex consuetudine dicuntur, sollemnes vero qui ad omnes (homines DIFF.) pertinent, ut parentalia (*cf.* SEN. contr. 1, 8, 4 -is aut sollemnibus diebus. SVET. Aug. 75, 1. Claud. 14 suis suorumque diebus sollemnibus, nonnumquam -is quoque antiquitus et religiosis. Vesp. 2, 1. *contra cf.* CIC. Pis. 51 *dies* quasi deorum immortalium -i atque sollemnes. phil. frg. I 10). *usurpatur singularis de festivitate plurium dierum* (*cf.* AVG. loc. hept. 4, 86 p. 595, 18 notandum diem -um per plures dies celebrari et tamen diem -um dici, non dies -os ipsius festivitatis celebrationem): LIV. 25, 23, 14 diem -um Dianae per triduum agi. PETRON. 45, 4 in triduo die -a. ITALA deut. 16, 15 (Lugd.) septem diebus celebrabis diem -um (ἑορτάσεις, VVLG. festa). num. 28, 17 (Aug. loc. hept. 4, 86 p. 595, 17) in mense primo quarta decima mensis huius dies -us, septem dies azyma edetis (VVLG. solemnitas). -a dies (*cf.* PROB. nom. gramm. IV 210, 11 CHAR. gramm. I 110, 9): *vulgaris sermonis est* PETRON. 45, 4 die -a. *poetarum in usu est nominativus* -a dies (OV. STAT. IVV. *al.*); *praeterea abl.* TIB. 2, 5, 36 -a ... die.

A *proprie*: 1 *de quovis genere feriarum* (*et publicarum et privatarum*): PLAVT. Aul. 380 -o die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Poen. 501 profestos -os *dies* habeam decretum est mihi. TER. Hec. 592 tuas amicas te et cognatas deserere et -os dies ... nolo. CARM. epigr. 2, 2 gonlegium quod est aciptum aetatei age(n)d(ai) opiparum ad veitam quolundam -osque dies. CATO agr. 143, 2 kalendis idibus nonis, -us dies cum erit (GELL. 2, 24, 14 kalendis idibus nonis et aliis quibusdam -is *diebus*). VARRO Men. 504 qui nobis ministrarunt pueri diebus -is cicer viride. CIC. phil. frg. I 10 mundum muliebrem, qui ad dies -os comparatur. HOR. sat. 2, 2, 61 repotia, natalis aliosve dierum -os ... celebret. 2, 2, 83 sive diem -um rediens advexerit annus. 2, 3, 143. carm. 2, 3, 7. Ov. am. 3, 10, 47 -a dies Veneremque vocat cantusque merumque. COLVM. 11, 1, 19 nec nisi sacris diebus accubans cenet *dominus* -osque sic agat, ut .... SCAEV. dig. 33, 1, 19, 2 cum testatrix Titio ... -orum dierum nomine certum pondus argenti ... praestiterit.

2 *de feriis publicis*: **a** *Graecorum et Romanorum*: **α** *generaliter*: LVCIL. 1228 a mani ad noctem -o atque profesto ... die[s]. CIC. Verr. 5, 107 -os dies anniversarios (*Syracusanorum*). CATVLL. 64, 388 annua cum -is venissent sacra diebus. LVCR. 5, 1167 horror, qui delubra deum ... -is cogit celebrare diebus. LEX Vrson. (Corp. II 5439) 64, 12 decuriones referunto, ... quos et quot dies -os esse ... placeat. 64, 16. VERG. georg. 1, 268 -is quaedam exercere diebus fas et iura sinunt. HOR. ars 210 coepit ... vino ... diurno placari genius -is impune diebus. 232 -is matrona moveri iussa diebus. LIV. 34, 3, 9 ut carpentis -is profestisque diebus ... per urbem vectemur *matronae*. (*cf. p. 631, 71*). SEN. contr. 1, 8, 4 praetorio licet praetexta toga uti -is aut sollemnibus diebus. SEN. dial. 9, 17, 7 legum conditores -os instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publice cogerentur. IVV. 3, 173 ipsa dierum -orum herboso colitur si quando theatro maiestas. TERT. idol. 13 de -is diebus et aliis extraordinariis sollemnitatibus.

β *de certis feriis publicis annuis*: *deorum sacris*: VARRO rust. 2, 11, 12 ne diem -um (*intellegi videntur Palilia*) faceres breviorem et mature venires. CIC. ad Q. fr. 2, 1, 1 mense Decembri sub dies -os (*cf.* SVET. Cal. 6, 2 per -os Decembris mensis dies). har. resp. 23 si civitati ... extiterunt dies illi (*Megalesia*) pro -is paene funesti. VERG. georg. 2, 527 ipse dies (*vindemiarum*) agitat -os. Aen. 6, 70 Phoebo et Triviae solido de marmore templum instituam (constituam *R*, SERV. Aen. 3, 274) -osque dies de nomine Phoebi (*i. ludos Apollinares*). *de diebus -is hominum sacris*: CIC. Verr. 3, 51 Syracusanos unum diem -um Marcellis impertire (*ibid.* reddebant, tribuebant). 3, 52 (*de Verriis*) quam miserum indignumque sit istius nomine apud eos diem -um esse. 3, 114. 154. 5, 151. NEP. Timol. 5, 1 ut eius diem natalem -um haberet universa Sicilia. HOR. epist. 1, 5, 9 cras nato Caesare -us dat veniam somnumque dies. Ov. met. 6, 437 diem ... quaque datast claro Pandione nata tyranno quaque erat ortus Itys, -um iussere vocari. LIV. 31, 44, 4 plebes ... scivit, ut ... dies ... -i, sacra, sacerdotia, quae ipsius (*Philippi*) maiorumve eius honoris causa instituta essent, omnia profanarentur. *de diebus -is propter rem laetam institutis*: CIC. Mil. 98 Etruriae -os et actos et institutos dies (*de Clodi morte*).

γ *de feriis publicis extraordinariis*: CIC. Sest. 131 cum ... itinere toto urbes Italiae -os dies agere adventus mei videbantur (*cf.* Pis. 31). Vatin. 31 (*de supplicatione quadam*) epulum populi Romani, -um diem argento veste omni apparatu ornatuque visendo (visendum *Baiter*). HOR. carm. 3, 14, 13 (*de supplicatione ob reditum Augusti facta*) hic dies vere mihi -us atras exiget curas. LIV. 23, 7, 11 precantibus ... primoribus Campanorum, ne quid *Hannibal* eo die seriae rei gereret diemque et ipse adventu suo -um laetus ac libens celebraret. QVINT. decl. 367 p. 402, 23 (*loquitur qui fortiter fecit*) opto ... dies -os. IVST. 24, 3, 4 *Arsinoe* diem -um urbi in adventum eius (*Ptolemaei*) indicit.

b *de -is diebus Iudaeorum et Christianorum*: VVLG. num. 10, 10 si quando habebitis epulum et dies -os et calendas. Tob. 2, 6 dies -i vestri convertentur in lamentationem et luctum (*cf.* ITALA Am. 8, 10 [Cypr. testim. 2, 23 Ps. Cypr. mont. 8] convertam dies -os [VVLG. festivitates] eorum in luctum *et* VVLG. I Macc. 1, 41 dies -i [τὸ ὕψος] eius conversi sunt in luctum). *speciatim: de die scenopegiae*: ITALA deut. 31, 10 (Lugd. Monac. Lucif. Athan. 1, 9 p. 79, 27) in die -o scenopegiae (in diem -um *Monac.*, scynopegia *Lugd.*, LXX ἐν ἑορτῇ σκηνοπηγίας, VVLG. in sollemnitate tabernaculorum). VVLG. Ioh. 7, 2 dies -us Iudaeorum scenopegia. *de die Paschae et azymorum*: VVLG. Matth. 26, 5. Marc. 14, 2 in die -o. *sim. al. cf.* TERT. bapt. 19 Hieremias cum dicit ... 'in die -o' (Ier. 31, 8; LXX ἐν ἑορτῇ φασέκ; VVLG. *deest*), Paschae diem significat et Pentecostes, qui est proprie dies -us (*dies Paschae intellegi videtur* AMM. 28, 6, 27 custodum ... qui -o die Christiani ritus in ecclesia pernoctabant). *de die dominico*: ITALA deut. 16, 8 (Lugd.) dies -us domini dei tui (VVLG. Tob. 2, 1 psalm. 73, 8). 33, 10 (Lugd.) in die -o tuo (*fluxit ex graeco* ἑορτῇ; LXX ἐν ὀργῇ σου, VVLG. in furore tuo). TERT. idol. 14 ethnicis semel annuus dies quisque -us est, tibi octavo quoque die. *latiore sensu* (*syn.* festivitas, laetitia): RVFIN. Orig. in num. 23, 3 p. 749[A] dies ... -us est domini, si et (ei? *Plasberg*) sacrificium indesinens offeramus, si sine intermissione oremus.

3 *de feriis privatis*: LIV. ANDR. carm. frg. 7 quae haec daps est? qui -us dies (*Hom. Od. 1, 225* τίς δαίς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο;). PLAVT. Poen. 1366 (*versus non Plautinus*) ut hunc (ut *A*) -um diem habeamus hilarem. TRAG. inc. 223 diem hunc decorare -um festivissime. TVRPIL. com. 140 -um esse diem hic quartum hodie iterant; ita conventum. HOR. carm. 3, 8, 9 hic dies anno redeunte -us. Ov. met. 12, 150 -a dies aderat, qua Cycni victor Achilles Pallada ... placabat. DIG. de conc. dig. 2, 4 ut ... *Papinianistae* -um diem (*Papiniani*), quem cum primum leges eius accipiebant, celebrare solebant, peragant (*ibid.* festivitatem eius). *speciatim: de die natali* (*cf.* TIB. 3, 11, 2 qui mihi te ... dies dedit, hic mihi sanctus atque inter -os semper habendus erit). Ov. trist. 5, 5, 3 -um Laertius egerat heros ... coniugis ... diem. MEROB. carm. 4, 2 annus ... -um puero diem reducit. *de die nuptiali*: SEN. contr. 7, 6, 10 *pater* indicit -um diem (*nuptiarum filiae*), aperiri iubet maiorum imagines. SEN. Med. 300 -us Hymenaeo dies. 985 o -um diem, o nuptialem! *latiore sensu de diebus re laeta notabilibus*: CIC. Att. 12, 4, 1 restitutus est mihi dies -us *adventus tui* (*cf.* AVR. Fronto p. 36, 16 N. perendinus dies meus dies -us erit, si certe tu venis). SEN. Ag. 791 optatus ille portus aerumnis adest; -us dies est. Thy. 942. 970 -um diem ... celebremus; hic est sceptra qui firmet mea.

B *translate de homine, pro blandimento usurpatum*: PLAVT. Cas. 137 sine amabo ted amari, meus -us dies (*inter alia blandimenta; praeced.* 135 mea festivitas). TER. Eun. 560 o -us dies hominis amice salve! (*corruptum*). *adde* FRONTO p. 72, 23 N. Faustinam id tibi esse, quod lucem serenam, quod diem -um *eqs.*

[*Bauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

addo locos, quibus significatio illustratur iis, quae coniunguntur: ***feriae***: CIC. leg. 2, 29 feriarum -orumque dierum ratio in liberis requietem litium habet et iurgiorum, in servis operum et laborum. PLIN. nat. 18, 284 ITALA Is. 1, 14 (*v. p. 504, 27*). RVFIN. Orig. princ. 2, 11, 5 -orum dierum et feriarum rationem. *ludi*: FANN. or. frg. Iul. Vict. rhet. 6, 4 p. 402 ludis et -is diebus interfuturos. CIC. leg. agr. 2, 71 Quirites ... retinete istam possessionem ... ludorum, festorum dierum, ceterorum omnium commodorum. p. red. ad Quir. 3 ludi ... et dies -i. Cael. 1 diebus -is ludisque publicis, omnibus forensibus negotiis intermissis (Verr. 5, 151 diem -um ludorum. Arch. 13 -os dies ludorum). LIV. 2, 37, 9 se ut consceleratos contaminatosque ab ludis, -is diebus, coetu quodam modo hominum deorumque abactos esse. IVST. 6, 9, 3 Athenienses non ut olim in classem et exercitus, sed in dies -os apparatusque ludorum reditus publicos effundunt. *alia*: APVL. mund. 35 publicarum epularum apparatus et lectisternia deorum et dies -i, ludi scaenici ludique circenses. TERT. spect. 5 *Varro* eum lusum iuvenum et diebus -is et templis et religionibus deputat. idol. 12 modo per sacrificia et sacerdotia, modo per spectacula et hoc genus, modo per -os dies. AVSON. 197, 2 qui colis laetos hilarosque mores, qui dies -os, ioca, vota, ludum. VVLG. Esth. 8, 17 quocumque regis iussa veniebant, mira exultatio, epulae atque convivia et -us dies. AVG. civ. 7, 32 p. 315, 19 D. sacra, sacerdotia, tabernaculum sive templum, altaria, sacrificia, ceremoniae, dies -i et quidquid aliud ad eam servitutem pertinet, quae deo debetur et graece proprie λατρεία dicitur.

***locutiones:** definitur dies -us*: **1** *nomine festivitatis addito*: **a** *eodem casu*: PLAVT. Poen. 758 die -o celebri nobilique Aphrodisiis. LIV. 2, 21, 2 Saturnalia institutus -us dies. PLIN. nat. 18, 284 ferias diesque -os Robigalia, Floralia, Vinalia. ITALA deut. 31, 10 (Lugd.) *v. p. 628, 44*. VVLG. Ioh. 2, 23 in Pascha in die -o. **b** *genetivo*: CIC. Verr. 5, 151. Arch. 13 ludorum. TAC. ann. 14, 4 Quinquatruum. FLOR. epit. 3, 18, 8 Latinarum. PORPH. Hor. carm. 3, 8, 1 Martiarum Kalendarum. TEST. Ones. (Corp. III 6998) 11 die -o eoru⟨m, quae ...⟩idia appellantur. ITALA deut. 16, 10 (Lugd.) septimanarum (VVLG. hebdomadarum). VVLG. Ioh. 13, 1 Paschae. Ps. AVG. quaest. test. 123, 16 p. 380, 20 in die -o natalis sui. *adde* RVFIN. Orig. in exod. 9, 4 p. 368ᴰ tabernaculorum. **2** *addito nomine dei, cui agitur*: **a** *genetivo*: PLAVT. Poen. 1133 Aphrodisia hodie Veneris est -us dies. CIC. Pis. 51 *dies* quasi deorum immortalium -i atque sollemnes. HOR. carm. 3, 28, 1 -o ... die Neptuni. OV. trist. 4, 10, 13 haec *dies* est armiferae -is de quinque (*sc. diebus*) Minervae, quae fieri pugna prima cruenta solet (*a. d. XIII kal. Apr.*). PAVL. FEST. p. 121 lares, quorum is erat dies -us. TAC. hist. 3, 78 -os Saturni dies. *pron. poss.* PLAVT. Poen. 848 hostiis erus nequivit propitiare Venerem suo -o die. 1180 haud sordere visust -us dies, Venus, nec tuom (ἀπὸ κοινοῦ) fanum. **b** *dativo*: OV. fast. 5, 670 ex illo est haec tibi (*Mercurio*) -a dies. SEN. Med. 300 -us Hymenaeo dies. STAT. Theb. 1, 555 cui (*Phoebo*) -a dies *est*. TAC. ann. 13, 15 -is Saturno diebus. **3** *addito nomine hominis, cui agitur* (*genetivo*): CIC. Verr. 5, 151 ut ... eius ... familiae (*Marcellorum*) dies -os tollerent. Flacc. 55 ad eius (*L. Flacci patris*) dies -os atque ludos. OV. trist. 5, 5, 3 coniugis. LAMPR. Alex. 5, 1 Alexandri. AVSON. 398, 47 meorum. HIER. epist. 31, 2, 1 -us ... dies et natalis beati Petri. *pron. poss.*: CORP. XI 2596 ut ... die n(ostro) [*vel* n(atali)?] -o ... oleum ... praestetur ... M(ithrae). **4** *addito nomine hominum, qui agunt festivitatem*: **a** *genetivo*: LVCIL. 228 servorum est -us dies hic, quem plane hexametro versu non dicere possis (*cf.* PAVL. FEST. p. 343 *et Marxii comm.*). PAVL. FEST. p. 148 Mais idibus mercatorum dies -us erat. OCTAVIA 646 urbis -o laetoque die. PORPH. Hor. carm. 3, 8, 1 Kalendae ... Martiae hodieque matronarum dies -us est. FAST. Praen. a. u. c. 760 (Corp. I² p. 236) 25 *dies* féstus est puerorum lenoniorum, quia proximus superior meritricum est. **b** *dativo*: HOR. carm. 4, 14, 13 hic dies vere mihi -us. PROP. 4, 4, 73 urbi. OV. fast. 6, 239 -a dies illis, qui lina madentia ducunt quique *eqs.* (*i. piscatoribus*). MELA 1, 58 dies ... quo gignitur Apis, genti maxime -us est. TERT. idol. 14 *v. p. 628, 54*. CARM. epigr. 1838, 10 Lugduni (-e? *Büch.*) inter sanctorum festa sit tibi et iste -us celeberrimusque dies. *incertum*: SEN. Ag. 791 AGAM. -us dies est. CASS. -us et Troiae (*dat. an gen.?*) fuit.

iuncturae verbales: obiectum est verbis: agere: CIC. Verr. 5, 107 OV. trist. 5, 5, 3 *al.* agitare: CIC. Verr. 3, 51 VERG. georg. 2, 527 TAC. hist. 3, 78. celebrare: CIC. Arch. 13 HOR. sat. 2, 2, 61 *al.* colere: CARM. epigr. 2, 2 ALC. AVIT. epist. 13. consecrare: PANEG. 11 (3), 9, 4. dicare: LACT. inst. 1, 20, 4 MACR. sat. 1, 16, 2. facere: ITALA deut. 16, 10 (Lugd.) III reg. 12, 32 (Lucif. reg. apost. 3 p. 43). frequentare: TAC. ann. 14, 4 (*cf.* CIC. inv. 1, 40). gerere: PORPH. Hor. carm. 3, 8, 1. habere (diem aliquem -um *vel* diem -um): NEP. Timol. 5, 1 LIV. 22, 1, 20 VERR. FL. Macr. sat. 1, 4, 7 PAVL. FEST. p. 236. 374 TAC. ann. 2, 32 COD. Theod. 11, 7, 10 (*fere a. 370* [*trad.* faustus]). indicere: SEN. contr. 7, 6, 10 IVST. 24, 3, 4. instituere: CIC. Mil. 98 VERG. (*v. p. 628, 11*). observare: RVFIN. Orig. in num. 23, 3 p. 749. peragere: DIG. de conc. dig. 2, 4. profanare: LIV. 31, 44, 4. quiescere facere (καταπαύειν): VVLG. psalm. 73, 8. servare: LIV. 22, 1, 20. statuere: FIRM. err. 6, 5 p. 16, 20. tollere: CIC. Verr. 5, 151. diem inter -os habere: TIB. 3, 11, 2 VVLG. Esth. 16, 22. referre: TAC. ann. 13, 41 SVET. Claud. 11, 3. pro -o suscipere: VVLG. Esth. 9, 21. -is diebus interesse: FANN. or. frg. Iul. Vict. rhet. 6, 4 p. 402.

synonyma et coniuncta (*cf. p. 629, 1*): dies celeber: CIC. Verr. 5, 151 OV. met. 10, 270 LIV. 24, 16, 15 CARM. epigr. 1838, 10. celebratus: SALL. Iug. 66. laetus: OCTAVIA 647. sacer: COLVM. 11, 1, 19 FIRM. math. 4, 21, 6. sanctus: CIC. Verr. 5, 151. solemnis: *v. p. 627, 46*. vacans: VOPISC. Aurelian. 4, 1. *opposita*: dies communis: COD. Theod. 15, 4, 1 (*a. 425*). funestus: CIC. har. resp. 23. privatus: CONC. Matisc. a. 585 p. 167, 13. profestus: PLAVT. Aul. 380 *al.* solemnis: *v. p. 627, 41*. luctus: *v. p. 628, 38*.

subst. **fēstus, -ī** *m.* *i. q.* -us dies (GLOSS. II 305, 1 hic -us ἑορτή): TERT. nat. 1, 13 Iudaei ... -i sabbata et cena pura.

II *adi.* **fēstus, -a, -um** ***accedit ad alia substantiva:*** **A** *tempus significantia*: lux: HOR. carm. 4, 6, 42 saeculo -as referente luces. TIB. 2, 1, 29 -a luce (PERS. 6, 69 CLAVD. 1, 143 carm. min. app. 12, 11). OV. fast. 6, 191 lux eadem Marti -a est. trist. 5, 5, 42. MORET. 67 PAVL. NOL. carm. app. 2, 1. *vix huc pertinet* OV. fast. 2, 513 *v. p. 631, 84*. nox: SEN. Phaedr. 444 noctibus -is. VAL. FL. 5, 74 -a ... nocte Lyaei. TAC. ann. 1, 50 -am eam Germanis noctem ac sollemnibus epulis ludicram *esse*. tempestas: STAT. Theb. 6, 13 -a tempestate. tempus: HOR. epist. 2, 1, 140 tempore -o (OV. met. 8, 657 IVV. 15, 38). OV. Pont. 4, 9, 56 te -um consule tempus agam. SEN. dial. 9, 17, 4 inter lusum ac -a tempora. VVLG. Os. 2, 11 neomeniam eius, sabbatum eius et omnia -a tempora eius (ITALA Tert. adv. Marc. 1, 20 p. 316 caerimonias). AVG. c. epist. fund. 8 p. 202, 24 passio *Christi* ..., quod totius iam orbis -issimum tempus est. CLAVD. 34 pr. 13 patriae -o laetatus tempore vates. *nomina dierum festorum*: HOR. epod. 2, 59 -is ... Terminalibus. epist. 2, 2, 197. TIB. 2, 5, 87 madidus Baccho sua -a Palilia pastor concinet. LYGD. 1, 1 Martis Romani -ae venere Kalendae. TIB. 3, 8, 21 OV. met. 14, 774 fast. 6, 395. 533. CALP. ecl. 2, 63. IVV. 6, 159 -a ... sabbata. APVL. met. 11, 24 -issimum celebravi natalem sacrorum, et suaves epulae et faceta convivia. *adde*: AVSON. 376, 12 tu genialem hiemem, -e December, agis. CLAVD. 7, 3 -ior annus eat (*Honorio tertium consule*).

B *alia* ***varia:*** **1** *de hominibus festum agentibus*: *i. q. otiosus, hilarus*: CAECIL. com. 14 tun iam callebis, ille -us desidet? AFRAN. com. 260 quae -i facere nos solemus †die (*locus corruptus*). HOR. carm. 3, 18, 11 -us in pratis vacat otioso cum bove pagus. SEN. Ag. 311 turba. 643 matres. 645 patres. 780 -a coniunx obvios illi tulit gressus. STAT. silv. 1, 2, 230 -ā fervet domus utraque pompā. TAC. ann. 2, 69 -am Antiochensium plebem. CARM. epigr. 1233, 20 agmina -a. SALV. gub. 6, 94 p. 152, 13 quia ipsi dono illius (*dei*) -i sumus, templis quoque ipsius vultum nostrae festivitatis induimus. *adde*: CLAVD. 26, 206 -ae doleant ne tristibus aures. GLOSS. III 481, 35 -a corda ἱλα⟨ρὰ⟩ καρδία.

2 *de festivitate -o die celebrata* (*qua dies fit -us*): STAT. silv. 3, 3, 109 iungere -a conubia (Theb. 3, 272 conubia caelo -a [? pacta *Heins.*]). MELA 2, 18 *apud quosdam Thraces* funera -a sunt. LVCAN. 1, 593 -o purgantes moenia lustro. SERV. Aen. 5, 71 -is ludis (5, 113 si *ludi* sacri sint, id est -i [votivi *M*; *opp. ludi funebres*]). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 197 quod [est] -a sollemnitas eius deae ... celebratur (AVG. civ. 2, 22 p. 83, 28 D. tot -is sollemnitatibus ... colebantur *dei*. 10, 3 p. 406, 7 SACR. Leon. p. 293. 400). CORP. VI 32326, 7 celebritatis feste (*i. -ae*).

3 *de loco, quo fit festivitas*: OV. met. 2, 712 Palladis arces. 3, 111 -is ... theatris. 12, 214 -a ... confusā resonabat regia turbā. SEN. Phoen. 506 *non* sua -as manu ornavit aedes *parens*. Thy. 902 -a patefiet domus (TAC. ann. 3, 9 domus ... -a ornatu). SIL. 11, 270. 12, 752 *urbs*. MART. 7, 27, 6 culina. TAC. Germ. 40 laeti tunc dies, -a loca, quaecunque adventu hospitioque *Nerthus* dignatur.

4 *de variis rebus ad apparatum vel celebrationem diei -i pertinentibus; i. q. festivus, sollemnis, sacer, laetus*: **a** *res corporeae*: CATVLL. 66, 90 cum ... placabis -is luminibus Venerem (*cf.* VAL. FL. 8, 240. STAT. silv. 3, 5, 70 taedae. CLAVD. rapt. Pros. 3, 409 faces). VERG. Aen. 2, 249 (*cf.* SERV.) nos delubra deum ... -a velamus fronde (4, 459 VAL. FL. 2, 189. *cf.* HIL. in psalm. 120, 3 *visuri sunt* in casis -a frondium [*i. -as frondes*]. OV. met. 10, 598 tegitur -a victrix Atalanta corona [15, 615]. trist. 3, 1, 43 ipsane quod -a est *laurus* an quod facit omnia -a [SIL. 12, 641] LVCAN. 2, 354 serta [HOMER. 549]. CLAVD. carm. min. 29, 28). HOR epod. 9, 1 repostum Caecubum ad -as dapes (TIB. 2, 1, 81 dapibus -is. OV. fast. 6, 672 STAT. Theb. 5, 191 silv. 3, 1, 76. *cf.* TIB. 2, 5, 99 sibi quisque dapes et -as extruet alte caespitibus mensas. OV. Pont. 1, 2, 132 quem -a solebat inter convivas mensa videre tuos. LVCAN. 2, 123 VAL. FL. 3, 159 SIL. 7, 198. 8, 137 -as adventu *Aeneae* mensas. STAT. Theb. 2, 88. 4, 840. MART. 11, 65, 5 postera ... -ae reddis sollemnia mensae. LVCAN. 1, 602 septemvir ... epulis -is [-us *codd. et* AVG. gramm. V 524, 33]. TAC. ann. 1, 65 cum barbari -is epulis, ... saltus complerent. PORPH. Hor. epod. 9, 1). OV. epist. 20, 94 -a ... fumosis ingerit exta focis (*cf.* STAT. Theb. 1, 262 sanguine -o *victimarum*). trist. 5, 3, 3 -a ... innectunt tempora sertis. SEN. Tro. 883 cultus (*opp.* squalidos. TAC. ann. 14, 13 inveniunt ... -o cultu senatum. *cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 150, 3 St. -a facie). SIL. 7, 179 donec opes -as puris nunc poma canistris composuit. 12, 333 altaria fument centum -a Iovi (*cf.* STAT.

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

silv. 3, 3, 24 -a . . . pallentes hilarent altaria lucos. 4, 8, 6 -as . . . aras. IVV. 12, 2 -us . . . animalia caespes expectat). 13, 330 dextera lascivit caesa Tegeatide capra verbera laeta movens -ā per compita caudā. STAT. Theb. 2, 259 -um nubentibus ignem (silv. 4, 8, 37 -os cumulare altaribus ignes. *cf.* 4, 4, 91 -is tura dedit flammis). silv. 1, 2, 251 carmina -is digna toris. 3, 2, 106 per limina -a sacrosque duc portus urbesque tuas (*cf.* IVV. 12, 92 matutinis operatur -a lucernis *ianua*). MART. 3, 58, 23 larga -os lucet ad lares silva (*cf.* HOR. epod. 2, 65 IVV. 12, 87).

b *res incorporeae*: OV. met. 3, 528 Liber adest -isque fremunt ululatibus agri (*cf.* PLIN. nat. 2, 17, 24 reliqua pars tecti licentia dierum [*Saturnaliorum*] -isque clamoribus personat. SEN. Med. 113. LVCAN. 2, 369 convicia. APVL. met. 11, 16 -orum votorum tumultum. SEN. Thy. 918 cantus . . . -asque voces. STAT. silv. 2, 7, 88 -is cantibus. PRVD. apoth. 149 vox -a quievit. CLAVD. carm. min. 31, 2 Hymen. 24, 21 carmine. EVANTH. de com. 1, 3 cum . . . -um [festivium *A*, festivum?] carmen solemniter cantaretur). OV. met. 8, 582 -as duxere choreas (8, 746. *cf.* trist. 5, 12, 8 Niobe -os ducat ut . . . choros). VAL. MAX. 2, 5, 4 epulationis (*cf. p. 630, 76*). MELA 2, 9 Essedones funera parentum laeti et victimis ac -o coitu familiarium celebrant (*cf.* COD. Theod. 16, 10, 17 [*a. 399*] -os conventus [*opp.* profanos ritus] civium. ARNOB. nat. 4, 20 frequentias). VAL. FL. 4, 760 -a . . . ineunt convivia (MART. 7, 8, 7 -a coronatus ludet convivia miles. 4, 55, 17. COD. Theod. 16, 10, 17 [*a. 399*]. MEROB. carm. 1, 3 aeternas ubi -a dapes convivia gestant). SIL. 15, 273 -o . . . agitant convivia ludo (*cf.* MART. 1 pr. 20 -os . . . lusus et licentiam vulgi). 15, 420 ductor -a coronatis agitabat gaudia signis (*cf.* QVINT. inst. 6, 3, 16 licentiae. ARNOB. nat. 2, 41 hilaritate. 5, 1 laetitias). STAT. Theb. 6, 924 certamina. silv. 3, 1, 43 gymnas. TAC. hist. 5, 5 Liber -os laetosque ritus posuit. PANEG. 12 (2), 37, 4 -um . . . nobilitatis occursum. AVG. epist. 55, 1, 2 devotione. SIDON. carm. 9, 208 Bacchum . . . tremulas furore -o ire in Bassaridas. DRAC. laud. dei 3, 198 spectacula.

5 *latiore sensu, i. q. gratus, iucundus, laetus, faustus*: OV. met. 2, 795 Tritonida . . . arcem ingeniis opibusque et -a pace virentem (GRATT. 487 arma sacris et pace vacantia -a. PLIN. nat. 2, 117. 14, 2 societate -ae pacis. *cf.* MELA 3, 37 *Hyperborei* -o semper otio laeti). LVCAN. 3, 101 non omina -a, non fictas laeto voces simulare tumultu . . . vacat (COMMENT. felicia, ut laurus. *cf.* TAC. ann. 5, 4 -is . . . in Caesarem ominibus [faustis *edd.*; *cf. p. 388, 57. 389, 11*]). TAC. ann. 12, 69 *Nero* -is vocibus exceptus (AMM. 17, 13, 34 contio vocibus -is in laudes imperatoris assurgens. *cf.* CAPITOL. Max. Balb. 13, 2 ubi post illa, quae communia solent esse -a, dictum est *eqs. et l. 48*). DRAC. Romul. 7, 106 tot -is plausibus actus (faustis? *cf. p. 389, 6*). *nota oxymoron*: STAT. silv. 2, 7, 134 genis . . . manent iam dulces lacrimae dolorque -us, quidquid fleverat ante, nunc adoret.

6 *neutrum*: OV. trist. 3, 1, 43 quod facit omnia -a *laurus* (VAL. FL. 2, 582 vigili simul omnia ludo -a vident. VOPISC. Aurelian. 1, 1 hilaribus, quibus omnia -a et fieri debere scimus et dici [*cf. l. 42*]). APVL. apol. 64 Platonica familia nihil novimus nisi -um et laetum et solemne et superum et caeleste. CLAVD. 10, 196 tibia pro lituis et pro clangore tubarum molle lyrae -umque (faustumque *pars codd.*) canant (DRAC. Romul. 10, 523 -a canentes ambusti lamenta sonant *nisi est subst. v. p. 632, 61*). SIDON. carm. 22, 16 quidquid . . . Dryas . . . vel quidquid Hamadryas unquam . . . -um plausere.

locutiones: *additur nomen dei, cui agitur festum*: *dativo*: OV. fast. 6, 191 *v. p. 630, 16*. *genetivus*: LYGD. 1, 1 *v. p. 630, 29* (? *latiore sensu*: TAC. ann. 5, 4 -is . . . in Caesarem ominibus. *v. supra l. 38*). *nomen hominum, qui agunt festum*: *dativo*: STAT. Theb. 2, 259 -um nubentibus ignem. TAC. ann. 1, 50 -am . . . Germanis noctem *esse* (? STAT. Theb. 3, 272 conubia caelo -a. *v. p. 630, 47*). ? *genetivo*: OV. fast. 2, 513 *v. infra l. 84*. *accedit ablat. instrum. vel causae*: OV. Pont. 4, 9, 56 te -um consule tempus. VAL. FL. 2, 582 omnia ludo -a. SIL. 8, 137 -as adventu *Aeneae* mensas. IVV. 12, 92 -a lucernis ianua. TAC. ann. 3, 9 domus . . . -a ornatu. SALV. *v. p. 630, 42*.

ntr. subst. ᴿ**fēstum**, -ī. GLOSS. III 239, 24 ἑορτή. *est sive idem quod dies -us* (*maxime abl. temporis* -o, -is), *sive id, quod -o die agitur, festivitas, sollemnitas, celebritas. discernuntur* -a *et* sollemnia: DIFF. ed. Beck p. 57, 18 *cf. p. 627, 41* (TERT. idol. 10 sollemnia -aque; OV. fast. 2, 247 -um sollemne. *al.* COLVM. 2, 21, 5 sollemnia -orum). *legitur abl. temp.* -o, -is *inde a* MAECEN. Sen. epist. 114, 5 (*v. p. 632, 27*) PROP. 4, 4, 83 LIV. 5, 25, 9 (-o profestoque) *passim, ceteri casus primum ab* OV. *usurpantur* (*37ies*); *deinde* PAVL. FEST. *14ies*, *singulis locis* COLVM. STAT. AVR. Fronto GELL., *duobus* PLIN.; *ceterum non invenitur ante Christianorum tempora. ponitur tam singularis de pluribus diebus festis* (*velut* OV. met. 11, 95) *quam pluralis de una festivitate* (*saepissime*). [fēsta: *it.* festa, *francog.* fête, *hisp.* fiesta. *M.-L.*]

1 *de -is publicis*: **a** *Graecorum et Romanorum*: PROP. 4, 4, 83 mons erat ascensu dubius -oque remissis (*cf.* LIV. 27, 31, 1. FRONTIN. strat. 3, 3, 2. remissus *N*) . . . omnia praebebant somnos. OV. am. 3, 13, 3 casta sacerdotes Iunoni -a parabant. met. 10, 277 ipsa suis aderat Venus aurea -is. 10, 431 -a . . . Cereris celebrabant annua matres illa, quibus *eqs.* fast. 1, 80 populus -o concolor ipse suost. 1, 325 hoc -um priscis Agnalia dictum. 2, 513 lux . . . cur eadem stultorum -a (*i. stultorum feriae, v. p. 630, 17*) vocetur. 3, 714 *Bacchi* -a cano. 4, 900 Iuppiter . . . -is gaudet inesse suis. 5, 297 -is gaudemus et aris *caelestes*. 5, 491 haec tria sunt sub eodem tempore -a (*Lemuria*) inter se nulla continuata die. 6, 24 placuit numeris condere -a tuis. 6, 695 Martius (*mensis*) . . . agit tali mea (*Minervae*) nomine (*Quinquatruum*) -a. PAVL. FEST. p. 10 *Agonii* -a Agonalia dicebantur (*sic semper pluralem adhibet praeter* p. 19 armilustrium -um erat apud Romanos, quo res divinas armati faciebant). p. 62 conceptivae feriae talia (ferialia *codd.*) -a dicebantur, quae incertis diebus observabantur (*cf.* AVSON. 385, 17 numquam certis redeuntia -a diebus). PLIN. nat. 6, 91 -a venatione absumi. 16, 155 volgus . . . *smilace* -a sua polluit. STAT. Theb. 4, 391 tua (*Bacchi*) progenies . . . quae tibi -a litant? bellum lacrimasque metumque cognatumque nefas . . . pendimus. GELL. 18, 2, 5 deo, cuius id -um erat (? 2, 24, 14 *v. p. 627, 65*). AVSON. 322, 11 laeta nisi austeris varientur -a profestis. DRAC. Romul. 8, 460 per -a dierum.

b *Iudaeorum et Christianorum*: *de sabbato*: OV. ars 1, 416 qua . . . die redeunt rebus minus apta gerendis culta Palaestino septima -a Syro. *de die Paschae*: IVVENC. 1, 286 cunctis . . . diebus -orum impletis. LEO M. epist. 80, 1 diem -i paschalis (-a paschalia: ALC. AVIT. epist. 82). *alia*: VVLG. exod. 23, 14 tribus vicibus per singulos annos mihi -a celebrabitis. deut. 16, 15 (ITALA [Lugd.] diem festum). Iudith 8, 6 praeter sabbata et neomenias et -a domus Israel. ITALA I Cor. 5, 8 (Cypr. hab. virg. 16 testim. 3, 11) -a celebremus (ἑορτάζωμεν, VVLG. epulemur) . . . in azymis sinceritatis et veritatis. PRVD. cath. 7, 4 -um . . . nostrum (*de die ieiuniorum*; *cf.* 8, 18 solvimus -um). SACR. Leon. p. 293 horum dierum -a.

2 *privatis*: MAECEN. SEN. epist. 114, 5 genium -o vix suo testem (*verba maxime dubia*). OV. met. 5, 3 coniugalia -a qui canat. 5, 113 celebrare dapes -umque canendo. 11, 95 hospitis adventu -um genialiter egit per bis quinque dies et iunctas ordine noctes. fast. 1, 9 invenies illic et -a domestica vobis (*quae eadem publica erant -a*). PANEG. 6 (7), 1, 1 nuptiarum (PS. AVR. VICT. epit. 39, 7). IVVENC. 3, 752 -a iugalia cenae praelargis opibus quaecunque instruximus illi (DRAC. Romul. 7, 58 per -a iugalia).

locutiones et iuncturae: 1 *accedunt adiectiva*: Agonale, Bacchanale: MACR. sat. 1, 4, 9 (Neptunalia: HIST. Apoll. 39 p. 79, 11). coniugalia: OV. met. 5, 3. domestica: OV. fast. 1, 9. geniale (-lia): OV. fast. 3, 523 AVSON. 377, 23. 381, 5. hebdomadalia: SIDON. epist. 9, 3, 5. iugalia: *v. l. 33*. municipalia: TERT. spect. 6 (? *cf. p. 326, 56*). nuptiale (-lia): SCHOL. Verg. Veron. ecl. 8, 30 ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 24, 10. paschale (-lia): *v. supra l. 19*. *epitheta*: aurea (*Saturni*): CARM. de mens. 2, 47. casta (*Iunonis*): OV. am. 3, 13, 3. laeta: IVVENC. 1, 283 AVSON. 322, 11. solemne: *v. p. 631, 69*. 2 *substantiva*: **a** *nomen festivitatis*: *eodem casu*: -um Floralia: MACR. sat. 1, 4, 14. *genetivo*: Ianuariarum: AVR. VICT. Caes. 17, 10 (-orum *p*). ludorum: AVG. civ. 7, 27 p. 310, 2 D. missarum: GREG. TVR. glor. mart. 9. 12. nativitatis dominicae: ALC. AVIT. epist. 63 (natalis domini: *ibid.* 81). nuptiarum: *v. supra l. 32*. Saturnaliorum: MACR. sat. 1, 2, 9. solemnitatis: AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 11, 5. triumphorum: AVR. VICT. Caes. 33, 15. votorum: EVAGR. alterc. p. 25, 10. *adde*: Olympiacae coronae: AVSON. 388, 1. templi: HEGES. 2, 1, 2. **b** *genetivus dei vel hominis, cui agitur festum*: Bacchi: OV. fast. 1, 393 (Cereris: met. 10, 431 *sim. al.*). caelicolum . . . hominum: AVSON. 386, 2. *dei*: GELL. 18, 2, 5. nepotis: AVSON. 323, 12. sanctorum: SACR. Leon. p. 311. 327 CARM. epigr. 1838, 9. *Theclae*: MIRAC. Theclae 3 p. 171, 9. *pron. poss.* tua: OV. fast. 3, 170. sua: OV. met. 10, 277. Pont. 2, 1, 10. **c** *genetivus hominum, qui agunt festum*: domus Israel: VVLG. Iudith 8, 6. servorum: AVSON. 385, 16. stultorum: OV. *v. p. 631, 84*. *pron. poss.* nostra: AVR. Fronto p. 89, 15 N. suum (*populi*): OV. fast. 1, 80. sua (*volgi*): PLIN. nat. 16, 155. 3 *accusativus pendet a verbis*: agere: OV. met. 11, 95 *al.* canere: OV. met. 5, 3 *al.* (? DRAC. Romul. 10, 523 *v. p. 631, 52*). celebrare: OV. met. 4, 4 *al.* colere: OV. ars 1, 416 *al.* dicare: MACR. sat. 1, 2, 19. exercere: AVR. VICT. Caes. 33, 15. gerere: SACR. Leon. p. 311. 327. indicere: MACR. sat. 1, 7, 27. instruere: IVVENC. 3, 752. litare: STAT. Theb. 4, 391. ludere: AVIEN. orb. terr. 709. observare: PAVL. FEST. p. 62 *al.* parare: OV. am. 3, 13, 3 *al.* peragere: PAVL. FEST. p. 40. polluere: PLIN. nat. 16, 155. profanare: OV. met. 4, 390. publicare: EVAGR. alterc. p. 50, 11. sacrare: PAVL. FEST. p. 85 AVSON. 388, 1. suscipere: ALC. AVIT. epist. 63. transigere: ALC. AVIT. epist. 82. 4 *dativus*: adesse: OV. met. 10, 277. inesse: OV. fast. 4, 900.

adv. **fēstē**. AVG. serm. ed. Mai 111, 2 terra . . . natos -e suscepit. *compar.* -ius: HIER. epist. 31, 2, 1 festus est dies et natalis beati Petri -ius (festivius *B*) solito concinendus. ? *superl.* -issime: ROMAN. Char. gramm. I 200, 3 *cod. p.*

compos.: profestus. *deriv.*: festalis, festilis, festivus. *cf. Onomast.*

? **fēstustus**, -a, -um. GLOSS. V 542, 27 -us laetus. *Bauer.*

fēta, -ae *f. v. p. 641, 1 sqq.*

fētālia, -ium *n.* [*a* fetus. *Th.*] *festum natalicium*: AVG. serm. 193, 1 dignum . . . erat . . . , ut ei fetae, quae dominum caeli et terrae procreaverat, . . . angeli divinis laudibus -ia celebrarent.

fetalocus i. aristolochia rotunda GLOSS. III 563, 51 (feta λόχος *Stadler, cf. Archiv 10, 409*).

[Leonhardi †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

? **fētāx**, -ācis. *v. Löwe, Gloss. nom. p. 150.*

fēteo, fētesco *v.* foet-.

Leonhardi [mortem pro patria obiit 8. IX. 14].

***fētiālis**, -is *m.* [*fortasse cf. c.* facere, *umbr.* fetu, feitu *'facito, sacrificato' et c. theodisc.* tāt *'facinus, actus', gr.* θέσις, *slavon.* dĕti *'ponere'. Th.*]. *de etymologia*: VARRO ling. 5,86 -es, quod fidei publicae inter populos praeerant; nam per hos fiebat, ut iustum conciperetur bellum et inde desitum (in desitum *sc. bellum coni. Lachmann,* si desitum *Skutsch,* cum desitum *Plasberg*) ut foedere fides pacis constitueretur; ex his mittebantur, antequam conciperetur, qui res repeterent, et per hos etiam nunc fit foedus. PAVL. FEST. p. 91 -es a faciendo (*Mercklin,* ferendo *trad.*) dicti; apud hos enim belli pacisque faciendae ius est. SERV. Aen. 1,62 foedus ... dictum ... a -bus (*addit* SERV. auct. qui olim foedales dicebantur id est sacerdotes, per quos *eqs.*) id est sacerdotibus, per quos fiunt foedera. 4,242. ISID. orig. 18,1,11 foedus ... vel a fide vel a -bus *eqs.* GLOSS. V 200,8. PLVT. Num. 12 οἱ ... φιτιαλεῖς εἰρηνοφύλακές τινες ὄντες ... καὶ τοὔνομα λαβόντες ἀπὸ τῆς πράξεως, λόγῳ (*i. fando? Hey; alii aliter explicant*) τὰ νείκη κατέπαυον· ... οἱ δὲ Ῥωμαίων φιτιαλεῖς ... ἐβάδιζον ὡς τοὺς ἀδικοῦντας αὐτοὶ πείθοντες εὐγνωμονεῖν. *de scriptura: in* INSCR. *semper* fet-, *in codd.* faet- *et* fec- *occurrunt.* NOT. Tir. 55,100 fitialis. *apices*: CORP. VI 913 fétiáli. XII 3164 add. fétialí. *litteris Graecis scribitur: l. 17. 19. 28. 31. 33. 43. p. 634,23.* DIONYS. ant. 10,23,1 CASS. DIO 50,4,5. SVIDAS *s. v.; fortasse* INSCR. graec. III 626 (*aet. Antonin.*) φ⟨ητιᾶλις⟩. *de re*: GLOSS. pacis sacer⟨dos⟩. ἱερεὺς ἐπὶ σπονδῶν, εἰρήνης καὶ πολέμου ἀρχηγός, ἱερεὺς ἐπὶ σπονδῆς. fusurarius (*v. Thes. gloss. emend. s.* fusurarius). -es κήρυκες. σπονδοφόροι (*cf.* PLVT. aet. Rom. 62 p. 279ᵇ τῶν λεγομένων φιτιαλέων, Ἑλληνιστὶ δ' οἷον εἰρηνοποιῶν σπονδοφόρων). σπονδιοφόροι. DIONYS. ant. 2, 72,1 ἡ ... ἑβδόμη μοῖρα τῆς ἱερᾶς νομοθεσίας τῷ συστήματι προσετέθη τῶν καλουμένων φητιάλων· οὗτοι δ' ἂν εἴησαν κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν καλούμενοι διάλεκτον εἰρηνοδίκαι. 6,89,1 πεποιημένοι τὰς πρὸς τὴν βουλὴν συνθήκας διὰ τῶν εἰρηνοδικῶν, οὓς καλοῦσι Ῥωμαῖοι φητιάλεις. *v. l. 17. 43. cf. Magie, iuris publici sacrique vocabula p. 146. Mommsen, Staatsrecht I³ 250sq. II³ 112 adn. 3. 675. 689. III³ 1157. 1167; Marquardt-Wissowa, Staatsverwaltung p. 415 sqq.; Wissowa, Rel. u. Kult.² p. 550sqq.; Samter, PW. VI 2259sqq.; Daremberg-Saglio IV 1095sqq. legitur inde a* CIC. *et* VARRONE.

de institutione sacerdotii (v. p. 634,28sqq. 35; cf. Samter l. c. 2259, 38sqq.): LIV. 1,32,5 *Tullus, ut* a se bellicae caerimoniae proderentur nec gererentur solum, sed etiam indicerentur bella aliquo ritu, ius ab antiqua gente Aequicolis, quod nunc -es habent, descripsit, quo res repetuntur. *cf.* PLVT. Cam. 18 τοὺς φητιαλεῖς Πομπίλιος Νομᾶς κατέστησε φύλακας μὲν εἰρήνης κτλ. *de collegio, sodalibus, numero collegii: collegium*: LIV. 36,3,7 consul ... M'. Acilius ad collegium -ium rettulit, ipsine utique regi Antiocho indiceretur bellum (*cf.* 36,3,9 *et p. 634, 8*). *numerus*: VARRO frg. Non. p. 529,27 si cuius legati violati essent, qui id fecissent ... uti dederentur civitati, statuerunt -esque viginti, qui de his rebus cognoscerent iudicarent et statuerent, [et] constituerunt (constituerent *trad.*). LIV. 9,5,4 nomina ... omnium, qui spoponderunt, extant, ubi, si ex foedere acta res esset, praeterquam duorum -ium non extarent. *princeps, sodales collegii*: SERV. Aen. 9,52 pater patratus, hoc est princeps -ium, proficiscebatur ad hostium fines. 10,14 cum -bus, id est sacerdotibus qui faciendis praesunt foederibus, proficiscebatur etiam pater patratus. 12,120 -es et pater patratus, per quos bella vel foedera confirmabantur, numquam utebantur vestibus lineis. *ibid.* verbena ... est herba sacra ..., qua coronabantur -es et pater patratus foedera facturi vel bella indicturi (SCHOL. Ter. p. 56,14).

de officio: **a** *foederis feriendi*: CIC. Verr. 6,49 habemus hominem in -ium manibus educatum, unum praeter ceteros in publicis religionibus foederum sanctum. LIV. 1,24,4 -is regem Tullum ita rogavit: 'iubesne me ... cum patre patrato populi Albani foedus ferire?' 1,24,5 -is ex arce graminis herbam puram attulit (30,43,9 herbae id genus [*i. sagmina*] ex arce sumptum -bus dari solet). 9,5,1 negarunt iniussu populi foedus fieri posse nec sine -bus. 9,5,3 quemadmodum a -bus porcus feriatur (SVET. Claud. 25,5 foedus ... icit porca caesa ac vetere -ium praefatione adhibita [SIDON. epist. 8,16,4 quae *verba* ... -is aliquis aut flamen ... patefecerit]. SERV. auct. Aen. 8,641 cum *porca* ... configeretur, a -bus inventum, ut *eqs.*). LIV. 30,43,9 -es cum in Africam ad foedus feriundum ire iuberentur. **b** *rerum repetendarum*: VARRO frg. Non. p. 529,24 priusquam indicerent bellum is, a quibus iniurias factas sciebant, -es legatos res repetitum mittebant quattuor, quos oratores vocabant. *huc pertinet locus corruptus*: CIC. leg. 2,21 foederum pacis belli indotiarum oratorum (*cf. Vahlen ad l., Wissowa, Rel. u. Kult.² p. 551,4*) -es iudices nontii sunto (iudices non sunto *trad.*): bella disceptanto (disceptatio *trad.*). *de legatis -bus* (LIV. 9,10,10. 9,11,11. *cf.* LIV. 4,58,1 per legatos -esque res repeti coeptae. NON. p. 529,16 -es apud veteres Romanos erant, qui sancto legatorum officio ... pignera facto foedere iure repetebant): LIV. 4,30,13 -es ... mittendos a d r e s r e p e t e n d a s censuere (7,6,7. 7,32,1. 8,22,8. 10,45,7). 7,9,2 cur per -es rebus repetitis bellum ... indiceretur (8,39,13 quae ... res per -es ... repetitae essent). 7,16,2 repetentibus -bus. 9,45,6 -es venerant res repetitum. 10,12,2. *cf.* SYMM. or. 5,2 vestra opinio est, ut per -es quodammodo evocaretur; verbenae tantum et sagmina defuerunt. **c** *deditionis faciendae*: LIV. 9,8,5 d e d a m u r per -es (VELL. 2,1,5 VAL. MAX. 6,6,3. 5 GELL. 17,21,36). 38,42,7 per -es traditi sunt. *adde*: LIV. 9,9,3 quis adeo iuris -ium expers est? 9,10,2 traditi ... *sunt* -bus cum ceteris Caudium ducendi. *nota de -bus Samnitium*: LIV. 8,39,14 -es Romam ... missi *sunt*. **d** *belli indicendi*: LIV. 31,8,3 consulti ... *sunt* -es ab consule Sulpicio, bellum quod indiceretur regi Philippo, utrum ipsi utique nuntiari iuberent, an *eqs.* GELL. 16,4,1 -em populi Romani bellum indicentem hostibus telumque in agrum eorum iacientem (*cf.* LIV. 1,32,12 ut -is hastam ferratam aut sanguineam praeustam ad fines ... ferret. AMM. 19,2,6 Grumbates hastam infectam sanguine ritu patrio nostrique more coniecerat -is. SERV. auct. Aen. 9,52 -es hastam mittebant). LACT. inst. 6,9,4 *populus Romanus* per -es bella indicendo ... possessionem sibi totius orbis comparavit. NON. p. 529,21 SERV. auct. Aen. 9,52. 10,14 clarigationem exercere, hoc est per -es bellum indicere. **e** *contra usum sollemnem*: TAC. ann. 3,64 censuerat L. Apronius, ut -es quoque iis ludis praesiderent; contra dixit Caesar ...: neque enim umquam -bus hoc maiestatis fuisse. AMM. 18,5,7 quasi dirimente quodam medio -i.

in titulis: MON. Ancyr. 1,46 ⟨sodalis Titius, fetiali⟩s fuí (ἑταῖρος Τίτιος, φητιᾶλις). *cetera v. Ruggiero, Diz. epigr. III 66sqq.; Howe, Fasti sacerdotum p. R. publicorum aet. imp. p. 52sqq.*

inde adi. **fētiālis**, -e. *ad fetialem pertinens*: ius -e (*cf.* CORP. I 1² p. 202 XLI (*aet. imp.*) Fert Erresius rex Aequeicolus is preimus ius -e paravit, inde p(opulus) R(omanus) discipleinam excepit LIB. de praen. 1. VIR. ill. 5,4 *Ancus Marcius* ius -e, quo legati ad res repetundas uterentur, ab Aequiculis transtulit *eqs.* SERV. Aen. 10,14 *Ancus Marcius* misit ad gentem Aequiculanam et accepit iura -ia, per quae bellum indicebatur): CIC. off. 1,36 belli ... aequitas sanctissime -i populi Romani iure perscripta est. 3,108 LIV. 38,46,12 PANEG. 12(2),30,1 ARNOB. nat. 2,67. SERV. Aen. 7,695 populus Romanus ab ipsis *Faliscis* iura -ia ... accepit. GLOSS. V 657,28 ius -e dicitur, quod a sacerdotibus sumebatur. *cf. supra l. 5. adde*: CIC. rep. 2,31 *Tullus* constituit ... ius, quo bella indicerentur, quod ... sanxit -i religione. *alia varia*: LIV. 9,11,8 -bus caerimoniis. APVL. met. 2,16 *proelium* nobis sine -i officio indixeras. *fortasse huc trahendum est* GLOSS. IV 519,24 fitialis (festalis *Götz*) cor⟨o⟩na sacerdotalis. *cf.* V 362,36 fitigalis (festalis *Götz*) corona sacerdotalis. *Lackenbacher.*

fētidinae *v.* foetutinae. **fētidus** *v.* foetidus.

fētifer, -a, -um [*ab* 1. fetus *et* ferre. *Th.*] *i. q. fecundum reddens*: PLIN. nat 7,33 -r potu Nilus amnis. AVSON. 376,4 -um Aprilem vindicat alma Venus.

fētifico, -āre [*cf. c.* fetificus. *Th.*]. *i. q. parere: de piscibus*: PLIN. nat. 9,47 thynni ... intrant ... Pontum ... gregatim nec alibi -ant. SOL. 12,13. *de avibus*: PLIN. nat. 10,22 in insula ... Cerne ... accipitres ... -ant nec alibi nascuntur. 10,90 *halcyones* -ant bruma ... placido mari. 10,126 *Diomedias aves* in *scrobibus* ... -are. 10,159 *columbarum* ipsi ... pulli quinquemenstres -ant.

fētificus, -a, -um [*ab* 1. fetus *et* facere. *cf.* fetificare. *Th.*]. *i. q. fetum procreans*: PLIN. nat. 9,160 compertum in ostreariis umorem his (*ostreis*) -um lactis modo effluere.

deriv: fetifico.

fetīgātus *v.* fatigo *p. 345,19.*

fētīnus, -a, -um *a* feta 'ovis' (*v. p. 641,1sqq.*). ORIBAS. eup. 2,1 G 1 (p. 472) *lac* scrofinus aut equinus aut baccinus aut asininus aut -us. *cf. Thomas, Mél. Havet 1909 p. 509.*

[?**fētis** *v.* 2. fetus *p. 639,55.*] **fetisco** *v.* fatisco *p. 352,62.*

fēto, -āre [*a* 2. fetus. *Th.*]. *scribitur in codd. passim* foet- (*cf. p. 636,24*). GLOSS. -atum (fetuitum *trad.*) generatum. -antes parturientes. *legitur apud* COLVM. (*ter*) *et apud posteriores, maxime* ECCL. [*val.* fătă, *bonon.* fdär, *forojul.* fedá. *M.-L.*]

1 *i. q. fetum procreare, parturire: de bestiis* (*de terra l. 72*): COLVM. 8,8,8 *columbae* nec multum ineunt, nec saepius -ant. 8,12 silvestres gallinae ... in servitute non -ant. 8,15,7 *anates* circum paludes ... plerumque -ant. ITALA III reg. 10,26 (Legion.) erant Salomoni ... milia equarum ... -antium (*verbum om.* LXX *et* VVLG.). VVLG. psalm. 77,70 *David* sustulit ... servum de gregibus ovium; de post -antes accepit eum. EVSTATH. Bas. hex. 7,4 p. 941ᴬ (*de piscibus*) cum -andi coeperit tempus vigere. 8,5 p. 951ᴮ Alcyon avicula ... -are consueta. *trop. de terra*: DRAC. laud. dei 2,223 per deum -at humus. *nota transitive* satisf. 83 per *solem* ... -at humus flores et messis aristas.

2 *i. q. fecundare, gravidare*: ITALA gen. 33,13 (Aug. loc. hept. 1,124 p. 525,20) oves et boves -antur (λοχεύονται, VVLG. habeam ... fetas. *cf.* AVG. *ad l.*). AVG. civ. 5,7 p. 200,1 D. *maribus* equarum vel boum -entur armenta. 14,26 p. 54,14 ad -andum et concipiendum non libidinis appetitus ... naturam utramque coniungeret. 15,3 *Sarra* dedit *ancillam* ... -andam viro. c. Iul. 5,12,46 alteri -anda tradatur. bon. coniug. 17,20 plures ... feminae ab uno viro -ari possunt. bon. viduit. 7,10 nec coniugalibus -andis visceribus, sed castificandis vidualibus moribus. cons. euang. 1,25,38 in -andis feminis pudeat Iunonem talem (*i. Priapum*) habere adiutorem. pecc. mer. 1,28,56

[Leonhardi †]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Maria angelo credidit, ut sine libidine -retur. DRAC. laud. dei 1,311 tigris... vento -ata marito. *adde*: AVG. serm. ed. Mai 168,3 *Maria* -ante praegnata est ... sermone (*cf.* DRAC. laud. dei 2,89 deus verbo -ante marito virgineos intrasse sinus dignatur). *trop. de terra*: AVG. civ. 4,11 p. 160,13 D. *Iuppiter* terram ... tamquam coniugem ... fecundis imbribus et seminibus -et. PS. RVFIN. in Am. 9,6 imbre -antur *terrae*. *allegorice*: GREG. M. moral. 17,4 recte ergo non solum sterilis, sed etiam non pariens dicitur, quae ... ad bonae cogitationis prolem ... -atur. 19,19 ecclesia ... sancto repleta spiritu per praedicationis ministerium in filiorum conceptione -atur. 23,28 quid est ... sermo, nisi semen? qui dum ordinate emittitur, audientis mens quasi concipientis uterus ad boni operis prolem -atur.

syn.: fecundare (AVG. bon. coniug. 17,20).
oppos.: castificare (AVG. bon. viduit. 7,10).
compos.: effetare.

fētor *v.* foetor.

1. fētōsus, -a, -um [*ab* 1. fetus. *Th.*]. *scribitur* foet- *et* faet-. *i. q. fecundus*: ITALA I reg. 2,5 (Veron.) -a in filiis infirmata est (ἡ πολλὴ ἐν τέκνοις, VVLG. multos habebat filios). *cf.* PELAG. in Gal. 4 p. 818[B] *Anna* -a. VVLG. psalm. 143,13 oves eorum -ae (HIER. in Hab. 1,1 p. 591 oves ... -as et multiplicatas. APON. 2 p. 28 *oves* tam necessariae tam -ae). *tropice*: HIER. in Gal. 4,27 p. 474 synagoge ... -a ... in liberis fuit.

2. fētosus *v.* foetōsus. **fētūdīnae** *v.* foetutinae.
fētuitum *v. p. 634, 61.* **fētulentia** *v.* foetulentia.

fētundus, -a, -um. *originandi causa fictum ab* ISID. orig. 10,111 foecunda a foetu dicta quasi -a (*scribitur* foet-).

fētuōsus, -a, -um [*ab* 1. fetus. *Th.*]. *i. q. fetosus*: HIER. adv. Iovin. 1,19 Liam deformem atque -am synagogae typum praetulisse, Rachel vero pulchram et diu sterilem ecclesiae significasse mysterium.

˟fētūra, -ae *f.* [*cf. c.* fetus. *Th.*]. *legitur inde a* LEGE Cic. leg. 2,20 *et* VARRONE.

A *actio pariendi, progignendi*: **1** *proprie de animantibus* (*cf.* VARRO rust. 2,1,18 appello -am a conceptu ad partum: hi enim praegnationis primi et extremi fines): VARRO rust. 2,1,16 partes quattuor sunt ... observandae de pastione, de -a, de nutricatu, de sanitate. *saepe.* VERG. georg. 3,62 cetera *vaccae aetas* nec -ae habilis nec fortis aratris. PAVL. FEST. p. 373 *ver* tempus ... -ae est (COLVM. 8,11,9 temporibus -ae). CVLEX 21 Pales ... ad quam ventura recurrunt (recurrit *trad.*) agrestum bona -ā (*de lectione non constat*: -a *Γ V*, secura *codd. vet.*). COLVM. 7,3,13 post -am ... opilio ... fere omnem subolem pastioni reservat. 8,14,1 *anseres* per -am diligenter claudi debent. PLIN. nat. 2,125 sternitur mare alcyonum -ae. GELL. 3,16,15 neque ultra decimum mensem -a mulierum protolli potest. NEMES. cyn. 119 diversa magis -ae convenit aetas. ARNOB. nat. 5,32 Proserpinam ... cum Orco ... foedera genitalis conciliasse -ae. AVG. c. Iul. op. imperf. 5,15 haec esset -a mulieris: vir autem quid posset efficere? DRAC. laud. dei 1,616 nec carnale genus minuit -a creando. CASSIOD. var. 6,14,1 *agricola* arborum ... fetus meliorare contendens diversi germinis -as instituit. *de fructibus*: AMBR. exc. Sat. 2,61 ante ... quam suum cuique tempus adveniat, -a restrictior est.

2 *translate*: VARRO frg. Gell. 16,21,1 (*cf.* NON. p. 54,3) faenus a fetu et quasi a -a quadam pecuniae parientis atque increscentis. PLIN. nat. praef. 1 libros naturalis historiae ... natos apud me proxima -a. MART. CAP. 7,738 quae (*Heptas*), quod naturae opera sine -arum contagione conformas, inter deos Tritoniae virginis vocabulum possedisti.

B *id quod genitum est* (SERV. ecl. 7,36 -a est proventus, ipse fetus): **1** *proprie*: **a** *de animantibus, i. q. suboles, catulus, latiore sensu i. q. proles*: LEX Cic. leg. 2,20 alios ad dies ubertatem lactis -aeque servanto. VERG. ecl. 7,36 si -a gregem suppleverit (STAT. Theb. 10,229 -a gregem ... novavit. SCHOL. Pers. 2,44). OV. met. 13,827 sunt, -a minor, tepidis in ovilibus agni. GRATT. 264 maiorum pignore signa -am. PAVL. FEST. p. 93 faustulum porcillum, -am porcorum. p. 167 in pecoribus ... bonus proventus -ae bona natio dicitur. CALP. ecl. 2,47 depulsa vagas quaerat -a parentes. 5,38. COLVM. 7,3,11 -a pecoris. 7,6,7. PLIN. nat. 9,66 *mulli* pariunt ter annis; certe totiens -a apparet. 10,150 *gallinarum* optima -a ante vernum aequinoctium. 11,93 *scorpiones* excavant -ae locum in terra. 33,84 est ... *auro* vis malefica, gallinarum quoque et pecuariorum -is. ARNOB. nat. 3,9 nova quaque suboriente -a. 3,10 septimanas ... -as. PALLAD. 3,26,1 ad sustinendum -ae onus. 8,4,5 ut *armentis* ... per annum totum -a non desit. SERV. Aen. 11,571 *equa* inter armenta -ae causa pascatur. EVSTATH. Bas. hex. 7,9 p. 935[C] *deus* mare ... diversorum natantium -a complevit (*cf.* IORD. Get. 3,21 tanta paludibus -a ponitur). CLAVD. MAM. epist. p. 205,11 apis virginitatis suae -am alit. ENNOD. epist. 2,7,4 p. 47,2 fervore genuino solet -a nobilis incitari.

b *de terra deque eis quae terra gignit*: PLIN. nat. 17,179 *vitis* recisa intra iugum moretur, ut omnis -a sub eo exeat. AVIEN. Arat. 40 gravis autumni redeat -a parentis. carm. ad Flav. 14 *pomis* spisso ... arta cohaeret granorum -a situ. AMBR. Noe 14,18 p. 445,21 terrarum pariter atque animantium -a. *ibid.* p. 446,26 uberis soli incipiat -a procedere. Abr. 2,9,63 *arborum* circa primos fructus nobis -a prorumpit. MART. CAP. 6,627 metallorum aurique -a (6,695 insulas ... auri argentique metallis ac -a praedicandas). 6,676 Iuba *Nilum* ... de lacu Nilide oriri significet, quod animalibus isdem et argumentis -ae parilis approbatur. DRAC. laud. dei 1,453. ENNOD. epist. 1,3,1 p. 5,4 -am nobilem de singularibus parturit gleba germinibus. dict. 8,1 p. 446,8 occultari se non patitur -a sublimis.

2 *translate*: AMBR. Abr. 2,9,63 deus ... bonae voluntatis remunerator etiam primae -ae atque indolis contemplationem habens omne colligi patitur animae nostrae patrimonium. ENNOD. epist. 1,9,5 p. 19,14 udo ... animorum libro caespitibus validis -a nobilis iuncta maritatur. *adde de lucro*: CARM. epigr. 229,2 date, ut -a qua⟨es⟩tus suppleat votis fidem. *singulariter*: MART. CAP. 6,629 equarum -a (*i. equae fetae*) ventis maritantibus inolescit volucres proli cursus.

deriv.: feturare.

fētūro, (-āvī), -ātum, -āre *a* fetura. *i. q. procreare*: DIOSC. 2,145 p. 233,10 St. postquam piper ipsu longu ceciderit, aliud -at piper arbor ipsa. *part. perf. pass. pro adi.* **fētūrātus,** -a, -um. *i. q. in fetum conformatus*: TERT. adv. Val. 25 p. 201,23 semen ... spiritale ... -um in corpore materiali velut in utero et adultum illic.

1. ˟fētus, -ūs *m.* [*cf. c.* 2. fetus, fetura, fecundus (*q. v.*), felix, *fortasse c. slavon.* dětę *'infans'*. *Th.*]. *de etymologia*: OV. fast. 4,632 *a ferendo* -us nomen habere putant. *scribitur in codd. promiscue tam* fet- *quam* foet-, *in* INSCR. *semper* fet-. *de declinatione*: GRAMM. suppl. 44,14 *ut cultus* declinandum est ... -us. 125,30. *acc. plur.* -os: IORD. Get. 220 *ciconiarum* -os. *abl. plur.* -is: ACC. trag. 244 *v. p. 638,59.* -ubus: COD. Iust. 7,53,7 cum -ubus. *acc. sing. scribitur* -o: INSCR. Ephem. epigr. IX (*ad* Corp. II) 176,4 (*saec. II/III*). *de notione*: SERV. georg. 2,429 -u ... id est utilitate; nam omnis utilitas -us est (*cf.* SCHOL. Hor. carm. saec. 31). DIFF. ed. Beck p. 56,11 inter -um et partum: -us terrae est, partus hominum. GLOSS. γόνος, γονή. natum. -um infans. *plur.* -us: γονάς id est partus (*cf.* HOR. carm. 4,5,27 *p. 638, 73*). *collective ponitur passim, cf.* GLOSS. -us: natus vel plures filios. *legitur inde a* PLAVTO, *deest* TER. CATONI CAES. SALL. NEP. PROP. VELL. CELSO CVRT. MELAE SCRIB. LARGO PLIN. epist. FLORO SVET. [*loc. dub. et corr.*: APVL. mund. 23 moventibus -bus (faecibus *codd. interpolati*). AVIEN. Arat. 15 foedus *trad.*, fetus *Breysig*.]

I *actio pariendi, procreandi*: **A** *proprie*: **1** *de animantibus*: PLAVT. Amph. 487 pater curavit, uno ut -u fieret, uno ut labore absolvat aerumnas duas (878. LIV. 35,21,3 capram sex haedos uno -u edidisse. GAIVS dig. 34,5,7 pr. mulier ... quinque liberos uno -u enixa est). CIC. fin. 3,62 *bestiarum* in -u et in educatione laborem ... cernimus. GRATT. 260 ad munia -us. GERM. frg. 4,5 pecus in -u fallet. COLVM. 6,21,1 *vaccae* -bus inutiles sunt. 8,4,3 *gallinae* post autumnum cessant a -u. 8,14,5 *anseres* pariunt ... singulis -bus ova ... reliquo tempore anni vacaturae sunt a -u. PLIN. nat. 1,8,54 de -u ursorum. 8,45 leaenam primo -u parere quinque catulos. 8,148 *canes* primo et secundo -u nimis feroces putant gigni. 8,207 *sues* primo -u minus sunt numerosae (*cf.* 10,176). 10,30 *cornix* inauspicatissima -us tempore. 11,27 *fuci* in -u ... adiuvant *apes*. 11,50 -us *apum* intra XLV diem peragitur. 11,102 duplicem ... *locustarum* -um. APVL. met. 5,9 *sororem novissimam* -u satiante postremus partus effudit. TERT. anim. 32 concubitus et -us (resurr. 60 concubitu et -u et educatu). VVLG. Iob 39,3 *cervae* incurvantur ad -um. SACR. Leon. p. 462 *filios* casto -u sancti coniugii mater fecunda progenuit. CARM. epigr. 442,2 Aelia Sabina cum sua nata ..., -ú quem procreat ipsa. *adde de conceptu, concubitu*: SEN. Herc. f. 1158 *Herculis* in -u stetit nox longior quam nostra. PLIN. nat. 22,36 si quadripes -um non admittat, urtica naturam fricandam monstrant. TERT. resurr. 45 p. 92,6 *caro atque anima* contemporant -u, coaetant natu. **2** *de arboribus et de terra*: CIC. leg. 1,25 ea, quae frugibus atque bacis terrae -u profunduntur. LVCR. 5,781 arva novo -u quid ... in luminis oras tollere ... crerint. OV. met. 1,433 discors concordia -bus apta est. LVCAN. 6,670 quidquid -u genuit natura sinistro (*cf. trop.* CLAVD. 3,30 pestes Erebi, quascumque sinistro nox genuit -u). PLIN. nat. 17,12 arbores -u exinanitas.

B *translate*: VARRO frg. Gell. 16,12,1 faenus a -u et quasi a fetura quadam pecuniae parientis atque increscentis (*cf.* PAVL. FEST. p. 86. 94). CIC. Brut. 182 *nulla* aetate uberior oratorum -us fuit. Tusc. 5,68 triplex ... animi -us extitit. SEN. dial. 9,7,5 inter Platonas ... et illum Socratici -us proventum. TERT. anim. 20 animam ... semine uniformem, -u multiformem. paenit. 12 dissiliunt ... montes ignis intrinsecus -u. AMBR. virg. 1,8,40 partus virginis -us est labiorum. SIDON. carm. 2,104 tellus aurea converso promisit saecula -u.

II *corpus, quod genitum est*: **A** *proprie*: **1** *animantium*: **a** *generatim*: VARRO ling. 5,61 coniungit ... mas ignis quod ibi semen, aqua femina quod -us ab eius humore. VITR. 8 praef. 1 terram ... -ūs gentium et omnium animalium ... procreavisse. MANIL. 4,373 testis erit varius sub eodem sidere -us. PAVL. FEST. p. 97 inciens propinqua partui, quod incitatus sit -us eius. SEN. dial. 6,7,2 *nulli* animali longum -us sui desiderium est nisi homini. QVINT. inst. 10,4,2 scripta nostra tamquam recentes -us blandiantur. APVL.

[*Leonhardi †*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mund. 29 frugalis maturitas, -us animalium. *adde* TERT. adv. Marc. 1, 5 p. 296, 15 Valentinus, qui simul ausus est duos *deos* concipere, ... tum usque ad triginta Aeonum -ūs, tamquam Aeneiae scrofae (*Verg. Aen. 8, 44*), examen divinitatis effudit.

b *hominum*: *α nondum vel recens natum*: TIB. 2, 5, 91 -us matrona dabit. OV. am. 2, 14, 5 teneros convellere -us (MIN. FEL. 18, 2 tener -us. AVSON. 369, 2. APON. 12 p. 248 tenellis -bus. *v. infra l. 62*). met. 6, 111 Iuppiter implerit gemino (CLAVD. carm. min. 53, 124) Nycteida -u. 8, 133 *Pasiphae* discordem ... utero -um tulit (*sc. Minotaurum*). VITR. 2, 9, 1 ad -us partum. *ibid.* edito -u (APVL. met. 10, 23. ARNOB. nat. 2, 16 per uteros. PHYSIOGN. 7 *v. l. 66. p. 638, 62*). FEST. p. 351 mulieres gravidas atque earum -us. SEN. Oed. 639 *Oedipus* matri impios -us regessit. COLVM. 2, 1, 2 *mulierem* progenerandis esse -bus inhabilem. 11, 3, 50 novellos -us. LVCAN. 4, 599 Terrae -us (*i. gigantes. cf.* CLAVD. carm. min. 53, 3). GELL. 3, 16, 16 ut longiori tempore -us ex eo (*Neptuno*) grandesceret. 4, 2, 10 *mulier* concipere -us non posset (6, 1, 4 concepti -us signa. 12, 1, 8 VVLG. gen. 38, 4 II reg. 11, 5). APVL. met. 1, 9 repigrato -u. TERT. anim. 6 *mulier* quinionem enixa filiorum ... unici -us parens multiplex. 26 *Rebeccae* duplex -us. *ibid.* agnoscunt matres suos ... -us. *al.* VLP. dig. 37, 9, 1, 19 ea ..., sine quibus -us sustineri et ad partum ... produci non possit. CENS. 4, 7 (*de hominibus primitivis e piscibus genitis*) -us ... ad pubertatem intus retentos. SER. SAMM. 608 natura ... dedit -us studio curante paratos. 615 certum spondet praegnatio -um. IVL. VAL. 3, 54 mulier -um ... peperisse. ARNOB. nat. 4, 16 ex mei uteri -u (PASS. Mar. Iac. 13). 5, 10 nutricia ... ducere, ut est -bus solemne de matribus. 7, 9. LACT. opif. 17, 7 -um in utero necessitas formavit (*cf.* AVG. gen. ad litt. 7, 22 p. 221, 10 ex homine -um vel seminis vel ipsius iam prolis creat et format ... deus). PALLAD. 12, 13, 7 ut -um primi veris fovere possit exortus. AMM. 31, 8, 7 feminas -bus gravidas (*v. p. 639, 23*) adhuc immaturis. CLAVD. carm. min. 8, 2 sanguinis ... -um mater amare timet. AVG. civ. 12, 26 p. 553, 4 D. praegnantis ... -um. 14, 21 carnales ... -us. 15, 15 p. 90, 11 patres ... coniugibus caruisse vel -bus. 15, 20 p. 100, 12 aetas ... vacaret a -bus. 16, 8 p. 137, 4 humanos -us. 17, 4 p. 207, 3 iste -us (*de Christo, ad* I reg. 2, 5). 22, 12 -us abortivi (22, 13). in psalm. 104, 16 *in Aegypto* masculini -us necabantur. epist. 166, 15 de adulterinis -bus. VINDIC. med. 12 compendiosam -us perfectionem (*cf. infra l. 67*). CASS. FEL. 80 *pessarium* mortuos -us excludit. CARM. epigr. 1438, 7 nequivit miserum partu depromere -um. INSCR. Ephem. epigr. IX (*ad* Corp. II) 176, 4 (*Baetica*) puellam que iam -o tollerat (*i. -um tulerat*). *β in universum i. q. proles, maxime apud poetas*: OV. epist. 6, 143 *Medea* -u comitante gemello. EPICED. Drusi 379 -bus aucta duobus. VAL. MAX. 3, 3, 7 generosissimarum imaginum -us. SEN. Herc. O. 1850 *Niobe* toto stetit succisa -u. Phaedr. 557 perimunt ... -us impiae matres suos. Tro. 962 totus Hecubae -us. COLVM. 10, 161 flagitat ... suos genetrix ... -us. PETRON. 57, 4 pater -um emit lamna. VOPISC. Aurelian. 14, 5 -us matrimoniis iam caducos. CLAVD. 1, 96 -us ... Romulei. 1, 194 *Probae* Romana potestas -bus augetur. 7, 157 crescentes dilige -us. *in allegoria Christiana*: TERT. adv. Val. 8 homo et ecclesia ... alios ebulliunt -us (*cf.* 39 ex hominis et ecclesiae -u).

c *bestiarum* (GLOSS. -us: filii agnorum): LVCIL. 164 catulos -umque ferai. VARRO ling. 9, 28 dissimilis -us, ut ex ⟨asino et⟩ equa mulus. CIC. nat. deor. 2, 128 quae multiplices -us procreant, ut sues, ut canes. 2, 129 *ova piscium* -um fundunt (*cf. p. 639, 11*). div. 1, 36 (*de partu mulae*) quia -us extitit in sterilitate naturae, praedictus est ... partus malorum. LVCR. 2, 358 *vacca* si queat ... conspicere amissum -um (VERG. georg. 4, 512 Philomela ... amissos queritur -us. *cf.* OV. fast. 4, 460 SIL. 12, 458 STAT. Theb. 10, 821 silv. 2, 1, 9). VERG. ecl. 1, 21 ovium teneros ... -us (*cf.* SEN. Tro. 1094 VAL. FL. 7, 375. QVINT. inst. 2, 6, 7 teneris infirmisque -bus *avium*. CLAVD. rapt. Pros. 3, 142. AVG. civ. 13, 3 p. 560, 3 D. tenerrimi -us animalium. *v. supra l. 7*). ecl. 3, 30 *iuvenca* binos alit ubere -us. georg. 4, 163 *apes* adultos educunt -us (*eadem verba* Aen. 1, 432. *cf.* PLIN. nat. 9, 37 educunt -us annuo spatio. 10, 73. 11, 51. 68). georg. 4, 199 *apes* -us nixibus edunt (LIV. 28, 27, 16 COLVM. 7, 9, 10 *al.* PLIN. nat. 9, 71 tutos -us. 10, 153. 184 perfectos -us [*v. supra l. 38*]. 11, 46 TAC. ann. 12, 64 VLP. dig. 7, 1, 70, 2 AMM. 22, 15, 15 *al.* EVOD. Aug. epist. 161, 2 EVSTATH. Bas. hex. 7, 2 p. 938ᴬ). Aen. 3, 391 sus triginta capitum -us enixa (= 8, 44 *cf.* COLVM. 6, 28). TIB. 1, 1, 31 -um ... capellae desertum. OV. met. 6, 637 cervae lactentem -um (PETRON. 133, 3 v. 15 querulae fe[s]tus suis, hostia lactens). LIV. 28, 27, 16 insuetos -us animalia edere portenta esse putatis (*item de monstris*: 31, 12, 6 obsceni -us. 31, 12, 8. 35, 21, 3. *cf.* SEN. dial. 3, 15, 2 LVCAN. 1, 590 STAT. Theb. 4, 375 TAC. ann. 12, 16. 64). GRATT. 166 canis maiore tulit de sanguine -um. 529 dociles pecuaria -us sufficient. PAVL. FEST. p. 57 confeta sus dicebatur, quae cum omni -u adhibebatur ad sacrificium. PHAEDR. 1, 19, 4 canis parturiens ... -um in *alterius* ... tugurio deponeret. SEN. Ag. 684 *alcyones* -us ... suos ... fovent (*i. incubant.* COLVM. 8, 14, 4 PLIN. nat. 8, 127 FILASTR. praef. 2 AVG. civ. 19, 12 p. 374, 29 D. EVSTATH. Bas. hex. 8, 6 p. 952ᴮ). COLVM. 6, 24, 4 *vacca* plena -u. 6, 27, 3 *equae* parvo cum labore -um educent (*cf.* 6, 27, 7 equas ... -um ... educasse. 6, 28 *al.* PLIN. nat. 9, 41 educat mammis -um. 10, 152 QVINT. inst. 2, 16, 16 APVL. mund. 23 AMM. 22, 8, 47). 6, 27, 11 haec ... incommoda *equarum* -um abigunt. 7, 9, 9 sues ... -us elidunt. 7, 9, 12 *porculator* unumquemque -um cum matre distinguat. 8, 3, 4 aviarius ... debet speculari aut incubantis aut parturientis *avium* -us (8, 5, 10 *gallinas* incubare ... -bus alienigenis patiemur. 8, 14, 6 FILASTR. praef. 2). 8, 8, 5 *columbae* ad -us suos vegetiores redeunt. 8, 11, 9 integri -us excipiantur. 8, 11, 11 *pavones* ne suos quidem -us commode nutriunt (PLIN. nat. 11, 235 mammis nutriunt. SIL. 5, 144. 10, 109. 16, 235 AVG. civ. 19, 12 p. 374, 29 D. EVSTATH. Bas. hex. 8, 6 p. 952ᴮ *v. l. 72*). 8, 14, 4 prohibeantur *anseres* -us suos excludere (PLIN. nat. 10, 162 si priorem -um gallinae excludant. 10, 170 QVINT. inst. 2, 16, 16 PROB. Verg. georg. 1, 399). 9, 13, 10 si favos immaturo -u transtulerimus, emorientur pulli. 9, 13, 13 apes magis mellificiis quam -bus student. 11, 2, 38 secundi -us pecudum. LVCAN. 1, 591 sterili ... nefandos ex utero -us. PERS. 2, 46 da pecus et gregibus -um. PLIN. nat. 8, 66 *tigris* -us ... semper numerosus est (*cf.* 8, 207 *v. p. 636, 51. 639, 21.* 10, 158 aliis *columbis* crebrior sit -us, aliis numerosior. 10, 165. 184 ARNOB. nat. 1, 21). 8, 216 *simiis* praecipua erga -um affectio. 8, 217 *cuniculorum* -us ventri exsectos vel uberibus ablatos. 9, 21 *delphini* gestant -us infantia infirmos. 9, 165 torpedo octogenos -us habens. 10, 88 oscines ... -us faciunt. 10, 121 ex -u supra ... aedem genito (AVSON. 396, 17. AVG. quaest. hept. 3, 38 vivos -us gignunt). 10, 154 ut ova ... igne ... foverentur ... et ... illinc erumperet -us. 10, 176 leaenae, ursae ... lambendo calefaciunt -us ... et figurant (*cf.* HIER. in Zach. lib. 3 praef. p. 881). 10, 179 ubera siccante -u. 10, 183 quaecumque animal pariunt, in capita gignunt circumacto -u sub enixum, alias in utero porrecto. 11, 27 *fuci* serotinus -us. 11, 71 *apium* -us ... inaequalis. 11, 105 ter anno debellandi *locustas* primo ova abterendo, dein -um, postremo adultas. 11, 233 asinis a -u *mammae* dolent. *ibid.* supra geminos -us (AVG. epist. 149, 4 gemino -u. VVLG. cant. 4, 2 omnes *oves* gemellis -bus). VAL. FL. 4, 45 halcyonēs ... -umque laremque (*cf.* STAT. Theb. 5, 599 aligerae sedem -usque parentis). HOMER. 148 serpens consumpsit volucrum bis quattuor -us. MART. epigr. 14, 2 sus fera ... emisit -um. 7, 31, 3 -um querulae rudem capellae. TAC. ann. 6, 28 *phoenicem avem nido* vim genitalem affundere, ex qua -um oriri. APVL. met. 9, 33 calathum -ui gallinaceo destinatum. PAPIN. dig. 33, 7, 3 pr. augmenta -uum et partuum. VLP. dig. 3, 5, 3, 6 partus et -us et fructus. 4, 2, 12 pr. partus ancillarum et -us pecorum et fructus. *passim apud* ICTOS. PS. QVINT. decl. 13, 3 iuvabat ... lenta vimina vernis -bus texere. SOL. 32, 23 *crocodilus* -us premit. NEMES. cyn. 129 populosos pascere -us. IVST. 44, 3, 1 vento equas -us concipere (CLAVD. carm. min. 27, 23 concepto -u). PANEG. 2 (10), 11, 3 binos gregum -us et duplices arborum fructus. ARNOB. nat. 1, 2 animalia ... -us non in uteris sumptos ... custodiunt? AMBR. hex. 5, 13, 40 *alcyone* educit pullos -usque absolvit (*ibid.* absolutio -uum). AMM. 23, 6, 45 *Arabes* frugibus et -bus ... sunt locupletes. 6, 86 (*de margaritis*) hos oriri -us. VVLG. gen. 31, 8 parere -us. AVG. quaest. hept. 4, 32 hic primogenita non -us primitivos pecorum dicit; ... πρωτότοκα sunt primitivi animalium -us, etiam hominum. CASS. FEL. 71 hirundininum pullum de primario -u. PALLAD. hist. mon. I 6 bestia ... proprium -um ... *non* suscipiens (p. 51, 4 *But.* τὸ ... μοσχάριον αὐτῆς μὴ δεχομένη).
adde: VERG. georg. 4, 231 *apes* gravidos cogunt -us (*i. mel*). ENNOD. epist. 5, 8, 5 p. 131, 20 aquarum -bus (*i. piscibus*). *nota*: AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 13, 3 phoenix ... et sui heres corporis et cineris sui -us.

2 *quod terra profert: fructus terrae, herbarum* (*animantia*: HOR. carm. 4, 5, 27 *l. 73* STAT. Theb. 3, 182 *l. 80* DRAC. laud. dei 1, 403 *l. 83*): **a** *generatim* (GLOSS. -um: ubertatem): PACVV. trag. 13 sol ... torrens terrae -um exusserit (*cf.* MANIL. 4, 420 sterilis torres [*Haupt*, terris *trad.*] ... rumpit ... -us). ACC. trag. 244 Cithaeron frondet viridantibus -is. SISENNA hist. 100 -um omnem ... eius anni (*cf.* COLVM. 10, 257. PLIN. nat. 12, 83 annuo -u). CIC. de orat. 2, 131 *ager* meliores -us possit et grandiores edere (*cf.* AVIEN. orb. terr. 355 quae *gens* -us edere sulcis tellurem docuit). LVCR. 1, 193 laetificos ... -us submittere tellus. 1, 209 loca ... meliores reddere -us (*cf.* OV. fast. 1, 694 triticeos -us ... reddat ager). 1, 1033 terra ... novet -us. 2, 1159 tellus ... dedit dulces -us (VERG. georg. 2, 442 *silvae* dant -us). 3, 1006 annorum tempora ... -us ... ferunt. 6, 1 frugiparos -us ... dididerunt ... Athenae. VERG. georg. 1, 82 mutatis requiescunt -bus arva. 1, 189 superant -us. 2, 327 aether ... omnes ... alit ... -us (*cf.* PERVIG. Ven. 62). 2, 521 varios ponit -us autumnus (*cf.* TAC. hist. 5, 7 -us segetum et autumni. CARM. de mens. 2, 37 dat ... -us October). CIRIS 230 gravidos Cereris ... -us. HOR. carm. saec. 31 nutriant -us ... aquae ... et aurae (*cf.* SIL. 1, 230 *v. supra l. 6*). carm. 4, 5, 27 Germania ... parturit ... -us (*cf.* SOL. 21, 1 Galliae omni ... -u beatissimae). GRATT. 36 bonus Aeolia de valle ... -us. SEN. epist. 121, 18 producit -us suos natura, non abicit. COLVM. 2, 2, 5 sŏlum ... coloni laborem ... magno -u remuneratur. 9, 1, 5 terrenis -bus et arboribus. 10, 199 orbis ... suas adamat partes et -bus implet. 10, 293 nitidis ... collucent -bus horti. BVC. Eins. 2, 35 tellus ... novos parit ubere -us. MART. 9, 71, 5 nemorum. STAT. Theb. 3, 182 novi -us (*sc. dracones*). CYPR. mort. 8 -u sterili terra ieiuna est. ARNOB. nat. 7, 22 *tellus* -bus gravior. MACR. sat. 1, 10, 19 omni ... -u agrorum coacto. RVT. NAM. 1, 235 *Faunus* renovat largo (*cf. p. 639, 15*) mortalia semina -u. DRAC. laud. dei 1, 403 aeris et pelagi -us. EVSTATH. Bas. hex. 5, 2 p. 911ᴮ ad -um fructificationis impulsa *tellus*. 5, 7 p. 917ᶜ

[*Leonhardi †*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

discretio -uum. DRAC. laud. dei 1, 268 -bus eductis concordant unda vel ignis. ENNOD. carm. 2, 72, 4 -bus ... messis multiplicata redit. opusc. 10, 8 p. 421, 13 de -bus fluminum (*i. scirpo*). CYPR. GALL. gen. 1326 tenui ... -u. CASSIOD. in psalm. 132, 3 germinantia ... in varios -us ... perducuntur. *nota de ferro*: SIL. 1, 230 atros chalybis -us (*cf.* ENNOD. dict. 10, 6 p. 456, 26).

b *in arboribus sim.*: PACVV. trag. 142 nec grandiri frugum -um posse nec mitescere. CIC. Arat. 9 lentiscus triplici solita grandescere -u. Brut. 16 (*in tropo*) omnis -us repressus. LVCR. 1, 253 *arbores* -u ... gravantur (*cf.* VERG. georg. 2, 429 COLVM. 4, 20, 3). 1, 351 arbusta ... -us ... fundunt (*cf. p. 637, 55*). VERG. georg. 1, 55 arborei -us (OV. met. 14, 625 COLVM. 10, 401 CYPR. Demetr. 3. AMM. 23, 6, 48 fructuariis arboreisque -bus). georg. 2, 56 rami matris ... crescenti *herbae* ... adimunt -us. 2, 69 inseritur ... nucis arbutus horrida -u (*i. surculo. cf.* PLIN. nat. 27, 176 AVG. serm. ed. Mai 72, 1). 2, 390 largo (*cf. p. 638, 82*) pubescit vinea -u. Aen. 6, 141 *decerpere* arbore -us. 6, 207 croceo -u *visci*. OV. epist. 19, 9 demptus ab arbore -us (met. 14, 689). met. 1, 104 arbuteos -us (13, 820). 4, 161 *arbor*, aptos ... habe -us. 6, 81 edere cum bacis -um ... olivae (*cf.* NVX 93 maturos edere -us. *cf. p. 638, 62*). SEN. Thy. 156 curvata suis -bus ... arbor. COLVM. 3, 10, 2 *vites* a -u vacant (*cf.* 3, 10, 5 -u vacua. 3, 10, 14 *carere* -u). 3, 10, 4 numeroso -u (4, 24, 20. *cf.* 3, 10, 17 *v. p. 636, 51. 638, 15*). 3, 10, 8 semen ... loco sterili ... sine -u ⟨pro⟩cessit. 3, 10, 12 *vitis* conceptu atque -u gravida. 3, 10, 20 *malleoli* binos aut fere singulos -us in matre *tulerunt* (*cf. p. 637, 9. 75*). 4, 14, 3 *flagellum* non sustinet et -u et materiis onerari (*cf.* 4, 24, 11). 4, 27, 5 -us *vitis* decutere. 10, 412 *malus* pigro ... -u. PLIN. nat. 13, 57 subnascitur *fici* ... -us quater ... prioremque expellit immaturum (*cf.* 16, 114 *caprifici* primo -u sequens evocatur). 13, 59 hieme -us *fici* ... nutriente. 15, 51 *mala* numquam singula in -u. 15, 86 tot modis -u munito (*i. iuglandis nucleo. cf.* SER. SAMM. 1056). 16, 118 ficus sola ex omnium arborum -u ... medicatur. 17, 11 *arbores* amittant -us. 17, 17 *pomorum* iam valido -u. 17, 173 viveradix ... nisi cohibeatur ..., in -um exeat tota. ... nisi ad pariendum vires serventur, tota fit -us. TAC. ann. 13, 58 donec *arbor* in novos -us revivisceret. PALLAD. 12, 9, 1 vites ... pauperiem -uum compensant ubertate foliorum. NOVATIAN. cib. Iud. 2 arborum ... -us et fructus. AVIEN. Arat. 1785 ter -um concipit (*v. p. 638, 40*) arbos. CLAVD. rapt. Pros. 2, 78 omnia -u pubescant virgulta. *al.*

B *translate*: CATVLL. 65, 3 dulces musarum expromere -us. GRATT. 140 luxuriam ... -usque nocentis. SEN. epist. 66, 27 virtutem omnia opera velut -us suos ... intueri. APVL. mund. 9 *aëris* crassitudo aquarum -u gravidatur (*cf.* Socr. 10 p. 142 *nubes* si aliquo humore fecundae sunt, veluti ad -um edendum ... degrassantur). AMBR. Iac. 2, 4, 19 decoloros -us piae mentis. AVG. gen. ad litt. 11, 11 p. 344, 19 cum superba concupiscentia propriae potestatis quod conceperat pareret suoque -u confunderetur. DIONYS. EXIG. Procl. fid. p. 416^B intemerabilem substantiam tamquam in -um multiplicem diffamare (*de trinitate*).

deriv.: fetifer, fetificus, fetare, fetosus, fetundus, fetuosus, fetura.

2. *fētus, -a, -um [*cf. c.* 1. fetus. *Th.*]. *scribitur promiscue in codd. tam* fetus *quam* foetus. *definitiones*: NON. p. 312, 9 -um significat plenum ... onere levatum. SERV. georg. 3, 176 antiqui ... -um pro gravido solebant ponere. GLOSS. γόνιμος. pulcer, fructifer. -a: ἐγκύμων, πλήρης. fecunda, plena (IV 411, 51 fota *codd.*). semen animalium. II 579, 50 (*male versa*) = II 279, 55 -is semen animalium (*cf. Loewe, Gloss. nom. praef. p. XII*). -a: αολη (λοχή *Bücheler*). locos (*i.* λοχός). -as: τοκάδας portantes. *legitur inde ab* ENN. *et* PLAVTO, *maxime apud poetas, deest* TER. CATVLLO TIB. MART. (*apud* CIC. *extat unico loco*: nat. deor. 2, 156). [*val.* fat '*puer*', *sard.* fedus '*proles*', *anconit.* fetu '*filius*'. *M.-L.*]

I *sensu strictiore: i. q. fetum habens, sive praegnans, sive partu levata* (*cf.* SERV. Aen. 1, 51 sciendum est ... -am dici et gravidam et partu levatam. *cf.* 2, 238): **A** *de animantibus*: **1** *de bestiis* (*maxime de enixis; de praegnantibus* COLVM. 7, 6, 5. 7, 9, 3. 8, 11, 5. 9, 1, 7): ENN. ann. 68 lupus femina -a (*cf.* VERG. Aen. 8, 630 fecerat ... -am Mavortis in antro procubuisse lupam. OV. fast. 2, 413 SIDON. carm. 2, 119. 5, 23). 528 tantidem quasi -a canes (*i. quasi effeta*) sine dentibus latrat (PLAVT. Most. 852 *canis* tam placida est quam -a. GRATT. 301 PLIN. nat. 8, 151). VARRO rust. 3, 7, 6 *columbae* -ae ... *incubandi causa* in certum locum ... transferantur. VERG. ecl. 3, 83 -o pecori. georg. 3, 176 vaccae (COLVM. 6, 24, 5 STAT. Theb. 4, 139 apibus -is ... atque examine multo ... abundare. 9, 116. NEMES. ecl. 2, 31 -arum lambentes ubera matrum stant vituli. VVLG. gen. 33, 13. I reg. 6, 7 duas vaccas -as ... iungite in plaustro. GREG. M. in euang. 37, 4). HOR. carm. 3, 27, 4 praegnans canis aut ... rava ... lupa ... -aque volpes (*mala omina*). PROP. 4, 5, 18 in me hippomanes -ae semina legit equae (*cf.* LVCAN. 6, 456 frontis amaturae ... pignora -ae. PLIN. nat. 8, 165) OV. Ib. 501 leaena (fast. 5, 177 PLIN. nat. 8, 51 SIL. 1, 406 STAT. Theb. 10, 414 *al.* SVLP. SEV. dial. 1, 15, 5 *leaena* caecos quinque catulos male -a nutriebat). met. 13, 803 -a truculentior ursa. SEN. Herc. O. 241 tigris (LVCAN. 5, 405 ocior ... tigride -a. CLAVD. 3, 90 tigride mobilius -a). COLVM. 6, 37, 10 cum *equa* ex asino conceptum edidit, ... quidam ... -am nihilominus admisso equo *implent*. 7, 3, 11 primum *est* ... admissurae tempus vernum Parilibus, si sit ovis matura; sin vero -a, circa Iulium mensem (*cf.* 7, 3, 26 *custos* neque tardiores et gravidas *oves*, dum cunctantur, neque agiles et -as, dum procurrant, separari a ceteris sinat. CALP. ecl. 4, 104. 5, 36). 7, 6, 5 *capra* (SER. SAMM. 197 -ae cum lacte capellae). 7, 9, 3 femina sus ... debet ... quattuor mensibus -a quinto parere (*cf.* ARNOB. nat. 7, 22 scrofa inciens et ... -a. *ibid. scrofas* gravidas atque -as. HIER. epist. 50, 5, 5). 8, 11, 5 si *pavo* unam vel alteram -am saepius compressit. 9, 1, 7 *cum apes* -ae partus ediderint. LVCAN. 6, 676 sonant -a tepefacta sub alite saxa. PLIN. nat. 8, 59 panthera. 9, 13 vitulos *ballaenarum* ... aut -as vel etiamnum gravidas. 9, 47 partus *piscium* ... -as redeuntes in mare autumno comitatur. 10, 27 -a *avis*. 10, 103 *perdix*. 10, 155 *gallina*. 11, 238 Poppaea ... quingentas ... secum -as asinas trahens ... corpus illo lacte macerabat. IVV. 13, 66 monstrum ... -ae comparo mulae. VVLG. gen. 32, 15 camelos -as cum pullis triginta. 33, 13. AVIAN. fab. 35, 5 -am *simiam*.

2 *de hominibus* (*mulieribus*): **a** *de puerperis*: VARRO rust. 2, 10, 8 ostenderunt -as nostras, quae in conopiis iacent dies aliquot, esse ... contemnendas. frg. Non. p. 312, 16 veniebant ad -am amicae gratulatum. VAL. FL. 5, 149 -a ligat partuque virum fovet ipsa soluto. IVV. 14, 167 *in casa* -a iacebat uxor. SVET. vita Verg. 15 Brum. summa gravidarum ac -arum religione. APVL. met. 11, 2 partu -arum medelis lenientibus recreato. CENS. 11, 7 post partum ... pleraeque -ae graviores sunt (*cf.* AVG. civ. 6, 9 p. 263, 26 D. mulieri -ae post partum tres deos custodes commemorat adhiberi. SORAN. p. 25, 15 quomodo agenda est post partum -a?). ARNOB. nat. 3, 23 *Iuno* auxiliatur genetricibus -is. VVLG. Bar. 6, 28 -ae et menstruatae (ἀποκαθημένη καὶ λεχώς). ZENO 2, 8, 2 (*de Maria*) rudis non gemit -a. *adde laxiore sensu i. q. liberis auctus, prolem habens*: LVCAN. 2, 339 geminos excepi -a (*i. postquam peperi*) maritos. STAT. Theb. 7, 179 (*de Iocasta*) male -a (*cf. supra l. 16*) ... mater. *de praegnantibus*: STAT. Theb. 1, 577 *Psamathe* sidereum Latonae -a nepotem edidit. IVL. VAL. 3, 54 id monstri ... mulier, quae -a fuerat, enixa est. ARNOB. nat. 2, 70 *multae mulieres* Diespitri factae sunt compressionibus -ae. 3, 10 deas gravidas, deas -as gliscentibusque per dies alvis alias ..., alias. OPT. PORF. carm. 24, 24 praecelso ... *Maria* virgo uterum de semine -a (*cf.* AMBR. inst. virg. 17, 109 deo -a. PAVL. NOL. carm. 6, 122 verbo -a dei. 25, 162 fit sine concubitu femina -a uterum. VICTORIN. Christ. 2. INSCR. christ. Rossi II p. 71, 42 te genetrix ignara viri, te denique -a). HIL. in Matth. 25, 6 -arum onus. CARM. adv. Marc. 5, 145 Ioseph Maria cum coniuge -a. VVLG. Os. 14, 1 parvuli *Samariae* ... elidantur et -ae eius discindantur.

B *de rebus (terra, arboribus, aqua sim.), fere poetice (acced. abl. l. 45. 46. 51. 52; gen. l. 50)*: LVCR. 2, 994 umoris guttas mater cum terra recepit, -a parit nitidas fruges ... et genus humanum (CIC. nat. deor. 2, 156 terra ... -a frugibus et vario leguminum genere. OV. fast. 4, 88 -a ... terra patet. COLVM. 10, 19 *terra* vesano gramine -a. 10, 145). OV. met. 7, 129 -o consurgit in arvo *seges Iasonis* (SEN. Phaedr. 537 arva per se -a. *ceterum ad Iasonis segetem spectant* Oed. 731 -a tellus impio partu effudit arma. STAT. Theb. 1, 184 -ae telluris hiatu. 4, 435. 8, 231 -os ... cruenti Martis agros. CLAVD. 26, 25 -as ... novales Martis). fast. 1, 662 seminibus iactis est ... -us ager. Pont. 1, 7, 13 regio nec pomo -a nec uvis. COLVM. 3, 21, 3 -is palmitibus ... gravidus collucet autumnus. LVCAN. 6, 387 centauros -a ... nubes effudit. VAL. FL. 7, 367 *Medeae* monstrata seges, quae ... iuga -a metit. STAT. Theb. 4, 281 -a viridis puer excidit orno. NEMES. ecl. 4, 48 -is dependent vitibus uvae. AVSON. 383, 10 et fetos (ecfetos *Riese*) ramos denudat flamma Nepai. PALLAD. 14, 93 pro sudibus -is et pro praegnantibus armis. *nota de iecore Promethei succrescente*: SEN. Med. 822 furta luit viscere -o. *de re incorporea*: CASSIOD. anim. 2 p. 1287^D ecce gravida definitio illa iam -a est, ecce in lucem ..., quae fuerant clausa, proruperunt.

II *sensu latiore i. q. plenus, uber* (GLOSS. loca -a: hoc est plena. *v. l. 67*): **a** *absolute*: PROP. 4, 9, 22 terra ... non ullas -a ministrat aquas. STAT. Theb. 12, 17 *columbae* intus agunt natos et -a cubilia (*i. e. plena fetibus*) vallant unguibus.

b *accedit abl.*: VARRO AT. carm. frg. 19 a feris Libye (*cf.* SOL. 14, 4 gens ... -a tigribus. 23, 11 *insula* -a est anguibus). VERG. Aen. 1, 51 loca -a furentibus austris (OV. met. 14, 103 loca -a palustribus undis. *cf.* STAT. silv. 3, 2, 17 -a tepentibus undis litora. ANTH. 415, 19 -a procellis aequora). Aen. 2, 238 (*de equo Troiano*) machina ... -a armis. OV. rem. 570 damno litora -a (foeda *codd.*) suo. SIL. 11, 203 multā -a ... irā praecordia (17, 379 bello). 13, 592 -a furore Megaera. 17, 447 -a veneno attollit ... colla ... serpens. CLAVD. 12, 24 plena laurearum imperio -a domus. PAVL. NOL. epist. 49, 7 -a mundi seminibus arca.

c *accedit gen.*: AVIEN. Arat. 860 longa ut glomerent circumque supraque -a pruinarum se vellera (*i. nubes*). AMBR. virg. 1, 6, 31 ecclesia ... effeta iniuriae, -a rationis. AVG. c. Parm. 2, 3, 7 -a scelerum vota. MACR. sat. 1, 5, 12 ferias (*Saturnalia*) -as commodi. 7, 3, 9 *tale dicendi genus* -um contumeliae est.

III *singulariter passive i. q. natus*: MART. CAP. 1, 75 inter ... gemmarum virorem -a mari lumina coruscans fronti quaedam integrior suavitas resplendebat.

syn.: gravidus. *oppos.*: effetus (*l. 77*), gravidus (COLVM. 7, 3, 26). *compos.*: effetus.

[*Leonhardi †*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

subst. fem. **fēta,** -ae [*foroiul.* fede, *prov.* fedo 'ovis'. *M.-L.*]. *i. q. ovis mater*: VERG. ecl. 1, 49 non insueta graves temptabunt pabula -as (*fallitur* SERV. Aen. 2, 238). COLVM. 7, 3, 8 quo purius et mollius incubent -ae. SEN. Phaedr. 20 comitatae gregibus parvis nocturna petunt pabula -ae. CALP. ecl. 4, 104 nuper tonsis exundent vellera -is. 5, 36. VVLG. Is. 40, 11 pastor ... agnos ... in sinu suo levabit, -as ipse portabit. CYPR. GALL. gen. 454. 1064. 1119 patrias ... -as. SEDVL. carm. pasch. 2, 113 trepidae ... vocant sua pignora -ae. op. pasch. 2, 10.

deriv.: fetinus.

fētūtīnae *v.* foetutinae.

feus GLOSS. *v.* 1. fucus.

fex *v.* faex *p. 170, 24sq.* *Leonhardi †.*

fi. SVET. frg. p. 138 notae quae versibus apponi censuerunt. ... fi et ro. p. 141 fi et ro. haec apponuntur quotiens vel emendatio vel ⟨sensus⟩ eius versus sollicitius est inspiciendus. NOT. Tir. 19, 11. [*loc. dub.*: PLAVT. Cas. 727 fi fi *coni. Pareus*, ey ey (*i.* fy fy) *P*, ⟨ede⟩pol *A*.]

fia. CORP. XI 2268 (= CORP. Inscr. Etrusc. 724) Comlniai fia (*i.* filia). *cf. Lattes, Archiv 13, 377.* [*loc. corr.*: TRAG. inc. 198.]

fiala *v.* phiala.

***fiber,** -brī *m.* [= *theodisc.* bibar *anglosax.* beofor *slavon.* bebrŭ *med.* bawrō (bawriš) 'fiber'; beber (*v. infra l. 29*) *forma peregrina eiusdem vocabuli esse videtur. cf. ind.* babhrúh 'ichneumon, fuscus'. *Th.*]. *de formis*: feber: SCHOL. Verg. Bern. georg. 1, 59 castores ... Latini febros dicunt. POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 8 feber (*cf. etiam* VARRO ling. 5, 79 *infra l. 43*). biber (*cf. Gröber, Archiv 1, 250; Holder, Altcelt. Sprachsch. I 363*): POL. SILV. nom. anim. chron. V p. 543, 6. beber (*cf. l. 23*): PRISC. gramm. II 150, 13 in 'er', si sint secundae declinationis, masculina sunt: ... ager, Auster, beber (pever *ADH*, pedur *fort. R, correxit Krehl*), puer. SCHOL. Iuv. 12, 34 castorem bebrum dicit. GLOSS. III 609, 6 testiculus de bebro. 581, 37 testiculi bebiris. *de flexione: declinatio secunda, quam testatur* PRISC. gramm. II 150, 15 (*v. supra l. 30*). II 232, 10, *sollemnis est; tertia legitur* GLOSS. III 588, 16 fibris (*gen.*). *dubius nom.* fibris: GLOSS. V 294, 64 fibris nomen serpentis, femininum (vipera? *Götz*). GLOSS. -r bebr (*anglosax.*). [*it.* bevero, *francog.* bièvre. *M.-L.*]

κάστωρ τὸ ζῷον (GLOSS. II 339, 32. III 248, 43. *cf.* V 200, 11 -i genus animalium; ipsi sunt et castores, qui etiam ponti⟨ci⟩ canes vocantur. SERV. georg. 1, 58 PROB. Verg. georg. 1, 59 ISID. orig. 12, 2, 21. 19, 27, 4): PLAVT. frg. inc. 12 sic me subes cottidie quasi -r salicem. VARRO ling. 5, 79 -r, ab extrema ora fluminis dextra et sinistra maxime quod solet videri, et antiqui februm dicebant extremum, a quo in sagis fimbriae et in iecore extremum fibra, -r dictus (*cf.* PAVL. FEST. p. 90). PHAEDR. app. 28, 1 canes effugere cum iam non possit -r. SEN. benef. 2, 29, 1 quod ... sit cutis ... mollior -is (*cf.* COLVM. arb. 15). PLIN. nat. 8, 109 Pontici ... -i (32, 110). 8, 111. 32, 26. 31 urina ... -i resistit venenis et ob id in antidota additur. 32, 133. 144. SIL. 15, 487 enatat intento praedae (*sc. testiculis*) -r avius hoste. SOL. 13, 2.

fibla, fiblatorius, fiblo *v.* fibul-.

***fibra,** -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. *de originatione*: VARRO ling. 5, 79 antiqui februm dicebant extremum, a quo in sagis fimbriae et in iecore extremum -a. SERV. auct. georg. 1, 120 alii -as herbas asserunt, ut Nigidius commentario grammaticali (FRG. gramm. Rom. ed. Funaioli p. 171, 27) φορβή ⟨herba⟩. sed antea -a dicta est, ut nunc etiam rustici dicunt. potest ergo hic -is pro herbis accipi, quando ipsa intibus herbae species est. ISID. orig. 11, 1, 126 dictas ... -as quod apud gentiles in sacris ad Phoebi aras ferebantur ab ariolis, quibus oblatis atque succensis responsa acciperent. *de formis: nom. sing.* fiber: GLOSS. III 248, 42 (II 361, 55) λοβὸς (ἥπατος) -a fiber. *nom. plur.* fibres: CAPER gramm. VII 109, 16 fibres hi, non -ae (*'an potius -ae non fibres?' Keil in adn.*). *cf.* GLOSS. IV 342, 36 fibres pars iocineris pecoris. IV 76, 43 (= V 456, 50) fibri(?) inania (fibrae interanea? *Götz*). *de notione*: SERV. auct. georg. 1, 120 alii -as proprie dicunt rei cuiusque extremitates, sicut Cicero in Gabinium (*v. infra l. 81*) ... et in Tusculanis (3, 13 *v. infra l. 82*) ... unde et iocineris extremae partes -ae a nonnullis appellantur (*cf.* ISID. orig. 11, 1, 126). bene ergo Vergilius intiborum vel radicum vel foliorum extremitates -as dixit. alii *eqs.* (*v. supra l. 54*). GLOSS. -is venis vel radicibus sive iecoribus (*spectat ad* VERG. Aen. 6, 600). PRISC. gramm. II 418, 10 ex contrario saepe diversa significatio in similibus invenitur vocibus: 'liber libra', 'fiber -a' *eqs.* *de -a et fimbria*: PAVL. FEST. p. 90 et -as iocinerum et fimbrias vestimentorum dicimus.

legitur inde a CATONE LVCIL., *deest* LVCR. CATVLLO CAES. LIV. [*loc. dub. et corr.*: OV. met. 7, 600 -a *F et recc.*, exta *N. hic illic fluctuant codd. inter* -a *et* fimbria, *velut* PLIN. nat. 11, 190. 220. *cf. etiam infra l. 81sq.*]

A *i. q. filum, fimbria, capillamentum in universum* (GLOSS. λοβός. κροσσός): CATO agr. 70, 1 porri (COLVM. 6, 4, 2. 6, 10, 2). CIC. or. frg. Serv. auct. georg. 1, 120 -ae cincinnorum madentes (*quod pertinere putant ad* Pis. 25, *ubi legitur* fimbriae). Tusc. 3, 13 radicum (OV. met. 14, 633 radicis. SEN. benef. 3, 29, 5 radix tenui -a. PLIN. nat. 17, 69 ne penetrans sol exurat -as [*radicum*]). 3, 84 stirpium (Cato 51). VERG. georg. 1, 120 amaris intiba -is (SERV. auct. *ad l.* bene ... intiborum vel radicum vel foliorum extremitates -as dixit. alii *eqs.* [*v. p. 641, 54*]). MORET. 89 cum spissis alia -is. COLVM. 2, 11, 4 triticum ... et adoreum, cum quattuor -as habere coeperint. 10, 111 teneris frondens lactucula -is. 11, 2, 9 cum ... frumenta quattuor -arum esse (*cf. l. 11*) coeperunt (PLIN. nat. 18, 51 frumenta multis radicantur -is sine ramis). 11, 3, 21 cum ternas -as emiserunt spicae. 11, 3, 31 -arum (*sc. radicularum*) summas partes intondeas. 12, 56, 2 mediam -am rapi gustato. PLIN. nat. 17, 262 praecisarum *vitium* ad radices plagam -asque aceto acri et urina vetusta madefacere. 18, 241 cum quattuor -arum esse coeperit *far*. 19, 33 tubera haec vocantur ... nullisque -is nixa aut saltem capillamentis. 32, 61 *ostrea* spondylo brevi atque non carnoso, nec -is laciniosa ... addunt peritiores notam ambiente purpureo crine -as. GARG. MART. pom. 2, 1 inhalantibus -is de radice purgatis. LAMPR. Diad. 4, 3 puer pilleum non habuit sed diadema tenue, sed ita forte, ut rumpi non potuerit, -is intercedentibus specie nervi sagittarii. PS. RVFIN. in Am. 7 p. 1089ᴬ omnes segetum -as. AVG. anim. 2, 16, 22 inter illitas (illicitas *trad.*) -as *papyri*. serm. ed. Mai 85, 1 cucurrit cruor ... *Christi* per poenalis ligni noxias -as. EVSTATH. Bas. hex. 5, 3 p. 912ᴮ sparsis ... minutissimis -is.

nota: MELA 2, 38 quasi paene insula extenditur vocaturque Peloponnesos ob sinus et promunturia, quis ut -is litora eius incisa sunt ... platani folio simillima.

B *de filis viscerum, extorum, maxime iecoris.* *cf.* GLOSS. λοβὸς (τοῦ) ἥπατος. λοβὸς καρδίας. interiora ventris, interanea. -ae venae iecoris. venas sanguinum (inguinum? *Götz*). laciniae interaneorum. librlaeppan (*anglosax.*). SERV. georg. 1, 484 Aen. 6, 600. 10, 136. CIC. div. 1, 16 quid fissum in extis, quid -a valeat. VERG. georg. 1, 484 nec ... tristibus extis -ae apparere minaces (*v.* SERV. *ad l.*). TIB. 2, 1, 26 viden ut felicibus extis significet placidos nuntia -a deos? OV. met. 6, 391 perlucentes ... in pectore -as. LVCAN. 1, 623 pulmonis ... -a (6, 630 Thessala [*maga*] ... gelidas leti scrutata medullas pulmonis rigidi stantis sine vulnere -as invenit. MACR. sat. 7, 15, 2 CAEL. AVR. acut. 2, 16, 97 DRAC. laud. dei 1, 593. 5, 132). PLIN. nat. 11, 190 iocinera replicata ... ab ima -a (fimbria *M*) reperta sunt (SVET. Aug. 95 ab ima -a. AMM. 25, 3, 6). PAVL. FEST. p. 90 -as iocinerum (AMM. 25, 3, 6 iecoris. APVL. Plat. 1, 16 SER. SAMM. 380. 395. 901 ISID. orig. 11, 1, 126). SEN. Herc. O. 1221 pulmonis arentes -as. SIL. 5, 163 extis quaesitae -ae. GELL. 16, 3, 3 patentes ... intestinorum -ae. MIN. FEL. 27, 1. HIL. in psalm. 57, 2 viscerum (*cf.* RVFIN. hist. 7, 10, 4 in teneris visceribus humanas rimari per piaculum -as. *graec.*: καταχορδεύειν πλάσματα). PRVD. cath. 7, 7 -a cordis (CLAVD. 5, 414 cordis -as ... pandit. PAVL. NOL. carm. 10, 304). MACR. sat. 7, 14, 1 iecuscula -is tumidioribus (SIDON. epist. 5, 17, 7 iecusculi -a tumente).

laxiore sensu, i. q. pars iecoris (*fellis v. l. 53*). *cf.* GLOSS. -ae partes iecoris (pecudis), partes iecoris vel ficati viscera vel licinora (iecinora? *Götz*). CELS. 4, 1, 4 p. 147 M. *pulmo* in duas -as ungulae bubulae modo dividitur. *ibid. iecur* in quattuor -as dividitur. PLIN. nat. 11, 196 murium iocusculis -ae ad numerum lunae in mense congruere dicuntur (*cf.* 29, 59 cum lunae lumine -arum [*iocusculorum*] numero crescente atque decrescente). 11, 196 ranarum rubetarum altera -a (*iecoris*) a formicis non attingitur. 28, 152 fellis ... -a.

i. q. vena. *cf.* GLOSS. vena vel chorda. -as venas. LACT. opif. 8, 13 ipsi ... Epicuro ... effossi oculi erant, ne videret effossos orbes et ruptas oculorum -as et fluentem per venas sanguinem ... nihil posse lucis admittere. AMBR. in psalm. 118 serm. 9, 7, 4 accuses ... medicum crudelitatis, quia putrefactas vulnerum -as ferro putaverit exsecandas (9, 16, 2 ferro incidat vulnerum -as. Cain et Ab. 1, 7, 27 instrumenta medicinae, quibus -a omnis letalis vulneris exsecatur).

tropice: AMBR. in psalm. 61, 4 -a ... peccati inde manaverat. PROSP. epist. 1, 7 quia in ... Pelagianae pravitatis reliquiis non mediocris virulentiae -a nutritur. SALV. gub. 3, 13 persequitur dominus quasi -as praecepti istius. 3, 37 ne intus orirentur *cupiditates* et letaliter crescentibus -is convalescerent. PS. ORIG. tract. 4 p. 39, 16 fides sacra ... vitia ... et crimina ab ipsis conscientiae ... abditis atque penetralibus, ab ipsis -is atque radicibus exsecans et occidens et circumcidens. *nota de venis terrae*: PLIN. nat. 25, 3 culmina ... montium invia et solitudines abditas omnesque terrae -as scrutati invenere, quid quaeque radix polleret. 33, 1 persequimur omnes eius (*telluris*) -as.

i. q. chorda lyrae: SEN. Ag. 807 te ... Iuno ... pecore votivo libens Arabumque donis supplice et -a colam. PAVL. NOL. carm. 15, 26 surge ... cithara et totis intendere -is.

C *i. q. viscera, exta, iecora, inde hic illic i. q. praecordia, mens (plurimi loci ad rem haruspicalem spectant).* *cf.* GLOSS. -ae iocinora, id est interanea. -as viscera vel iocinora. interanea, iecor, ficata, pulmones. vir -arum id est dar⟨mana⟩ (*anglosax.*). LVCIL. 1201 luna ... muribus -as ... addit (*cf. Marxii comm. et* PLIN. nat. 29, 59). VERG. georg. 3, 490 neque impositis ardent altaria -is. Aen. 6, 600 nec -is requies datur ulla renatis. 10, 176 interpres Asilas, cui pecudum -ae ... parent (OV. epist. 9, 39 me pecudum -ae ... movent. met. 15, 580 cum ... sustulit ... a pecudis -is ad Cipi cornua lumen. CVRT. 7, 7, 9 SIL. 9, 15 NON. p. 220, 16 *al.*). TIB. 1, 8, 3 nec

[Nelz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mihi sunt sortes nec conscia -a deorum. PROP. 4, 1, 104 hoc neque ... Libyae Iovis explicat antrum aut sibi commissos -a locuta deos. OV. met. 11, 248 deos ... pecoris -is ... adorat. 13, 637 boum -is ... crematis. 15, 136 ereptas ... pectore -as inspiciunt. 15, 795 magnos instare tumultus -a monet. fast. 2, 681 lanigeri pecoris ... -is sacra videt fieri ... lapis. 4, 935 focis ... dedit -as ... bidentis. 6, 161 cor pro corde, precor, pro -is sumite -as. Ib. 532 haereat in -is fixa sagitta tuis. trist. 1, 9, 49 haec mihi non ovium -ae ... pennave dixit avis. GRATT. 353 cadant cum sanguine -ae. 461 medias exedit noxia -as. MANIL. 1, 92 consultare -as. 4, 912 trepidae ... sub pectore -as (*cf.* LVCAN. 6, 752). SEN. Herc. O. 947 effodiat ... hinc et hinc vultur -as. 1277 urit ... -as. Oed. 357 magna pars -is abest et felle nigro tabidum spumat iecur. 377 infecit atras lividus -as cruor. 391 nec -a vivis rapta pectoribus potest ciere nomen. Thy. 757 ille -as tractat ac fata inspicit. 1064 gracili traiectas veru mugire -as vidi. LVCAN. 1, 588 edoctus ... venas ... calentes -arum. 1, 627 videt capiti -arum increscere molem alterius capitis. 1, 636 -is sit nulla fides. 6, 427 noscere -ā fata (6, 524 nec -as illa litantis novit *maga*). 6, 707 -is humanis. 6, 723 pavet ire in pectus ... visceraque et ruptas letali volnere -as. 9, 778 pectus et abstrusum -is vitalibus. PERS. 2, 26 ovium. 2, 45 Mercurium ... accersis -a. 3, 32 -is (*i. cordi et iecori*) increvit opimum pingue. 5, 29 quod latet arcana non enarrabile -a (*i. in pectore intimo*). PETRON. frg. 25 vultur iecur intimum pererrat et pectus trahit intimasque -as. PLIN. nat. 2, 109 soricum -as respondere numero lunae exquisivere diligentiores. 8, 102 pericula praemonent non -is modo extisque ..., sed ⟨et⟩ alia quadam significatione. 10, 49 *galli* extis ... -isque ... dis grati. VAL. FL. 7, 356 Prometheae ... de sanguine -ae. SIL. 1, 138 venientia fata scire ... vetuit Iuno, -aeque ... conticuere. STAT. Theb. 2, 246 hi -is animaque litant. 3, 456 -is pecudumque in sanguine divos explorant. 3, 557 hinc -ae et volucrum per nubila sermo *eqs.* 4, 466 semineces ... -as et ... spirantia reddit viscera *Manto.* 4, 511 aegras functorum carpere -as. 10, 667 hoc ignes -aeque volunt, hoc urget Apollo. MART. 3, 24, 12 talibus ... -is numina ... coli. TAC. hist. 2, 3 certissima fides haedorum -is. ann. 14, 30 hominum -is consulere deos. APVL. met. 3, 18 decantatis spirantibus -is. Plat. 1, 15 quod maxime -is est commodum. Socr. 18 p. 160 difficultas belli et facultas itineris ... et clementia ventorum per -arum notas ... exploranda est. CYPR. GALL. gen. 675 femineis concrescit sarcina -is. Ios. 508 qui ... videt tacitis haerentia crimina -is. TER. MAVR. 54 nec spirant animas -ae. ARNOB. nat. 4, 12 unde ... facietis fidem Melloniam ... vel Limentinum inserere se -is *eqs.*? PRVD. apoth. 322 stupidas ... -as. LICENT. carm. ad Aug. 144 amor ... internae rimatur pabula -ae. CLAVD. 8, 247 ut tumidae ruerent in mollia -ae. 18, 13 immersum ... nefas -is exploret haruspex. PAVL. NOL. carm. 10, 212 neque levibus haerent inspersae -is maculae. 21, 338 pax nostra deo totis sit consona -is. SIDON. carm. 5, 131 interrogat umbras, fulmina rimatur, -as videt. VEN. FORT. carm. 8, 11, 12 febris ... in -is stabat operta patens. *per metaphoram*: PERS. 1, 47 neque ... mihi cornea -a est (*cf.* CYPR. GALL. exod. 297 cornea -a, quae fuerat in rege, redit. SIDON. epist. 4, 1, 4 nationum corda cornea -aeque glaciales ... emollirentur *eqs.* 8, 11, 3 v. 20 Orpheum ... qui ... saxa et robora corneasque -as mollit). *singulariter de partibus verendi muliebris* (*cf.* GLOSS. V 456, 45. 500, 62, *ubi pro* sanguinum *Götz proposuit* inguinum): CAEL. AVR. acut. 3, 18, 184 externas ... partes per latitudinem lanis contegimus vel cataplasmamus et utrique -ae cucurbitas infigimus.

fibras (GLOSS. V 456, 43) *v.* fibula (*infra l. 72*).

fibrīnus, -a, -um [= *theodisc.* bibrīn '*fibrinus*' *a* fiber, beber. *Th.*]. *de forma*: bebr- SCHOL. Iuv. 2, 106.

1 *fibri proprius*: PLIN. nat. 17, 265 -a pelle (32, 110. 119. 124. SCHOL. Iuv. 2, 106 Bebriacis ... Palati †pontici, unde pelles bebrinae). **2** *ex fibri pelle factus*: GLOSS. V 200, 12 -a vestis tramam de fibri lana habens (ISID. orig. 19, 22, 16).

subst. n. **fibrīnum,** -i. ISID. orig. 19, 27, 4 -um lana est animalium, quae fibros vocant. GLOSS. V 595, 35 castorinum -um. *Nelz.*

fibrōsus levis mendax GLOSS. V 500, 65. 522, 8 (fabulosus? frivolus? *Götz*). *Jchm.*

×fībula, -ae *f.* [*cf. c.* figere, fivere. *Th.*]. GRAMM. suppl. 192, 7 tabula, -a, macellum, vinculum, quae nomina primae positionis non habent, deminutiva esse non facile creduntur. at hoc Cicero solebat dicere haec esse deminutiva ex sensu, non ex littera. fibla: APIC. 8, 373 CORP. III 536. *cf.* GLOSS. V 456, 43 fiblas (fibras *codd.*) -as ligamenta (500, 61). *v. l. 74. 81. p. 644, 51.* *de notione*: PAVL. FEST. p. 90 fixulas -as. GLOSS. πόρπη. περόνη. φίβλα. φιβλίον. *cf.* ISID. orig. 19, 33, 4 -a Graecum est, quam illi fiblin dicunt, quod ligat. LYD. mag. 2, 4 δίπλακες ... χρυσῇ περόνῃ λιθοκολλήτῳ ἀναρπαζόμεναι τοῖς ὤμοις, ⟨ἣν⟩ ἡμεῖς μὲν φίβουλαν ὡς Ἰταλοὶ καλοῦμεν. 2, 13 περόνης ... χρυσῆς ἐνδακνούσης τὸν ἱμάντα καὶ συναπτούσης τὸν βότρυν τῷ σεληνίσκῳ· φίβουλαν αὐτὴν πατρίως οἱ Ῥωμαῖοι ... λέγουσι. HESYCH. φίβλα· πόρπη· φικίον (φιβλίον *corr. Salmasius*) περόνη. SVIDAS *s. v.* πόρπη· ἡ παρὰ Ῥωμαίοις φίβλα. GLOSS. -ae rafe (ῥαφαί?). -as (*v. l. 72*) illigamenta. *notatur, ut videtur,* fib.: CORP. XIII 10027, 240 (*in radiolo cacuminato*) Antull(i) Prisci fib(ula). *legitur inde a* CATONE *et* VARRONE Men. *in codd.* -a *et* fabula *confunduntur, ex. gr.*: CATO agr. 12 TERT. resurr. 40 p. 83, 9 TREB. Claud. 14, 5 LACT. inst. 1, 16, 10 CARM. de Sod. 8. [*it.* fibbia. *M.-L.*]

instrumentum aptum ad figendum, colligandum (*cf.* VITR. 1, 5, 3 muri frontes inter se, quemadmodum -is, ... taleis colligatae), *concludendum* (*cf. Daremberg-Saglio IV 1101sq.*): **1** *sensu proprio: res ipsa corporea: adhibetur*: **a** *in torculario* (*cf. Goiffon apud Schneideri script. r. r. I p. 571*): *olei*: CATO agr. 3, 5 *in iugera oleti* CXX vectes senos, -as duodenas *esse oportet.* 12 vectes XL, -as XL constibilis (*v. vol. IV p. 509, 26*) ligneas, qui arbores comprimat. 19, 1 in vasa vinaria ... supra foramina arborum, pedem quaeque uti absiet, unae -ae locum facito. 26 vindemia facta ... -as iubeto ... condi. 31, 1 ad oleam cogendam quae opus erunt, parentur: vimina matura, salix per tempus legatur, uti sit, unde corbulae fiant et veteres sarciantur; -ae unde fiant, aridae (taleae *vel* taleae aridae *coni. Pontedera*) iligneae, ulmeae ... fac in stercus ... coniciantur: inde, ubi opus erit, -as facito; vectes iligneos ... facito (*de re non constat, v. Blümner, Technol. I² 308, 2*).

b *in veste, lorica sim.* (*cf.* ISID. orig. 19, 31, 17 -ae sunt, quibus pectus feminarum ornatur vel pallium tenetur a viris in humeris seu cingulum in lumbis): VARRO Men. 569 cum neque aptam mollis umeris -am sagus ferret. VERG. Aen. 4, 139 aurea purpuream subnectit -a vestem. OV. met. 2, 412 -a vestem ... coercuerat. 8, 318 rasilis huic summam mordebat -a vestem (14, 394 -a quod fuerat vestemque mormorderat, aurum pluma fit. STAT. Theb. 7, 658 -a ... mordebat ... pallam. *al. cf.* CALP. ecl. 7, 81 adunco -a morsu. STAT. Theb. 9, 695 tereti iuvat aurea morsu -a. TERT. pall. 1 in -ae morsu. CORIPP. Iust. 2, 122 aurea iuncturas morsu praestrinxit obunco -a. SIDON. carm. 2, 397 -a mordaci ... vestes dente capit. [5, 18 -a ... mordax. DRAC. Romul. 8, 484]. *cf. etiam l. 23 et p. 645, 51*). FEST. p. 349 *suffibulum* -a comprehenditur. VAL. FL. 1, 433 collectas solvit ... -a vestes. SIL. 7, 624 -a morsus loricae crebro laxata resolverat ictu. TAC. Germ. 17 sagum -a ... consertum. PRVD. cath. 7, 157 laenam revulsa dissipabat -a. CLAVD. rapt. Pros. 2, 17 sudata marito -a purpureos gemma suspendit amictus. PAPYR. Marini 80 col. 2, 5 (*a. 564*) -a de bracilo. *dono datur -a, plerumque magni pretii*: LIV. 27, 19, 12 tunicam ... cum Hispano sagulo et aurea -a ... donat (30, 17, 13 VAL. MAX. 5, 1, 7. EPIST. leg. pr. pr. [Corp. XIII 3162, 2] 10 -am auream cum gemmis. TREB. Claud. 14, 5 -as argenteas inauratas duas, -am auream cum acu Cyprea unam. *cf. infra l. 46*). LIV. 39, 31, 18 equites catellis ac -is donavit. SVET. Tib. 6, 3 VVLG. I Macc. 10, 89. 11, 58. *pro ornamento adhibetur -a, praecipue a mulieribus* (*cf.* VLP. dig. 34, 2, 25, 2 -ae ornamentorum magis quam vestis sunt): PLIN. nat. 12, 88 *revehunt* -as cum armillis ac monilibus. 33, 12 *Homerus* (πόρπας *Il. 18, 401*) *dicit Vulcanum* -as et alia muliebris cultus ... factitasse. TREB. Gall. 16, 4 cum chlamyde purpurea gemmatisque -is et aureis Romae visus est (VOPISC. Car. 17, 1 gemmata -a. *cf.* SPART. Hadr. 10, 5 sine gemmis -a. GREG. M. epist. 8, 3 -am ... auream ... considerare ... debuistis, quae esset summa eius substantiae. MALALAS p. 33, 7 Bonn. φίβλας χρυσᾶς). TREB. trig. tyr. 30, 14 *Zenobia* media ... cochlide veluti -a muliebri astricta. PRVD. psych. 449 vittae, -a, flammeolum, strophium *eqs.* COD. Iust. 11, 12 (11), 1 -is ... in chlamydibus his utantur, quae solo auro et arte pretiosae sunt. CORP. III 536 praepositum a fiblis. *speciatim de ornamento militari* (*cf. p. 645, 9*): *tribunorum*: PLIN. nat. 33, 39 adolevit ... luxuria, ut M. Bruti ... epistulae reperiantur frementis -as tribunicias ex auro geri. MART. 5, 41, 5 *loqueris* trabeas ... et Idus -asque censusque. *militum*: VOPISC. Aurelian. 46, 5 ut -as aureas gregarii milites haberent, ... concessit, cum antea argenteas habuissent. *huc pertinere videtur*: TERT. idol. 19 virgam portavit Moyses, -am et Aaron, cingitur loro et Iohannes, agmen agit et Iesus Nave. *per synecdochen i. q. fibulatorium*: ITALA lev. 8, 7 (Lugd.) imposuit ei -am (ἐπωμίδα, VVLG. humerale). PASS. Theclae epit. 7, 26 p. 164, 22 Thecla concidit -am.

c *in vulnere* (*t. t. medic.*): CELS. 5, 26, 23 p. 221, 6 M. imponendae ... -ae sunt (ἀγκτῆρας Graeci nominant), quae oras ... contrahant, quo minus lata postea cicatrix sit (CHIRON 64. 83 VEG. mulom. 1, 22, 6. 2, 15, 1 SALV. eccl. 1, 46). p. 221, 10 suturam an -am postulet (*similiter de sutura -aque* p. 221, 15. 24). 7, 4, 1B super ... -ae dandae *sunt* (PELAGON. 415 VEG. mulom. 2, 22, 6). *ibid.* -a oris cutis inicienda est (7, 6, 4. 7, 19, 5. 7, 22, 3). 7, 19 p. 300, 11 ubi -ae sunt, eae incidendae *sunt.* SCRIB. LARG. 206 CHIRON 103. VEG. mulom. 2, 31 cum -is consuito.

d *in pene* (*cf. L. Stieda, Die Infibulation bei Griechen u. Römern, in 'Anatomische Hefte' XIX [Wiesbaden 1902] 240sqq.*): PRIAP. 77, 17 neve imponite -am Priapo. PAVL. FEST. p. 113 infibulati sacrificabant flamines propter usum aeris antiquissimum aereis -is. CELS. 7, 25, 2 p. 306, 18. 21 D. *de locis sequentibus, ubi -a capsulam quandam* (*thecam aeneam eam dicit* MART. 11, 75, 1) *significare videtur, cf. Stieda l. l. p. 300—302*: MART. 7, 82, 1 Menophili penem ... grandis -a vestit. 7, 82, 6 delapsa est misero -a. 11, 75, 8 servo, Caelia, -am remitte. 14, 215, 2 comoedis et citharoedis, -a quid praestas? carius ut futuant. IVV. 6. 73 solvitur his magno comoedi -a (SCHOL. *ad l.* ut cum comoedis concumbant; nam omnes pueri vocales -as in naturis habent, ne coeant). 6, 379 si gaudet cantu, nullius -a durat

[Lackenbacher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vocem vendentis praetoribus (SCHOL. *ad l.* -am dicit circellos, quos tragoedi sive comoedi in penem habent, ut coitum non faciant, ne vocem perdant). *fort. huc etiam pertinet* SEN. frg. 119 *v. l. 21.*

e *variis in rebus*: CAES. Gall. 4, 17, 6 *tigna* binis utrimque -is ... distinebantur. VERG. Aen. 5, 313 *pharetram* circum amplectitur auro balteus et tereti subnectit -a gemma (*cf.* 12, 274 teritur qua sutilis alvo balteus et laterum iuncturas -a mordet). 7, 815 ut -a crinem auro internectat (CLAVD. DON. *ad l.* crinem eius non acus feminea, sed virilis -a militarisque nectebat). CIRIS 127. VITR. 10, 2, 1 *tigna duo* -a coniuncta. 10, 7, 2. VVLG. exod. 26, 11 quinquaginta -as aeneas, quibus iungantur ansae, ut *eqs.* *in re coquinaria*: APIC. 8, 373 *porcello* cocto fiblas tolles. *abusive pro acu vel subula ad compungendum usurpatur*: COLVM. 6, 5, 4 (= PELAGON. 22) aenea -a pars auriculae *bovis* circumscribitur. *ibid.* media pars descripti orbiculi eadem -a transuitur. *ibid.* pars, quae -a circumscripta est. 6, 17, 4 sanatur noxa -a aenea, si locum laesum compungas (*omnibus his locis* COLVM. *pars codd.* subula *exhibet*). *in tropo de homine*: QVINT. inst. 6, 3, 58 Blessius Iulium, hominem nigrum et macrum et pandum -am ferream dixit.

2 *sensu translato, res incorporea*: **a** *i. q. vinculum, impedimentum, clausura*: SEN. frg. 119 utrum sexagenarius factus est *Iuppiter* et illi lex Papia -am imposuit? TERT. coron. 11 *ut* voluntariis delictis -am laxet (pudic. 16 p. 254, 9 huius boni -am illum ... relaxasse). CARM. de Sod. 8 Iridis in nomen, propria est quae -a nimbis. *adde*: ENNOD. dict. 8, 5 p. 447, 10 *terra* si nostri est germinis -a.

b *i. q. copula, coniunctio*: TERT. resurr. 40 p. 83, 9 vocabulum homo consertarum substantiarum quodammodo -a est, sub quo vocabulo non possunt esse nisi cohaerentes. ITALA Col. 2, 19 (Novatian. cib. Iud. 5) corpus per nexum concatenatum et -a caritatis membris mutuis innexum atque concretum (διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων, VVLG. corpus per nexus et coniunctiones subministratum. ENNOD. epist. 2, 13, 5 p. 54, 4 MONTAN. epist. 2, 3). POTAM. epist. ad Athan. p. 1417[B] substantiae -a concatenata trinitatis unitate. HIER. in Is. 19, 25 sq. p. 299 *ut* benedictionis -a copulentur. PAVL. NOL. carm. 19, 725 (*de cruce*) humanae concors tu -a pacis. PS. CYPR. pudic. 5 *membra et caput* naturali -a in concordia mutua cohaerent. PACIAN. paraen. 2 cum in hanc quasi -am totius ecclesiae disciplina nodetur. ENNOD. epist. 1, 2, 5 p. 4, 19 amoris. opusc. 2, 78 p. 312, 1 quos -a religionis pio mordens dente coniungit. *de homine*: PETR. CHRYS. serm. 91 p. 457[B] *Ioannes* legis et gratiae -a, quae diploidem summi sacerdotis sancto patri iungebat in pectore. ENNOD. epist. 2, 6, 2 p. 44, 22 utriusque bibliothecae -a (*i.* 'homo et graecarum et latinarum litterarum peritus' *Vogel*) perfectionis ex gemino latere venientis partes maximas momordisti. dict. 1, 25 p. 430, 10 boni utriusque -a operis ... sine labe perdura. *specciatim t. t. gramm. et rhet.*: FRONTO p. 212, 2 N. sententia clavi aliqua vel -a terminanda est. TERT. adv. Hermog. 26 p. 155, 2 'autem' ipsum velut -a coniunctivae particulae ad conexum narrationi appositum est. ENNOD. opusc. 2, 12 p. 291, 10 subiunctam quaestionem rhetorica -a (argumentatione *al.*) momordistis allegando.

c *t. t. astronom.*: COMPVT. Carth. 1, 9 hoc idem et in -is triginta sequentibus approbatur, in quibus Kalendarum Martiarum lunam et feriam ... invenies annotata, nuntiantes certissime fixum uniuscuiusque anni dominicum paschae; nam et harum -arum numerum tres aliae ... columnae sequuntur.

deriv.: fibularia, fibulare. *compos.*: suffibulum.

fībularia, -ae *f. a* fibula. *i. q. fibula*: CHIRON 530 subtilissima -a venas partes oculis subicies (*cum in eodem cap.* fibulas salutaris ... traicies *legatur, Oder dubitat, an etiam hic* fibula *scribenda sit; cf. Ahlquist, Studien zur spätlat. Mulomedicina Chironis p. 37*).

III *ulcus* (*plerumque gen. masc.*): *cf.* CELS. 6, 3, 1 est . . . ulcus, quod a -i similitudine σύκωσις a Graecis nominatur. caro excrescit . . . sub eo . . . duae species sunt . . . fit utrumque in iis partibus, quae pilis conteguntur (*seq. plura*). CARM. epigr. 50^C (*Pompeis in pariete*) Chie, opto tibi ut refricent se -us tuae, ut peius ustulentur quam ustulatae sunt. MART. 1, 65 cum dixi '-us', rides quasi barbara verba et dici '-os', Caeciliane, iubes. dicemus '-us', quas scimus in arbore nasci, dicemus '-os', Caeciliane, tuos. 4, 52, 2 gestari iunctis nisi desinis, Hedyle, capris, qui modo -us eras, iam caprificus eris. 6, 49, 11 nascetur . . . tibi -us. 14, 86 solet a nudo surgere -us equo. CHIRON 782 si cui iumento -i nati fuerint super extalem. MARCELL. med. 31, 16 ad -os, qui in locis verecundioribus nascuntur. PLAC. med. 11, 7 ad -os, qui in ano nascuntur. DIOSC. 1, 32 utilis -ibus . . . ani.

ad fīcum *mansiones duae Africae v. Onomast. et PW. VI 2272.*

2. fīcus maritima *et* **fīcus terrae** *herbas v.* fucus. *Vollmer.*

fīdāmen, -inis *n. videtur esse i. q. fides, fidelitas sensu Christiano.* CARM. ad senat. 83 corrige delictum -e, corrige mentem. *ad exemplar verborum, quibus vetustiores poetae, Ovidius imprimis (Norden, Ennius u. Vergilius p. 28 adn.), saepius usi sunt, a poeta Christiano, qui et ipse vers. 64 sq.* moderamen *adhibuit, contra rationem grammaticam (cf.* fidere *et* fidus) *fictum esse videtur.*

fidēdīco *v. p. 668, 79.*

fidēdictor, -ōris *m.* [*cf. c.* fideiussor *et c.* dicere. *Th.*]. *is qui pro aliquo fidem dicit.* AVG. epist. 98, 7 p. 528, 17 (*verba Bonifatii episcopi*) pro eis *qui ad baptismum offeruntur* parentes tamquam -es respondent. ROMVL. fab. Aesop. 40 p. 122, 2 -es.

***fideicommissārius,** -a, -um [*a* fidei commissum. *Th.*]. *graeca scriptura vel terminatio*: COD. Iust. 1, 3, 45 (46), 5. 6. 6, 4, 4, 6 NOVELL. Iust. 1, 1, 1. 2 *et passim.* PAPYR. Cairo catal. II 67151, 54 (*a. 570*) THEOPHIL. inst. Iust. 2, 10, 11 p. 160, 21. 2, 20, 13 p. 213, 6. 2, 23, 1 p. 239, 4 *al. notatur*: CORP. X 1123, 11 praet. fid. com⟨m.⟩

ad fideicommissum pertinens: **1** *de rebus*: S. C. Trebell. (dig. 36, 1, 1, 2) in omnibus -is hereditatibus (PAPIN. dig. 29, 7, 13, 1. 36, 1, 56 VLP. dig. 5, 6, 3 pr. *al.*). IVLIAN. dig. 29, 7, 2, 2 -as *libertates* (*opp.* directae, *sic saepius*). GAIVS inst. 2, 265 -a libertas (PAPIN. dig. 40, 1, 20, 1 VLP. dig. 2, 12, 2. 4, 4, 5 *al.* COD. Iust. 6, 4, 4, 6 fideicommissaρίᾳ ἐλευθερίᾳ). SCAEV. dig. 32, 37, 3 pater decedens epistulam -am ad filium suum scripsit (COD. Iust. 6, 22, 7). VLP. dig. 5, 6, 1 -a hereditatis petitione. MARCIAN. dig. 36, 1, 30 propter inserta -a verba. 36, 1, 31, 1 restitutionem. **2** *de personis*: praetor (*cf. p. 678, 78; v. Momms. Staatsr. II^3 p. 103 sq.*): CORP. X 1123, 11 VLP. dig. 35, 1, 92 *al.* CORP. X 1254, 9. 5184, 4 INST. Iust. 2, 23, 1 LYD. mag. 1, 48 THEOPHIL. inst. Iust. 2, 23, 1 p. 239, 4. MOD. dig. 31, 34, 2 dominus servi -i (*i. servi, cui fideicommissum destinatum est*).

masc. subst. ***fideicommissārius,** -i. **1** *is cui hereditas fideicommissaria restitui debet* (*opp.* heres): SCAEV. dig. 31, 89, 7. 36, 3, 18 pr. PAPIN. dig. 10, 2, 34. 36, 1, 51 pr. VLP. dig. 5, 3, 13, 5 PAVL. dig. 5, 1, 28, 1 *al.* COD. Iust. 6, 49, 8 pr. specialis. *ibid.* generali -o. *al.* **2** *i. q. heres fiduciarius*: MARCIAN. dig. 5, 1, 51 (*lectio incerta,* fideicommissum *coni. Faber*).

fideicommissum *v. p. 678, 61.* **fideicommitto** *v. p. 678, 7.*

fideifragus, -a, -um [*a* fides *et* frangere. *Th.*]. GLOSS.: fidifragus refraga fidei. fidifragi refragae fidei (*Landgraf, Archiv IX 378 vocem ullam esse negans coniecit* foedifragus, *sed cf. l. 62*). AVG. c. Gaud. 1, 11, 12 p. 206, 20 (*verba Gaudentii*) Gabinius vel ceteri -i in malo illi lapsu consortes.

fideiprōmissor *v.* fidepromissor *p. 661, 59.*

fidēiubeo *v. p. 668, 67.*

***fidēiussio,** -ōnis *f.* [*a* fide iubere. *Th.*]. GLOSS. ἐγγύη. βεβαίωσις. II 596, 16 (IV 576, 39) vadimonium -o. *actio fide iubendi.* S. C. Vell. (dig. 16, 1, 2, 1) quod ad -es et mutui dationes pro aliis . . . pertinet. IAVOL. dig. 46, 1, 20 cum servus -is nomine obligari non possit. SCAEV. dig. 34, 3, 28 pr. VLP. dig. 17, 1, 29 pr. *al.* FIRM. math. 3, 11, 16 sponsione aut -e aliqua. FVLG. serm. ant. 59 vadatus dicitur obstrictus vel sub -e ambulans (*cf. l. 66*). COD. Iust. 4, 20, 19 pr. si quidem *testes* sua sponte -em suae personae sine damno praestare velint. CASSIOD. var. 2, 13, 1 LEX Visig. 9, 1, 12 fugitivus . . . sub illius, aput quem inventus est, -e tamdiu consistat, quamdiu agnosci potest.

***fidēiussor,** -ōris *m.* [*a* fide iubere. *Th.*]. GLOSS. ἐγγυητής. βεβαιωτής. πιστικελευτής. satisdator. V 295, 8 vas† vapro (vades?) pluraliter. *cf.* V 295, 7 fideius brog (-r borg *Gallée*) saxonice. II 596, 27 vadator -r. V 483, 32 sponsores vates (*i.* vades) -es. *cf.* DON. Ter. Eun. 139 'si fidem habeat' id est si credat. unde -r dicitur, hoc est auctor credendi. [*it. sept. vet.* fixor. *M.-L.*]

LABEO dig. 20, 6, 14 mercedis nomine -em a colono accepisti. TAB. censualis frg. (Bruns fontes^7 142) 2 in perpet(uum) eius rei -r. 9 (*cf. Schulten, Hermes 41, 14*). GAIVS inst. 3, 115 pro eo quoque qui promittit solent alii obligari; quorum alios sponsores, alios fide-

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

promissores, alios -es appellamus. 3, 116 -r ita *interrogatur*: idem fide tua esse iubes? *al.* CORP. VIII 2353, 6 L. Cesti Galli fideiussoris Fl. Natalis. SCAEV. dig. 18, 1, 81. PAPIN. dig. 18, 6, 19, 1 -es ... evictionis. CALL. dig. 2, 6, 2. VLP. dig. 2, 8, 7 pr. i d o n e u s (*passim apud* ICTOS. PS. CYPR. singul. cler. 11 p. 186, 12 *quis* pro altera persona contra satanan repugnator, circa deum vero idoneus -r esse praesumat? AMBR. Tob. 17, 57 -em idoneum repperistis. LEO M. serm. 17, 2 *deus* idoneus -r est pauperum. *eadem verba* RVRIC. epist. 2, 48 p. 431, 19. CASSIOD. var. 4, 5, 2). VLP. dig. 2, 15, 7, 1. PAVL. dig. 21, 1, 56 -i emptionis. MOD. dig. 20, 1, 26 pr. *passim ap.* ICTOS. FIRM. math. 3, 11, 5. PRISCILL. tract. 3, 61 p. 48, 8 cuius profetiae fidem velut -r promissi muneris dominus implevit. AMBROSIAST. in Ephes. prol. p. 373^A *Paulus* veniens ab Hierosolymis in custodia sub -e intellegitur degisse. AMBR. Tob. 7, 27 quaerenti -es. HEGES. 5, 22 l. 58 ego -r tuus, ego deprecator tuus. 5, 31 l. 42 vadem quaerere, -em dare. VVLG. prov. 20, 16 eius qui -r e x t i t i t alieni. *cf.* 27, 13 qui spopondit pro extraneo (RVFIN. epist. Clement. 5 ne -r existat. AVG. serm. ed. Mai 105, 2 filios, quos in baptismate suscipitis, scitote vos pro ipsis -es apud deum extitisse. *cf.* PS. AVG. serm. 168, 3 CAES. AREL. suggest. p. 298). Sirach 29, 20 gratiam -is (LXX ἐγγύου) ne obliviscaris: dedit enim pro te animam suam. AVG. in psalm. 88 serm. 1, 28 *Christus* -r testamenti. epist. 153, 17 p. 415, 18 si quisquam decipiat -em suum. 250* p. 598, 8 ut fidem -bus frangant. serm. 177, 11 tene -em (*i. deum*). MACR. sat. 5, 19, 20 accepto ... -e a persona quae iuratura est. VAL. CEM. hom. 8, 2 p. 717^C his omnibus -r est Christus. 8, 4 p. 718^D SALV. eccl. 4, 38. 39. RVRIC. epist. 2, 9 p. 384, 10 animus meus mihi animi vestri -r assistat. ALC. AVIT. epist. 18 p. 50, 10 ENNOD. epist. 6, 13, 1 INST. Iust. 3, 20 *passim* COD. Iust. 8, 40 *passim* CASSIOD. var. 1, 37, 5 p. 35, 20 *al.* LEX Sal. 50, 2. 3 capit. 2, 8, 2 GREG. TVR. Franc. 4, 43 p. 178, 10. 5, 14 p. 205, 9 VEN. FORT. vita Germ. 30, 86 GREG. M. epist. 2, 22 (*a. 592*). 6, 25 (*a. 596*) *al.*
deriv.: fideiussorius.

***fidēiussōrius,** -a, -um [*a* fideiussor. *Th.*]. *ad fideiussorem vel fideiussionem pertinens*: IVLIAN. dig. 46, 1, 14 obligatio -a (AFRIC. dig. 46, 1, 21, 2). POMPON. dig. 17, 1, 47 pr. ex causa -a (AFRIC. dig. 46, 3, 38, 5 PAPIN. dig. 7, 5, 8 *al.*). 46, 3, 4 -o nomine (VLP. dig. 4, 4, 7, 3).

***fidēlia,** -ae *f.* [*cf. esse videtur c. gr.* πίθος, πιθάκνη φιδάκνη, *fortasse c. island.* biða *'vas superne astrictum'; v. Bugge, Bezzenbergers Beitr. z. Kunde der indog. Spr. 3, 97. Th.*]. GLOSS. ἀγγεῖον. ἀγγεῖον ὑελοῦν. βῖκος. *cf.* NON. p. 543, 25 -a: Samium vas ad usus plurimos (*sequitur* PLAVT. Aul. 622). *legitur inde a* PLAVTO.
v a s f i c t i l e s i v e v i t r e u m ad varias res conservandas aptum (*cf. Mau, PW. VI 2277*): *continet res comestibiles sive potabiles*: PLAVT. Aul. 622 (*cum lusu verborum*) si repperero, o Fides, mulsi congialem plenam faciam tibi -am. COLVM. 12, 7, 3 in summum labrum -ae. 12, 10, 2. 12, 38, 1 in fictili -a. 12, 48, 1 in -am picatam. 12, 58, 1 in -am vitream. *al.* PERS. 3, 22 sonat vitium, percussa maligne respondet viridi non cocta -a limo. 5, 183 tumet alba -a vino. ITALA III reg. 17, 14 (Cypr. eleem. 17 Ps. Aug. spec. 82 p. 582, 17) -a (ἡ ὑδρία, VVLG. hydria) farris non deficiet (CYPR.; deficient, *sc.* fidelia *pro plurali habuit cod. Sessorianus Ps. Augustini, reliqui verbum omiserunt*). *continet calcem*: CVRIVS Cic. epist. 7, 29, 2 nec solere me duo parietes de eadem -a dealbare (*cf. Otto, Sprichw. p. 265*). *tit. in vase funerario*: CORP. XIII 10017, 44 Diocleti sp. -a. *metaphorice: subauditur id quod vase continetur*: PERS. 3, 73 nec invideas quod multa -a putet in locuplete penu. *Fraenkel.*

***fidēlis,** -e [*a* fides. *Th.*]. *de etymologia: a* fidus *deducit* PRISC. gramm. II 131, 12 in 'elis' pauca invenio denominativa: fidus fidi -is (GRAMM. suppl. 67, 26). *ad etymologiam Ciceronianam vocis quae est fides (v. p. 661, 70 sq.) spectant*: HIER. in Is. 55, 2 p. 646 -*is* idcirco vocatur -is quia promissa compleverit. AVG. spir. et litt. 31, 54 p. 211, 5 *v. p. 656, 61.* VEREC. in cant. 2, 4 *deus* idcirco -is est appellatus, quod promissionum suarum exhibeat sponsionem. *ibid.* -isque propter exhibitionem dicitur promissorum. *de formis*: fedelis: CORP. V 1745, 5. VI 32057^a, 2. XIII 7723, 4 fed(elis). *al.* fedilis: CORP. XIII 3847. i *longa*: CORP. XIII 3260, 4 fídelis. *terminationes: nom. sing. masc.* fideles: CORP. VIII 24097, 5. XII 1692, 2 *al.* fidelix: CORP. VIII 14257, 2 (*non recognitum*) ⟨fi⟩delix. INSCR. Nuov. bull. di arch. crist. 1910 p. 166 (*Syracusis*) Felix fidelix. fedele: INSCR. christ. Kraus I 178. *scribitur nom. sing. masc.* -e *fort. etiam* NON. p. 512, 30 *in versu* PLAVT. Capt. 439 (-is *codd. Plautini; cf. Leo, Plaut. Forsch.*² *286, 1*). *abl. sing.* -i *inde a* TER. Hec. 472 *passim*, -e CONST. veteran. 7 (Corp. III p. 849) 4 (*bis*). TEST. Dasum. (Corp. VI 10229) 45. PAVL. NOL. epist. 1, 8 p. 7, 7 (-i *codd. duo deter.*). *notatur in titulis*: f(idelis): DECRET. decur. Forosempron. (Corp. XI 6123) 3 CORP. VI 793, 6 *saep.*; *cum apice*: CORP. VI 3404, 5 f́. fi(delis): CORP. VI 3376, 6. fe(delis): INSCR. Revue archéol. 19 (1912) p. 455, 9 (*christ.*). fid(elis): CORP. VIII 14291, 3. VI 32929, 3. XI 6057, 8 INSCR. christ. Rossi I p. 669. fidel(is): CORP. VIII 14698, 7. IX 2457, 8. X 1059, 3. [*de nota* FD *vix huc pertinente v. Ritterling, de Romanorum leg.* X *gemina, Lips. 1885 p. 15. Zangemeister in adn. ad* CORP. XIII 7717.] *de notione*: DON. Ter. Phorm. 76 -is ... officium est servare aliquid. GLOSS. πιστός. πίστεως ἄξιος. εὐγνώμων. πιστὸς δοῦλος. fidus, credulus. IV 76, 45 -is de servo -i[s], unde hoc vocabulo censentur bene christianae credulae (V 200, 16 censentur bene creduli servi [?]). -em caram, certam, stabilem. -es πιστάς. -issimus πιστότατος. *de -i et fido*: SERV. Aen. 1, 113 fidum -em. utrumque nomen idem significat. *addit* SERV. auct.: quamvis quidam velint fidum amicum, -em servum dici (*haec doctrina latissime grassata est, cf.* DON. Ter. Phorm. 76 fidus est amicus, -is servus. CAPER gramm. VII 97, 9. 273, 13 ISID. diff. 1, 207 *al. huc spectat etiam* DON. Ter. Andr. 460 -em maluit quam fidum dicere *virum*; fidum enim honestius dixisset). DON. Ter. Hec. 59 fidi in maximis, -es in minoribus negotiis. SERV. auct. Aen. 2, 377 *neque* fida satis *responsa*: ... non dixit -ia, sed quae ad fidem habendam pellicere non possent. *de u s u: legitur inde a* NAEV. ENN. PLAVTO; *pro subst. passim inde a* CIC. epist. 4, 1, 2, *maxime apud* ECCL. (*i. q. credens. nota fem.*: THEOD. MOPS. in I Tim. 5, 10 p. 162, 2 de -bus et -bus [*i.* περὶ πιστευόντων καὶ πιστευουσῶν? *Swete*]). *de gradibus comparationis* (*cf.* GRAMM. suppl. 77, 28): *compar. legitur inde a* PLAVT. Capt. 346, *compar. pro posit.* HIER. epist. 38, 1 NICET. fid. 4 p. 14, 17; magis -is PLAVT. Asin. 573. *superlat. inde a* CIC. (har. resp. 29 Deiot. 14 Font. 45 *al.*), *maxime sensu elativo* (div. in Caec. 12 Verr. 1, 13. 3, 163. 4, 64 Phil. 9, 5 *al.*), *qui usus exaggeratur apud* ECCL.: *cf.* ITALA psalm. 110, 8 -issima (-ia VVLG.) omnia mandata *dei.* AVG. gen. ad litt. 8, 7 p. 242, 5 sicut -issima scriptura testatur. GENNAD. dogm. 73 PASS. Petr. 3. *ceterum v. p. 658, 37 sq. superl. plane pro posit.*: APRING. in apoc. 22, 6—7 quid tam -issimum tamque verum quam promissio Christi? [*loc. dub.*: OV. rem. 586.] [*it.* fedele, *francog. vet.* feoil, *hisp.* hiel. *M.-L.*]

I *is qui fidem praestat*: A *i. q. fidus*: 1 *de hominibus*: NAEV. com. 90 numquam quisquam amico amanti amica nimis fiet -is. ENN. ann. 244 doctus -is suavis homo. PLAVT. Asin. 568 ubi sciens -i infidus fueris. 573 amicae quam amico tuo fueris magis -is. Bacch. 491 quem tu habeas -em tibi aut cui credas nescias (*cf.* Mil. 1354 alios -iores semper habuisti tibi quam me). Capt. 439 fac -is sis -i, cave fidem fluxam geras (fac -e cave f. f. g. NON. p. 512, 30 *cf. p. 655, 70*). Mil. 409 te -em facere ero voluisti. 1370 *servus* (CIC. Cluent. 181 *al.*). Persa 67 civem et -em et bonum. Trin. 1096 -i et fido et cum magna fide. TER. Andr. 460 -em haud ferme mulieri invenias virum. Hec. 59 amatores. Phorm. 581 te mihi -em esse aeque atque egomet sum mihi. CIC. S. Rosc. 112 aeque *quisquam* credit nisi ei quem -em putat. div. in Caec. 12 sociorum (Verr. 1, 13. 3, 14 *al. passim*). Tull. 5 *amicus* (Verr. 3, 122 *al.* HOR. epist. 2, 2, 1). Verr. 3, 6 provinciam (4, 64 *al.*). 3, 163 Centuripinorum ...-issima civitas (4, 170 *al.* VVLG. Is. 1, 21). 4, 67 populo. 6, 157 Sicilia. Font. 32 civibus (SALL. Iug. 89, 4 *al. passim*). 45 ex ipsa ... Gallia -issima ... auxilia sumuntur. Mur. 50 defensorem. prov. 5 *urbs.* Scaur. 45 regnis. Planc. 22 regio. Phil. 3, 39 municipio. 9, 5 -issimae ... coniugis. de orat. 3, 3 tutor. Att. 1, 13, 1 *tabellarius.* epist. 1, 9, 2 *consiliarius.* 4, 1, 2 si quem tuorum -ium voles, ad me mittas. PLANC. Cic. epist. 10, 21, 5 exercitum -issimum. BELL. Afr. 19, 3 milites. BELL. Alex. 7, 2 multitudo. 61, 2 oppidum. OV. Pont. 4, 14, 46 turba. VITR. 1, 1, 7 *architectus* -is sine avaritia. VELL. 2, 29, 3 in reconcilianda gratia -issimus. VAL. MAX. 7, 2 ext. 12 aut exigui ruris aut non ambitiosae doctrinae -is ac pertinax cultor. LVCAN. 8, 17 auctor. PERS. 5, 48 nata -bus hora. PETRON. 71, 12 pius, fortis, -is. QVINT. decl. 262 p. 73, 11 uxorem pudicam, obsequentem, -em. TAC. ann. 15, 67. SVET. Galba 12, 2 Germanorum cohortem ... multis ... experimentis -issimam. VLP. dig. 29, 1, 1 pr. commilitones. PAVL. dig. 27, 1, 36 pr parentes. APVL. met. 4, 18 in illis aedibus -issimorum mortuorum occultare (4, 21 *sarcinas* nobis servaverant -es mortui). MIN. FEL. 1, 1 boni et -issimi contubernalis. TERT. resurr. 63 p. 124, 1 per -issimum sequestrem dei hominum Iesum Christum. adv. Marc. 4, 7 p. 435, 13 *Augustum* testem -issimum dominicae nativitatis. pudic. 16 advocatus. VVLG. deut. 7, 9 deus (32, 4 I Cor. 1, 9 *al. cf.* AVG. spir. et litt. 31, 54 p. 211, 5 secundum illam *fidem* ..., qua fit quod promittitur [*spectat ad etymologiam apud* CIC. *v. p. 661, 70*], etiam deus ipse -is est nobis. VEREC. in cant. 2, 4 *deus* verus -is, qui fidei totius est fons *eqs.*). Iudith 8, 23 per multas tribulationes transierunt -es. II Tim. 2, 13. Hebr. 2, 17 -is pontifex ad deum (πιστὸς ... τὰ πρὸς τὸν θεόν). 3, 2 *Iesus* -is est ei qui fecit illum sicut et Moyses in omni domo eius (*cf.* 3, 5). apoc. 2, 10 usque ad mortem. 19, 11 qui sedebat super eum, vocabatur -is. AVG. civ. 1, 14 p. 25 D. *deus* non deseruit -es suos. CARM. epigr. 435 hi sancte coluere deos, vixe⟨re -es⟩ (*sic supplendum est ex* CORP. VI 36426). *quasi cognomen*: S. C. de sumpt. lud. glad. (Corp. II 6278) 14 sacerdotes -issimarum Galliarum vestrarum. *cognomen militare*: l e g i o (*cf.* CASS. DIO 30, 15, 4. *Ritterling, de Romanorum legione* X *gemina, Lips. 1885 p. 122 sq.*): CORP. V 533 (*saec. I med.*) leg(ionis) VII C(laudiae) p(iae) f(idelis). INSCR. Rhen. Bramb. 4 c 25 (*in tegula*) leg. X Ge(minae) p. f. *al.* (*v. Ritterling p. 108 n. 60 d*). CONST. veteran. 7 (Corp. III p. 849) (*a. 70*) in leg. II adiutrice pia -e. CORP. VII 185 (*aet. Vespas.*) leg. II a(diutricis) p. f. II 4609 leg. VI vic(tricis) p. f. III 2678. VI 3634 leg. XXII piae -is (*perscriptum etiam* XIII 1680 *al.*). XI 6716, 16 (*in gemma*) l(egio) XI C(laudia) p. f. VI 793, 6 milites leg. II p(iae) f(elicis) f(idelis). XIII 6672 leg. XXII Pr(imigeniae) f. IX 2457, 8 leg. XVI Flaviae fidel(is). *talia passim.* XI 6053, 10 quo militante ... legio pia -is constans commoda cognominata est. *iteratur cognomen* PF (*cf. Mommsen ad* CORP. III 875): CORP. III 4300 leg. I ad(iutricis) bis p. f. 875 leg. V

[*Jchm.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Mac(edonicae) III piae fid⟨elis⟩. XIII 7248, 6 leg. XXII P(rimigeniae) p. f. II (*i. bis*). 3521, 9 leg. II adi(utrix) VI p. VI f. ⟨co⟩nstans ⟨C⟩laudiana. INSCR. numm. Cohen V p. 386 n. 443 (*imp. Gallien.*) leg. I adi. v p. v f. *al.* cohors: CORP. XIII 7705 coh(ortis) II Asturum p. f. D(omitianae). *al. v. ibid.* p. 489 *praef.*). CONST. veteran. 27 (Corp. III p. 862), 6 (*a. 98*) I Batavorum (miliaria) p. f. *ibid.* 37 (*ibid.* p. 868). 40 (p. 870). CORP. VIII 18217, 6 coh(ortis) II c(ivium) R(omanorum) eq(uitatae) p(iae) f(idelis). III *saep.* *iteratur cognomen* PF: INSCR. numm. Cohen V p. 357 n. 104 (*Gallien.*) cohh. praet. VI p(iarum) VI f(idelium). *al.* classis: CORP. XIII 7681, 4 miles ex classe (*scriptum extat* casse) Germanica p. f. D(omitiana). 7723, 5 *al.* ala: DECRET. decur. Forosempron. (Corp. XI 6123) 3 alae Indianae p(iae) f(idelis). CORP. XIV 2287, 5 ex ala Flavia pia fidelis (*sic*). III *saepe* (*v. indicem p. 2486 sq.*).

accedunt praepos.: in *c. abl.*: CIC. fin. 2, 81 Epicurei ... in amicitiis -es. ad Q. fr. 1, 1, 17 *servus* in domesticis rebus et privatis. PROP. 2, 34, 3 in amore. TERT. adv. Marc. 5, 1 p. 569, 5 in dei rebus. VVLG. Luc. 16, 10 qui -is est in minimo, et in maiori -is est. 16, 11 in iniquo mammona. 16, 12 in alieno. 19, 17 in modico. I Tim. 3, 11 in omnibus. in *c. accus.*: SALL. Catil. 9, 2 in amicos -es erant. SEN. Ag. 180 in hos -is augur, in captas levis. ITALA Matth. 25, 23 (Nicet. appell. p. 5, 14) in pauca (ἐπὶ ὀλίγα, VVLG. super p.) -is fuisti. erga: SPART. Carac. 2, 6 addidit ... his quasi -ioribus erga se stipendium. adversus: DON. Ter. Phorm. 76 quam stultum sit seni adversus iuvenes -em esse. super: VVLG. Matth. 25, 23 *v. l. 22.* supra: ITALA Matth. 25, 23 (Ps. Cypr. abus. 10 p. 170, 4).

2 *de bestiis*: HOR. carm. 1, 1, 27 visa est catulis cerva -bus. 4, 4, 3 ministrum fulminis alitem (*i. aquilam*) ... expertus -em Iuppiter. PLIN. nat. 8, 142 -issimumque ante omnia homini canis atque equus.

3 *de rebus*: **a** *incorporeis* (*necnon caput, pectus sim.*): PLAVT. Persa 48ᵃ operam da hanc mihi -em (CIC. Caecin. 14 magis opportuna opera ... quam -i. Catil. 3, 14 CAES. Gall. 7, 76, 1 LIV. 23, 46, 6 *al.*). TER. Hec. 472 -i animo (CIC. Mil. 29 *al.* HOR. ars 336). CIC. Cluent. 85 consilium (leg. agr. 2, 5 off. 1, 52 LIV. 22, 22, 6 *al. passim*). Rab. perd. 38 defensionem. Scaur. 31 -i in gratiam reditu. Marcell. 14 grati animi -is memoria (QVINT. inst. 11, 2, 42. CORP. X 258, 1 Gemino -issimae memoriae). Lael. 54 amicitias (VAL. MAX. 4, 7 ext. 1 *al.*). off. 2, 23 benevolentia (VAL. MAX. 4, 7, 4). Att. 3, 19, 2 -es litteras tuas. 9, 13, 5 occultationem et ὑπηρεσίαν -em. epist. 10, 6, 2 prudentia. ad Q. fr. 1, 1, 16 familiaritates. LVCR. 1, 52 mea dona tibi studio disposta -i (AVIEN. Arat. 1876 studio). HOR. carm. 3, 2, 25 -i .. silentio (SERV. Aen. 3, 112. *cf.* FIRM. math. 5, 2, 16 taciturnitate). 4, 5, 15 desideriis icta -bus quaerit patria Caesarem. TIB. 1, 6, 75 mente -i. PROP. 2, 1, 36 caput. OV. epist. 1, 104 cura (Pont. 2, 11, 23. *aliter i. q. amans*: OV. ars 1, 555 assum tibi cura -ior). met. 13, 319 sententia. Pont. 4, 9, 77 *Flaccus* tenuit Mysas gentes in pace -i (LVCAN. 9, 1102 pace -i). LIV. 5, 40, 8 custodia (6, 1, 2 *al.*). 40, 51, 1 concordia. PHAEDR. app. 27, 8 *vox* non ... -is, sed ... iucunda. SEN. Ag. 245 coniugium. Herc. O. 570 -e semper regibus nomen Lichae. dial. 11, 19, 1 pectus. epist. 71, 35 intentione. QVINT. inst. 10, 7, 7 multo ac -i stilo ... formetur oratio. TEST. Dasum. (Corp. VI 10229) 45 matrimonio. PANEG. 10 (4), 20, 3 amor -ior. FIRM. math. 6, 8, 2 commendatione. VEG. mil. 1 praef. labor diligens et -is. 2, 5 *imperatori* tamquam ... deo -is est praestanda devotio. VVLG. II Esdr. 9, 8 cor. AVG. civ. 19, 17 p. 385, 20 D. pietate. CLAVD. 26, 411 *boves* gaudent ... -es reddere mugitus. CASSIOD. in psalm. 90, 7 -issima devotione. *nota oxymoron*: VAL. MAX. 4, 7, 6 -i mendacio.

b *quasi tropice de rebus corporeis*: AETNA 264 humus ... pecori silvisque -is. PROP. 3, 23, 9 *tabellae.* OV. epist. 14, 127 sepeli lacrimis perfusa -bus ossa. LIV. 28, 22, 10 amicae ac -es ... manus (LVCAN. 5, 242). 31, 9, 4 subsidia firma ac -ia ... rei p. SEN. Tro. 502 (*Andromache Hectoris tumulum alloquitur*) -i cinere victurum excipe. APVL. met. 1, 14 probae et -es ianuae. RVFIN. Orig. in Ios. 1, 4 cibi ... opera ... nos ad futuram viam velut -e viaticum comitantur. CLAVD. carm. min. 27, 63 flammas. rapt. Pros. 1, 169 *Aetna* scit nivibus servare fidem ... fumoque -i lambit contiguas innoxia flamma pruinas. *adde*: VVLG. Is. 17, 10 quia oblita es dei salvatoris tui et fortis adiutoris tui non es recordata, propterea plantabis plantationem -em et germen alienum seminabis (LXX φυτεύσεις φύτευμα ἄπιστον καὶ σπέρμα ἄπιστον. *in hebraico est* '*plantationes amoenas*'; *versionis suae rationem dedit* HIER. in Is. 17, 10 p. 282. 283 *cf. ibid.* p. 196).

B *spectat ad fidem Christianam*: *i. q.* *credens, credulus,* πιστός (*definitur*: LACT. inst. 4, 13, 26 *homines* qui credunt in eum [*deum*] ac vocantur -es. HIER. in Is. 22, 15 p. 319. AVG. spir. et litt. 31, 54 p. 211, 4 secundum hanc fidem, qua credimus, -es sumus deo. pecc. mer. 1, 25 p. 37, 8 nec ideo ... eos [*parvulos*] quisquam -ium -es appellare cunctatur, quod a credendo utique nomen est, *eqs.* *ludit in vocis* -is *notione generali et speciali* TERT. apol. 46 p. 284 O. *v. p. 658, 2.* *distinguitur* -is *a* catechumenus TERT. praescr. 41 ITIN. [Silv.] 24, 6 *al.* *cf.* HIER. in Is. 19, 18 p. 207 quinque ecclesiae ordines *eqs.* NICET. instr. frg. 2 p. 7, 12 catechumenus quasi hospes et vicinus -ium. *distinguitur a* spiritalis TERT. ieiun. 11. *opp.* ethnicus [TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 594, 26 *al.*], gentilis [VIRG. gramm. epist. praef. p. 107, 7 H. *al.*], haereticus [TERT. pudic. 19], infidelis, nationes [TERT. orat. 6], paganus *al. sim.*):

1 *homines*: TERT. apol. 46 p. 284 O. si de fide comparem *paganos et Christianos*, Anaxagoras depositum hostibus denegavit: Christianus et extra (*sc. apud paganos*) -is vocatur (*cf.* PLIN. epist. 10, 96, 7). patient. 6 p. 10, 13 *Abraham* merito ... benedictus, quia et -is; merito -is, quia et patiens. adv. Marc. 2, 26 p. 372, 20 quantum liceat -i et prophetae apud deum. 3, 22 p. 415, 27 apostolos ... et deinceps omnes -es. 3, 24 p. 419, 16 de spe -ium. 5, 7 p. 594, 10 Marcion totum concubitum auferens -bus. p. 594, 26 ne qui -is ethnicum matrimonium contrahat. idol. 9 Simon Magus iamiam -is (11 iam -is. AVG. c. Faust. 12, 24 p. 352, 18 quid dicat Paulus iam -bus gentibus). 10 discipulus. 17 servi vel liberti -es. pudic. 2 salutificator omnium hominum et maxime -ium. 21 delicta -ium. coron. 11 p. 444 O. centurionum -issimorum. p. 445 miles -is. PRAEF. bibl. monarch. in Luc. Graecis -bus. IREN. 4, 25, 1 ex praeputio -es sunt (*cf. l. 22*). CYPR. patient. 23 -ium et credentium deus. COMM. instr. 2, 16, 19 vivere si quaeris gentiliter homo -is. 2, 19, 6 Christianam ... -em (ALC. AVIT. epist. 22 p. 54, 35 Christianis -bus. *cf. infra l. 31. 39*). 7, 18, 2 pios ac -es. ITIN. [Silv.] 24, 2 benedicet -es. HIL. in Matth. 2, 3 diabolus infidelis, Abraham -is. VVLG. Sirach 1, 16 cum -bus (μετὰ πιστῶν) in vulva concreatus est, cum ... iustis et -bus agnoscitur. Ioh 20, 27 *opp.* incredulus. act. 10, 45 ex circumcisione. AVG. civ. 8, 24 p. 361 D. a prudentibus et -bus et religiosis. 11, 13 p. 480 sanctis -busque. 20, 9 p. 430 -es etiam defuncti membra sunt *Christi*. COD. Theod. 16, 7, 2 pr. (*a. 383*) Christianis ac -bus (15, 5, 5 [*a. 425*]). SACR. Leon. p. 309 in tuorum vere -ium sint parte. PALLAD. hist. mon. I 52 p. 335ᶜ virgo ... scholasticissima ... ac -issima. FACVND. defens. 2, 5 p. 575ᴮ Leo -is ac fidens propugnator ecclesiae. VIRG. gramm. epist. 3 p. 136, 9 -ium philosophorum libros. *exempla formularum sepulcralium*: CORP. X 7112, 5 pagana nata ... -is facta. 7171. III 13529, 3 hic pausat Vrsa crestiana -is (VIII 12260, 3 cristiana -is). VIII 23049 f Faustina -is in pace vixit annis LIII. 23053 b Maxima in pace -is vixi. 23060, 1 Mamma Donata vixit -is in pace annos *tot.* 24097, 5 recessit pridie idus Maias -es (*i.* -is) in pace. INSCR. Nuov. bull. crist. 1902 p. 65 recessit in pace -is. 1907 p. 247 hic requiescit Magnus puer -is in pace. CORP. VIII 23344 Benenata -is in pace. INSCR. Notiz. degli scavi 1888 p. 504 virgo fedelis. *superl.*: TERT. coron. 11 p. 444 O. *v. supra l. 13.* *pro posit.*: CASSIOD. in psalm. 10 praef. in qua (*fide*) haeretici digladiantur contra -issimos Christianos. 32, 19 vota -issimi Christiani. 90 div. psalmista profitetur omnem -issimum divina protectione vallari. *al.* *in allocutione*: RVFIN. symb. 1 -issime papa Laurenti. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 267ᴮ -issime virorum Lause. *in tit. sepulcr.*: CORP. XI 6480, 5 liberto sanctissimo -issimo et omni bono merentissimo. VI 34256, 8 coniugi pient(issimae) et -issimae. 35005, 3 filiae karissimae et perquam -issimae. *nota de fide non Christiana et de haeresi*: TERT. coron. 11 p. 445 O. apud hunc (*i. deum*) tam miles est paganus -is quam paganus est miles -is. AVG. c. Secundin. 25 p. 944, 26 fallendo velit -em facere Manichaeus, qualem *eqs. ibid.* p. 945, 10.

accedunt: *dativus*: VVLG. act. 16, 15 iudicastis me -em domino esse. LACT. inst. 5, 5, 11 iustos ac -es deo. CORP. X 4712, 1 Felici filio dulcissimo -i deo. *genetivus*: AVG. civ. 1, 28 p. 44, 6 D. -es Christi (17, 8 p. 226. 17, 9 p. 228). 19, 10 p. 370 unius veri dei. c. Secundin. 25 p. 945, 10 tales -es habet Manichaeus omnis doctrinae daemoniorum mendaciloquorum. in *c. abl.*: VVLG. Eph. 1, 1 omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, et -bus in (πιστοῖς ἐν) Christo Iesu (CARM. epigr. 693, 2. CORP. VIII 23230 -is in Christo bixit in pace. X 8076 -i in Christo Ihesum, que [*i. quae*] vixit annis *tot. al.*). I Petr. 1, 21 in deo (AVELL. p. 27, 16 *al.* *passim in tit. sepulcr. velut* CORP. VIII 11106, 3 -is in deo bicxit in pace menses *tot.* *dub.* XI 2590 vita refr⟨iger⟩at tibi deos ⟨q⟩uia semper f⟨ide⟩les in omnibus fuisti).

2 *transfertur ad res*: **a** *corporeas*: LACT. inst. 4, 14, 2 *ecclesia* est domus -is. SEDVL. op. pasch. 1, 30 p. 195, 6 -is signi sacramenta. CARM. epigr. Engström 239, 2 maculare tibi sanc⟨tu⟩m corpusq(ue) -em (*sic*). **b** *incorporeas* (*necnon os, pectus sim.*): ITIN. [Silv.] 49, 1 saeculares ... tam viri quam feminae -i animo propter diem sanctum ... se ... Ierusolima colligunt. HIL. c. Const. 6 beata -ique voce. PS. HIL. dedic. eccl. p. 884ᴬ occupatio quietissima et -issima. VVLG. Sirach 15, 10 *dei laus* in ore -i abundabit. RVFIN. hist. 2, 1, 7 *Thaddaeus* civitatem Edessenorum Christo ... -i satis credulitate sociavit. PRVD. psych. praef. 52 vigilandum in armis pectorum -ium. cath. 11, 86 cum -i spiritu. AVG. gen. ad litt. 9, 7 p. 275, 13 -is et pia virginitas. COD. Theod. 16, 8, 19 (*a. 409*) -i ac devota deo praeceptione sancimus. CHROMAT. beat. 1 sanctae animae et -es. PETR. CHRYS. serm. 119 p. 525ᶜ currere debemus -i cursu in fide Christi. FAVST. REI. epist. 1 p. 162, 10 cum -i confessione. SEDVL. op. pasch. 2, 8 p. 209, 8 magorum facta -ia. VEN. FORT. virt. Hil. 4, 12 per -issimum lavacrum (*i. lavationem -i animo perfectam*). 8, 23 verba. 11, 30 mysterium.

II ***is (id) cui confidi potest***: *i. q.* *certus, firmus, tutus, rectus*: **A** *res* (*cf.* CIC. epist. 16, 17, 1 et doctrina et domus et ars et ager etiam -is dici potest, ut sit, quo modo Theophrasto placet, verecunda tralatio): 1 *corporeae* (*accedit* ad *v. p. 659, 6*): CIC. Planc. 97 in navi tuta ac -i collocatus ... Dyrrhachium, quod erat in fide mea, petere contendi (*rectius tamen fort. intellegitur* '*navis*

[Jchm.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eius qui in fide mea erat', *sc. M. Laeni Flacci; v. quae seq.*). VERG. Aen. 9,707 lorica. HOR. ars 181 quae sunt oculis subiecta -bus (AVG. civ. 17,5 p. 213 D. -i oculo haec intuens). OV. trist. 4, 5, 5 veritus non es portus aperire -es . . . rati (NEMES. cyn. 61 portus -es). PERS. 2, 41 poscis opem nervis corpusque -e senectae. PLIN. nat. 13, 54 materies ei (*cedro*) lenta ac -is ad vetustatem. 13, 61 non eadem gratia, quamquam -i materie, est (ex *trad.*) arbori, quam balanum appellavimus. 16, 158 *coma harundinis* interiecta navium commissuris feruminat textus glutino tenacior rimisque explendis -ior pice (*cf.* 28, 236 *glutinum* Rhodiacum -issimum). 16, 219 ulmus et fraxinus . . . siccatae -iores. FRONTIN. aq. 123 *structuram* -em fieri oportet. GELL. 12, 10, 6 M. Tulli in exemplaribus -issimis (*seq. opp.* vulgaribus) ita inveni scriptum. TERT. resurr. 3 p. 29, 25 communes sensus . . . eo . . . -iores existimantur, quia *eqs.* 35 p. 77, 23 indicia. nat. 2, 12 vestigia. VVLG. I reg. 2, 35 aedificabo ei domum -em (25, 28 faciet dominus . . . domum -em. II reg. 7, 16). prov. 11, 18 seminanti . . . iustitiam merces -is. Sirach 37, 26 fructus sensus illius -es sunt. Is. 22, 23 figam . . . paxillum in loco -i. 33, 16 aquae eius -es sunt. PRVD. cath. 9, 27 prophetarum -es paginae. AVG. civ. 4, 6 p. 153, 5 D. aliae -iores litterae. serm. ed Mai 48, 2 quidquid scabrosae naturae claudicosa durities aperuit, rectae et inoffensae viae securioris ac semitae -is planities adaequaret.

2 *incorporeae*: CIC. ac. 1, 42 comprehensio facta sensibus et vera esse . . . et -is videbatur. CATVLL. 64, 144 nulla *femina* viri speret sermones esse -es. OV. met. 13, 722 cuncta -i . . . Helenus monitu praedixerat. VAL. MAX. 2, 5, 6 salubritatem suam industriae certissimo ac -issimo munimento tuebantur. PHAEDR. 1, 5, 1 numquam est -is cum potente societas. SEN. dial. 3, 10, 2 otium. nat. 3 praef. 3 -issimus est ad honesta ex paenitentia transitus. epist. 21, 3 a vita speciosa ad -em stabilemque gloriam *revocare*. 27, 2 *voluptates* non sunt solidae, non sunt -es. 80, 2 spectaculum non -e et lusorium. 98, 1 *gaudium* ex se ortum -e firmumque est. ITALA psalm. 110, 8 (Veron.) -issima (πισταί, VVLG. -ia) omnia mandata eius (*dei*). TERT. ieiun. 10 coniecturas coniecturis . . . -ioribus repercutiens. anim. 17 p. 326, 10 -is fuit et visus et auditus *Christi* in monte, -is et gustus vini illius . . . in nuptiis Galilaeae, -is et tactus exinde creduli Thomae. 27 p. 346, 5 -issima primordii exempla. 46 visionem. ARNOB. nat. 4, 11 responsa. DON. Ter. Ad. 994 qui reprehendit, non continuo et corrigit, qui corrigit, non illico secundat, id est laetissimum reddit et -issimum (et -issimum *om. C*). FIRM. math. 2, 18, 3 -i veritatis ratione. 4, 16, 12 vero ac -i . . . iudicio. 4, 19, 29 commercium. 5, 1, 34 erit talis cui -ia secreta credantur. 5, 2, 15 officiis. 8, 18, 1 pronuntiatione. IVV. SEV. rhet. 9 p. 359, 24 argumentatio illa melior et -ior videri potest, quae obscuratur. VVLG. psalm. 18, 8 testimonium. 88, 29 testamentum. 110, 8. Sirach 33, 3 lex. Is. 55, 3 feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David -es. Dan. 2, 45 interpretatio somni. I Tim. 1, 15 -is sermo (πιστὸς ὁ λόγος) et omni acceptione dignus (3, 1 -is sermo. 4, 9 Tit. 1, 9. 3, 8). apoc. 21, 5 verba -issima (22, 6). COD. Theod. 1, 12, 2 (*a. 319*) instructio. 11, 30, 11 pr. (*a. 321*) stabit ratum ac -e, quod iudicia mea rescripserint. AVG. civ. 5, 24 p. 236 D. aeternae vitae -issima expectatione. gen. ad litt. 8, 7 p. 242, 5 -issima scriptura. AVELL. p. 15, 10 nuntius. DRAC. laud. dei 3, 572 numerum sine fraude -em. *ntr. plur. absol.*: CIC. fin. 2, 46 omnia vera diligimus, id est -ia, simplicia, constantia. ITALA Is. 55, 3 (Tert. adv. Marc. 3, 20 p. 411, 7 *cf.* p. 411, 23. 412, 18 *al.*) disponam vobis dispositionem aeternam, religiosa et -ia David (τὰ ὅσια . . . τὰ πιστά, VVLG. *v. supra l. 45*). VVLG. act. 13, 34 dabo vobis sancta David -ia (*cf.* HIER. in Is. 55, 2 p. 646 sancta David -ia: quod potest pro firmis accipi atque robustis). CYPR. GALL. Ios. 567 haec ubi disseruit populus -ia fatu. PASS. Paul. 11 *spiritui sancto* fideliter -ia obtemperant omnia.

B *homines*: VVLG. I reg. 3, 20 quod -is Samuel propheta esset domini (Sirach 36, 18 prophetae . . . -es. I Macc. 14, 41). prov. 14, 5 testis (14, 25 *al. saep.*). Hebr. 11, 11 *Sarah* -em credidit esse eum, qui repromiserat. VIRG. gramm epit. 9 p. 70, 23 gerendi vel typici verba de participiis dirivata -es quique doctorum ita intellegunt, ut. *accedit* in *c. abl.*: VVLG. psalm. 144, 13 -is dominus in omnibus verbis suis. *pendet enuntiatum* (quia): VVLG. II Cor. 1, 18 -is . . . deus, quia (πιστὸς . . . ὅτι) sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo 'est' et 'non'.

iuxta pos.: fidens (*v. p. 658, 28*), fortis: HOR. sat. 2, 5, 102 LIV. 22, 60, 20 *al.* firmus: LIV. 31, 9, 4 SEN. epist. 98, 1. felix: CORP. VI 793, 6 *saep.* pius: *v. p. 656, 74 sq.*

syn.: fidus (OV. met. 13, 319), sanctus (ECCL. *passim.*), solidus (SEN. epist. 27, 2).

oppos. (*v. etiam p. 657, 83 sq.*): diffidens (PS. AVG. quaest. test. I 99 p. 190, 21), impius (PAVL. NOL. carm. 24, 297 *al.*), incredulus (VVLG. Ioh. 20, 27), infidus (PLAVT. Asin. 568 *al.*), levis (SEN. Ag. 180), suspectus (VLP. dig. 26, 10, 8).

cf. Onomast.

adv. **fidēle.** PRVD. perist. 10, 428 numquam aliter precabor, quam -e ut militent. CARM. epigr. 1445, 7 emeritam requiem titulo sortita -e confessa est (*v. Büch.*). *de* NON. p. 512, 29 -e pro fideliter. Plautus Captivis (439): fac -e (fidelis *codd. Plaut.*) ⟨sis fideli⟩ *v. Leo, Plaut. Forsch.*[2] *p. 286, 1.*

adv. ***fidēliter.** *de notione*: CIC. epist. 16, 17, 1 unde illud tam ἄκυρον 'valetudini -r inserviendo'? unde in istum locum '-r' venit? cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multae: nam et doctrina et domus et ars et ager etiam fidelis dici potest *eqs.* GLOSS. πιστῶς. πιστικῶς. *de usu: legitur positivus apud* PLAVT. CIC. (*praeter orationes*) BELL. Alex. SALL. NEP. PROP. OV. LIV. SEN. pat. *et* fil. VAL. MAX. CELS. CVRT. COLVM. PLIN. nat. STAT. QVINT. inst. TAC. dial. PLIN. epist. FLOR. GELL. APVL. *et posteriores; comparativus* CIC. epist. 11, 21, 5 OV. met. 7, 563 *al.* (magis -r: AVG. civ. 1, 9 p. 14 D.), *superlativus* CIC. epist. 2, 16, 4 (*sed v. l. 11*), PLIN. nat. 33, 61 *al.* [*dub.*: CIC. epist. 2, 16, 4 *codd. optimi* fidissime.]

1 *i. q.* πιστῶς, *probe, oboedienter*: PLAVT. Capt. 363 volt te novos erus operam dare tuo veteri domino . . . -r. 424 erga hunc rem geras -r. Mil. 889 bene . . . aut -r (*praeced. opp.* male atque malitiose). Trin. 1128 consului -r. CIC. off. 1, 92 *vivere* simpliciter, -r. Att. 15, 20, 4 quae si -r Ciceroni curabuntur. epist. 13, 21, 2 mihi . . . -r benivoleque praesto fuit. BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 1 quod pro nostra dignitate -r atque honorifice dixeris aut feceris. PLANC. Cic. epist. 10, 16, 2 non modo . . . -r, sed etiam . . . sapienter factum. BELL. Alex. 33, 3 -r permanserant in Caesaris amicitia. SALL. Iug. 71, 5 obtestatur per amicitiam perque sua antea -r acta. NEP. Dion 1, 4. PROP. 3, 24, 23 quinque tibi potui servire -r annos. OV. fast. 6, 41 posuisse -r iras in genus Electrae. EPIST. Sapph. 67 monui bene multa -r. LIV. 8, 1, 2 se sub imperio populi R. -r atque oboedienter futuros. 23, 16, 1 fortius ac -ius (frg. 60 fortiter -rque). 37, 14, 4 VAL. MAX. 4, 7, 2. SEN. dial. 12, 8, 2 litterae tuae tam diu ac tam -r amatae. frg. 90. PLIN. epist. 4, 9, 2 accusatus non minus acriter quam -r defensus. VVLG. II par. 19, 9 agetis in timore domini -r. 34, 12 -r cuncta faciebant (III Ioh. 5 -r facis quicquid operaris in fratres). prov. 12, 22 qui . . . -r agunt, placent ei. AVG. civ. 13, 6. 8. 22, 29 -r accipit quod ait deus. epist. 110, 3 qui sic credit, ut loquitur, etsi non vera loquitur, -r loquitur. epist. 130, 8, 17 *credere. al.* CORP. VI 6191 (*uxor coniugi mortuo*) cum quo vixit ann(os) *tot* -issime. -r *facere quasi technice apud* ICTOS: CELS. dig. 17, 1, 48 pr. parum . . . -r facit fideiussor . . ., quod *eqs.* CALL. dig. 42, 8, 20 MARCIAN. dig. 48, 3, 6, 1.

2 *i. q. confidenter, sincere, recte, constanter, curiose*: PLAVT. Curc. 333 respondit mihi paucis verbis, atque adeo -r. Merc. 301 ausimne ego tibi eloqui -r (*A*, eloqui si quid velim *P*)? :: audacter. CIC. rep. 4, 8 cui . . . utinam vere -r . . . auguraverim. de orat. 3, 87 docere (HIL. syn. 23). epist. 2, 13, 1 prudentibus -rque suadentibus. OV. ars 3, 671 coepta -r edam. Pont. 2, 9, 47 ingenuas didicisse -r artes emollit mores. LIV. 36, 41, 5 vera et providere et -r praedicere. SEN. contr. 2, 1, 24 aridi declamatores -ius quos proposuerunt colores tuentur. CELS. 8, 11, 7 ut primo facilius excidit *os*, ita postea minus -r *continetur* (QVINT. inst. 1, 2, 1 facile percipere et -r continere *memoriā*. 10, 3, 2). SEN. nat. 1, 6, 5 acies *oculorum* . . . in humido labitur nec apprehendere quod vult, -r potest. 4, 10. epist. 50, 8 -r sedent quae in locum suum veniunt. 80, 6 saepius pauper et -ius ridet. PLIN. nat. 33, 61 Fortunae inaurato -issime . . . simulacro. PLIN. epist. 6, 24, 3 QVINT. inst. 1, 4, 5. FLOR. epit. 3, 5, 14 extincta parum -r incendia. APVL. Plat. 2, 5. TERT. pudic. 14 melius suspicareris et -ius argumentareris. TREB. trig. tyr. 33, 8 libellum non tam diserte quam -r scriptum. ARNOB. nat. 2, 11 iudicare -r. ITALA Phil. 2, 20 (Mar. Victorin. in Phil. p. 1214[B]) qui -r (γνησίως, VVLG. sincera affectione) sollicitus sit de vobis. HIL. in psalm. 2, 3 cum . . . his libris . . . collatis et -r consonantibus repertis. HILARIAN. curs. temp. p. 159, 2 anni *tot* . . . per generationes singulas -r comprobantur. AVIEN. Arat. 1318 -r astro explorare notos. VEG. mil. 1, 8. 2, 3 strictim -rque. HIER. epist. 9, 1 nuntiare. RVFIN. hist. 1, 1, 3 ut et -r et integre . . . narremus. PHOEBAD. c. Arrian. 13 figuram -r exprimens. COD. Theod. 9, 42, 18 (*a. 401*) quae susceperat, -r repraesentet. 11, 7, 16 (*a. 401*) tabularios -r prodere nomina dominorum *oportet.* CAPREOL. epist. 2, 7 p. 854[A] suam praesentiam -r pollicentem. FERRAND. epist. 8 *scire.* *apud* ECCL. *respondet voci* amen: HIER. epist. 26, 4, 1 amen . . . Aquila πεπιστωμένως exprimit, quod nos '-r' possumus dicere, ductum adverbium ex nomine fidei amuna, Septuaginta γένοιτο, id est fiat. in Matth. 6, 11—13 p. 35 amen signaculum orationis dominicae est, quod Aquila interpretatur '-r', nos 'vere' possumus dicere. in Is. 65, 15 p. 786. APRING. in apoc. 1, 7 *amen* est '-r, vere' *eqs.*

3 *i. q. firme, secure, constanter*: CIC. epist. 11, 21, 5 meorum aliquem mittam, quo -ius ad te litterae perferantur. PLANC. Cic. epist. 10, 23, 2 per quorum loca -r mihi pateret iter. QVINT. inst. 6, 4, 14 quod tam -r firmum est. 10, 6, 3. TAC. dial. 34 eloquentiae famam . . . constantius surgere, -ius corroborari. GELL. 17, 12, 3 qui quartanam *febrim* passus convaluerit . . ., -ius constantiusque postea valiturum.

4 *i. q. in fide dei*: TERT. castit. 12 p. 755 satis consulte et imprimis -r (*per ironiam dictum*). RVFIN. Adamant. 5, 22 qui non -r (κατὰ πίστιν) conversantur, sed in carnalibus actibus involvuntur. AVG. civ. 1, 9 p. 14 D. magis -r ista considerantibus. SVLP. SEV. chron. 2, 34, 1 *crux domini* non nisi tam -r requirenti meruit ostendi. dial. 2, 6, 6. ZACCH. 1, 19 Moyses -r saevit in facinus. CASSIAN. conl. 1, 1 -r desiderantibus. 7, 2, 2. AVELL. p. 43, 26 Christum -r adorare. VICT. VIT. 2, 72 *profiteri.* VITA Caes. Arel. 2, 25 locum debilitatum -r tangens. VITA Nicet. 12 ut . . . -r crucis signacula faceret. *alludit ad*

[*Jchm.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fidem Christianam: LACT. inst. 7, 26, 9 abscondi ... tegique mysterium quam -issime oportet, maxime a nobis qui nomen fidei gerimus.
oppos.: malitiose (PLAVT. Mil. 887).

fidēlitās, -ātis *f. a* fidelis. NON. p. 109, 28 -em id est fidem. AGROEC. gramm. VII 115, 9 fides de -e. GLOSS. -is fides. *legitur apud* PLAVT. ACC. AFRAN. CIC. (15^{ies}) HIRT. APVL. *et raro apud posteriores.* [*it.* fedeltà, *francog.* féauté. *M.-L.*]

i. q. fides: **1** *hominum*: PLAVT. Trin. 164 quid tibi ego dicam, qui illius sapientiam et meam -em et celata omnia paene ille ignavos funditus pessum dedit? AFRAN. com. 399 periit opera ... meae ... -is. CIC. Verr. 4, 74 tanta auctoritas est in eorum hominum -e. 5, 122 propter diuturnam ... -em. 6, 125 haec civitas apud te cognationis, -is, vetustatis, auctoritatis ne hoc quidem iuris obtinuit, ut. Planc. 71 *vita mea* -e amicorum conservata sit (Phil. 12, 22 ubi me ... amicorum -s *custodit*). Lael. 65 quae omnia pertinent ad -em. Att. 9, 17, 2 in hac ... fortuna perutilis eius opera et -s esset (epist. 16, 12, 6 operam et -em). epist. 4, 14, 3 novarum me necessitudinum -e contra veterum perfidiam muniendum putavi. 13, 16, 2 studio et -e. 13, 20 -e benivolentiaque. 15, 3, 2 sociorum (*locum habet* NON., *om. codd. Ciceron.*). ad Q. fr. 1, 2, 3 quibus in rebus ... -s summa est. PLANC. Cic. epist. 10, 4, 2. 10, 9, 3 copias ... -e firmissimas. Q. CIC. Cic. epist. 16, 16, 2 Stati -s. HIRT. Gall. 8, 46, 6 provinciae. APVL. met. 9, 17 servolum ... -e praecipuum. TREB. trig. tyr. 11, 6 ut -s historica (*i. historici*) servaretur. COD. Iust. 7, 44, 2 pr. (*a. 374*) iudices ... sententias ... statim in libellum secuta -e conferrent. COD. Theod. 11, 7, 12 (*a. 383*) ad solutionem fiscalium pensitationum spectata -e compellere. *in tit. sepulcr.*: CORP. I² 1296 ob -e (*sic*) et oficeis. III suppl. 1, 9507 ob meritis et -em. *adde*: APVL. Plat. 2, 7 hanc *virtutem* ... *Plato* modo iustitiam nominat, nunc universae virtutis nuncupatione complectitur et item -is vocabulo nuncupat. *accedit*: erga: PLAVT. Trin. 1126 fides -sque amicum erga. CIC. epist. 3, 6, 1 PLANC. Cic. epist. 10, 17, 2. in *c. acc.*: ACC. trag. 20 quem scis quali in te siet -e.

2 *rerum, i. q. securitas, constantia*: PLIN. paneg. 67, 3 nec verendum est, ne incautos non putet *princeps*, si -e (felicitate *Arntzen*) temporum constanter utamur, quos meminit sub malo principe aliter vixisse.

3 *i. q. fides Christiana*: HIER. adv. Pelag. 2, 22 signum postulat, ut credat verum esse quod deus repromiserit, quod saltem parvae -is indicium est. *c. gen. obi.*: ITALA act. 3, 16 (cod. h) supra -e (πίστει, VVLG. in fide) nominis ⟨eius⟩ (*i. Christi*) hunc ... confirmavit nomen ⟨eius et⟩ fides dedit ei integritatem.

iuxta pos.: fides -sque (PLAVT. Trin. 1126).
opp.: perfidia (CIC. epist. 4, 14, 3). *Jchm.*

fīdentia, -ae *f.* [*a* fidens. *Th.*].
i. q. confidentia (in bonam partem), fiducia sui: CIC. inv. 2, 163 *fortitudinis* partes magnificentia, -a, patientia, perseverantia. *ibid.* -a est, per quam magnis et honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciae certa cum spe collocavit. 2, 165 -ae contrarium est diffidentia ...; audacia non contrarium, sed appositum est ac propinquum. *ibid.* audacia, quae -ae ... finitima est. Tusc. 4, 80 si -a, id est firma animi confisio, scientia quaedam est et opinio gravis non temere assentientis (*opp.* metus). TERT. apol. 23 ipsi litterarum nostrarum fidem accendunt, ipsi spei nostrae -am aedificant (*cf.* idol. 10 p. 40, 24 fides aedificatur). NON. p. 443, 9 confidentiae et -ae discretionem M. Tullius pandit Tusculanarum lib. III (3, 14 *v. p. 697, 18*). MAR. VICTORIN. rhet. 2, 54 p. 302, 21 in honestis actibus -a est, ceterum in malis confidentia (*cf. p. 697, 82*). *ibid.* p. 302, 31. 35. *Bauer.*

ᵡ**fidēprōmissor**, -ōris *m.* [*a* fide promittere; fideipromissor *mutatum ad exemplum vocis* fideicommissum. *Th.*]. GLOSS. fidei promissor πιστικελευστής. fidei promissores πιστεπαγγελταί. *legitur praeter* GLOSS. *tantum apud* GAIVM inst.
is qui fide promittit GAIVS inst. 3, 115 pro eo quoque qui promittit solent alii obligari; quorum alios sponsores, alios -es, alios fideiussores appellamus. 3, 116 -r ⟨ita⟩ interrogatur 'idem fide promittis?' 3, 117. 120 de peregrino -e. 3, 121 sponsor et -r lege Furia biennio liberantur. *al.*

fidēprōmitto *v. p. 668, 60.*

ᵡ**1. fidēs**, -ēī *et* -eī *f.* [*cf. c.* fidere. *Th.*]. *de etymologia*: CIC. epist. 16, 10, 2 nostra ad diem dicta⟨m⟩ fient; docui enim te, -es ἔτυμον quod haberet. rep. 4, 7 (NON. p. 24, 12) -es ... nomen ipsum mihi videtur habere, cum fit quod dicitur. off. 1, 23 audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sint ducta, credamusque, quia fiat quod dictum est, appellatam -em. AVG. serm. 49, 2 -es appellata est ab eo, quia fit quod dicitur. epist. 82, 22 p. 374, 12 cum ipsa -es in Latino sermone ab eo dicatur appellata, quia fit quod dicitur. de mend. 20, 41. CASSIOD. in psalm. 72, 39 -es ... dicta est ab eo, quod fiant dicta. *cf. p. 662, 68.* ISID. diff. 1, 486 dicta ... -es ab eo, quod fit id quod inter utrosque (*sc. deum et hominem*) placitum est. orig. 8, 2, 4 nomen -ei inde est dictum, si omnino fiat quod dictum est aut promissum. et inde -es vocata, ab eo, quod fit illud quod inter utrosque placitum est, quasi inter deum et hominem; hinc et foedus. GLOSS. V 650, 44. *a fidere deducit* EVTYCH. gramm. V 459, 14. *de formis: de stirpe*: fydes: CARM. epigr. 512, 3. fed- *ex. gr.*: CORP. XII 2089, 6. 2153, 3. XIII 7636, 3. *de terminationibus*: ***nom. sing.***: AGROEC. gramm. VII 115, 9 -es de fidelitate, fidis de chorda. ISID. diff. 1, 254 inter -es et fidis: -es in -e, fidis de chorda. BEDA gramm VII 272, 16 -es -ei de credulitate, fides fidis de chorda; utraque es longa. fidis: CORP. X 1195, 9. XI 2834, 3. *scribitur* fidens: CORP. X 4539, 1. *de mensura v. l. 29 sqq.* ***gen. sing.***: CHAR. gramm. I 40, 6 -es -ei πίστις. 69, 18 scire debemus, quod -es et pubes duplicem genetivum habeant, -es, cum significat lyram, -is facit ... sin autem -es πίστιν significat, -ei facit genetivo, non ratione, sed distantiae causa. fide: TRAG. inc. 60. *de* PLAVT. Aul. 617 *v. infra l. 44.* Ov. met. 3, 341. 6, 506 (*cf.* PRISC. gramm. II 366, 14 Ovidius quoque in III metamorphoseon '-e' pro '-ei' posuit ... idem in VI). 7, 728. 737 (-es *al.*). fidi: FORMVLA Baet. (Corp. II 5406) 3. fides: CYPR. GALL. Ios. 298 (-es *AB, recte, ut videtur*; -is *C, recep. Peiper*). ITALA Matth. 6, 30 (cod. k) nos modicae -es (VVLG. -ei). CARM. epigr. 1123, 3 lanifici praeclara, -es pietatis alumna (*genetivum agnovit Leo ap. Büch.*). *scriptum* fidaei (*sed mensura* ◡◡–): CARM. epigr. 714, 1. *de mensura v. infra l. 32.* ***dat. sing.*** (*cf. infra l. 49*): fide (*cf. Leo, Plaut. Forsch.² p. 350, 2*): CORP. I² 369. PLAVT. Aul. 667 (-ei *codd., sed* CHAR. gramm. I 70, 16 [*qui perperam genetivum accipit*] -es cum chordam significat, huius fidis facit, cum deam, huius -ei, quamvis Plautus dixerit 'Fide [*Fabricius*, -ei *codd.*; *cf.* 55, 13 quamquam in Aulularia Plautus '-e' dixerit] censebam maximam multo fidem'). Persa 193 (*A*, -ei *P*). Poen. 890 (*P*, -ei *A*). Trin. 117 (-ei *CD, A deest*). *de reliquis Plauti locis v. l. 49.* SALL. Iug. 16, 3. 74, 1 (-ei *al.*). HOR. sat. 1, 3, 95 CORP. XIII 4132, 10. *dubium, num dat. sit*: OPT. PORF. carm. 22, 31. fidi: FAST. ann. Iul. Arv. Oct. 1 (Corp. I² p. 214). *de nota in publici privatique iuris formulis v. p. 668, 60. 65. 679, 15. 681, 24.* *de mensura*: ***nom. sing.***: SERV. Aen. 6, 120 'fidibus' ... est a nominativo 'haec fidis', ut sit pyrrichius: nam 'fides' iambus est. *pro pyrrhichio* (*cf.* fidis *l. 5*): PAVL. PETRIC. Mart. 2, 685. ***gen. sing.*** (*cf. Garrod comm. ad* MANIL. 2, 605): CHAR. gramm. I 55, 12 nam *e* si *i ante se* non habeat, corripietur in genetivo, ut ab hac spe spei, re rei, -e -ei. PRISC. gramm. II 243, 10 tria quintae declinationis 'e' corripientia tam in genetivo quam in dativo, '-es -ei' 'res rei' 'spes spei'. fidēi (◡––): ENN. ann. 338 PLAVT. Aul. 121. 583 LVCR. 5, 102 (*in exitu hexam.*) PAVL. NOL. carm. 7, 42 (*in senario*). 15, 67 (*al. quinquies in fine hexametri. contra* ◡◡–: 24, 680 [*in synaloepha*]. 24, 814). ORIENT. carm. app. 3, 32. 140 (*utrumque in fine hexam.*). CYPR. GALL. exod. 954 *et saepius* (*in fine hexam.*). PAVL. PETRIC. Mart. 1, 81 (*in fine hexam.; saepius*). fidĕi (◡◡–): *inde a* MANIL. 2, 605 (*Leonis coniectura* PLAVT. Vid. 41 [*cf. Plaut. Forsch.² p. 350, 2*] *nimis incerta*). *i longa*: fideī: CORP. XIV 5, 10. *bisyllabum* (◡–): PLAVT. Aul. 617. HOR. carm. 3, 7, 4 (*utroque loco legendum* -e [*cf. supra l. 10*]; -ei *codd.*). CARM. epigr. 1350, 4 (*saec. V; in eiusdem carminis vs. 1* -ei *trisyllabum*). *apud* CIC. *mensuram bisyllabam indicare videntur clausulae*: Sest. 50 exemplum -ei publicae. or. frg. A XIV 1 dignitatis -ei. *pro pyrrhichio*: TER. Haut. 1002 (-ei *codd. et edit., potius scribend.* -e). ***dat. sing.***: *apud scaenicos ubique bisyllabus, v. O. Seyffert, studia Plaut. (Berol. 1874) p. 25.* *mensura* ◡–: *?*ENN. ann. 107 (*prior versus pars incerta*). PLAVT. Amph. 391 Aul. 615. 676 Cas. 1007 Cist. 245 TER. Andr. 296 Eun. 886. 898 (*ubique* -ei *codd., cf. l. 18 sqq.*). *altera syllaba in synaloepha*: PLAVT. Persa 193 Trin. 117. 128. 142. *pro pyrrhichio*: PLAVT. Poen. 890. *trisyllabi* (◡◡–) *apud poetas prima exempla*: MANIL. 3, 107 SEN. Thy. 764 SIL. 2, 561. 654. fidēi (◡––): PAVL. NOL. carm. 20, 24 CYPR. GALL. num. 417 (*utrumque in fine hexam.*). ***acc. sing.***: *pro pyrrhichio*: PLAVT. Curc. 140 Trin. 192 (*tantum A*). ***abl. sing.***: *iambice passim, pro pyrrhichio*: PLAVT. Mil. 1369 (fidele *codd.*). Persa 243. 486 CARM. epigr. 109, 3 (*in senariis ad priscorum exemplar confictis*). 681, 11.

de notione: CIC. off. 1, 23 fundamentum ... est iustitiae -es, id est dictorum conventorumque constantia et veritas. AVG. spir. et litt. 31, 54 p. 210, 28 de hac ... -e nunc loquimur, quam adhibemus, cum aliquid credimus, non quam damus, cum aliquid pollicemur; nam et ipsa dicitur -es, sed aliter dicimus: 'non mihi habuit -em', aliter autem: 'non mihi servavit -em'. nam illud est 'non credidit quod dixi', illud 'non fecit quod dixit'. secundum hanc -em, qua credimus, fideles sumus deo; secundum illam vero, qua fit quod promittitur, etiam deus ipse fidelis est nobis. GLOSS. πίστις. fiducia. veritas.

de usu: legitur inde a PLAVTO *et* ENNIO. *de vocabuli historia cf. in universum ea quae exposui in mus. Rhen. vol. LXXI.* *allitteratione quam dicunt et in pedestris sermonis formulis sollemnibus et in prisca poesi saepe cum vicinis vocabulis coniungitur, v. ex. gr. p. 668, 38. 669, 69. 670, 40. 671, 5. 39. 60. 676, 18. 677, 47.*

de numero plurali: PROB. inst. gramm. IV 88, 12 -es ... pluralem numerum facere prohibetur. GRAMM. suppl. 47, 14 -es ... pluralem numerum non habet, quod credo divinitus inspiratum, ut quod una est, quae credi debeat et teneri, et in ratione latinitatis singulariter diceretur. 84, 31 sunt semper singularia generis feminini, ut fames sitis memoria spes -es caritas. inde grammaticus (*quis sit ignoratur*) dicit: spes et -es et caritas pluralem non habent numerum. *pluralis praeter* SORT. Sangall. 14, 6 licet exiguam spem habeas, sed multas -es habes *legitur tantum apud* ECCL., *ex. gr.* HIL. syn. 28 -es alias necesse fuerit conscribi, quae quales sint, ex ipsis intellegetur. 33

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ceteras . . . episcoporum orientalium diversis et locis et temporibus conscriptas -es. 63 exponi -es coeptae sunt. ad Const. 2,4 tot -es… quot voluntates. 2,5 annuas atque menstruas de deo -es. *al.* ZENO 1,1,9.10. HIER. in Is. 26,2—4 p. 344 'emmunim' quod nostra lingua vertitur '-es' plurali numero, non singulari. [*corrupta et dubia: accusativum et in titulis et in libris manu scriptis haud raro commutari cum pronomine* eidem (= idem) *observavit Bücheler, mus. Rhen. 11,515; 29,195. v. ex. gr.* PLAVT. Epid. 124 CIC. leg. agr. 2,103. ad Brut. 1,10,4 si steterit -e (*Büch.*, idem *codd.*) mihique paruerit (*cf.* Rab. perd. 28 in -e non stetit. off. 1,32 promissis standum non esse). LIV. 6,11,8 -em (idem *codd.*) moliri. 27,50,7 -em (idem *P*). CORP. X 483,2 eidem (*i.* -em). TRAG. inc. 60 (CIC. off. 3,98) ei de *pro* -e *duo Ciceronis codd. Bern. saec. X.* *contra* -e *pro* idem *scriptum*: NEP. Epam. 3,4 (*correxit Nipperdey*). *corrupta*: PRIAP. 58,1 -em (*plerique*; curam *al.*, *quod recep. Büch.*). SEN. contr. 2,4,3 meretricia -e. *ex coniectura legitur*: CIC. Q. Rosc. 42 ex -e (*Kayser*, te *codd.*). [*it.* fede, *francog.* foi. *M.-L.*]

materiem hunc in modum digessi:

caput prius

fides est id cui confidi potest

I ***ipsa res, cui confidere licet,*** *fiduciae fundamentum vel pignus ('Garantie')*:

A *deorum vel hominum tutela atque praesidium: p. 663,63.*

1 in -e *alicuius* esse *sim.*: **a** *de ea tutela quae in iure hospitii nititur: p. 663,83.* **b** *de reliquis tutelis: α hominum privatorum: p. 664,18. β magistratuum imperatorum senatus sim.: p. 664, 52. γ populi Romani aliarumve gentium: p. 665,26.*

2 -em *alicuius* implorare, invocare *sim.: p. 665,73.*

B *securitas verbis promissis sim. effecta*: **1** *strictiore sensu, fere i. q. sponsio, cautio, fideiussio: p. 667,65.* **2** *latiore sensu, fere i. q. promissum, ius iurandum sim.: p. 669,67.* **3** *translate, fere i. q. auctoritas, testimonium, argumentum: p. 671,80.*

C *fere i. q. bona fama (necnon i. q. nos 'Kredit' vocamus): p. 673,53.*

II *ea* ***qualitas hominum vel rerum,*** *qua fit ut iis confidere liceat*:

A *de hominibus, fere* **i. q.** *fidelitas, constantia, honestas sim.*: **1** *generaliter: p. 675,12.* **2** *speciatim fidelitas in diversis vitae condicionibus vel inter varia hominum genera: p. 677,39.*
3 *bona fides: p. 680,21.* **4** *i. q. taciturnitas: p. 681,78.* **5** *poetice, i. q. firma securitas rei non animatae: p. 682,21.* **6** *metonymice: pro persona vel re: p. 682,41.* **7** *in prosopopoeia: p. 682,65.*

B *de dictis, narrationibus sim., fere i. q.* πιθανότης, *probabilitas: p. 683,10.*

caput alterum

fides est actio sive facultas confidendi: *p. 686,57.*

I -em facio: *p. 686,71.*

II *generaliter: actio vel facultas credendi sive confidendi: p. 687,45.*

III *speciatim:* ***fides Christiana:*** *p. 689,43.*

iuncturae *selectae: verbales: p. 690,53. epitheta: p. 691,13. apposita: p. 691,30.*

caput prius

FIDES EST ID CVI CONFIDI POTEST

I ***ipsa res, cui confidere licet,*** *fiduciae fundamentum vel pignus, i. q. nos 'Garantie' vocare solemus*: **A** ***necessitudinis inter homines forma*** *quaedam, status condicioque continua, sc. deorum vel hominum tutela atque praesidium, quod supplex aliquis adit, cliens adeptus est non sine certa securitatis spe, pignorum quasi summam continens*: **1** in -e *alicuius* esse; in -em *alicuius* venire *sim.; aliquem* in -em suam recipere *sim., aliquem* -ei *alicuius* mandare. (*hae locutiones antiquiore aetate fere ubique stricto publici privatique iuris sensu usurpatae sunt sive de hospitio sive de clientela [in universum cf. Mommsen, Röm. Forsch. I 321sqq., imprimis p. 329,5. 355. 361,10]; postea tamen — potissimum inde a Cicerone et Caesare — illae formulae generalem acceperunt notionem talem, ut etiam meram amicitiam fidelitatem sim. significarent.*) *vim vere Romanam vocabuli* -es, *quae subest locis hic allatis, illustrat Polybius 20,9,11; verba eius, licet proprie pertineant ad exempla sub b β, γ congesta, etiam ad reliqua referenda sunt*: οἱ δ' Αἰτωλοὶ…ἔκριναν ἐπιτρέπειν τὰ ὅλα Μανίῳ, δόντες αὑτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν, οὐκ εἰδότες τίνα δύναμιν ἔχει τοῦτο, τῷ δὲ τῆς πίστεως ὀνόματι πλανηθέντες, ὡς ἂν διὰ τοῦτο ⟨τε⟩λειοτέρου σφίσιν ἐλέους ὑπάρξοντος. παρὰ ⟨δὲ⟩ Ῥωμαίοις ἰσοδυναμεῖ τό τ' εἰς τὴν πίστιν αὑτὸν ἐγχειρίσαι καὶ τὸ τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτοῦ τῷ κρατοῦντι. **a** *de ea tutela, quae in iure hospitii nititur* (*distinctionem inter* **a** *et* **b** *non semper accurate fieri posse ex huius instituti natura sequitur*): CORP. I² 611,4 (*tessera hospitalis civitatis Fundanae scripta inter annos a. Chr. n. 222 et 152*) ⟨i⟩n eius -em om⟨nes nos tradimus et⟩ covenumis (VIII 68,6 Gurzenses hospitium fecerunt quom L. Domitio Cn. f. L. n. Ahenobarbo procos. . . . isque eos posterosque eorum in -em clientelamque suam recepit. II 3695,9 M. Atilius M. f. Gal. Vernus senatum populumque Bocchoritanum in -em clientelamque suam suorumque recepit. V 4919,11. 4922,11. II 2633,7 [*a. 27*] *variae gentilitates* hospitium vetustum antiquom renovaverunt eique omnes alis alium in -em clientelamque suam suorumque liberorum posterorumque receperunt. [*nota in secunda tabulae parte anno 152 exarata scriptum esse* 16 in eandem clientelam *eadem foedera* receperunt.] X 7845,11 *al.*). CIC. Planc. 97 cum omnia illa municipia . . . in -e mea . . . essent. *ibid.* Dyrrachium, quod erat in -e mea. ad Q. fr. 2,12,3 ex municipio Atellano, quod scis esse in -e nostra (*Ciceronis locis fort. non de genuino hospitio agitur ut in tesseris supra descriptis, rem tamen illi propinquam esse existumamus*). **b** *de reliquis tutelis*: *α hominum privatorum*: PLAVT. Cist. 245 *amica* mihi esset commendata et meae -ei concredita. Trin. 117 *adulescens* tuae mandatus est -e (-ei *CD*) et fiduciae (*Mommsen ad Corp. II 5042 comparat cum hoc versu locum tituli Baetici*: fidi fiduciae causa). 128 edepol -e (-ei *codd.*) adulescentem mandatum malae (*adiectivum* παρὰ προσδοκίαν *et praeter usum additum, cf.* v. 117. SVLP. RVF. Cic. epist. 4,5,3 licitum est tibi . . . generum deligere, cuius -ei liberos tuos te tuto committere putares). TER. Hec. 53 qui . . . se in vostram commisit -em. Eun. 886 ego me tuae commendo et committo -ei, te mihi *patronam* capio. 1039 *Thais* in *clientelam* et -em nobis dedit se (CIC. S. Rosc. 93 in cuius -e sint et clientela. 106 se in Chrysogoni -em et clientelam contulerunt). LEX repetund. (Corp. I² 583) 10 quoiave in -e is erit maioresve in maiorum -e fueri⟨n⟩t. 33 queive in -e eius siet. CIC. Att. 3,20,2 totum me tuo amori -eique commendo. epist. 13,16,2 quem in -em atque amicitiam meam reciperem. 13,19,2 ut Lysonem in -em necessitudinemque tuam recipias. 13,51 ut eum in tuam -em recipias eiusque rem famamque *tueare* (VAL. MAX. 9,11,6 ad clientem suum confugit. sed ne -e eius tutus esse posset . . . effectum est. GELL. 20,1,40 clientem in -em acceptum cariorem haberi quam propinquos tuendumque esse contra cognatos). 13,65,2 ea societas universa in mea -e est. HIRT. Gall. 8,23,2 *Commium* timor prohibebat cuiusquam -ei suam committere salutem. 8,44,3 Lucterius . . . cum in potestatem venisset Epasnacti Arverni, crebro enim mutandis locis multorum -ei (*nota* -em *paene idem valere atque* potestatem) se committebat *eqs.* SALL. Catil. 35,6 Orestillam tibi (*add. V*) commendo tuaeque -ei trado. VERG. Aen. 2,541 *Achilles* iura -emque supplicis (*Priami*) erubuit (ἓν διὰ δυοῖν, *ius -ei, quod supplici debetur, cum in -em alterius se commiserit*). CALP. decl. 17 totum me divitis -ei . . . addixi. MARCELL. dig. 37,15,3 ab eo servo, qui cum esset alienus, in -em eius devenit. MARCIAN. dig. 40,1,5 cum domino suo, cuius in -em confugit. *translatum ab hominum tutela ad deos*: CATVLL. 34,1 Dianae sumus in -e puellae et pueri integri. SALL. epist. Mithr. 7 *Persen* apud Samothracas deos acceptum in -em. *nota: de ipsa dea* GRATT. 496 tua (*i. venatoris*) magna -es tutelaque virgo (*sc. Diana*).

β magistratuum, imperatorum, senatus sim.: CIC. div. in Caec. 11 *Siculi* ad meam -em, quam habent spectatam iam et cognitam, confugiunt. 13 quorum (*Marcelli ac Lentuli*) -e atque praesidio Siculi maxime utuntur. Verr. 5,14 *ab homine*, quem . . . non solum potestati tuae, sed etiam -ei populus Romanus commiserat (dom. 1 vestrae sapientiae, -ei, potestati commissa. Font. 40 *hominem* videtis positum in vestra [*sc. iudicum*] -e ac potestate, atque ita, ut commissus sit -ei, permissus potestati [*cf.* Mur. 2]. ad Q. fr. 1,1,27 eos, quos tuae -ei potestatique senatus populusque Romanus commisit et credidit). Flacc. 102 te Flacce (*i. praetorem*) . . . obtestabar, cum tuae -ei optimae et spectatissimae salutem urbis et civium commendabam. prov. 35 sit in eius tutela Gallia, cuius -ei, virtuti, felicitati commendata est (*i. Caesaris*. LIV. 24,22,15 omnia quae suae [*Adranodori*] -ei tutelaeque essent. SEN. clem. 1,1,5 omnia quae in -em tutelam⟨que tuam [*i. Neronis Caesaris*] venerunt⟩. APVL. Plat. 2,25 iis, in [*nota structuram*] quorum tutelam et -em res publica illa creditur. PANEG. 11(3),1,5 me praetoriis praefecisti et provincias . . . meae -ei tutelaeque mandasti). off. 1,35 ii qui armis positis ad imperatorum -em confugient. *ibid.* ut ii, qui civitates aut nationes devictas bello in -em recepissent, earum patroni essent more maiorum. CAES. Gall. 2,15,1 *Caesar* sese eos (*i. Bellovacos*) in -em recepturum et conservaturum dixit (*Bellovaci antea dixerant* [2,13,2] sese in eius -em ac potestatem venire). 4,22,3 eos in -em recepit. 5,3,7 *sese* suas civitatisque fortunas eius (*i. Caesaris*) -ei permissurum. 5,20,1 Caesaris -em *secutus* (5,56,3 quem supra demonstravimus Caesaris secutum -em ab eo non discessisse [*his duobus atque similibus locis sollemni sensui, quo significatur pignorum securitatumque summa ac fidele praesidium non sine quadam potestate, admixta latior vis, ut -es sit condicio mutuae fidelitatis*]. S. C. de mense Aug. [Macr. sat. 1,12,35] legiones . . . secutae . . . sint eius [*Augusti*] auspicia ac -em. LIV. 2,29,7 -em secuti P. Servili consulis. VAL. MAX. 9,2,1 quattuor legiones contrariae partis -em suam [*Sullae*] secutas. SEN. suas. 7,5 perdamus eloquentiam Ciceronis, -em sequamur Antonii [*obumbrato*

[*Fraenkel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

genuino sensu, fere i. q. partes Antonii]). civ. 2, 32, 2 Caesar me, ... provinciam Siciliam atque Africam ... vestrae (*i. militum*) -ei commisit. Hirt. Gall. 8, 3, 5 finitimas...civitates sine ulla poena dedisse obsides atque in -em receptas esse (*sc. a Caesare*). 8, 27, 1. Bell. Alex. 23, 2 si ... in Caesaris -em amicitiamque venturi essent (Liv. 7, 19, 1 ni universa gens positis armis in -em consulis venisset. 8, 2, 13 qui non foedere, sed per deditionem in -em venissent. 8, 26, 7. 10, 43, 8. 37, 6, 6 *al.*). 33, 2 Cleopatrae, quae manserat in -e praesidiisque *Caesaris*. Sall. Iug. 62, 3 *Iugurtham* sine ulla pactione sese regnumque suum in illius (*imperatoris*) -em tradere. Nep. Them. 8, 4 rex eum data dextra in -em reciperet. Hann. 9, 3 simulans se suas fortunas illorum (*principum*) -ei credere. Liv. 4, 48, 13 in eius (*tribuniciae*) potestatis -em circumventam rem publicam tamquam privatum inopem confugere. 8, 31, 9 se vitam fortunasque suas illorum (*militum*) -ei virtutique permittere. 8, 36, 12 unius eius (*dictatoris*) -ei virtutique causam suam commendantes. 26, 32, 8 *Marcellus consul* in -em clientelamque se (*i. legatos*) urbemque Syracusas acciperet (*cf.* 37, 54, 17 receptae in -em et clientelam vestram [*i. Romanorum*] universae gentis [*Rhodiorum*]). 29, 18, 19 ad vos (*patres conscripti*) vestramque -em supplices confugimus. 30, 14, 4 (*Scipionis verba*) te, Masinissa, existimo ... te ipsum spesque omnis tuas in -em meam commisisse. 36, 28, 4 non in servitutem, ... sed in -em tuam (*i. consulis*) nos tradidimus (*cf. infra l. 68*). Cvrt. 8, 4, 21 qui se regis potestati -eique permisit. 9, 7, 13 per tot aetates inviolatam libertatem illius (*Alexandri*) primum -ei dicionique permissuros. Tac. hist. 1, 37 quos deprecantes in -em acceperat *Galba. al.* γ *populi Romani aliarumve gentium*: Cic. Verr. 3, 2 Sicilia se ad amicitiam -emque populi Romani applicavit. 6, 83 civitates quae in amicitia -eque populi Romani perpetuo manserant (Liv. 25, 15, 16 in -e [*Gronov.*, inde *P*] ... ac societate Romana manendum). 6, 124 semper...amicitiam -emque populi Romani secuti sumus (Caes. Gall. 4, 21, 8 ut populi Romani -em sequantur). Caes. Gall. 2, 3, 2 se suaque omnia in -em atque in potestatem populi Romani permittere. 2, 14, 2 Bellovacos omni tempore in -e atque amicitia civitatis Haeduae fuisse. 6, 4, 2 quorum (*Haeduorum*) antiquitus erat in -e civitas. 7, 5, 2 ad Haeduos, quorum erant in -e. civ. 1, 34, 4. Bell. Hisp. 1, 1 Pompeius in -em uniuscuiusque civitatis confugere coepit (*cf.* 32, 8). Sall. Iug. 33, 4 in -e et clementia populi Romani magnam spem illi sitam (Liv. 45, 4, 7 ut se suaque omnia in -em et clementiam populi Romani permitteret). Verg. Aen. 10, 71 *num Aenean hortati sumus* Tyrrhenam...-em (*i. Tyrrhenos, auxilium ab iis petentem, cf.* Serv. auct. *ad l.*, Don. Ter. Andr. 716 '-em' dixit opem et auxilium, ut 'Tyrrhenamque -em') aut gentis agitare quietas? Liv. 6, 10, 2 *Nepesini* -em ..., quam implorassent ab Romanis, ipsi praestarent. 8, 1, 10 nec in -e populi Romani nec in dicione essent (34, 35, 10 *civitates* se suaque in -em ac dicionem populi Romani tradidissent. 37, 45, 3 in -em consulis dicionemque populi Romani sese tradebant. 38, 31, 6 ad urbem Lacedaemonem in -em dicionemque populi Romani accipiendam. Plin. paneg. 32, 1 provincias omnes in -em nostram dicionemque venisse). 8, 19, 1 Fabraterni et Lucani Romam venerunt orantes, ut in -em reciperentur (10, 11, 13. Decret. Pis. de C. Caesare [Corp. XI 1421] 35 devictarum aut in -em receptarum ab eo gentium). 8, 25, 3 Lucani atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum populo Romano fuerat, in -em venerunt (8, 27, 2 in -em populi Romani venisse. 25, 1, 2 Consentini et Tauriani in -em populi Romani redierunt. 22, 2, 5 Plin. nat. 3, 110 in -em populi Romani venere). 21, 19, 11 ne quis -ei Romanae aut societati confidat. 23, 28, 11 urbem deditam nuper in -em Romanorum (42, 8, 5 [37, 9, 7 tradentes in -em civitates suas]. *ex hac iunctura similibusque velut* 26, 40, 14 voluntaria deditione in -em venerunt. *al. nata* -ei *vis quasi deditionis, quam habes* 24, 19, 11 *oppugnatorum* petentium -em. 32, 16, 14. 32, 17, 2 ad -em ab Romano petendam oratores mittunt). 25, 16, 14 ut omne nomen Lucanum in -e ac societate Romana sit. 28, 7, 12 cum in -em Aetolorum perfugissent (pervenissent *al.*). 36, 27, 8 ut se in -em permitterent Romanorum. 36, 28, 1 se suaque omnia -ei populi Romani permittere. 38, 31, 2 cum in -em Achaeorum tutelamque ... Romani Laconicae orae castella et vicos tradidissent. 39, 54, 7 *se* (*Gallos*) dedisse se prius in -em quam in potestatem populi Romani (*cf. l. 23. p. 663, 78*). Mon. Ancyr. 6, 6 plurimaeque aliae gentes exper⟨tae sunt p. R. fide⟩m me principe. *πεῖϱαν ἔλ⟨α⟩βεν δήμου Ῥωμαίων πίστεως.* Svet. Tib. 49, 2 *rex Parthorum* pulsus a suis quasi in -em p. R. ... Antiochiam se receperat.

2 -em *alicuius* implorare, invocare *sim.*: **a** *deorum*: Trag. inc. 40 implorat -em Iovis hospitalis (*cf.* Ov. met. 5, 44 testatus iusque -emque hospitiique deos. Apvl. met. 3, 26 pro Iuppiter hospitalis et Fidei secreta numina). Plavt. Amph. 455 di immortales, obsecro vostram -em (Most. 77 pro d. i. o. v. f. 530 Poen. 967). 1130 di, obsecro vostram -em (Cist. 663 Truc. 805. *his tribus locis formula post diaeresin septenarii trochaici posita est; eadem alio loco non legitur*). Aul. 300 quin divom atque hominum clamat continuo -em. Men. 1053 tu clamabas deum -em atque hominum omnium (Apvl. met. 8, 18 ille deum -em clamitans. 9, 20 -em deum boantem dominum). Cic. Verr. 2, 25 deum atque hominum -em implorabis. Catvll. 64, 191 caelestumque -em postrema comprecer hora. Liv. 2, 10, 3 obsistens obtestansque deum et hominum -em testabatur nequiquam deserto praesidio eos (*milites*) fugere (8, 33, 23 deum hominumque -em obtestans. 38, 33, 7 cum illi deos et -em legatorum testarentur. Apvl. met. 7, 25 -em hominum deumque testabatur). 3, 45, 9 deorum hominumque implorabimus -em. 28, 28, 7 deum hominumque -em implorare. Stat. Theb. 3, 439 magnique -em testaris alumni (*Apollinis*). Ivv. 13, 31 nos hominum divumque -em clamore ciemus. *nota*: Liv. 9, 12, 8 nequiquam deos -emque invocantes (*cf. p. 665, 75*). *supplendum est invocandi verbum* α *in formula* di vostram -em: Don. Ter. Andr. 716 'di vestram -em' admirantis adverbium est cum exclamatione ... -em dixit opem et auxilium (*cf. p. 665, 42*). Plavt. Capt. 418 di vostram -em, hominum ingenium liberale! Cist. 259 Men. 872 Poen. 830. 900. 953 Trin. 591. 1070 Truc. 29 (d. v. -em, hui). Caecil. com. 269 Ter. Andr. 716. 744 Haut. 502 Phorm. 757. 808 Eun. 418. 790. 924. 1049 Ad. 381. (*apud* Plavt. *semper in fine versus, item apud* Ter. *praeter* Phorm. 757, *ubi ante diaeresin septenarii,* Eun. 418. 1049, *ubi in medio versu stat*). β *in singulorum deorum invocatione*: Plavt. Aul. 692 Iuno Lucina, tuam -em! (*exclamatio mulieris parturientis*). Curc. 196 tuam -em, Venus noctuvigila! (*virginem iocose tamquam deam obtestatur. cf.* 192). Varro Men. 213 (*in tit.*) Hercules tuam -em. *delitescente supplicandi notione similiter atque in exclamatione* 'di vostram -em' *usurpatur tamquam affirmationis formula*: Flor. epit. 1, 11, 14 redit ad boves rursus triumphalis agricola -em numinum qua velocitate. 3, 3, 7 Teutonas ... quo (pro *vel* qua *trad.; et hoc et sequens verbum corr. Salmasius*) -em (fide *codd.*) numinum proelio oppressit. *translate, non de dis, sed de rebus incorporeis*: Ps. Qvint. decl. 14, 1 -em iustitiae! -em severitatis humanae!

huc pertinet formula, quae e supplicandi locutione olim, id quod saepius accidit, facta est admirantis vel indignantis interiectio pro deum -em. *fere nusquam usurpatur nisi in interrogatione (vel in exclamatione velut infra l. 41), sed cf. infra l. 60* Enn. var. 18 quid censes domino esse animi? pro divum -em, ille tristis est dum cibum servat, tu ridens voras? (*hanc sententiam tamquam affirmativam interpungunt editores*). Plavt. Curc. 694 pro deum atque hominum -em, hocine pacto ... me abripi? Epid. 580 pro deum atque hominum -em, quid? ego lenocinium facio, qui ...? Ter. Andr. 237 pro deum -em, quid est, si haec non contumeliast? Hec. 198 pro deum atque hominum -em, quod hoc genus est, quae haec est coniuratio! Haut. 61 nam pro deum atque hominum -em, quid vis tibi? Eun. 943 pro deum -em, facinus foedum! o infelicem adulescentulum! Ad. 746 pro divom -em, meretrix et mater familias [erit] una in domo? *nota*: -em *subaudiendum*: Ter. Phorm. 351 pro deum immortalium (*A*, -em *cum plerisque codicibus addidit corrector cod. A*), negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho? *ubi* Don.: ἔλλειψις: deest 'fidem' aut quid tale. Cicero in Oeconomico (frg. 8 *M*): quid igitur, pro deum immortalium, primum eam docebas quaeso? (*πρὸς θεῶν Xenoph. Oecon. 7, 9*). *Cicero numquam utitur solis verbis* pro deum -em; *ubique apud eum haec obtestatio legitur* pro deum hominumque (*vel* atque hominum) -em, *antiquitus tradita, ut ipse testatur* orat. 155. Cic. Q. Rosc. 23 pro deum hominumque -em! qui ... noluit, ... is appetiit? 50 pro deum hominumque -em! hoc aut Roscius ... petisset ... aut Cluvius ... concessisset? div. in Caec. 7 quid est, pro deum hominumque -em, in quo ego ... possim? Verr. 4, 137 pro deum hominumque -em! quem ego accuso? 5, 7 pro deum hominumque -em, quid hoc est? Tusc. 5, 48 etenim, pro deorum atque hominum -em! parumne cognitum est ... semper in animo eius esse ... pacem? Lael. 52 nam quis est, pro deorum -em atque hominum! qui velit ... vivere? Sall. (*nota eum hanc obtestationem enuntiato affirmativo inserere*) Catil. 20, 10 verum enim vero, pro deum atque hominum -em, victoria in manu nobis est. Liv. 3, 67, 7 pro deum -em, quid vobis vultis? 44, 38, 10 quis pro deum -em ita comparatus ... ⟨non⟩ vicerit? Apvl. met. 7, 27 nam pro deum -em ... cui tandem ... persuadere possis?

b *hominum*: α *-es atque auxilium hominum proprie invocatur*: ① *generatim*: Plavt. Amph. 373 tuam -em obsecro. Men. 999 perii, opsecro vestram -em, Epidamnienses, subvenite, cives (Rud. 615 pro Cyrenenses populares, vostram ego imploro -em, ... ferte opem. 622 currite huc in Veneris fanum, vostram iterum imploro -em). Mil. 862 ne dixeritis, obsecro, huic, vostram -em. Caecil. com. 212 pro deum, popularium omnium, ⟨omnium⟩ adulescentium, clamo, postulo, obsecro, oro, ploro atque imploro -em. Ter. Ad. 489 illaec -em nunc vostram implorat, Demea. Pacvv. trag. 140 extemplo Aegisthi -em nuncupantes conciebunt populum. Acc. trag. 330 quin tuam implorem -em. Trag. inc. 98 quis tumultu invocans incolarum -em. Varro ling. 6, 68 quiritare dicitur is qui Quiritum -em clamans implorat. Cic. Quinct. 94 cuius hominis -es imploranda est? S. Rosc. 29 deorumne immortalium, populine Romani, vestramne (*iudices*) qui summam potestatem habetis hoc tempore, -em implorem? Verr. 5, 80 ut te ac -em tuam implorent. 6, 108 -em tuam, quae nusquam erat neque umquam fuerat, implorant. Rab. perd. 3 implorare civium -em. Cael. 65 imploraret hominum -em. Pis. 80 cum *Pompeius* municipia pro me adiret, Italiae -em imploraret (*cf.* Att. 9, 12, 3 implorare -em municipiorum). ac. 1, 89 virginis -em implorat 'fer mi auxilium *etc.*'

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

POLLIO Cic. epist. 10, 32, 3 populi -em implora. CAES. Gall. 5, 7, 8 suorumque -em implorare coepit. civ. 3, 82, 5 -em implorarent Pompei. HIRT. Gall. 8, 48, 3 repente suorum invocat -em atque auxilium, ne ... paterentur. BELL. Afr. 26, 5 his se miseris suamque -em implorantibus auxilio ... esse non posse. 85, 9. LIV. 1, 7, 7 *Cacus* ictus clava *Herculis* -em pastorum nequiquam invocans. 2, 23, 8 implorant Quiritium -em (3, 41, 4. 3, 44, 7 SEN. epist. 15, 7. PETRON. 21, 1 invocare Quiritum -em. QVINT. decl. 379 p. 424, 3). 2, 55, 6 provoco et -em plebis imploro. adeste cives, adeste commilitones! 3, 21, 1 patrum -em implorant. 3, 56, 8 -em populi Romani implorantis (23, 36, 8. 26, 41, 20. 37, 26, 9 *al.*). 3, 58, 5 plebis -em atque auxilium implorarent (4, 14, 4 -em plebis Romanae implorare). 8, 32, 11 -em militum implorans (29, 9, 5 CVRT. 8, 1, 47. TAC. hist. 2, 9 -em suorum quondam militum invocans. SVET. Iul. 33). 30, 36, 5 implorantes ... -em ac misericordiam Scipionis. 40, 9, 6 circumventis in solitudine natura ipsa subicit, ut hominum, quos numquam viderint, -em tamen implorent. SEN. contr. exc. 5, 5 vicinorum ... -em imploravi. *singulariter*: QVEROL. p. 26, 27 quaeso nunc vestram -em, quisnam hic homo est? *deest invocandi verbum* (*cf. p. 666, 9*): SEN. contr. 1, 4, 11 fili, tuam -em, ostende. TERT. adv. Val. 14 quasi 'porro Quirites!' aut '-em Caesaris!'. PS. QVINT. decl. 16, 1 -em vestram, iudices, ne ... pereat. (II) *speciatim: imploratur -es magistratuum, iudicum sim.*: CIC. Verr. 6, 106 implorare illi -em praetoris. 6, 172 omnes ... cives Romani ... vestram (*sc. iudicum*) -em implorant, vestrum auxilium requirunt (*cf. p. 666, 79*). Font. 46 vestramque, iudices, ac populi Romani -em implorat. Mur. 86 vester est supplex, iudices, vestram -em obtestatur. dom. 12 videturne ipsa res publica et consulis auxilium implorasse et senatus -em? p. red. ad Quir. 11 orba res publica consulis -em tamquam legitimi tutoris imploravit. APVL. met. 10, 28 magno ... -em eius (*praesidis*) protestata clamore.

β *nominatio -ei inseritur invocationi vel affirmationi vel interrogationi: usurpatur formula*: per -em *alicuius*: ENN. scaen. 186 per vos (servos *codd.*) et vostrum imperium et -em, Myrmidonum vigiles, commiserescite. PLAVT. Trin. 153 id solus solum per amicitiam et per -em flens me obsecravit suo ne gnato crederem. TER. Andr. 290 per tuam -em perque huius solitudinem te obtestor, ne abs te hanc segreges. SALL. Iug. 10, 3 per hanc dexteram, per regni -em moneo obtestorque te. VERG. Aen. 2, 142 quod te per superos et conscia numina veri per si qua est quae restet adhuc mortalibus usquam intemerata -es, oro. 6, 459 per sidera iuro, per superos et si qua -es tellure sub ima est. OV. met. 6, 498 perque -em cognataque pectora supplex, per superos oro (CORP. XII 4725, 5 te ⟨ro⟩go per deos ⟨supe⟩ros et inferos ⟨per t⟩uam mihi -em ⟨bene mu- *vel* cog- *vel* defi⟩nitam uti hunc ⟨loc⟩um *eqs.*). LIV. 29, 18, 9 per vos -emque (*sic recte codd., cf. Heraeus, vindiciae Livianae I 14 sq.*) vestram, patres conscripti, *ne* quicquam rei gesseritis. CVRT. 5, 11, 6 per hanc -em invictam oro et obtestor. PETRON. 24, 3 per -em ... vestram, Ascyltos ... solus ferias agit? APVL. met. 2, 27 per -em vestram, ... Quirites, per pietatem publicam perempto civi subsistite. *formula* per -em (*pronomine non addito*) *praeter veras invocationes etiam usurpatur, ut pondus quoddam addatur verbis rogantis, iubentis, indignantis*: PETRON. 93, 3 per -em, saltem nobis parce. 98, 3 per -em, Eumolpe, reduc puerum. 100, 5 per -em ..., pater, cuius haec navis est? 114, 5 per -em, miserere. PLIN. nat. 29, 24 quo deorum, per -em, ista monstrante! QVINT. decl. 306 p. 206, 9 per -em, iuvenis, bona potius opta. TAC. dial. 35 quales, per -em, et quam incredibiliter compositae (*controversiae*)! PS. QVINT. decl. 2, 1 ignoscite per -em. *in supplicando usurpatur formula* pro -em (*cf. p. 666, 31*): PLAVT. Amph. 376 pro -em, Thebani cives (*enuntiatum nullum sequitur*). LIV. 9, 24, 9 'pro vestram -em, cives!' clamitans 'arx ab hostibus capta est, defendite [ite]!'

B ***securitas in certa re ad certum finem data,*** *non ut in A spectans ad universam dantis accipientisque mutuam condicionem, sed ad singula negotia sim., non per deditionem receptionemque effecta, sed verbis, promissis sim.*:

1 ***strictiore sensu:*** *fere i. q.* sponsio, cautio, fideiussio; *securitas sic data, ut promissor tamquam praes teneatur*: **a** *generatim*: PLAVT. Capt. 351 mittam equidem istum aestumatum tua -e (432 cogitato hinc mea -e mitti domum te aestumatum et meam esse vitam hic pro te positam pignori). Pseud. 316 face hoc quod te rogamus, Ballio, mea -e, si isti formidas credere. TER. Eun. 139 si -em habeat se iri praepositum tibi apud me (*v.* DON. *ad l.*). VARRO ling. 5, 40 praedia ... quod ea pignore data publice mancupis -em praestent (PAVL. FEST. p. 179 obsides pro obfides, qui ob -em patriae praestandam dantur). CIC. S. Rosc. 114 inque eam rem -em suam, si quid opus esse putaret, interponeret (*perperam interpretantur Heerdegen, de fide Tulliana p. 27, Landgraf ad l.* *cf.* SCAEV. dig. 17, 1, 60, 1 -em meam interponere [*synon.*: mea -e esse iussisse]. SCHOL. Cic. Bob. p. 106, 8 St. qui pro mancipe vectigalium -em suam interponeret). Flacc. 46 *Stloga* tamen credidit *pecuniam* P. Fulvi Nerati ... -e (*ad h. l.* SCHOL. Cic. Bob. p. 104, 4 St. pecuniam creditam illi, sub aliena tamen -e et promissione dicit). *ibid.* eius -e sumpsit a Fufiis *pecuniam. ibid.* pecuniam quam huius -e sumpserat (SALL. Catil. 24, 2 pecuniam sua aut amicorum -e sumptam mutuam. SCAEV. dig. 16, 1, 28, 1 mulier a Numerio sua -e mutuam pecuniam acceptam ... solvit). 47 ipse ... Fufiis satis facit absentibus et -em suam liberat (CORP. II 5042, 11 donec ea omnis pecunia -esve persoluta L. Titi soluta liberataque esset [*quod defendit Momms. ad Corporis locum, in suspicionem vocavit apud Bruns fontes*[7] *p. 334, ubi adnotat*: '*si quid mutandum est, delendum* persoluta, *ut iungantur* pecunia soluta, fides liberata']. LIV. 9, 11, 13 forsitan et publica, sua certe liberata -e, ... redierunt. 42, 13, 12 quodam modo liberata atque exonerata -e mea. SEN. benef. 1, 1, 3 *si quis beneficium accepit,* non opus est ad liberandam -em facultatibus, sed animo. 5, 14, 4 quo genere obligatus es, hoc -em exsolve. PLIN. epist. 5, 10, 1 libera tandem hendecasyllaborum meorum -em, qui scripta tua communibus amicis spoponderunt. SVET. Claud. 9, 2 cum obligatam aerario -em liberare non posset. AFRIC. dig. 3, 5, 45, 1 liberandae -ei eius causa. VLP. dig. 17, 1, 12, 9 ut -em suam liberaret). de orat. 2, 280 A. F. P. R. idque diceret esse: actum -e P. Rutili (epist. 13, 28, 2 cures, ut satis detur -e mea). top. 42 si tutor -em praestare debet (epist. 1, 7, 6 si rex amicis tuis, qui ... pecunias ei credidissent, -em suam praestitisset). SALL. Iug. 29, 4 -ei causa (*cf. p. 683, 37*) mittitur a consule Sextius quaestor in oppidum Iugurthae Vagam. PVBLIL. M 12 male geritur quicquid geritur fortunae -e. PLIN. epist. 10, 4, 4 subsigno apud te -em pro moribus Romani mei. ARNOB. nat. 2, 9 p. 54, 7 non quod sibi persuaserit quis verum dici ab altero velut quadam -ei astipulatione tutatur? MARCELL. dig. 46, 1, 24 peto des ei nummos -e et periculo meo. SCAEV. dig. 34, 3, 31, 4 -em meam pro eo obligavi (PAVL. dig. 46, 1, 54 pro pecunia mutua -em suam obligat. *cf. l. 12 sq.*). PAPIN. frg. Vat. 13 (*cf.* HERMOG. dig. 19, 1, 49) *si venditor* colonum et quinque annorum mercedes in -em suam recipiat (*i. -em suam pro eis interponat; eadem notione*: COD. Iust. 4, 26, 8 quod patrem tuum in -e suscepisti). VVLG. prov. 11, 15 qui -em facit pro extraneo. Sirach 29, 18 vir bonus -em facit pro proximo suo. PAVL. MED. vita Ambr. 23 nisi -e sua imperator illum agere debere testaretur. cui episcopus: 'ergo ago -e tua'. respondit imperator: 'age -e mea.' *trop.*: CLAVD. 2, 6 parvos non aquilis fas est educere fetus ante -em solis (*i. antequam sol pro iis -em interposuerit*) iudiciumque poli (*cf. p. 669, 11*).

ad eam rem, de qua fide promittitur, significandam a c c e d i t *genetivus obiect.*: CIC. Att. 9, 19, 3 pacis -es nulla est. HOR. carm. 3, 16, 30 segetis certa -es meae fulgentem imperio fertilis Africae fallit sorte beatior. VAL. MAX. 4, 5 ext. 1 deformitatem *faciei* ... sanctitatis suae -em ... esse maluit. SEN. epist. 97, 13 eleganter ... ab Epicuro dictum puto: 'potest nocenti contingere, ut lateat, latendi -es non potest' (*Plutarch. contra Epicuri beatit. 6 p. 1090*[c] *= frg. 532 p. 321 U.* πίστιν περὶ τοῦ λαθεῖν λαβεῖν). 97, 16. COLVM. 3, 4, 2 certam generositatis -em (arb. 1, 3). 11, 3, 8 ut certam perennitatis puteus habeat -em. LVCAN. 2, 243 omnibus expulsae terris ... virtutis iam sola -es (*sc. Cato. cf.* TAC. hist. 2, 5 praecipua concordiae -es Titus. 4, 85 praecipua victoriae -es dux hostium Valentinus. PLIN. paneg. 11, 3 *principi* una eademque certissima divinitatis -es est bonus successor). PLIN. nat. 18, 342 tanto certior -es serenitatis. STAT. Theb. 2, 159 geminae mihi ..., nepotum laeta -es, aequo pubescunt sidere natae. 6, 936 peritque venturi promissa -es.

locutiones technicae ICTorum: **fidē rogo:** TAB. cer. Dac. 6 (Corp. III p. 937, 14) alterum tantum dari -e rogavit Maximus Batonis, -e promisit Dasius (*ubi Mommsen*: 'fide rogare *et* fide promittere *hic usurpantur non de fideiussione, sed de ipsius debitoris promissione; similiter Scaevola* [dig. 45, 1, 122, 1] *ait de mutua pecunia*: ea sic recte dari fieri -e roganti Sticho servo L. Titii promisit Callimachus. *eadem vocabula redeunt similiter in instrumentis n. V. VII. VIII; in n. VII tamen etiam qui fide iussit dicitur fide rogatus*'). 7 (Corp. III p. 941, 4) f(ide) r(ogato). p 941, 13 f(ide) r(ogavit). × **fidē prōmitto** (*cf. Girard-Mayr, Geschichte u. System des röm. Rechtes p. 817 sq; Leonhard, PW. VI 2279 sqq.; E. Levy, Sponsio, fidepromissio, fideiussio [passim]; Sohm, Institutionen*[14] *p. 516*[5]*, ubi v. de Mitteisii disputatione*): TAB. cer. Dac. 6 (Corp. III p. 937, 15) -e promisit (*cf. Mommseni adn.*). 7 (Corp. III p. 941, 13) f(ide) p(romisit). p. 943, 19 *al.* GAIVS inst. 3, 112 idem -e tua promittis? EVGRAPH. Ter. Eun. 1060 -em (-e *scribendum censeo*) promitto et spondeo. × **fidē iubeo** (*cf. Girard-Mayr p. 817 sqq.; Leonhard, PW. VI 2275 sq.; cf. etiam libros supra l. 62 laudatos*): VLP. dig. 16, 3, 1, 14 si fideiussisti pro eo, Labeo omnimodo fideiussorem teneri ait. FORMVLA Baet. (Corp. II 5406) 9 -eve quid sua esse iussit iusserit. IAVOL. dig. 46, 1, 20 ab eo pro quo fideiussit. IVLIAN. dig. 46, 1, 19 servus ... pro quodam fideiusserat. *ibid.* quo nomine fideiusserit. *ibid.* si ... extra causam peculii fideiusserit. TAB. cer. Dac. 7 (Corp. III p. 941, 14) id⟨em⟩ -e sua esse iussit Vibius Longus. 25 (Corp. III p. 959, 14) id -e sua esse iussit. GAIVS inst. 3, 92 fideiubes? fideiubeo. 3, 112. 116 id⟨em⟩ -e tua esse iubes? *al.* SCAEV. dig. 17, 1, 60, 1 id me mea -e esse iussisse salvum te habiturum. *de reliquis* ICTorum *locis adeas vocab. iurispr. Rom.* **fidem dīco,** *posterius* **fidēdīco:** *proprie*: APVL. Socr. 5, 130 quis pro te deus -em dicet? SCAEV. dig. 17, 1, 62, 1 ut -em dic⟨a⟩s pro Publio Maevio apud Sempronium. AVG. in psalm. 50, 24 quos (*sc. filios vestros*) fidedixistis (*lectio incerta*), ut baptizarentur. ROMVL. fab. Aesop. 40 p. 122, 7 fidedicente lupo. NOVELL. Iust. 4, 1 contra eum, quem fidedixit (κατὰ τοῦ ἐγγυηθέντος). LEX Burg. lib. const. 19, 5 ab illo quem

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fidedixit. *translate*: TERT. monog. 2 -em dicente pro eis integritate praedictionis. scorp. 8 p. 162, 6 pro qua (*i. veritate*) -em diceret passio ipsorum defensorum eius. CASSIOD. var. 2, 40, 6 fidedicente lyra (*erravit Traube in indice*).

b *speciatim: sponsio, quae ad alicuius incolumitatem pertinet*: CIC. Rab. perd. 28 si -es Saturnino data est (CAES. Gall. 7, 42, 5 M. Aristium . . . -e data ex oppido Cavillono educunt. BELL. Afr. 29, 1 nonnumquam etiam Germani Gallique Labienani cum Caesaris equitibus -e data inter se colloquebantur. AETNA 632 mediumque exire per ignem ipso [*i. igni*] dante -em [*sc. eos incolumes fore*] properant. LIV. 34, 40, 7 Timocratem ... vivum -e data emiserunt *ex arce*. CVRT. 4, 1, 14 quod si te committere nobis times, dabimus -em impune venturum). *ibid.* si in -e non stetit. quae -es . . . qui potuit sine senatus consulto dari? Pis. 83 timentem multumque dubitantem confirmasti et Thessalonicam -e tua venire iussisti (PLANC. Cic. epist. 10, 23, 5 legatos -e Lepidi missos ad me). epist. 5, 11, 3 de Dionysio (*Ciceronis anagnosta fugitivo*) si me amas confice; quamcumque ei -em dederis, praestabo. Brut. 89 Lusitanis...contra interpositam, ut existimabatur, -em interfectis (or. frg. A VII 49 interposita -e per tres legatos...Romam armati revertuntur. CAES. Gall. 5, 6, 6. 5, 36, 2 ipsi vero nihil nocitum iri, inque eam rem se suam -em interponere. civ. 1, 86, 2 omni interposita -e. BELL. Alex. 63, 3 ne pugnetur interdicit; ad exeundum Cassium invitat -emque suam in re omni interponit. SALL. Iug. 32, 5 privatim praeterea *Cassius praetor* -em suam interponit. VAL. MAX. 8, 1 absol. 2 quod Lusitanorum magnam manum interposita -e praetor . . . interemisset). CAES. Gall. 4, 11, 3 si *Vbiorum* principes ac senatus sibi iureiurando -em fecisset (*i. incolumitatem promisisset*). civ. 1, 74, 3 -em ab imperatore de Petrei atque Afrani vita petunt. BELL. Afr. 93, 3 ipse sibi suisque liberis a . . . proconsule . . . -e accepta seque et sua omnia et oppidum proconsuli tradit (LIV. 25, 25, 10 -e accepta, ut inviolatus ... rediret [*nota structuram*]. 38, 9, 4 rex -e accepta venerat in castra Romana. 38, 33, 3 -e accepta a legatis vim abfuturam. 39, 12, 4 -em vel a Sulpicia... vel ab se acciperet. AMM. 20, 7, 7 acceptaque -e quod redire permitteretur incolumis. 27, 12, 6). LIV. 24, 47, 9 *Carthaginienses* emissi ... cum -e incolumes ad Hannibalem . . . venerunt. 30, 12, 17 *cum* in id, ne cui Romano traderetur, -em exposceret. 39, 51, 4 -ei regum nihil sane confisus. 39, 51, 12 hospitales deos violatae ab eo -ei testes invocans. 40, 57, 4 -e sua obligata (*cf. p. 668, 25*) pacato agmine transituros Bastarnas. SEN. benef. 5, 16, 3 *Sulla* legiones duas . . . post -em in angulo congestas contrucidavit (dial. 1, 3, 7 multa milia civium Romanorum uno loco post -em, immo per ipsam -em trucidata). CVRT. 6, 5, 22. MART. 1, 48, 6 nec cavea tanta conditur ille (*lepus*) -e. QVINT. decl. 321 p. 263, 16 homines, qui inter se armis atque exercitibus conflixerant, tuti tamen iacuere media cenae -e. TAC. ann. 2, 63 abiturum (*Maroboduum ex Italia*) -e qua venisset. *pendet genetivus obiect.*: LIV. 43, 18, 10 vitae tantum libertatisque -em acciperent. VELL. 2, 58, 3 -em . . . descendendi tuto interfectoribus Caesaris dedit. *de fide publica* (*cf.* VAL. MAX. 6, 6 de -e publica): CIC. Catil. 3, 8 -em publicam iussu senatus dedi (*sc. Volturcio*); hortatus sum, ut ea, quae sciret, sine timore indicaret. Att. 2, 24, 2 -em publicam postulavit (*i. ut sibi publice promitteretur se cum dixisset incolumem fore*). SALL. Catil. 47, 1 -e publica dicere iussus est. 48, 4 is cum se diceret indicaturum de coniuratione, si -es publica data esset. Iug. 32, 1. 5. 33, 3. 35, 7 comes eius, qui Romam -e publica venerat. LIV. 2, 28, 7 ni praestaretur -es publica. 9, 11, 13. 22, 23, 8 *Fabius* -em ... publicam (*i. promissum ac pignus, quod ipse magistratus dederat*) impendio privato exsolvit. 24, 16, 12 exsoluta iam -e publica. 29, 16, 2 in publica obligata -e. 34, 19, 5 si domos abire *velint*, publica -e accepta nihil eam rem noxiae futuram. QVINT. decl. 267 p. 89, 7 ut invocem publicam -em. p. 91, 16 ego publicam appello -em, quae inter piratas sacra est, quae inter armatos hostes indutias facit, quae deditarum civitatum iura conservat. FLOR. epit. 3, 1, 8 cum interveniente publica -e a senatu arcesseretur. AMM. 17, 13, 22 accepta . . . publica -e. *al.*

2 ***latiore sensu***: *fere i. q. promissum, ius iurandum sim.* (*inter 1 et 2 non semper accurate distingui potest*): **a** ***generatim***: PLAVT. Cist. 241 quae coniurasset mecum et firmasset (*cf. p. 662, 74*) -em (TER. Andr. 462 firmavit -em. Hec. 750 si aliud scirem qui firmare meam apud vos possem -em). Mil. 983 *ne* haec mutet -em vide modo (TER. Phorm. 512 cum illo ut mutet -em. SALL. Iug. 56, 5 cuncti aut magna pars Siccensium -em mutavissent. LIV. 4, 49, 9 cum inter oppugnationem praedam militis fore edixisset, capto oppido -em mutavit). Persa 193 scio -e (*v. p. 662, 24*) hercle erili ut soleat impudicitia opprobrari, nec subigi queantur umquam, ut pro ea -e habeant iudicem. TER. Andr. 643 solvisti -em (LIV. 3, 19, 1 instare ... tribuni patribus, ut P. Valeri -em exsolverent. 27, 5, 6 ad exsolvendam -em consulis. OV. epist. 10, 78 esset, quam dederas, morte soluta -es. fast. 1, 642 voti solverat ille -em. PLIN. epist. 2, 12, 6 implevi promissum priorisque epistulae -em exsolvi. *nota* VAL. MAX. 7, 3 ext. 5 mulier . . . parata est depositi se -e solvere). ACC. trag. 227 fregistin -em? TRAG. inc. 60 -e (*v. p. 662, 10*) sacratae (-ta *codd. pars*) ius perpetuo falleret. CIC. S. Rosc. 115 voluntatem decurionum ac municipum omnium tantidem quanti -em suam fecit. Verr. 6, 153 (*notione prope accedente ad eam, de qua I A 1 b β*) cui civi supplicanti non illa dextera invicta -em porrexit et spem salutis ostendit? (p. red. in sen. 24 qui mihi . . . consularem -em dextramque porrexit. Flacc. 103 mea dextera illa, mea -es, mea promissa. Deiot. 8 Phil. 11, 5 dexterae, quae -ei testes esse solebant. VERG. Aen. 7, 235 *per Aeneae dextram*, sive -e seu quis bello est expertus et armis [*cf.* CIC. epist. 7, 5, 3 in manum tuam istam et victoria et -e praestantem]. LIV. 1, 21, 4 significantes -em tutandam sedemque eius etiam in dexteris sacratam esse. 23, 9, 3 sacratas -e manus [*Gronov.*, mansis *P*]. 25, 16, 13 praesentis . . . contingere dextram ⟨et⟩ id pignus -ei secum ferre. CARM. de bell. Aeg. 6 -e dextraque potens. SEN. Med. 248 -emque supplex praesidis dextra peti. PLIN. nat. 11, 250 *dextera* in -e porrigitur). Rab. perd. 28 -*em* C. Marius dedit idemque violavit, si in -e non stetit (*cf.* CAES. Gall. 6, 9, 6 neque ab se -em laesam. civ. 2, 44, 2 cum Varus suam -em ab eo laedi quereretur. OV. epist. 7, 57). Balb. 12 Graeci homines . . . noluerunt religione videri potius quam veritate -em esse constrictam. epist. 12, 7, 1 quod ...dixi in contione, in eo velim -em meam liberes; promisi enim *eqs.* PROP. 1, 18, 18 *quia* non ulla meo clamat in ore -es. LIV. 2, 27, 1 Romanus promissa consulis -emque senatus expectabat (*i. promissa rata fore*). *ibid.* ut collegae vanam faceret -em. 30, 15, 1 -ei suae temere obstrictae consuleret — promisisse enim sese . . . traditurum. 37, 32, 13 -es constitit praetoris. OV. am. 2, 8, 18 per Veneris feci numina magna -em. 3, 3, 1 -em iurata fefellit (SEN. Phoen. 588 si fefellissem -em? si peierassem?). epist. 7, 8 idem venti vela -emque ferent? (*cf.* 2, 26). 19, 112 *Diana* neu sis periura laborat et salvam salva te cupit esse -e. VELL. 2, 55, 1 promissae brevitatis -es. SEN. Tro. 611 -em alligavit iure iurando suam. benef. 4, 35, 2. dial. 4, 28, 7 -ei acerrimus exactor est perfidus. SIL. 6, 472 stante -e reditūs. STAT. Theb. 2, 388 queritur . . . -em tam sero reposci. QVINT. decl. 311 p. 223, 6 si tamen explicet -em (*i. obligationem solvendae pecuniae*). 326 p. 283, 26 non esse explicitam legationis -em (*i. officium quod suscepi, cum legatus mitterer*). APVL. met. 3, 12 si per -em (*i. obligationem e promisso ortam*) liceret id facere. hospes enim ... effecit, ut eius hodiernae cenae pignerarer.

iuncturae verbales *solemnes*: -em do (*saepe pendet acc. c. inf.*): PLAVT. Cist. 236 -em da. :: do, non facturum esse me. Mil. 453 nisi das firmatam -em te huc, si omisero, intro ituram (Col. frg. 2 vers. 1 qui data -e firmata fidentem fefellerint [*cf. p. 662, 74*]). 455 do -em . . . isto me intro ituram quo iubes. Persa 243 -e data credamus. Rud. 952 si -em modo das mihi te non fore infidum. :: do -em tibi, fidus ero, quisquis es. S. C. de Bacch. (Corp. X 104 = I^2 581) 14 neve posthac inter sed conioura⟨se nev⟩e comvovise neve conspondise neve conpromesise velet, neve quisquam -em inter sed dedise velet. TER. Andr. 401 pollicitus sum suscepturum, ... hanc -em sibi me obsecravit, qui se sciret non deserturum, ut darem. Phorm. 492 sin -em do? Eun. 1060 do -em futurum. Ad. 473 -em dans, iurans se illam ducturum domum. ACC. trag. 228 fregistin -em? :: neque dedi neque do infideli cuiquam. CIC. Phil. 13, 42. fin. 2, 65 *Regulus* nulla vi coactus praeter -em, quam dederat hosti. epist. 1, 9, 12 *me impulit* et Pompei -es, quam de me Caesari dederat, et fratris mei, quam Pompeio. CAES. civ. 1, 10, 4 quoad -es esset data Caesarem facturum, quae polliceretur. SALL. Iug. 61, 4 -e data . . . fore ut. NEP. Dat. 10, 1 -emque de ea re more Persarum dextra dedisset. Hann. 2, 4 si mihi -em quam postulo dederis. OV. epist. 7, 18 quamque iterum fallas, altera danda -es? 10, 116. met. 7, 46 dabit ante -em. 14, 297 -es dextraeque datae. LIV. 1, 58, 7 date dexteras -emque haud impune adultero fore. 8, 18, 4. 23, 9, 9. SEN. benef. 5, 21, 1 -em datam nec servatam. *poetice, in metaphora*: SEN. Herc. f. 754 -emque cum iam saepe decepto (*Tantalo*) dedit, perit unda in ore. *accedit in c. acc.*: LIV. 32, 24, 7 -eque in haec data (32, 30, 8 in id -es data consuli est). *accedit gen. gerundivi*: LIV. 37, 10, 4 -em petenti dedit agendae communiter rei aut tegendae silentio. VELL. 2, 87, 2 cum dignitatis . . . servandae dedisset -em. -em servo (*vocabuli -es notio nonnumquam haud diversa ab ea, de qua sub II A*): PLAVT. Capt. 930 tecum servavi -em. Curc. 140 si -em servas mecum. Epid. 124 bene promittit, spero servabit -em (idem *codd., cf. p. 663, 8*). Merc. 531 si mecum servatur -es. Pseud. 519 edepol mortalem graphicum, si servat -em. Rud. 1350 etsi tu -em servaveris. Trin. 1048 male -em servando. 1113 sed hic unus, ut ego suspicor, servat -em. TER. Andr. 280 ut servem -em. Hec. 402 pollicitus sum et servare in eo certumst quod dixi -em. CIC. Vatin. 15 servarisne in eo -em. off. 3, 107 est autem ius etiam bellicum -esque iuris iurandi saepe cum hoste servanda. CAES. Gall. 6, 36, 1 diffidens de numero dierum Caesarem -em servaturum. civ. 1, 84, 3 quod -em erga imperatorem suum Cn. Pompeium conservare voluerint. VERG. Aen. 2, 161. 4, 552 non servata -es cineri promissa Sychaeo. SIL. 6, 64 infidis servasse -em memorabere Poenis. *poetice*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 167 *Aetna* scit nivibus servare -em. 26, 48 nec poscimus amnes undosam servare -em. -em facio (*sensu speciali, de stipulatione*): LEX Sal. 50, 1 si quis . . . alteri -em fecerit (*sc. se pecuniam soluturum*). *passim in hoc titulo.*

saepe ***iuxta ponuntur*** -es et ius iurandum *sim.* (*cf. Plu-*

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tarch. Numa 16 τὴν . . . Πίστιν ὅρκον ἀποδεῖξαι Ῥωμαίοις μέγιστον, ᾧ χρώμενοι μέχρι νῦν διατελοῦσιν): ENN. scaen. 403 o Fides alma apta pinnis (*cf. ea quae Wilamowitzius congessit ad Eur. Herc. 649, imprimis de numinibus* Δίκη *et* Ὁσία) et ius iurandum Iovis! PLAVT. Rud. 47 is leno, ut se aequom est, flocci non fecit -em (*v. p. 662, 74*) neque quod iuratus adulescenti dixerat. TER. Ad. 306 quem neque -es neque ius iurandum . . . repressit. CATO or. frg. 8, 3 neque -em neque ius iurandum neque pudicitiam multi facit. CIC. S. Rosc. 140 ad -em, ad ius iurandum, ad iudicia vestra. Q. Rosc. 44 quibus abroges -em iuris iurandi. Arch. 8 integerrimi municipi ius iurandum -emque. har. resp. 36 -em iusque iurandum neglectum. off. 3, 43 contra ius iurandum ac -em. 3, 107 nec -es...nec ius iurandum. Lael. 39 quod contra -em, contra ius iurandum, contra rem publicam esset. CAES. Gall. 1, 3, 8 inter se -em et ius iurandum dant. 7, 2, 2. LIV. 1, 21, 1 -es ac ius iurandum. AVG. civ. 3, 20 p. 130, 25 D. *Saguntum custodiens fideliter* quod . . . -e vinxerat, iuratione constrinxerat.

de promisso exsolvendo: TRAG. inc. 56 cuius ipse princeps iuris iurandi fuit . . . solus neglexit -em. LENT. Cic. epist. 12, 14, 5 perfidia eorum, qui -em mihi reique publicae non praestiterunt (LIV. 25, 41, 4 gens fallax promissi -em praestitit. 30, 12, 9. 30, 15, 5 Masinissam libenter primam ei [*uxori*] -em praestaturum fuisse, quam vir uxori debuerit; . . . *nunc* secundam -em praestare, ne viva in potestatem Romanorum veniat. VAL. MAX. 6, 8, 1. SEN. Ag. 159 praestitit matri -em [*ironice*]. benef. 4, 36, 3 demens est, qui -em praestat errori. QVINT. decl. 278 p. 132, 21 cuius . . . summae si non praestetur -es [*sc. cum illa pecunia lege promissa sit*]. VLP. dig. 2, 14, 52, 1 heres pacto, quod defunctus fecit, -em praestare debet. 3, 2, 6, 5 qui -em, quam adversarius secutus est, non praestat. *saepius apud Ictos*). VAL. MAX. 6, 5, 7 ut -es edicti sui extaret (CVRT. 8, 4, 18 promisso -es extitit. *cf. p. 672, 83*). PHAEDR. 3 epil. 9 praemium ut reddas, peto, quod es pollicitus: exhibe vocis -em. STAT. silv. 2, 6, 66 sive alma -em messisque (ἓν διὰ δυοῖν) negasset Cretaque Cyreneque. HIL. in Matth. 14, 3 Herodes . . . sacramento -em reddidit.

b ***speciatim:*** *de eo promisso, quod ad quandam societatem, pacem, foedus sim. pertinet: cf.* VARRO ling. 5, 86 fetiales, quod -ei publicae inter populos praeerant. *ibid.* ut foedere -es pacis constitueretur. PAVL. FEST. p. 84 *foedus appellatum* vel quia in foedere interponatur -es. ENN. ann. 32 accipe daque -em (= VERG. Aen. 8, 150) foedusque feri bene firmum (*cf. p. 662, 74*. SALL. Catil. 44, 3 cum Catilina data atque accepta -e societatem confirmarent. *cf.* Iug. 81, 1. LIV. 22, 22, 16 -e accepta dataque [28, 23, 8]. 28, 17, 8 firmandae eius [*i. amicitiae Romanorum*] -em nec dare nec accipere. CVRT. 4, 1, 9. 6, 11, 29 PETRON. 108, 13). scaen. 405 nulla sancta societas nec -es regni est. VARRO ling. 5, 86 ut foedere -es pacis constitueretur (OV. met. 3, 128 fraternaeque -em pacis petiitque deditque. 12, 365 *armigerum* bello superatus Amyntor Aeacidae dederat pacis pignusque -emque. LIV. 24, 29, 5 pacis -em ruptam esse. 30, 24, 11 cum quidam pacis petitae, alii indutiarum . . . -em opponerent. SEN. Thy. 294). CIC. Phil. 13, 42 quod inter Antonium et Dolabellam . . . foedere et -e sanciretur (*pertinent haec verba ad antecedentia*: -em quam dedi Dolabellae). CATVLL. 87, 3 nulla -es ullo fuit umquam 〈in〉 foedere tanta quanta in amore tuo ex parte reperta mea est. VERG. georg. 4, 213 rege incolumi mens omnibus (*apibus*) una est, amisso rupere -em. LIV. 1, 1, 8 dextra data -em futurae amicitiae sanxisse (28, 35, 1 *al.*). 1, 30, 7 *valuit apud Veientes* pacta cum Romulo indutiarum -es. 5, 51, 10 foedus ac -em fefellerunt. 6, 10, 4 postquam deditionis quam societatis -es sanctior erat (*i. postquam Romani viderunt se illorum deditioni quam societati firmius confidere posse*. 8, 37, 2 indutias annuas ab urbe rettulerunt; nec earum ipsarum sancta -es fuit). 9, 11, 8 hoc -e, hoc foederibus, hoc fetialibus (*cf. p. 662, 75*) caerimoniis dignum erat. 9, 40, 18 *Perusia* indutiarum -em ruperat. 25, 8, 8 *iuvenes Tarentini* congressi cum Hannibale . . . -e sanxerunt liberos Tarentinos leges 〈suas〉 . . . habituros. 27, 17, 17 foedere accepta -es. 27, 30, 12 contra -em conventionis. 30, 4, 10 tollit indutias, ut libera -e (*cf. p. 668, 2*) incepta exsequeretur. 30, 25, 2. 35, 33, 4 quotiens ab iis -es mota foederis esset. 42, 5, 12 reconciliationis . . . -es obsidibus ultro citroque datis firmata est (SIL. 10, 490 obsidibusque obstricta -es). 42, 43, 4 -e indutiarum interposita. PAVL. FEST. p. 41 consposos antiqui dicebant -e mutua colligatos. PHAEDR. 3, 13, 17 pactam . . . -em. 481 -em foedusque iungent. LVCAN. 1, 119 morte tua (*Iuliae*) discussa -es (*Caesaris et Pompei*). 4, 204 est miseris renovata -es. 4, 245. SIL. 2, 273 foedusque -esque. STAT. Theb. 2, 425 nec sceptra -e nec pace sequestra poscitis. 7, 542 -ei pacisque sequestra mater. 7, 612 pacem sperate -emque. 11, 380 ille -em et stata foedera rupit. silv. 1, 1, 27 das Cattis Dacisque -em. APVL. apol. 74 eum, postquam uxorem duxerit, a compecti -e descivisse.

3 ***translate,*** *ut de securitate ad actiones, negotia gerenda sim. data, sic de certitudine dictis scriptis nuntiis sim. addita, quae illorum quasi pignus fit: fere i. q. auctoritas, testimonium, argumentum, documentum*: **a** *huc attuli nonnullos locos, qui tamen exemplis sub B 1 a congestis proximi sunt velut*: PLAVT. Amph. 391 dic si quid vis, non nocebo. :: tuae -e (*cf. p. 662, 52*) credo? :: meae (Cas. 1007 tuaen -ei credo? :: meae. TER. Eun. 898 crede hoc meae -ei: dabit hic pugnam aliquam denuo. LIV. 32, 32, 14 non omnium . . . credo -ei, quos circa te video, atque omnium minime Aetolis. 35, 49, 12 expertae . . . spectataeque Romanorum -ei credere. SEN. contr. 2, 1, 38 crede -ei meae. VAL. MAX. 3, 8 ext. 5 quorum -ei plurimum credebat. SEN. clem. 1, 13, 3 non amicorum -ei credens. CVRT. 7, 2, 14 vide, quantum -ei tuae credam). Men. 894 mea ego id promitto -e. Merc. 1013 certon scis non suscensere mihi tuam matrem? :: scio. :: vide. :: mea -e (video me -e *codd.*). VAL. MAX. 6, 2 praef. nostra -e . . . referatur. SEN. Herc. f. 1177 tu ede, Theseu, sed tua, Theseu, -e. PETRON. 133, 1 narra mihi . . . frater, sed tua -e. PLIN. epist. 1, 7, 4 *me spero haec* tua meaque -e Gallo confirmaturum. 1, 14, 10 at ego -e mea spondeo futurum ut *eqs.* FRONTO p. 32 N. Gratiae . . . nullum a fame periculum fore -e mea spopondi.

b *i. q. auctoritas, certitudo, certa memoria*: CIC. Q. Rosc. 12 quid ita de hac pecunia, de his ipsis ~~HS~~ *tot*, de (*del. Baiter, cf.* 13 de hac pecunia tabularum -e) tuarum tabularum -e compromissum feceris. Arch. 9 omnem tabularum -em. ad Q. fr. 1, 1, 23 Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae -em scriptus (OV. am. 3, 12, 42 exit in immensum fecunda licentia vatum obligat historica nec sua verba -e). SALL. Iug. 17, 7 -es eius rei penes auctores erit (VAL. MAX. 1, 8, 7 quia non nova dicuntur, sed tradita repetuntur, -em auctores vindicent [*notio propius accedit ad II B 1*]. SEN. apocol. 5 -es penes auctorem erit. nat. 4, 3, 1 *historici* cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere [*nota hoc verbum, quod proprie ad fidem pertinet*], sed adiciunt: penes auctores -es erit. PLIN. nat. 17, 93 [*cf.* 28, 2 -es tantum auctores appellet]). LIV. 33, 34, 2 *legatis* verba sine -e rerum iactantibus (42, 45, 7 ut crimina delata ab Eumene -e rerum refellerent. SEN. dial. 6, 1, 3 ad *posteros* veniet incorrupta rerum -es auctori suo magno imputata. TAC. Agr. 10 quae priores nondum comperta eloquentia percoluere, rerum -e tradentur). RVT. LVP. 2, 19 ut quod dubium est visum ad certam -em adduci videatur. CELS. 7, 26, 2^c^ ubi eius rei -es est. SEN. Oed. 837 vel paenitendi sanguinis quaeram -em (*i. de eo certus fieri volo*). COLVM. 3, 2, 29 quarum (*vitium*) nec numerum nec appellationes cum certa -e referre possumus. QVINT. inst. 12, 3, 2 ea quae sibi a iudice credi postulaturus est, aliena -e dicet. 12, 4, 2 haec . . . vetustatis -e tuta sunt. decl. 321 p. 259, 4 etiamsi certa utriusque (*i. fratris et amici*) nominis -es esset (*sc. revera de fratre procul dubio constat eum fratrem esse, contra amicus non semper est amicus ita uti nomen possidet*). FRONTIN. aq. 64 in exploranda -e aquarum adque copia (-e *i. certa traditione quae est in commentariis*). 72 quae *fraus* neque ad commentariorum -em neque ad eas . . . mensuras . . . convenit. TAC. ann. 16, 6 quamvis quidam scriptores tradant, odio magis quam ex -e. TERT. anim. 11 p. 315, 7 adversus ipsius scripturae -em (AVG. civ. 12, 9 p. 526, 4 D. secundum sanctae scripturae -em, quae mirabilem auctoritatem . . . habet). PALLAD. 11, 14, 1 ne lecta praeteream quae Graeci sua -e media de condiendi vini genere disputarunt. AVIEN. ora 78 fulcit haec -es petita longe et eruta ex auctoribus. AMM. 15, 9, 2 *Timagenis* -em secuti. 22, 16, 13 loquitur monumentorum veterum concinens -es. SERV. Aen. 1, 267 secundum Catonem historiae hoc (*sc. id quod deinde enarratur*) habet -es. AVG. gest. Pelag. 33, 58 p. 114, 5 non . . . sic scripsit in ea . . . chartula, ut cognosceretur quod habet gestorum -es (*i. genuina illius libri memoria, cf. p. 683, 47*). epist. 143, 12 p. 262, 7 creditum non fabulosa vanitate, sed . . . historica -e. CASSIAN. c. Nest. 6, 3, 2 textus . . . ac -es (ἓν διὰ δυοῖν) Antiocheni symboli haec est.

c *i. q. argumentum, documentum, testimonium*: TER. Hec. 581 teque ante quod me amare rebar, ei rei firmasti -em, nam *eqs.* CIC. top. 98 quae autem sequitur narrationem -es (*i. argumentatio. cf.* QVINT. inst. 5, 10, 8 haec omnia [*argumenta*] generaliter πίστεις appellant, quod etiam si propria interpretatione dicere -em [*P*, quidem *vel* equidem *rell.*] possumus, apertius tamen probationem interpretabimur. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 24 p. 213, 38 -es est argumentum, quo crimen probamus, id est -em crimini facimus. 2, 14 p. 270, 29 πίστις ἄτεχνος, id est -es sine arte. *al.*). VERG. Aen. 2, 309 tum vero manifesta -es, Danaumque patescunt insidiae. 3, 375 te maioribus ire per altum auspiciis manifesta -es (STAT. Theb. 6, 638 auditum [*sc. eum esse*] manifesta -es: vix campus euntem sentit). PROP. 4, 1, 108 verusque per astra trames et ab zonis quinque petenda -es. 4, 6, 60 sum deus, est nostri sanguinis ista -es. AETNA 145 occultamque -em manifestis abstrahe rebus. 177 manifesta -es et proxima vero est (MANIL. 2, 130 ipsa -es [*i. manifesta rerum -es*] operi [*sc. carmini meo*] faciet pondusque -emque [*sc. efficiet, ut credatur; cf. p. 688, 27*]). 505 scintillae procul ecce -es. 517 figulos huic (*i. affirmationi talia fieri posse*) esse -em. OV. epist. 18, 68 firmius o cupidi tandem coeamus amantes nec careant vera gaudia nostra -e. fast. 2, 20 februa Romani dixere piamina patres; nunc quoque dant verbo plurima signa -em. 3, 145 nec mihi parva -es annos hinc isse priores, . . . quod *eqs.* (LIV. 21, 13, 3 vestra . . . causa me . . . loqui . . . vel ea -es sit, quod). Pont. 1, 5, 32 sumque -es huius maxima vocis (*sc. poetas sanos non esse*) ego? NVX 51 idque -e careat (*cf. l. 75*), si non . . . retinent. LIV. 2, 24, 6 contioni deinde edicto addidit -em. 6, 13, 7 (*facta ante narrata*) manifesta -es (*cf. l. 65*) publica ope Volscos hostes adiutos. 10, 34, 14 dictis captivorum -es extitit (32, 11, 10 si -es extet. *cf. p. 671, 30*). 21, 34, 3 ad -em promissorum obsides acciperet. 24, 27, 8 ut . . . Appius . . .

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

coepit, ingens in speciem criminibus vanis accesserat -es. MANIL. 1,407 magna -es hoc posse (*sc. Caniculam*) color cursusque micantis in radios. 2,87 nec nimis est quaerenda -es. VAL. MAX. 4,3 ext. 3 cuius opinionis non parva -es erit narratio quae sequitur. SEN. Tro. 598 et esse verum hoc qua probas Danais -e? CVRT. 6,10,29 ne hanc quidem exhibendae veritatis -em (*sc. tormenta*) deprecor. MELA 1,103 id famae -em adicit (PLIN. nat. 8,61 haec -em et Democrito afferunt, qui... narrat. 9,179 omnibus his -em Nili inundatio affert). 2,31 capit opinio -em, quia *eqs.* (3,95 hinc opinio causae -em cepit, quod *eqs.*). LVCAN. 1,524 addita fati peioris manifesta -es. 5,142 fecitque negatis numinibus metus ipse -em. 7,726 nunc tibi vera -es quaesiti ... favoris contigit ac fructus. 8,688 volt sceleris superesse -em (9,140 scelerisque -em quaesisse tyrannum. 9,1037). PETRON. 97,3 in lance argentea indicium et -em praeferebat. PLIN. nat. 27,75 qui -em promisso huic quaerunt, affirmant. VAL. FL. 2,338 nox dabit ipsa -em. SIL. 11,535 datque -em verbis haud parvo insignis acervo. STAT. Theb. 2,289 prima -es operi (*sc. monilis vis primum inde apparuit, quod Cadmus atque Harmonia in serpentes mutati sunt*). 2,689 huic una -es (*i. unum saltem testimonium, unus testis*) optanda labori. 10,202 sed nunc certa -es. MART. epigr. 5,2 vidimus, accepit fabula prisca -em. QVINT. inst. 4,3,6 difficillima est ... gravissimi cuiusque sceleris -es (*i. probatio*). 11,3,8 cuius rei -es est, quod *eqs.* FRONTIN. strat. 3,3,4 ille assentante iniuriarum -e creditus inimicissimus Cyro. TAC. Germ. 10 auspiciorum adhuc -es exigitur. APVL. met. 10,26 quam -em (*sc. salubritatis potionis*) secutus adulescens. MIN. FEL. 38,4 spem futurae felicitatis -e praesentis eius (*dei*) maiestatis animamus. RVT. NAM. 1,594 haec eadem ... splendoris patrii saepe reperta -es. PETR. CHRYS. serm. 76 p. 416[C] aperti sepulcri -em claudunt sacculo. *speciatim: de oraculorum eventu, quo dati vaticinii fides comprobatur (cf. p. 684, 73) vel de successu votorum atque precum*: PROP. 4,1,98 vera, sed invito contigit ista -es. OV. met. 3,527 dicta (*Tiresiae*) -es sequitur (SEDVL. carm. pasch. 2,37 dictum comitata -es), responsaque vatis aguntur. 8,711 vota -es sequitur. fast. 1,359 verba -es sequitur. 1,476 *dixerat* multa ... tempore nacta -em. 3,350 tarda venit dictis difficilisque -es. 3,356. 366. Pont. 3,4,99 iam pondus dices omen habere meum; crede brevique -es aderit. 3,4,114 di, quorum monitu sumus eventura locuti, verba, precor, celeri nostra probate -e. VAL. MAX. 1,8,5 miram dicti -em digesta numero cadavera exhibuere (8,10,1 ut propositi -es in personis illustribus exhibeatur. *cf. p. 671, 31*). SEN. Ag. 38 sera tandem respicit fessos malis ... sortis incertae -es. Phoen. 259 *mors* praestitit Delphis -em. STAT. Theb. 1,503 tu (*nox*) mihi perplexis quaesitam erroribus ultro advehis alma -em veterisque exordia fati detegis. TAC. hist. 1,22 cum superfuturum eum Neroni promisisset, postquam ex eventu -es. IVST. 17,1,4 nec ostentis -es defuit. RVFIN. hist. 1,8,1 Christo ... secundum prophetiae -em nato in Bethleem. MEROB. poet. 131 hinc modo voti rata (*defendit Vollmer*) -es. SVLP. SEV. chron. 1,48,6 Ionae apud deum conquerenti, quod -es dictis non affuisset. *al.*

C *summa earum securitatum ('Garantien') quas aliquis praestare creditur, ubi scil. fiducia non tam in ipsius singulis actionibus vel promissis quam in universa ceterorum hominum aestimatione nititur: fere i. q.* **bona fama: 1 generatim:** PLAVT. Aul. 213 quid -e? (*sc. me esse arbitraris*). :: bona. :: quid factis? (*cf. p. 674, 48; duorum nominum iuncturam solemniorem esse indicat allitteratio*). Persa 348 nam ad paupertatem si admigrant infamiae, gravior paupertas fit, -es sublestior. CIC. Catil. 2,18 de possessione detrahere, acquirere ad -em. Att. 11,2,1 ista hereditas -em et famam meam tueri potest (*notio propius accedit ad 2 b*). PVBLIL. F 1 -em qui perdit (*cf. infra l. 84*), quo se servet relicuo? (*cf.* F 14. 16. 17). S 14 secunda in paupertate fortuna est -es. SALL. Iug. 14,5 familia nostra cum populo Romano bello Carthaginiensi amicitiam instituit, quo tempore magis -es eius quam fortuna petunda erat (-es *i. bona fama, quae rerum futurarum quasi pignus est, id fere quod nostrates 'Prestige' vocitant. cf.* S. C. de mense Aug. [Macr. sat. 1,12,35] Ianiculo legiones deductae secutaeque sint eius [*Caesaris Augusti*] auspicia ac -em. VERG. Aen. 9,258 quaecumque mihi fortuna -esque est, in vestris pono gremiis. *rectissime* SERV. auct. *ad l.* cum volumus ostendere quantum in nostra sit potestate, duo dicimus fortunam et -em: fortuna de nostris est possessionibus, -es quantum nobis creditur ab inimicis. *cf. p. 674, 14*). HOR. epist. 1,6,36 scilicet uxorem cum dote -emque et amicos et genus et formam regina Pecunia donat (*sc. et rem et -em; perperam Kiessling: fidos amicos*). LIV. 2,7,10 tam levi momento mea apud vos fama pendet? adeone est fundata leviter -es, ut ubi sim quam qui sim magis referat? 3,2,11 desperatio futurae sibi (*i. Aequis*) postea -ei. 3,72,3 famae ... ac -ei damna maiora esse quam quae aestimari possent. 6,33,8 haud segnius, quam -e populi Romani dignum fuit, exercitus Tusculum ductus. PERS. 2,8 'mens bona, fama, -es' (*sc. mihi contingat*). TAC. hist. 1,30 vestra -es famaque illaesa ... mansit. 4,58 neque aliud pretium exitus quam -es famaque.

solemniter copulantur res -es: ENN. ann. 338 ille vir haud magna cum re, sed plenus -ei. PLAVT. Curc. 504 eum rem -emque perdere. Epid. 220 ubi -emque remque seque teque properat perdere. Men. 576 bonine an mali sint *clientes*, id haud quaeritant; res magis quaeritur, quam clientum (ἀπὸ κοινοῦ) -es cuius modi clueat. Most. 144 nunc simul res, -es, fama, virtus, decus deseruerunt. Truc. 45 extemplo et ipsus periit et res et -es. 58 quom rem -emque nosque nosmet perdimus. Trin. 273 boni sibi haec expetunt, rem, -em, honorem, gloriam et gratiam (*Plautus hanc formulam iam tum quasi proverbialiter usurpatam [cf. Halm, Abhdlg. bayr. Akad. VII 1855 p. 663] paulo diversum in sensum declinavit* Aul. 121 meai -ei [*i. ut mihi maior apud te -es sit*] tuaique rei causa). *apud Ciceronem notio propius accedit ad C 2 b*: CIC. Catil. 2,10 patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligaverunt; res eos iam pridem, -es nuper deficere coepit. Cael. 78 hominem sine re, sine -e, sine spe, sine sede, sine fortunis *eqs.* Rab. Post. 4 mittere in negotium, dare partis, augere ⟨re⟩, -e sustentare. 43 sustinuit re, fortuna, -e. epist. 6,10,1 ut operam consilium, rem -em meam sibi ad omnes res paratam putent (*cf.* de orat. 3,134 consilium suum -emque praestabant). 13,69,1 *consuevi* huius cum opera et -e tum domo et re uti tamquam mea (*cf.* 6,13,4. NEP. Cim. 4,3 nulli -es eius [*Cimonis*], nulli opera, nulli res familiaris defuit). Att. 5,8,3 statues, ut ex -e fama reque mea videbitur (*alludit ad concepta illa verba*: ut ei e re publica -eque sua videbitur. *cf. p. 679, 14*). SALL. Iug. 73,6 opifices agrestesque omnes, quorum res -esque in manibus sitae erant. epist. Pomp. 9 ego non rem familiarem modo, verum etiam -em consumpsi. SEN. benef. 1,2,4 alium re, alium -e ... adiuva. VLP. frg. Vat. 157 idoneus re -eque.

2 speciatim, *de re familiari, i. q. nos 'Kredit' vocamus*: **a** *de universa pecuniarum ratione, quae in civitate est, i. de fide publica*: CIC. Manil. 19 nam tum, cum in Asia magnas permulti res amiserunt, scimus Romae solutione impedita -em concidisse. *ibid.* haec -es atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur, implicata est cum illis pecuniis Asiaticis et cohaeret. leg. agr. 1,23 -em de foro ... sustulistis. 2,8 sublata erat de foro -es. CAES. civ. 3,1,2 cum -es tota Italia esset angustior neque creditae pecuniae solverentur. LIV. 6,11,8 *M. Manlius* -em moliri coepit. 6,15,4 -e incolumi. 7,27,4 -es ... publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit (24,18,14 nusquam eas [*pecunias*] tutius sanctiusque deponere ... quam in publica -e [*sc. in aerario, re publica -em suam interponente*]. VLP. dig. 42,5,24,2 qui pecunias apud mensam -em publicam secuti deposuerunt). 23,48,9 nisi -e staret res publica, opibus non staturam. TAC. ann. 6,17 sic refecta -es. 13,31 ad retinendam populi -em. *singulariter de ea fidei ratione, quam populis quibusdam propriam esse dicunt*: PLAVT. Asin. 199 cetera quae volumus uti Graeca mercamur -e (*i. praesenti pecunia, cum apud Graecos merae fidei nihil credatur; cf. praeter Ussing ad l. Otto, Sprichw. p. 156; Wölfflin, Archiv VII 142.* AVSON. 399, 42 non Poena [προῖκα *Weil*], sed Graeca -e. 415,24 mutator [-ur *codd.*] ad Graecam -em).

b *de singulorum hominum fide* (*cum hac parte cf. p. 673, 82 sqq.*): PLAVT. Capt. 405 neque med umquam deseruisse te neque factis (*fere idem significat quod* opera *l. 15 sqq.*) neque -e (*cf. p. 673, 54*). CIC. Att. 11,1,2 huius pecuniae permutatione -em nostram facile tuebere. 15,26,1 ille ... dolet dubitans, utrum morem gerat Leptae an -em infirmet filio. CARM. epigr. 134,5 amicis -em bonam praestiti. SEN. contr. exc. 6,1 vis scire, cuius -ei sis? ne frater quidem tibi sine chirographo credidit. LVCAN. 2,254 hos *in proelia rapit* ferro fugienda fames mundique ruinae permiscenda -es (TAC. hist. 1,88 multi afflicta -e in pace anxii). PETRON. 58,11 eamus in forum et pecunias mutuemur: iam scies hoc ferrum -em habere. PLIN. nat. 12,88 negotiatio illa feminarum maxime -e constat. TAC. hist. 3,65 credebatur affectam eius (*fratris*) -em parce iuvisse (*Halm*, praeiuvisse *codd.*) domo agrisque pignori acceptis. ann. 6,17 nec decorum appellatis minuere -em. GAIVS inst. 4,70 qui ita negotium gerit, magis patris dominive quam filii servive -em sequitur. VLP. dig. 12,1,1 omnes ... contractus, quos alienam -em secuti instituimus. *al.* (*vix recte Bohn ad* CORP. XIII 10027, 232 '*fidem alicuius sequi = -em alicui habere frequenter ab iuris consultis dictum', cum* ICTI *magis speciali notione hanc iuncturam usurpasse videantur*).

ad totam partem I, *praecipue autem ad A 1 et B 2, pertinent* **locutiones** per -em (*vel* -e) decipi, falli *sim.* (*erravit Usener [Kl. Schr. I 253 sqq.] per -em i. q. contra -em esse ratus; immo significat 'opera atque instrumento fidei, in quam recipitur cliens a patrono [v. ex. gr. l. 76. 81] vel hospes ab hospite [v. infra l. 75], quae praeterea pignus est foederis, pacti, iuris iurandi [v. l. 83 sq. al.]' vocabuli fides notio eadem est in formula* propter -em decipi, *quae ab illa vix differt, nisi quod causa magis quam instrumentum fraudis significatur*): PLAVT. Most. 500 per -em deceptus sum: hospes me necavit. TER. Phorm. 469 ne quid propter tuam -em decepta poteretur mali *amica tua* (*prisca formula ap.* CIC. off. 3,70 uti ne propter te -emve tuam captus fraudatusve sim. *ut haec verba recte intellegas, cf. ex. gr.* TER. Ad. 621 sat[is] adhuc tua nos frustratast -es). CIC. inv. 1,71 qui saepenumero nos per -em fefellerunt. S. Rosc. 110 istius -e ac potius perfidia decepti. 116 ad cuius igitur -em confugiet, cum per eius -em laeditur, cui se commiserit? CAES. Gall. 1,46,3 eos a se per -em in colloquio circumventos. HIRT. Gall. 8,48,3 ne sua vulnera per -em (perfidia *al.*) imposita (interposita *codd.*) paterentur im-

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

punita. SALL. or. Phil. 15 te neque hominum neque deorum pudet, quos per -em (*sc. homines*) aut periurio (*sc. deos*) violasti. LIV. 1, 9, 13 incusantes violati hospitii foedus deumque invocantes, cuius ad sollemne ludosque per fas ac -em decepti venissent (*cf.* 29, 24, 3 *Scipio* monet eum, ne iura hospitii secum neu cum populo Romano initae societatis neu fas, -em, dexteras, deos testis atque arbitros conventorum fallat). 5, 29, 10 consulesque increpabat, quod -e publica decipi tribunos eos taciti tulissent. 38, 25, 16 per -em violati colloquii. SEN. dial. 1, 3, 7 *v. p. 669, 42.*

II ***ea qualitas hominum vel rerum, qua iis confidere licet*: A *de hominibus*** (*raro tantum et translate de rebus*): *i. q.* ***fidelitas***, *constantia, honestas sim.*: **1 *generaliter*:**

a *absolute*: PLAVT. Rud. 1043 quamquam ad ignotum arbitrum me appellis, si adhibebit -em, etsist ignotus, notus (*cf. 2 b β p. 679, 41*). Trin. 27 *amicum concastigabo* invitus, ni id me invitet ut faciam -es. Vid. 41 qui -ei plenior (*?* -e . . . peior *A; cf. p. 662, 42*) sit quam servi tui (*cf.* ENN. ann. 338 plenus -ei). TER. Andr. 637 at tamen 'ubi -es?' si roges, nihil pudet hic. Haut. 256 o Iuppiter, ubinamst -es? (CATO or. frg. 9 p. 41 ubi -es maiorum?). Phorm. 905 curavi unum hoc quidem, ut mihi esset -es. QVADRIG. hist. 41 communis exempli et -ei ergo. RHET. Her. 4, 13, 19 ex quo tempore concordia de civitate sublata est, libertas sublata est, -es sublata est (*cf.* CIC. de orat. 3, 168 -es valuit; *et hoc exemplum et antecedentia a Cicerone ad metonymiam illustrandam perperam allata*). CIC. inv. 1, 47 animus sine -e stabilis amicis non potest esse. S. Rosc. 31 ut possit vim mihi maiorem adhibere metus quam -es (LIV. 7, 25, 7 metu tenendos, quos -es non tenuisset. 26, 12, 6 metu magis eos quam -e [fine *P*] continente. 28, 19, 1. 30, 20, 5 [*cf.* 37, 11, 2 percunctanti . . . incertum metu an erga suos haud sincera -e omnia aperit]). 83 quo me non cupiditas ducit, sed -es. Q. Rosc. 16 -em frangere quae continet vitam. 17 qui . . . plus -ei quam artis . . . possidet in se (LIV. 4, 44, 5 A. Sempronium comitiis plus artis adhibuisse quam -ei). PVBLIL. E 2 etiam in peccato recte praestatur -es. 15. CAES. Gall. 7, 4, 5 *Vercingetorix* obtestatur *legationes*, ut in -e maneant (7, 10, 3. BELL. Alex. 24, 1 mansurum in -e dimissum regem credebat. 33, 4. NEP. Eum. 4, 3 in -e non mansit. LIV. 21, 55, 4. 31, 2, 4 *al.* [*cf.* 21, 52, 8 continendis in -e sociis. 25, 40, 6 retinendos in -e animos sociorum. 28, 2, 15. CVRT. 7, 10, 9 -e continuere populares]. 27, 1, 14. 36, 14, 9. *opp.*: 34, 11, 7 decedere -e [43, 7, 9. 45, 19, 8. SEN. suas. 1, 12 discedat a -e]). BELL. Alex. 24, 2 regem cohortatus, ut . . . -em populo Romano sibique praestaret. SALL. Catil. 16, 2 -em fortunas pericula vilia habere *iuventutem edocebat*. 25, 4 *Sempronia* saepe antehac -em prodiderat. Iug. 31, 23 -ei quidem aut concordiae quae spes est? PS. SALL. rep. 2, 6, 4 homines factiosi, quibus dolus atque malitia -e cariora erant. VERG. Aen. 4, 373 nusquam tuta -es. HOR. carm. 2, 18, 9. PROP. 3, 6, 6 *debet* maiorem . . . timens servus habere -em. OV. ars 1, 644 hac (*sc. amatoria*) magis est una fraude pudenda -es. 1, 740. Pont. 2, 3, 10 cum fortuna statque caditque -es (*sc. amicorum*. LIV. 8, 24, 6 cum fortuna mutabilem gerentes -em. 22, 22, 6 Abelux . . . cum fortuna mutaverat -em. 23, 44, 1. VELL. 2, 53, 2 quando fortuna non mutat -em? CIC. div. 2, 79 *virtus* vetat spectare fortunam, dum praestetur -es. LIV. 24, 45, 2 tamquam cum fortuna -em stare oporteret. 28, 17, 7 quibus ex fortuna pendet -es. 44, 18, 4 suspensae . . . ex fortuna -ei. MANIL. 2, 591 cum fortuna -em quaerat, vix invenit usquam. SEN. Herc. O. 602 rara -es, ubi iam melior fortuna ruit. LVCAN. 2, 461 dubiamque -em fortuna ferebat. 2, 705 urbis cum fato conversa -es. *cf.* 8, 485. SIL. 11, 4 stat nulla diu mortalibus usquam fortuna titubante -es. TAC. hist. 4, 28 meliore usi -e quam fortuna. *diversa ratione*: LIV. 23, 5, 15 si parem fortunae vestrae -em habetis). LIV. 3, 45, 11 me . . . vita citius deseret quam -es (SEN. contr. 2, 5, 9 deerat iam sanguis, supererat -es). 9, 11, 12 ambages . . . fallendae -ei exquirere. 28, 42, 7 fraus -em in parvis sibi praestruit. 30, 35, 7 quos non -es teneret, sed merces. MANIL. 2, 618 excedere . . . commoditate -em. 2, 630 -ei . . . immobile vinclum (3, 107 -ei . . . vincla). SEN. benef. 3, 15, 3 non honestius erat a quibusdam -em falli quam ab omnibus perfidiam timeri? epist. 25, 2 malo successum mihi quam -em (*sc. erga amicos*) deesse. 88, 29 -es sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur praemio. CVRT. 5, 11, 3 inter -em timoremque haesitans. MELA 2, 92 Saguntum illam -e atque aerumnis inclutam (PLIN. nat. 3, 20 Saguntum . . . oppidum -e nobile). SIL. 1, 56 ingenio motūs avidus -eique sinister is fuit (*cf.* 3, 253 pravos -ei. 12, 432 Petilia . . . infelix -ei). QVINT. decl. 343 p. 356, 2 -es supremum rerum humanarum vinculum est.

in virtutum enumerationibus passim obviis raro -es deest. pauca huius generis exempla hic congessi, nec desunt alibi. (*v. ex. gr. A 7 p. 682, 65*): RHET. Her. 3, 7, 14 qua -e, benivolentia, officio gesserit amicitias. CIC. Verr. 2, 14 probabit -em et auctoritatem et religionem suam L. Suettius (*cf.* 2, 22). 2, 17. 19 Font. 23 Cluent. 47. 107. 196 Manil. 36. 42. 69 Mur. 23. 30. 58 Arch. 8 dom. 16 Pis. 23 part. 90 Att. 4, 1, 8 epist. 11, 27, 6 *et saepius*. CAES. Gall. 1, 19, 2. PS. SALL. rep. 2, 7, 8 ibi omnia bona vilia sunt, -es probitas pudor pudicitia. NEP. Thras. 1, 1. LIV. 26, 41, 25 ingenii, -ei virtutisque effigiem. SEN. dial. 4, 28, 2 pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, -es. QVINT. inst. 7, 4, 5. 12, 2, 30 PLIN. epist. 7, 20, 2 *al.* FRONTO p. 135 N. CORP. I^{2} 1366, 2. II 2215, 4. XII 2143, 1 *et saepius in titulis sepulcralibus.* **b** *accedit genetivus vel pronomen possessivum*: PLAVT. Capt. 349 meo periclo huius ego experiar -em (vice [*vel* vicem] -em *codd.*). 927 quomque huius reperta est -es firma nobis. Merc. 625 perdidisti me et -em mecum tuam. CIC. Phil. 7, 20 -em meam . . . praestabo (12, 10 -em suam semper praestiterunt. 12, 30. 14, 30 Att. 5, 21, 11 epist. 1, 7, 6. 1, 9, 10). epist. 13, 32, 2 quantum tua -es dignitasque patietur (*his verbis in commendandis hominibus saepius utitur, cf.* 13, 32, 2. 13, 53, 1. 13, 59. 61. 13, 69, 2. *cf.* PHAEDR. 3 epil. 26 decerne quod religio, quod patitur -es). SALL. Iug. 26, 2 omnia potiora -e Iugurthae rebatur. PROP. 4, 6, 57 vincit Roma -e Phoebi. SEN. Phoen. 477 an times matris -em? CVRT. 3, 6, 6 damnem medici -em? (5, 12, 4. 6, 4, 9. 10, 9, 15). COLVM. 4, 29, 2 *hoc* dissimulare non est -ei meae (9, 2, 2 poeticae magis licentiae quam nostrae -ei concesserim). PLIN. epist. 10, 76 Iulius Largus -em tuam (*sc. in mandato explendo*), quasi te bene nosset, elegit. **c** *additur epitheton obtrectans, ut perfidia indicetur, maxime quae generibus quibusdam hominum propria sit*: PLAVT. Capt. 439 fac fidelis sis fideli, cave -em fluxam geras (*cf. p. 662, 75.* SALL. Iug. 111, 2 fluxa -e usus. LIV. 28, 6, 11 *firmatum* -e praefectorum principumque, quae fluxa et vana . . . fuerat. 40, 50, 5 non fluxa, ut ante, -e. TAC. hist. 2, 75 *et saepius* [*cf.* hist. 2, 93 creditur Caecinae -es fluitasse]. AVIEN. orb. terr. 278 his [*Mauris*] fluxa -es [*cf.* ora 256]. SYMM. epist. 1, 16, 2 fluxam -em. CLAVD. 15, 247 fluitante -e. SVLP. SEV. chron. 2, 46, 6 fluxa -e. *nescio an ex prisca poesi sumpserint* SALL. LIV., *ex his* TAC.). Mil. 456 muliebri fecit -e. Persa 244 omnes sunt lenae levifidae, neque tippulae levius pondust quam -es lenonia (Rud. 1386 ne tu, leno, postules te hic -e lenonia uti. *hinc intellegitur acumen verborum*: TER. Ad. 161 leno ego sum. :: scio. :: at ita, ut usquam fuit -e quisquam optuma. *i. licet leno sim, tamen non fide lenonia utor, sed promissi [sc. comminationis meae] fidem praestabo*). SALL. Iug. 108, 3 Bocchum magis Punica -e quam ob ea quae praedicabat simul Romanum et Numidam spe pacis attinuisse (LIV. 22, 6, 12 quae Punica religione servata -es ab Hannibale est. 30, 30, 27 suspectam esse vobis Punicam -em. CAPITOL. Gord. 14, 1 Afri -em Punicam praestiterunt. *cf. Otto, Sprichwörter p. 291*). *de aliis epithetis v. p. 691, 13; usus notandus* CIC. Sest. 50 in qua (*in re publica*) quidem nunc me restituto vivit mecum simul exemplum -ei publicae (*i.* πολιτικῆς πίστεως, *-ei erga rem publicam*). *haud raro simplex fidei nomen ironice usurpatur, fere i. q. perfidia significans, ex. gr.*: CIC. S. Rosc. 119 quoniam -em magistri cognostis. *de* HORATI *locis v. p. 677, 51. 682, 1.* SEN. Med. 1003 *per toros*, quos non nostra violavit -es. Phaedr. 92 praestatque nuptae quam solet Theseus -em. LVCAN. 8, 624 Phariam . . . -em. 8, 701 hac fortuna -e Magni . . . fata pertulit, hac illum . . . morte petit. PETRON. 115, 16 sed non sola mortalibus maria hanc -em praestant.

structurae variae: *cum praepos.* in *c. acc.*, erga, adversus: NEP. Lys. 2, 2 ea civitas praecipua -e fuerat erga Athenienses. ELEG. in Maecen. 1, 12 Caesaris . . . similem propter in arma -em. LIV. 21, 52, 6 ob nimiam cultorum -em in Romanos. 23, 30, 9 in -e erga Romanos. 24, 4, 5. 26, 30, 1. 27, 1, 5 adversus Poenum -em. 29, 8, 2 *al.* TERT. idol. 14 p. 47, 1 o melior -es nationum in suam sectam! nat. 1, 17 p. 89, 7 Romanam in Caesares -em. *ablativus qualitatis sim.*: PLAVT. Bacch. 542 *multi reperiuntur* lingua factiosi, inertes opera, sublesta (subvesta *codd.*) -e (*sc. erga amicos*). Mil. 1369 dicent te mendacem nec verum esse, -e (fidele *codd.*) nulla esse te. Trin. 1096 *amico* probo et fideli et fido et cum magna -e (CARM. epigr. 53, 3 pudentis hominis frugi cum magna -e). CAECIL. com. 30 itane Antipho ⟨est⟩ inventus profluvia -e? TER. Ad. 442 homo antiqua virtute ac -e. CIC. Q. Rosc. 1 vir optimus et singulari -e praeditus. 7 tu, C. Piso, tali -e, virtute, gravitate, auctoritate ornatus. CORP. I^{2} 1366, 2 -e maxsuma pia. NEP. Iph. 3, 2 bonus vero civis -eque magna. VELL. 1, 9, 2 dubia -e. TAC. ann. 12, 41 libertorum si quis incorrupta -e. SYMM. epist. 1, 37, 2 quassa -e sunt, qui iugiter blandiuntur. 5, 54, 1 quisquis amici neglegit famam, -e lubrica est. *genetivus qualitatis*: LIV. 2, 21, 3 quia collega dubiae -ei fuerit. 24, 45, 12 ambiguae -ei virum. VAL. MAX. 3, 8 ext. 4 -ei non latentis *Ephialtes*. 4, 7 praef. sincerae . . . -ei amici (4, 7, 1. 7 veneranda sincerae -ei stipendia). SEN. nat. 7, 16, 2 Ephorus . . . non est religiosissimae -ei. CVRT. 4, 6, 7 Betis, eximiae in regem suum -ei. TAC. ann. 1, 41 pergere ad Treviros et externae -ei *Agrippinam* (*cf. p. 684, 41*). AMM. 18, 2, 18 ut sunt fluxioris -ei (*cf. supra l. 18*) barbari. *adverbii vicem sustinet*: *ablativi* -e *adiectivum additur*: CIC. Quinct. 13 ei qui magna -e societatem gererent. CAES. civ. 3, 64, 3 *hanc aquilam* eadem -e Caesari restituo (LIV. 7, 41, 1 eadem -e, qua . . . solitus esset, tueretur. 39, 12, 7). NEP. Ages. 2, 4 in qua pactione summa -e mansit. LYGD. 6, 46 *nec vos* fallat blanda sordida lingua -e. OV. am. 2, 9, 50 gaudiaque ambigua dasque negasque -e. PREC. terr. 12 alimenta vitae tribuis perpetua -e. LIV. 4, 60, 7 cum senatus summa -e ex censu contulisset. 6, 2, 3 numquam ambigua -e in amicitia populi Romani fuerant. 25, 20, 4 summa -e stipendia fecerat (*cf. p. 677, 16*). 29, 4, 8 nihil sincera -e cum Romanis acturum (29, 37, 10. 36, 35, 8 VAL. MAX. 2, 9, 6 *al.*). 34, 9, 10 *Romanam amicitiam* pari colebant -e. 37, 53, 8 *amicitiam vestram* perpetua et constanti -e ad extremum vitae finem perduxit. VELL. 2, 63, 3 Plancus . . . dubia, id est sua -e, diu . . . secum luctatus. VAL.

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MAX. 6, 5, 1 parum liquida -e id gestum ab imperatore videbatur. COLVM. 1, 1, 11 nec minore -e pro virili parte tributum nobis intulerunt Lysimachus *eqs.* MART. 6, 89, 5 -e summa testae sua vina remensus. QVINT. inst. 12, 11, 11 quam (*voluntatem*) qui vera -e induerit. *ablativo additur et adi. et praep.* cum: PLAVT. Trin. 1096 *v. p. 676, 55.* LYGD. 4, 64 cum multa bracchia tende -e. OV. epist. 15, 42 accipe cum vera dicta relata -e. 15, 376 exige cum plena munera pacta -e. Pont. 1, 9, 10 seria cum liquida ... peracta -e. LIV. 9, 11, 3 cum qua potes -e. 29, 37, 2 cum summa -e (45, 8, 4. SEN. contr. 1 praef. 11 summa cum -e). VAL. MAX. 4, 7, 5 cum multa -e. cum -e: TER. Ad. 964 obsonare cum -e. RHET. Her. 4, 17, 25 quem in amicitia perfidiosum cognoveris, eum quare putes inimicitias cum -e ⟨gere⟩re posse? CIC. S. Rosc. 10 id quod mihi cum -e semel impositum est (*opp.* propter perfidiam abicere). CAES. civ. 2, 20, 8 relatis ad eum publicis cum -e rationibus. HOR. epod. 17, 37 iussas cum -e poenas luam. LIV. 21, 5, 5 stipendio ... cum -e exsolvendo (23, 31, 10. 28, 32, 1). 32, 1, 7 quaestiones, quas praetor cum -e curaque exercuisset. 40, 50, 2 deditionem oppidorum haud cum -e factam. 44, 1, 5 sociis cum -e cultis. CARM. epigr. 72, 1 (= CORP. I² 1822) vixsi quom -e. PLIN. nat. 2, 150 *arcus* ne pluvios quidem aut serenos dies cum -e portendunt. TAC. hist. 2, 98 legatus studia provincialium cum -e iuvit. ann. 3, 16 vixisse me ... cum -e adversum te. CARM. epigr. 91, 7 testamenta scripsit cum -e. APVL. met. 1, 23. sine -e: CAES. civ. 2, 14, 1. *aetate imperatorum, inde a* TAC., *ut videtur, eadem vi qua* cum -e *usurpatur* ex -e: TAC. hist. 2, 9 Asprenati cuncta ex -e nuntiata. PLIN. epist. 9, 14, 1 ego nihil magis ex -e quam de te scribo. SVET. Iul. 74, 2 quamvis ... omnia ex -e rettulissent. Galba 9, 1 nummulario non ex -e versanti pecunias. FLOR. epit. 4, 2, 13 decem annos traxit ista dominatio ex -e. TERT. nat. 1, 17 p. 89, 18 cum ne per deos quidem vestros ex -e deieretis. *passim.* SCAEV. dig. 40, 7, 40, 4 si ex -e ratio redderetur. TRYPH. dig. 23, 2, 67, 6 qui bene tutelam et ex -e administravit. VLP. dig. 26, 7, 19 si non ex -e curam gerat. 49, 1, 14. PAVL. dig. 40, 4, 53 si rationem actus sui ex -e dedisset ... filio suo. MACER dig. 49, 1, 4, 4. *adde sensu speciali, non sine fortiore praepositionis vi*: VVLG. Hebr. 10, 38 iustus ... meus ex -e (*ἐκ πίστεως*) vivit (*cf.* Hab. 2, 4 iustus ... in -e sua vivet). *unde* AVG. civ. 1 praef. p. 3, 11 D. *civitas dei* ex -e vivens.

2 ***speciatim:*** *de fidelitate in variis vitae condicionibus vel inter varias hominum classes:* **a** *in negotiis gerendis, praecipue de deposito fideliter* ***custodiendo*** *atque de debita pecunia sine fraude reddenda:* ***α privata,*** *i. uniuscuiusque hominis -es*: PLAVT. Cist. 760 aequom est ⟨reponi⟩ (*suppl. Leo*) per -em quod creditum est. Epid. 549 salvos sis: quod credidisti reddo. :: haud accuso -em (Merc. 420 litigari nolo ego usquam, tuam autem accusari -em. CIC. Att. 3, 15, 17 ego si tuam -em accusarem). Most. 1023 si debes (*sc. argentum*), cedo. -es servanda est, ne ire infitias postules. Pseud. 631 *tu inventus es* meam qui furcilles -em (*v. p. 662, 75*), quasi mihi non sescenta tanta soli soleant credier. TER. Phorm. 60 cuius tu -em in pecunia perspexeris, verere verba ei credere? CIC. epist. 12, 15, 6 qui nobis et rei p. -em praestiterunt in conservanda pecunia a me deposita. HOR. carm. 3, 24, 59 cum periura patris -es consortem socium fallat et hospites *eqs.* LIV. 6, 27, 3 -e magis quam fortuna debentium laborare creditum. 6, 34, 2 poena ... in vicem -ei cesserat. PHAEDR. 4, 5, 20 -em advocavit iure neglecto parens (*sc. cum iurisconsulti nihil egissent, quasi ipsam -em in consilium advocavit, i. quanta potuit honestate, proprio lucro postposito, testamento parere studuit*). *cf.* LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230) 7 mihi revocata memoria patris eaque in consilium et -e sua adhibita ... certas res testamento praelegavit (*'dicitur mulier memoriam viri defuncti et propriam -em quasi in consilium advocasse' Dessau*). QVINT. decl. 312 p. 226, 18 facilior speratur -es ex pari. IVV. 13, 62 si depositum non infitietur amicus, si reddat veterem cum tota aerugine follem, prodigiosa -es. GELL. 20, 1, 41 hanc ... -em maiores nostri ... in negotiorum quoque contractibus sanxerunt maximeque in pecuniae mutuaticae usu atque commercio. SCAEV dig. 14, 3, 20 ad -em mensae (*nummulariae*) protestandam. PAPIN. dig. 45, 2, 9 eandem rem apud duos pariter deposui utriusque -em in solidum secutus. VLP. dig. 4, 9, 1, 1 necesse est plerumque eorum (*i. nautarum cauponum stabulariorum*) -em sequi et res custodiae eorum committere. VVLG. lev. 6, 2 depositum quod -ei eius creditum fuerat. *metaphorice*: TIB. 2, 3, 62 *tibi* persolvat nulla semina terra -e. QVINT. inst. 12, 10, 25 negaturos Atticam esse, quod plus quam acceperit seminis reddat *solum*, quia hanc eius terrae -em Menander eludit (*cf. Men. Γεωργ. 37 τἄλλα δ' ἄν τις καταβάλῃ, ἀπέδωκεν ὀρθῶς καὶ δικαίως, οὐ ⟨πλέον⟩ ἀλλ' αὐτὸ τὸ μέτρον. cf. etiam p. 680, 77*). ***β -es publica,*** *i. communis omnium negotiorum stipulationumque securitas* (*cum hac parte conferenda est I C 2 a, p. 674, 27*): CIC. Marcell. 23 constituenda iudicia, revocanda -es (VELL. 2, 126, 2 revocata in forum -es. *cf. p. 682, 79*), comprimendae libidines, propaganda suboles (Sest. 98. epist. 4, 1, 2 urbem sine legibus, sine iudiciis, sine iure, sine -e relictam direptioni et incendiis). off. 2, 84 nec enim ulla res vehementius rem publicam continet quam -es, quae esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum (*cf.* prov. 3 *non ante* quam -em publicam, quam perpetuam populi Romani salutem ... foedissime crudelissimeque vexarint. LIV. 29, 1, 17 tueri publicam -em. VLP. dig. 42, 5, 24, 2 qui pecunias apud mensam -em publicam secuti deposuerunt). PROP. 3, 13, 49 auro pulsa -es, auro venalia iura. OV. met. 1, 90 *aurea aetas* sponte sua, sine lege -em rectumque colebat. LVCAN. 1, 182 concussa -es. CLAVD. 7, 63 turbata -es.

ex illo usu, cuius exempla sub II A 2 a α congesta sunt, ortus est ICTORUM *t. t. de hereditatibus* **ˣfideī committo** (*nota scripturam* fidecommissum: CORP. XII 4335, 4). GLOSS. *τῇ πίστει ἐγχειρίζω.* (*generaliorem notionem, a qua t. t. originem duxit, illustrant* HOR. sat. 1, 3, 95 si prodiderit commissa -e. SEN. dial. 9, 11, 2 *sapiens quippe qui sciat vitam a natura precariam sibi datam esse* omnia ... tam circumspecte *faciet* quam religiosus homo sanctusque solet tueri -ei commissa [*cf. etiam seq. verba: omnia quae possedi*, reddo restituo.]) VAL. MAX. 4, 2, 7 cum mater Cornelia -ei commissa praedia non redderet. S. C. Trebell. (dig. 36, 1, 1, 2) qui -ei suae commissum ... restituissent. QVINT. decl. 325 p. 278, 4 petit a paupere uxor hereditatem tamquam -ei commissam. p. 278, 8 illius potissimum -ei haec hereditas mandata est? *in hac declamatione passim.* TEST. Dasum. (Corp. VI 10229) 85 -eique eius ... ⟨committo⟩. 116 -eique eiu⟨s ... committo, ut⟩ (*ibid. saepius, plerumque ex parte suppletum*). S. C. Iunc. (dig. 40, 5, 28, 4) qui -ei commissam libertatem (VLP. dig. 40, 5, 1 -ei commissam libertatem. *in hoc titulo passim*) ex quacumque causa deberent servo. CORP. XI 6520, 7 -eiq(ue) vestrae collegiali committo, uti ... dividatur. 17 hoc ut ita faciatis, -ei vestrae committo. GAIVS inst. 2, 248 ut aliquis heres recto iure instituatur eiusque -ei committatur, ut eam hereditatem alii restituat. 2, 249 verba autem utilia -ei commissorum haec maxime in usu esse videntur: peto, rogo, volo, -ei committo. SCAEV. dig. 32, 40, 1 a te peto tuaeque -ei committo, quidquid ex hereditate mea ad te pervenerit, restituas filio tuo. PAPIN. dig. 31, 77, 11 -ei heredum meorum committo, ne fundum Tusculanum alienent. 36, 3, 5, 1 res -ei commissae. CALL. dig. 49, 14, 3, 1 (*ex rescripto divi Hadriani*) quod cuiusque -ei palam commissum est (*opp.* 49, 14, 3, 2 cum tacite -ei committebatur. PAVL. dig. 49, 14, 48 pr. testamento scripto heredis sui ... tacitae -ei commiserat, ut ... daret). *de reliquis Ictorum locis v. Vocab. iurispr. Rom.* CORP. VIII 1641 b 3 vestrae -ei committo, ut. XII 4335, 4 fidecommissum Phoebum liberu recepit (*cf. Mommseni adn.*). *in tropo, qui nititur in adulterina illa διαθήκης interpretatione*: TERT. praescr. 37 sicut *apostoli* caverunt testamento suo, sicut -ei (*ludit ambigua notione, sacra sc. et profana*) commiserunt. *nota: idem quod* -ei committere *significat* -ei mandare: TER. Andr. 296 bona nostra haec tibi permitto et tuae mando -ei. MARCELL. dig. 30, 123, 1 te rogo, Sei, -eique tuae mando, uti ea omnia ... reddas. CORP. XIII 4132, 10 -e (*v. p. 662, 26*) mandavit. *ex ipsa iunctura solemni* -ei committere *merum fidei nomen rursus novam quandam atque accuratiorem notionem accepit, sc. significare potest illam certam fidem, cui fideicommissum mandatur quamque heres fiduciarius interponit se fideicommissario hereditatem restituturum, nonnumquam etiam i. q. fideicommissi susceptionem*: S. C. Trebell. (dig. 36, 1, 1, 2) potius quam cuique periculosam esse -em suam. AFRIC. dig. 28, 5, 47 heredem -em suam interposuisse. *ibid.* si et ipsum testatorem -em eius secutum esse (*i. eum heredem fiduciarium elegisse*) probaretur (PAPIN. dig. 36, 2, 26, 1 cuius -em sequi defunctus maluit). GAIVS dig. 34, 9, 10 pr. in fraudem iuris -em accommodat, qui vel id quod relinquitur vel aliud tacite (*cf. Leonhard, PW. VI 2273, 38 sqq.*) promittit restituturum se personae quae legibus ex testamento capere prohibetur (MARCELL. dig. 30, 123, 1 si in fraudem legum tacitam -em Seius accommodasset. MOD. dig. 5, 3, 46 qui tacitam -em interposuerit, ut non capienti restitueret hereditatem. *al.*). CALL. dig. 49, 14, 3, 3 cuius -es eligitur.

ntr. participii perf. pro subst. **ˣfideī commissum,** -ī. *de etymologia*: ISID. orig. 5, 24, 17 -um dictum, ut fiat quod a defuncto committitur (*cf. p. 661, 69*). *scriptum spatio divisum tamquam duo vocabula*: CORP. VI 1383, 12. VIII 18227, 3 ex -ei commisso. *nullo spatio intercedente*: CORP. VIII 26275, 6 per fideicommissum. *de notione*: INST. Iust. 2, 23, 1 ideo -a appellata sunt, quia nullo vinculo iuris, sed tantum pudore eorum qui rogabantur continebantur. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357^A *φιδικόμισον· τὸ τῇ πίστει τοῦ κληρονόμου κείμενον.* HESYCH. *φειδικόμισος· ἡ διὰ μαρτύρων πίστις.* *Ictorum t. t. in Graecam linguam receptus*: COD. Iust. 1, 3, 45 (46) pr. *κατὰ* fideicommisson. 6, 4, 4, 16 *ληγάτων καὶ* fideicommissω*ν*. NOVELL. Iust. 1, 1 pr. THEOPHIL. inst. Iust. 2, 23 pr. *τῶν* fideicommíssωn. 2, 23, 1 *τὰ* fideicómmissa. *al.* S. C. Trebell. (dig. 36, 1, 1, 2) quibus ex testamento -um restitutum fuisset. QVINT. inst. 3, 6, 70 non debes apud praetorem petere -um, sed apud consules. 9, 2, 74 per hoc tacitum -um (PAPIN. dig. 34, 9, 18 pr. *al.*). SVET. Claud. 23, 1 iuris dictionem de -is. S. C. Iunc. (dig. 40, 5, 28, 4) ut ex -o manumitti debuisset. CORP. VI 1383, 12 pr(aetori) de fidei commiss(is). GAIVS inst. 1, 24. 2, 247 *sqq.* ARNOB. nat. 6, 9 *dii* per quaedam -a, ut dicitur, vestras sumunt atque accipiunt cultiones. PASS. Perp. 16 quasi ... -um eius exequimur. VLP. dig. 2, 12, 2 legatorum fideive commissorum (PAVL. dig. 19, 1, 2, 1). *de reliquis Ictorum locis v. Vocab. iurispr. Rom.* AVSON. 419, 22 seu -um patris exsolvis. SYMM. epist. 2, 13, 1 AMM. 21, 1, 5. HIER. epist. 52, 6, 2 per -a legibus illudimus.

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VICT. VIT. 3, 9 CONC. Clippiac. a. 626 p. 200, 11 CONC. sub Sonn. hab. a. 627—630 p. 205, 24.

b *spectat ad eos, qui munere suscepto fideliter funguntur, imprimis de magistratibus, iudicibus, actoribus causarum:* *α de magistratibus sim.*: ENN. ann. 107 quod (ea *trad.*) mihi reique (*?*, reliquae *trad.*) -ei regno vobisque, Quiritis, se fortunatim feliciter ac bene vortat. CARM. devot. Macr. sat. 3, 9, 11 pro me -e magistratuque meo pro populo Romano exercitibus legionibusque nostris. *ibid.* me meamque -em imperiumque legiones exercitumque nostrum. VARRO ling. 6, 86 quod bonum fortunatum felix salutareque siet populo Romano Quiritium ... mihique collegaeque meo, -ei magistratuique nostro. S. C. de phil. et rhet. (Suet. rhet. 25) praetor ... curaret ... uti ei e republica -eque sua videretur. LEX agr. (Corp. I 200 = I^2 585) 35 i(ta) u(tei) e(is) e r(e) p(ublica) f(ideque) s(ua) ⟨v(idebitur) e(sse)⟩. 78 ⟨u. e. r. p. f.⟩q(ue) e(i) [*expectatur* s(ua)] e(sse) v(idebitur) (S. C. de Asclep. [Corp. I 203 = I^2 588] 11 u(tei) e(is) e r(e) p(ublica) f(ideque) s(ua) v(ideatur). LEX Mamil. [grom. p. 265, 11] facito ita, ut ei e re publica -eque sua videbitur. CIC. Phil. 3, 39 ita uti e re publica -eque sua videretur. LIV. 8, 4, 12 ageret diceretque, quae e re publica nominis Latini -eque sua viderentur. 22, 39, 2 omnia e re publica -e⟨que⟩ vestra [*i. consulum*] faceretis. 25, 7, 4 faceret quod e [*codd. interpol.*, de *P*] re publica -eque sua duceret. 29, 10, 3 facienda, ut e re publica -eque sua duceret. 33, 31, 5 id e re publica -eque sua facere ac statuere iussi. 38, 8, 5 quod e re Aetolorum ... -eque sua esse censerent [*cf.* 26, 31, 10 (*verba consulis:*) *id* magis rei publicae interest quam mea. quippe mea -es exsoluta est: ad rem publicam pertinet, ne *eqs.*]). CIC. Att. 9, 11^a, 3 et ad tuam -em et ad rem publicam pertinet. CIC. Sest. 70 cum omnes boni omnem spem melioris status in eorum (*i. magistratuum*) -em convertissent. Verr. 2, 37 *M. Piso quaestor* quod de re publica sensit, ita sensit, ut nec -em suam nec ... laederet. 4, 183 eorum hominum (*i. scribarum*) -ei tabulae publicae periculaque magistratuum committuntur. de orat. 3, 5 numquam senatus neque consilium rei publicae nec -em defuisse. off. 1, 124 est ... proprium munus magistratus intellegere ... *se debere* servare leges, iura discribere, ea -ei suae commissa meminisse. SALL. Iug. 16, 3 *Iugurtha* perfecit, uti *Opimius* famae -e (*sc. in gerenda legatione*) postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. *ibid.* paucis *legatis* carior -es quam pecunia fuit. OV. Pont. 4, 9, 46 *fingam te, cum censor eris*, exacta cuncta locare -e. *β de iudicibus*: CIC. Quinct. 59 -es iudicis. S. Rosc. 140 ad -em, ad ius iurandum, ad iudicia vestra (*iudicum*). Q. Rosc. 45 cuius propter -em et religionem iudicis (*cf.* Verr. 4, 146). Verr. 2, 72 miseremini (*iudices*) sociorum et ostendite aliquid iis in vestra -e praesidii esse oportere. Cluent. 66 -es iudicis. off. 3, 44 praeclarum a maioribus accepimus morem rogandi iudicis, si eum teneremus, 'quae salva -e facere possit'. OV. trist. 2, 96 res quoque privatas statui sine crimine iudex, deque mea fassa est pars quoque victa -e. QVINT. decl. 300 p. 183, 5 ego (*iudex*) nihil aliud debeo quam -em.
γ de causarum actoribus sive de accusatoribus: CIC. S. Rosc. 30 qui cum -e defendat. 83 quam salus huius et mea -es postulabit. 95 salva -e. Q. Rosc. 14 satis -ei et diligentiae meae ... fecisse videar. div. in Caec. 51. 67. Verr. 3, 1 de his rebus, quae meae -ei commissae sunt. 6, 188. 189 Caecin. 5. Cluent. 10 adductum -e atque officio defensionis. 118 ut neque -es huius defensionis relicta neque ... esse videatur. Sull. 21 a me ... Sullam ... nihil denique praeter -em defensionis expectare. Cael. 32 nec longius progrediar quam me mea -es et causa ipsa coget. Scaur. 27. Lig. 6 cuius ego causam animadverte, quaeso, qua -e defendam. Deiot. 1 quantum mea -es studi mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendendam, tantum facultatis timor detrahat (*Plutarch. Cic. 26* 'ὁμολογῶ γάρ', ἔφη [ὁ Κικέρων] 'πίστεως ἐν ἐμοὶ πλέον ἢ δεινότητος εἶναι'. CIC. Balb. 17 *M. Crassus* totam causam et pro facultate et pro -e sua diligentissime vobis explicavit). Phil. 11, 11 ego defendi -e optima. QVINT. decl. 333 p. 312, 19 quatenus -es agendi (*sc. cum delatoris patronus reum accusarem*) permiserat. PLIN. epist. 1, 18, 4 nam mihi patria (et si quid carius patria) -es videbatur (*sc. in causa suscepta*). 2, 11, 2 *nos* adesse provincialibus iussi existimavimus -ei nostrae convenire notum ... facere. 3, 9, 30 optime ex accusatione ipsa accusatoris -es aestimatur. 7, 33, 7 Senecionem non advocati -em, sed inimici amaritudinem implesse.
c *in re amatoria atque inter coniuges*: *α inter amantes*: CATVLL. 87, 3 nulla -es ullo fuit umquam ⟨in⟩ foedere tanta, quanta in amore tuo ex parte reperta mea est. HOR. carm. 1, 5, 5 heu quotiens -em (*sc. mutatam*) mutatosque deos flebit. 1, 33, 4 cur tibi iunior laesa praeniteat -e (*sc. apud Glyceram*). 3, 7, 4 constantis iuvenem -e (*cf. p. 662, 44*) Gygen. TIB. 1, 9, 32 vendere ... -em. PROP. 1, 4, 16 quo magis et nostros contendis solvere amores, hoc magis accepta fallit uterque -e. 1, 12, 8 simili ... amare -e. 2, 17, 18. 2, 20, 4. 18. 34. 2, 24^b, 42. 2, 26^b, 27. 3, 20, 24. 3, 25, 4. OV. am. 1, 3, 6 qui pura novit amare -e. epist. 2, 102. ars 3, 544 nimium certa scimus amare -e. CARM. epigr. 939, 1 siqua -es hominum est (*cf. p. 683, 53*), unam te semper amavi. *β inter coniuges*: LAVD. [Turiae] (Bruns^7 n. 126) 2, 55 -em exuerem. PROP. 4, 3, 11 haecne marita -es. OV. epist. 6, 41 ubi pacta -es, ubi conubialia iura. 16, 4 legitimam nuptae sollicitare -em (met. 7, 721 donisque pudicam sollicitare -em [*sc. coniugis*]. 7, 728. 737). 19, 7 coniugium pactamque -em. trist. 5, 14, 36 Penelopea -es. VAL. MAX. 2, 1, 4 coniugali -ei. 4, 6 praef. *al., praesertim* 6, 7, *cuius capitis inscriptio est*: de -e uxorum erga viros. SEN. Ag. 80 iura pudorque et coniugii sacrata -es fugiunt aulas. 111 casta ... -e (241 Herc. f. 309). Oed. 804 regum superbam liberi astringunt -em. OCTAVIA 536. 538 teneris in annis haud satis clara est -es. 547 *al.* VAL. FL. 8, 222 promissamque -em thalami foedusque iugale. STAT. Theb. 12, 114 una -es, unum Polynicis amati nomen in ore sedet. silv. 1, 2, 164 quis morum -eique modus? QVINT. decl. 335 p. 321, 20 cum -em illi (*uxori*) maritalem praestiteris. CORP. XII 2143, 1 castitas -es caritas ... et quaecumque deus faeminis inesse praecepit.
d *in variis hominum necessitudinibus*: *de amicis*: CIC. S. Rosc. 111 operae nostrae vicaria -es amicorum supponitur. *talia passim.* *de sociis*: LIV. 9, 6, 4 incerti de -e sociorum. 34, 31, 4 -em socialem. VAL. MAX. 6, 4 praef. SIL. 2, 393 populis, quis aegra lababat ... -es. 8, 320 laxa -es socium est. LVCAN. 8, 126 ne nostram videare -em felixque secutus et damnasse miser. *al.* *de servis: passim, caput* VAL. MAX. 6, 8 *inscribitur*: de -e servorum.

3 *cum ea notione, quam habes in exemplis sub II A 2 a congestis, arte cohaeret sermo* **bona fides.** *de ea vi, quae in hac iunctura vocabulo fidei propria est, summam invenies apud C. G. Bruns, das Wesen der b. f. bei der Ersitzung, Berol. 1872 p. 78 sqq.; Pernice, Labeo II 75 sqq. (= II^2 159); Mommsen, Ges. Schr. III 142 sq. ante Ciceronem solus ablativus legitur. genuinus sensus huius locutionis, quae sc. idem vult atque 'ita ut ei actioni (quam enuntiati verbum exprimit) bene confidi possit, cum bono, firmo successu' clare apparet ex illo usu magis vulgari, qui etiam ultra vetustae latinitatis tempora duravit, velut infra l. 52. 53. 61. 64. 71. notandum est ab iis locis moralem colorem prorsus abesse.* bona -e *unam quasi vocem esse vidit Luchs, Studemundi Stud. I 1, 21.* **a** *generatim*: bona -e *aliquid facere.* bona -e *dicere sim.*: PLAVT. Aul. 772 dic bona -e: tu id aurum non surripuisti? :: bona. :: neque scis qui abstulerit? :: istuc quoque bona. Capt. 890 dic, bonan -e tu mi istaec verba dixisti? :: bona. Persa 486 dic bona -e: iam liberast? Poen. 439 vin bona dicam -e, quod hic inter nos liceat? Pseud. 1095 bonan -e istuc dicis? :: unde ea sit mihi? (*in lenonis responso -es vocabulum usurpatur ea vi, de qua v. I C 1 p. 673, 53*). Truc. 586 impudens mecastor, Cuame, es. :: egone? :: tu. :: bona -e? tun ais me impudentem esse ...? TER. Haut. 761 bonan -e (*sc. hoc dicis*)? :: bona hercle. CIC. leg. agr. 2, 100 polliceor hoc vobis, Quirites, bona -e (bonae -ei *codd.*). TERT. adv. Val. 1 si bona -e quaeras. 4 etiam bona -e dicturos. *de variis actionibus* (*nota etiam comparativum atque superlativum usurpari, ex. gr. l. 48. 50. 53*): PLAVT. Most. 670 de vicino hoc proximo tuos emit aedis filius. :: bonan -e? (*sc. istud dicis? servus aliter interpretatur*). :: siquidem tu argentum reddituru's, tum bona, si redditurus non es, non emit bona. CATO agr. 14, 3 nummos -e bona solvat. CIC. S. Rosc. 144 si tibi optima -e sua omnia concessit. Att. 9, 7^a, 1 consilium ... quod si non fuerit prudens, at certe ab (*om. M*^{1}) optima -e et optimo animo proficiscetur. epist. 3, 8, 7 si quis est, qui neminem bona -e in gratiam putet redire posse. LABER. mim. 87 tollet bona -e vos Orcus nudas in catomum. OV. rem. 649 meliore -e paulatim extinguitur ignis (*sc. amoris*) quam subito; lente desine, tutus eris. Pont. 1, 6, 9 nec quisquam meliore -e complectitur illas (*sc. artes ingenuas*. SEN. contr. 10 praef. 12 bona -e scholasticus erat, in his declamationibus ... nulli non post primum tetradeum praeferendus). SEN. contr. 2, 6, 1 si tum (tam *codd.*) bona -e frugi es. 9, 3, 13 illud tamen optima -e praestitit. SEN. Med. 11 dominam -e meliore (*sc. quam ego*) raptam (Tro. 728 sceptra -e meliore tene. clem. 1, 9, 11 dial. 9, 11, 12). benef. 2, 17, 7 bona -e, quid praestitisset, oblitus. dial. 9, 1, 2 nec bona -e liberatum me eis (*sc. vitiis*), quae timebam et oderam, nec rursus obnoxium. 10, 13, 9 ut concedas omnia eos -e bona dicere, ut ad praestationem scribant. 11, 17, 5 illae (*i. disciplinae liberales*) si bona -e in animum tuum intraverint. epist. 22, 11 si deponere *servitutem* in animo est et libertas bona -e (*i. nullo mendacio vel praetextu adhibito*) placuit. 79, 18 si modo illam (*i. virtutem*) bona secutus est -e. 83, 5 *hoc solium*, cum fortissimus sum et omnia bona -e fiunt, sol temperat. 85, 9 *tigrium leonumque* numquam bona -e vitia mansuescunt. CVRT. 4, 11, 18 quodsi saltem pacem bona -e peteret. COLVM. 9, 9, 7 plures (*reges apium*) bona -e reconciliatos. PETRON. 11, 1 osculis ... bona -e exactis. 79, 12 postquam optima -e partiti manubias sumus. 91, 7 si bona -e paenitentiam (sententiam *coni. Büch.*) emendas. 91, 9 redisse me in gratiam et optima -e reviviscentem amicitiam. 110, 3 tunc primum bona -e puero basium dedit. CORP. IV 2119 vici Nuceriae inalia (*i.* in alea) *denarios tot* -e bona (*i. sine fraude*). PLIN. nat. 2, 155 quam bona -e creditum fenus *terra* reddit. 7, 94 concremasse ea (*scrinia*) optima -e atque non legisse. 14, 146 optima -e non respirasse in hauriendo neque expuisse. LEX Malac. (Corp. II 1964) 2, 15 se rationem suffragiorum -e bona habiturum. STAT. silv. 5 praef. qui bona -e deos colit, amat et sacerdotes. QVINT. inst. 7, 4, 34 uter id (*sc. accusare*) -e meliore facturus *sit*. 10, 3, 23 neque enim se bona -e in multa simul intendere animus totum potest. decl. 269 p. 99, 9 neque ego dubito, quin prius istud ⟨bon⟩a -e feceris. 296 p. 172, 2

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sed ne dimisisti quidem bona -e. Flor. epit. 2, 1, 1 populus R. . . . cum bona -e adolevisset. 2, 3, 1 bona -e cessantium armorum. Tert. anim. 23 p. 336, 16 doleo bona -e Platonem omnium haereticorum condimentarium factum (*sc. ea quae Plato quamvis falsa bona tamen -e scripsit, ab haereticis mala -e recepta. an* bona -e *exclamatio ut l. 12?*). Amm. 20, 8, 11 condicionum aequitatem . . . bona -e accipito. Clavd. Mam. anim. p. 126, 12 si quid umquam bona -e scire volumus. *singulariter*: Ps. Qvint. decl. 12, 1 quoniam semel consueramus (*sc. corporibus nostrorum pasci*) et bona -e (*i. confidentia*) ferarum esse civitas coeperat. *usurpatur in exclamatione aeque atque* per -em (*cf. p. 667, 49*): Tert. adv. Hermog. 10 magna, bona -e, caecitas haereticorum pro huiusmodi argumentatione (*cf. supra l. 5*). *opp.*: mala -e: Gloss. *κακῇ πίστει.* Nep. Dat. 6, 6 in opinionem adducuntur perfugas mala -e compositoque fecisse, ut recepti maiori essent calamitati. Apvl. apol. 83 cum primum epistolam . . . mala -e excerperet, pauca legeret, multa et meliora sciens reticeret.

b *in formula iudiciali, de iudiciis (arbitriis) quae bonae -ei dicuntur (cf. Girard-Mayr, Gesch. u. Syst. d. röm. Rechts p. 1112; Leonhard, PW. III 696, 48 sqq.)*: Cic. off. 3, 61 iudiciis, in quibus additur: ex -e bona (top. 66 in omnibus his iudiciis, in quibus 'ex -e bona' est additum). 3, 66 arbitrum illum adegit 'quidquid sibi dare facere oporteret ex -e bona' (Lex Rubr. [Corp. XI 1146 = I^2 592] 27. 36 q(uic)q(uid) eum . . . d(are) f(acere) oporteret ex f(ide) b(ona). Val. Max. 8, 2, 1). 3, 67 ergo ad -em bonam statuit pertinere notum esse emptori vitium, quod nosset venditor. 3, 70 Q. quidem Scaevola, pontifex maximus, summam vim esse dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur 'ex -e bona', -eique bonae nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis societatibus (*sequitur enumeratio*). Att. 6, 1, 15 extra quam (*exceptionem*) si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat ex -e bona. Gaivs inst. 4, 47 quidquid ob eam rem N. Negidium A. Agerio dare facere oportet ex -e bona. 4, 62 sunt autem bonae -ei iudicia haec (*sequitur enumeratio*). 4, 114. *ceterum v. Vocab. iurispr. Rom. I 598, 44 sq.*

c bona -e emere, possidere, vendere; bonae -ei emptor, possessor *sim.* (*credendi, firmae opinionis [sc. de re honeste parta, de iusta possessione etc.] notionem, quae a prisco atque genuino bonae -ei sensu certe aliena erat, ab eorum quoque Ictorum usu, quos classicos appellant prorsus abesse contendi non potest, id quod severius fecit Bruns l. l.; cf. ex. gr. l. 44*): Pavl. dig. 17, 2, 3, 3 -es bona contraria est fraudi et dolo. Val. Max. 8, 2, 1 bonae -ei venditorem nec commodorum (*sc. rei venditae*) spem augere nec incommodorum cognitionem obscurare oportet. Gaivs inst. 2, 43 si modo eas *res* bona -e acceperimus, cum crederemus eum qui traderet dominum esse. 2, 45 etiamsi maxime quis bona -e alienam rem possideat (2, 51 bonae -ei possessori. dig. 9, 4, 13 adversus bona -e possessorem). 2, 49 quamquam ab eo bona -e emerit (Ivlian. dig. 1, 5, 26 bonae -ei emptorem). 2, 252 sive quid alias bona -e dedisset. 3, 155 quod vel me tibi vel te mihi bona -e praestare oportet. 4, 84 si modo bona -e accedat ad negotium. *ceterum de numerosis Ictorum locis v. Vocab. iurispr. Rom. I 598, 8 sqq.* Avg. fid. et op. 7, 10 p. 45, 22 sicut in iure praediorum tamdiu quisque bonae -ei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum, cum vero scierit nec ab aliena possessione recesserit, tunc malae -ei perhibetur, tunc iuste iniustus vocatur.

opp.: mala -e emere, possidere *sim.*: Cic. nat. deor. 3, 74 inde tot iudicia de -e mala, tutelae mandati pro socio fiduciae, reliqua quae ex empto aut vendito aut conducto aut locato contra -em fiunt. Gaivs inst. 2, 49 quia . . . mala -e possidet. Vlp. dig. 5, 3, 20, 21 malae -ei possessor. *saepe apud Ictos.* Pavl. dig. 10, 1, 4, 2 aut enim bona -e percepit . . . aut mala -e. Vlp. dig. 26, 8, 5, 2 si mala -e emptio intercesserit. *singulariter: ad malae -ei possessionem referendum est, quamquam mala -es audacter non possessori, sed rei possessae tribuitur:* Petron. 12, 1 rerum venalium, non quidem pretiosarum, sed tamen quarum -em male ambulantem obscuritas temporis facillime tegeret.

d *notione paulum debilitata, fere i. q. fidelitas, honestas sim.*: Val. Max. 9, 6 praef. quantum salutis bona -es praestat (*opp.* perfidia). Sen. contr. 1 praef. 3 ad continenda quae acceperat solebat bonae -ei esse (*verba inde a* solebat *alio loco tradita; v. edit.*). Sen. benef. 4, 21, 6 bonam -em perfidiae suppliciis affici videt. *ibid.* ignis, per quem bona -es collucebit. 5, 12, 1. epist. 56, 11 si bona -e sumus (*i. si bonam conscientiam habemus*). 71, 7 si vis . . . beatus esse, si -e bona vir bonus, sine contemnat te aliquis. Cvrt. 3, 8, 6 nec tamen melioris -ei haberi, qui prudentius suaserit. Qvint. inst. 10, 7, 1 bonae -ei viro. Svet. Aug. 42, 2 *Augustus* populo promissum . . . congiarium reposcenti bonae se -ei esse (*i. promissis stare*) respondit. Corp. VI 6214, 5 bonitatem suam et -em bonam secum apstulit.

4 *i. q. fidele silentium, taciturnitas* (*cf.* Sil. 2, 481 arcanis dea [*Fides*] laeta): Plavt. Trin. 142 quod (*sc. arcanum*) meae concreditumst taciturnitati clam, -e et fiduciae. Ter. Andr. 34 *opus est* eis quas semper in te intellexi sitas -e et taciturnitate. Eun. 102 potin est hic tacere? :: egone? optume. verum heus tu, hac lege tibi meam astringo -em. Catvll. 102, 2 si quicquam tacito commissum est fido ab amico, cuius sit penitus nota -es animi. Hor. carm. 1, 18, 16 arcanique -es prodiga (*κατ᾽ ἀντίφρασιν, perperam dixerunt [v. ex. gr. Krüger, Archiv 10, 358 sq.] -em hoc loco vocem mediam esse; sc. arcanum commissum est -ei, sed ea sibi non constitit atque πίστις ἄπιστος facta est*). Prop. 1, 10, 14 non solum vestros didici reticere dolores: est quiddam in nobis maius, amice, -e. 1, 18, 4 si modo sola queant saxa tenere -em. Sen. contr. 2, 5, 19 si quod audierat tacuit, non beneficium est, sed -es. Sen. Herc. f. 301 tibi muta -e longas Eleusin tacita iactabit faces. Herc. O. 477 quidquid arcani apparo, penitus recondas et -e tacita premas. 480. 481. Oed. 799 praestare tacitam regibus soleo -em. Phaedr. 161 utque contingat stupro negata magnis sceleribus semper -es. Thy. 317 tacita tam rudibus -es non est in annis. Cvrt. 4, 6, 5 Persarum arcana regum mira celantium -e. Plin. nat. 3, 65 *Romae urbis nomen arcanum* optima . . . et salutari -e abolitum. Qvint. decl. 307 p. 207, 10 quanta esset inter se quodammodo sceleratorum -es, quamdiu tacerent. Tac. ann. 15, 59 frustra silentium et -em in tot consciorum animis et corporibus sperare. Gell. 1, 23, 13 senatus -em atque ingenium pueri exosculatur. Apvl. met. 3, 15 sanctam silentii -em. 3, 20 -em silentiumque. Tert. nat. 1, 7 p. 68, 22 cum vel ex forma a⟨c⟩ lege omnium mysteriorum silentii -es debeatur.

5 *poetice: i. q. firma securitas rei non animatae*:
a *de naturae partibus*: Verg. Aen. 3, 69 ubi prima -es pelago. Ov. fast. 2, 454 perdidit illius temporis aura -em. 6, 715 si qua -es ventis. Germ. frg. 4, 61 tunc quoque nulla -es caelo (-um *codd. cf.* Avien. Arat. 311 nulla -es undis). Sen. nat. 4 praef. 7 non incertam -em (incerta -e *T*) ruris, incertiorem fori temptent. epist. 67, 1 ver aperire se coepit . . . nec adhuc illi -es est; saepe enim in hiemem revolvitur. Colvm. 3, 6, 4 ubi pluribus velut emeritis annorum stipendiis -es surculo constitit. Petron. 115, 8 maris -em (*sc. malam*). *hic subiciatur, licet paulo differat, usus poeticus*: Ivv. 2, 8 frontis nulla -es (*i. fronti -es habenda non est*). *de tempore*: Ov. Pont. 4, 3, 50 ludit in humanis divina potentia rebus et certam praesens vix habet hora -em. Plin. paneg. 32, 4 fallacem . . . unius anni -em. **b** *de rebus ab homine factis*: Prop. 4, 4, 87 *Tarpeia* prodiderat portae . . . -em. Ov. am. 3, 1, 50 decepto didicit custode Corinna liminis astricti sollicitare -em. ars 3, 377 nulla -es tabulae (*sc. lusoriae*). Gratt. 52 non est umentibus usus in armis, nulla -es. Clavd. 18, 244 muris nulla -es (*in incendio*). Carm. epigr. 80, 4 flet pater et rogat tituli -em, ut omnis aetas optet aei terram levem (*i. petit a titulo, ut fidelis sit litterasque bene conservet; secus interpretatur Büch.*).

6 *metonymice: pro persona vel re fideli*: **a** *pro persona fideli: huc fortasse referri possit, quamvis incerta sit lectio*: Eleg. in Maecen. 2, 4 mene . . . ante augustam (angustam *al.*) Drusi (Bruti *codd.*) non cecidisse -em (*i. ante Drusum, qui fidelis Caesari amicus erat, atque is quidem augustus, ego vero humilis*). Val. Max. 3, 2 ext. 9 tantae -ei (*i. tam fideli puellae*) superesse non sustinuit. 4, 7 ext. 1 tyrannus supplicium -ei (*i. tam fideli amico*) remisit. Cvrt. 6, 7, 9 quod caput suum permisisset -ei adhuc inexpertae. Lvcan. 8, 213 Eoam temptare -em populosque bibentis Euphraten. Stat. silv. 2, 6, 55 dignus et Haemonium Pyladen praecedere fama Cecropiamque -em (*i. Thesea Pirithoumque fideles*). Amm. 26, 6, 12 -em paucorum elegit. *de fide Christiana*: Prvd. ham. 853 cana -es (*i. Abraham. cf.* Verg. Aen. 1, 292 cana Fides). perist. 3, 90 gaudet et excruciare -em (*i. fideles. sed nescio an sensu proprio de fide dixerit, cf.* cath. 4, 84).
b *pro re fideli*: Aetna 411 *nulla est domus ignis magis* tenaci saepta -e (-es *pro cute, amictu fideli, cf., licet minus audacter loquatur*, Plin. nat. 36, 62 paulum distare ab eo in unguentorum -e [*i. e. in unguentis fideliter servandis*] multi existimant lygdinos). Manil. 2, 332 quadrati . . . -em caeli (*i. fidele quadratum caeleste*). 3, 305 Chelarumque -es (*i. e. Chelae [= Libra] in quibus -es est*). Apvl. met. 9, 18 -e tenebrarum contectus atque absconditus. Qverol. p. 45, 26 perlege . . . titulum funeris atque omnem scripturae -em (*de vocabuli* -es *notione cf. p. 683, 9 sqq.*). Clavd. rapt. Pros. 2, 189 astra viarum mutavere -em (*i. vias, quibus ea se tenere ad id tempus certo credi poterat*).

7 *in prosopopoeia (v. etiam Onomast. s. v. inter qualitatis moralis prosopopoeiam, quam vocamus nos, a quolibet poeta in certo sententiarum conexu sua sponte factam et commemorationem deae Fidei, cui aedes in Capitolio erat, saepe satis accurate distingui nequit)*: *de* Ennio *v. p. 671, 2.* Plavt. Poen. 890 -e non melius creditur. Catvll. 30, 11 si tu oblitus es, at dii meminerunt, meminit -es. Hor. carm. 1, 24, 7 Pudor et Iustitiae soror (*iustitia et fides coniunctae ap.* Varronem frg. Non. p. 149, 10 Cic. de orat. 1, 86. 224 *cf. l. 84. cf.* Octavia 398 illa virgo, numinis magni dea, Iustitia, caelo missa cum sancta -e), incorrupta -es nudaque Veritas (Ov. met. 1, 129 fugere pudor verumque -esque. Val. Fl. 5, 498 nuda -es). 1, 35, 21 te (*Fortunam*) . . . anteit . . . Necessitas, . . . te Spes et albo rara (*cf.* Mart. 10, 78, 1) -es colit velata panno (*cf.* Serv. Aen. 1, 292). carm. saec. 57 iam -es et Pax et Honor Pudorque priscus et neglecta redire Virtus audet (*cf. p. 677, 78.* Sen. Ag. 112 periere mores ius decus pietas -es et qui redire cum perit nescit pudor. Petron. 124 v. 252 pax . . . abscondit . . . victum caput . . . huic comes it submissa -es et . . . iustitia ac . . . concordia. Mart. 12, 6, 3 recta -es, hilaris clementia, cauta potestas iam redeunt). carm. 4, 5, 20 nutrit rura Ceres almaque Faustitas, . . . culpari metuit -es. Cvlex 227 rure recessit Iustitia et prior

[*Fraenkel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

illa -es? Ov. am. 1, 3, 13 *at Phoebus, Musae, Bacchus, at Amor,* at nulli cessura -es, sine crimine mores nudaque Simplicitas purpureusque Pudor. trist. 5, 5, 45 nata Pudicitia est, mores (*frustra temptant editores, cf. exemplum antecedens*) Probitasque -esque. Sil. 1, 481 fer tecum castamque -em (2, 525 casta -es. 6, 548. 13, 285) servataque iura, deceptos mihi linque deos. 2, 480 ad limina sanctae . . . -ei. 2, 542. 6, 132 alma -es (*dea -es passim ap.* Sil.). Clavd. 3, 53 Concordia, Virtus cumque -e Pietas.

B *de dictis, narrationibus sim.; i. q.* πιθανότης, ***probabilitas***: **1** ***generaliter:*** *de dictis vel rebus fictis (v. ex. gr. l. 66), quae ad credendum apta sunt; saepe i. q. auctoritas (hoc vocabulum haud raro cum -e coniungitur, v. ex. gr. l. 21 sqq. p. 684, 55. 82. 685,23): de promissis sim. fere i. q. fidelitas, constantia, firmitas: posteriore aetate etiam veritatis notionem accepit (v. p. 684, 21. 22. 25)*: Gloss. veritas. Ter. Andr. 857 tristis severitas inest in voltu atque in verbis -es. Rhet. Her. 1, 8, 12 -ei...causa. 1, 10, 17 quae res -em abrogat orationi. 4, 23, 1 -es et gravitas et severitas oratoria (Hor. epist. 1, 1, 57 est animus tibi, sunt mores, est lingua -esque [ἓν διὰ δυοῖν, *lingua -e oratoria praedita; de viro dicit, cuius oratio -em facit; aliter Kiessling*]). Cic. inv. 1, 25 quae *suspicio* maxime orationi -em, oratori adimit auctoritatem. 1, 34 confirmatio est, per quam argumentando nostrae causae -em et auctoritatem et firmamentum adiungit oratio. Q. Rosc. 44 quibus abroges -em iuris iurandi. de orat. 2, 156 imminuit . . . et oratoris auctoritatem et orationis -em. 3, 104 quos *locos* ad -em orationis (*de genet. cf. p. 685,26*) faciendam adhiberi dixit (part. 27 narratio et . . . confirmatio -em facit orationi. top. 8 argumentum . . . *esse* rationem, quae rei dubiae faciat -em. Liv. 30, 14, 2 -em criminibus . . . nuptiae . . . faciebant tamque praeceps festinatio [40, 23, 8 litterae -em Persei criminibus fecerunt]. Sen. Thy. 667 Stygis . . . unda quae facit caelo (*i. iuri iurando deorum*) -em. Cvrt. 6, 2, 17 fecerant -em rumori temere vulgato Graeci milites. Mela 1, 36 faciuntque ei fabulae aliquam -em, quod . . . celebrant. Corp. III 567 (*cf.* p. 988) 20 cui (*inscriptioni*) vetustas -em faciat). orat. 120. 209 *hoc genus orationis* tollit funditus veritatem et -em. top. 74 reliquis quoque rebus . . . interdum confirmatur -es, si aut ars quaedam adhibetur . . . aut usus. Sall. Iug. 85, 29 non possum -ei causa (*cf. p. 668, 18*) imagines neque triumphos aut consulatus maiorum meorum ostentare. Pvblil. S 45 suspiciosus (suspicax animus *cod.*) omnium damnat -em. Lvcr. 1, 401 possum . . . -em dictis corradere nostris. 2, 479 (= 2, 523) quod quoniam docui, pergam conectere rem quae ex hoc apta -em ducat. 5, 104 dictis dabit ipsa -em res. Verg. Aen. 9, 78 prisca -es facto, sed fama perennis. 10, 791 siqua -em tanto est operi latura vetustas. 11, 511 ut fama -em missique reportant exploratores. Hor. epist. 2, 2, 10 multa -em promissa levant. ars 52 nova fictaque nuper habebunt verba -em. Prop. 3, 23, 4 *usus* non signatas (*tabellas*) iussit habere -em (*sc. eas revera poetae esse.* Liv. 2, 4, 4 datae litterae ut pignus -ei [*sc. verum, haud fictum nuntium afferri*] essent. Pavl. dig. 22, 4, 2 si contractus -es possit ostendi [*opp.* calumniosam scripturam]. Scaev. dig. 22, 3, 29, 1. 31, 89 pr. si -es epistulae relictae constaret. Firm. math. 6, 24, 7 hi scripturarum -em pro arbitrio suo falsa litterarum mutatione convertunt [1, 2, 10 mutare tabularum -em. *al.*]). Ov. am. 1, 3, 16 tu mihi, siqua -es (*sc. dicto meo*), cura perennis eris (1, 8, 11 sanguine, siqua -es, stillantia sidera vidi. 2, 6, 51 siqua -es dubiis. epist. 17, 119 siqua -es verost [Mart. 5, 19, 1 siqua -es veris]. met. 9, 55 siqua -es [*sc. verbis meis*]. Pont. 3, 5, 53. Sen. contr. 1, 1, 18 siqua est -es. 7, 6, 9. 9, 6, 19 contr. exc. 5, 1 Lvcan. 2, 550 Petron. 63, 1. 65, 1. 79, 10. Calp. ecl. 7, 56 mihi crede, Lycota, si qua -es. Stat. silv. 5, 2, 117 siqua -es dictis). Ov. am. 2, 2, 38 et veris (*Ehwald*, in verum *codd.*) falso crimine deme -em. epist. 2, 26 verba carere -e (16, 40). 12, 194 adde -em dictis. 20, 136 *mens* -em dictis (*sc. iuri iurando*) addere sola potest. ars 1, 612 est tibi agendus amans imitandaque vulnera verbis: haec tibi quaeratur qualibet arte -es. 2, 314 *ars deprensa* adimit merito tempus in omne -em (*sc. verbis tuis*). 3, 792 arti . . . credite! praestabunt carmina nostra -em. 3, 802 effice per motum luminaque ipsa -em (*sc. gaudiis quae fingis*). rem. 290 deme veneficiis carminibusque -em. met. 11, 107 polliciti . . . -em tangendo singula temptat. fast. 4, 204 acceptam parce movere -em (*i. famam, cui -es habenda est*). 6, 609 certa -es facti. trist. 4, 5, 14 *vellem* raram famae conciliare -em. Pont. 4, 7, 6 accedet voci per te non irrita nostrae . . . -es. Liv. 1, 16, 5 consilio . . . unius hominis addita rei dicitur -es. 1, 32, 6 verbis...meis -es sit. 1, 54, 2 dictis factisque omnibus ad fallendum instructis vana accresceret -es. 3, 5, 12 difficile ad -em est (*i. difficile factu ut -es addatur narrationi; cf. vol. V p. 1090, 45*) in tam antiqua re . . . affirmare (5, 21, 9 haec ad ostentationem scaenae . . . aptiora quam ad -em [*cf.* Plin. epist. 7, 17, 3 historiam debere recitari, quae non ostentationi, sed -ei veritatique componitur]. Qvint. inst. 1, 8, 10 *oratores* veterum poemata vel ad -em causarum vel ad ornamentum eloquentiae assumunt. 4, 2, 107 ad celeritatem plurimum et ad -em confert. 7, 2, 28 minus...hoc ad -em valeat). 7, 6, 6 certam derogat vetustas -em (8, 18, 3 ne cui auctorum -em abrogaverim. 42, 13, 2 -em abrogarem mihi). 9, 2, 4 -em auxere captivi. 40, 29, 8 vulgatae opinioni . . . mendacio probabili accommodat⟨a⟩ -e (*sc. narrationis*). Lygd. 4, 4 desinite in votis quaerere velle -em. 6, 49. Manil. 2, 769 per partes ducenda -es (*i. vera explanatio*). Cels. 1 pr. 29 neque disputationi neque auctoritati cuiusquam -em derogari oportuisse. Sen. contr. exc. 4, 6 ignorantis -em. suas. 4, 3 ex -e scientiae. Sen. nat. 4 praef. 21 ne forte magnam historiis esse -em credas. 6, 26, 1 si Homero -es est. 7, 10, 2 -em non habet turbinem . . . pervenire. Qvint. inst. 2, 17, 15 Agnon...detraxit sibi inscriptione ipsa -em (Vlp. dig. 48, 18, 1, 25 nec tamen . . . detrahenda erit -es quaestionis [*dubitans recep. Momms., -oni edd., sed cf. p. 686, 36*]). 5, 10, 8 per ea quae certa sunt -em dubiis afferens. 6, 5, 9 expositionem, qua matri . . . abstulit -em. decl. 338 p. 333, 27 in voce una manserat -es (-es *fere i. q. verax loquendi ratio, cf. p. 683, 15*). Tac. Germ. 37 quorum (*castrorum*) ambitu nunc quoque metiaris . . . tam magni exitus -em. 39 -es antiquitatis religione firmatur. Plin. epist. 10, 65, 3 *scripta* et parum emendata et quaedam non certae -ei videbantur (Gell. 13, 31, 6 librum veterem -ei spectatae). paneg. 74, 3 dabat vocibus nostris -em apud optimum principem, quod apud malos detrahebat. Svet. Cal. 8, 5 versiculorum . . . -em eadem haec elevant. Flor. epit. 1, 12, 11 laborat annalium -es, ut Veios fuisse credamus. Gell. 1, 4, 4 ut sententiae -es salva esset. Apvl. met. 10, 7 veritatem criminum -emque probationibus certis instrui. Vlp. dig. 48, 18, 1, 4 non utique in servi unius quaestione -em rei constituendam, sed argumentis causam examinandam. Mod. dig. 44, 7, 54 cum -es facti simulatur non intercedente veritate. Avr. Vict. Caes. 33, 26 ni -es gestarum rerum obstitisset. Florent. Lucif. epist. 3 p. 321, 21 id . . ., quod in -e veri est. Amm. 21, 9, 3 *fama* mille . . . linguis rerum mire exaggerat -em. Veg. mil. 3, 26 p. 124, 17 quae nobilissimi auctores diversis probata temporibus per experimentorum -em memoriae prodiderunt. Avg. civ. 14, 2 p. 6, 21 D. cur ergo haec . . . in -e et veritate opera carnis appellat? 15, 11 p. 78, 15 derogare -em codicibus. gen. ad litt. 1, 1 p. 3, 12 secundum -em rerum gestarum. Physiogn. 74 p. 96, 4 qui cinaedi quidem certa -e (*i. re vera, opp.* speciem) sunt. Cod. Iust. 2, 4, 10 contra -em sanguinis itemque placitorum. *ut de re relata sic de homine referente*: Sall. Iug. 101, 7 magis atrocitate rei quam -e nuntii terrentur. Liv. 1, 54, 6 *nuntius* dubiae -ei videbatur. 7, 14, 5 affirmata . . . eo casu Tulli apud dictatorem -es est. 36, 38, 7 ut in numero scriptori parum -ei sit. Val. Max. 7, 4, 2 -ei . . . nuntii parum ⟨credens⟩ (*cf. p. 671, 82*). Sen. epist. 30, 9 plus . . . -ei haberet apud te (*cf. p. 686, 8*), plus ponderis, si quis revixisset et in morte nihil mali esse narraret. Plin. nat. 2, 248 alia Dionysodoro -es. Qvint. inst. 10, 1, 75 Clitarchi probatur ingenium, -es infamatur. Tac. ann. 4, 10 quae plurimis maximaeque -ei[s] auctoribus memorata sunt. 4, 34 Titus Livius, eloquentiae ac -ei praeclarus in primis. Arnob. nat. 5, 8 p. 181, 20 cum quo (*Varrone*) s⟨i⟩ stat -es.

metonymice: a narratione vel traditione, cui -es est, transfertur ad ipsam rem narratam: Stat. silv. 1, 3, 20 ipse Anien (miranda -es) infraque superque . . . ponit (*sc. res mira quidem, sed vera*). 3, 3, 21 mira -es (4, 4, 81. 5, 1, 33. Ach. 1, 880 [*cf.* Ivvenc. 1, 113 sed, pro mira -es, tabulis cum scribere temptat *eqs.*]. *cf.* Tac. ann. 6, 30 haec, mira quamquam, -em ex eo trahebant quod *eqs.*).

2 ***speciatim:*** *de teste sive testimonio*: Cic. Q. Rosc. 45 eius testis ad iudicem -em infirmabit, cuius propter -em et religionem iudicis testis compararit (-abat *codd.*). Verr. 1, 19 in testium -e. Font. 30 ille Iuppiter (*sc. Capitolinus*) cuius nomine maiores nostri vinctam testimoniorum -em esse voluerunt. Scaur. 38 venio nunc ad testis, in quibus docebo . . . nullam -em et auctoritatem esse . . . etenim -em primum ipsa tollit consensio (Sull. 10 nec testimonio -em tribui convenerit nec defensioni auctoritatem). Caecin. 3 de adversarii testium -e derogatur. part. 117 si obscuri testes erunt aut tenues, dicendum erit non esse ex fortuna -em ponderandam. Ov. am. 3, 10, 23 magna -es testi. epist. 20, 234 is quoque (*Apollo*) nescio quam...neclectam queritur testis habere -em (*sc. quod sibi non satis creditum sit*). Sen. benef. 6, 8, 2 veris testibus abrogavit -em. Qvint. inst. 5, 7, 8 debet enim vel fieri vel detrahi testibus -es oratione perpetua. decl. 269 p. 101, 7 non est . . . aequum comparari -em tormentorum. Ivv. 3, 144 quantum quisque sua nummorum servat in arca, tantum (*sc. testis adhibitus*) habet et -ei. *adde de auribus et oculis*: Liv. 33, 32, 7 suarum aurium -ei minimum credentes. Petron. 12, 6 cum Ascyltos timeret -em oculorum. Stat. silv. 3, 1, 8 vix oculis animoque -es. Paneg. 10 (4), 16, 1 coniectura mentium tenebamus, etsi nondum ad -em patebat oculorum. *similiter*: Garg. Mart. med. 1 quibus erat studium scrutari corpora mortuorum et valitudinum causas oculata -e recognoscere.

3 *de vaticiniis, praedictionibus sim.* (*cf. p. 673, 29*): Cic. epist. 6, 6, 7 debebit habere -em nostra praedictio (*syn.* auctoritatem). Verg. Aen. 3, 434 vati si qua -es, animum si veris implet Apollo. Prop. 4, 1, 92 dixi ego . . . *eos redire non posse*, nempe meam firmant nunc duo busta -em. Ov. met. 3, 341 prima -e (*v. p. 662, 11*) vocisque ratae (*sc. oraculorum Tiresiae*) temptamina sumpsit caerula Liriope. 7, 323 promissa . . . postquam exhibuere -em. 15, 283 nisi vatibus omnis eripienda -es. fast. 4, 814 magna -es avium est: experiamur aves. Liv. 25, 12, 4 ex . . . Marcii duobus carminibus alterius post rem factam editi comprobata (*Ussing*, cum rato *P*) auctoritas eventu alteri quoque, cuius nondum tempus venerat, afferebat -em. Val. Max. 1, 8, 10 veridica Pythicae vaticinationis -es. 1, 8 ext. 8 delusa sacrarum sortium

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-e. CVRT. 4,7,29 vera et salubri aestimanti ratione (aestimatione *codd., alii aliter*) -em oraculi. 6,10,28. MELA 1,39 Hammonis oraculum -ei inclutae. 1,82. LVCAN. 1,636 fibris sit nulla -es (TAC. hist. 2,3 certissima -es haedorum fibris). PETRON. 89,2 vatis -es Calchantis atro dubia pendebat metu. STAT. Theb. 1,396 mox adaperta -es (*sc. oraculi*). 1,509 salve prisca -es tripodum (8,176 tripodum). 5,650 ecce -es superum. 10,640 responsis ut plena -es (*silv.* Ach. 1,681 responsi ... -em). TAC. hist. 2,78 victoriae decus implesse -em ominis videbatur. ann. 6,37 eorum quae terra caelove portenderentur, certior -es. AMM. 15,7,8 fatidicarum sortium -em. CLAVD. 15,499 certa -es caeli, sed maior Honorius auctor. *de somniis*: VAL. MAX. 1,7 ext. 2 versu Graeco, qui -em somniorum elevat. SVET. Claud. 37,2 quasi plane repraesentaretur somnii -es (*cf.* Nero 7,1 -em somnio ... fecit). TERT. anim. 46 p. 377,19 ad -em somniorum. *al.* *metonymice: de oraculo, cui -es est*: LVCAN. 5,83 ut vidit Paean vastos telluris hiatus divinam spirare -em (*i. oraculum, cui -es est*). 6,433 *S. Pompeius noverat* umbrarum Ditisque -em. *de ipso vate*: VAL. FL. 1,383 vates Phoebique -es non vana parentis Mopsus.

4 *de probabilitate earum rerum, quae quales esse videntur tales sunt, praecipue in philosophorum de rerum cognitione doctrinis*: CIC. ac. 1,41 visis non omnibus adiungebat -em, sed iis solum quae *eqs.* (2,36 iis visis, inter quae nihil interest, aequaliter omnibus abrogatur -es. div. 2,113 auctoritatem ... nullam debemus nec -em commenticiis rebus adiungere). ac. 1,42 sensibus etiam -em tribuebat *Zeno* (div. 1,5 Cratippusque ... isdem rebus -em tribuit). 2,19 aspectus ipse -em faciat sui iudicii. 2,27 quae esset conclusi argumenti -es. top. 8 rationem, quae rei dubiae faciat -em. LVCR. 1,423 cui (*i. communi sensui*) nisi prima -es fundata valebit. 4,480 maiore -e debet reperirier illud, sponte sua veris quod possit vincere falsa. 4,482 quid maiore -e porro quam sensus haberi debet? (4,463 miracula ... quae violare -em [*cf.* 4,505 violare -em primam] quasi sensibus omnia quaerunt. GRATT. 172 quanta -es ... et sollertia naris [*sc. canis*]). 5,102 via qua (*sc. per visum aut per tactum*) munita -ei proxima fert humanum in pectus templaque mentis. AETNA 226 nosse -em rerum. OV. epist. 18,200 nantem delphina per undas cernere non dubia sum mihi visa -e. met. 7,833 indicio ... -em negat. 15,567 vidit enim, falsamque in imagine credens esse -em, digitis ... quae vidit tetigit. VAL. MAX. 1 praef. cetera divinitas opinione colligitur, tua praesenti -e paterno avitoque sideri par videtur. PLIN. nat. 7,7 naturae ... rerum vis atque maiestas in omnibus momentis -e caret, si quis modo partes eius ac non totam complectatur animo.

locutiones ad II A et B: *ea -ei notio, cuius exempla inveniuntur sub II A et B, subest his structuris*: -es est *alicui* (apud *aliquem*), -em habeo *alicui; nam huius quoque locutionis, quae sane significat i. q.* '*confidere alicui*', *genuinam vim non esse* '*fiduciam sentire erga aliquem*', *sed* '*alicui fidelitatem (vel alicui rei probabilitatem) attribuere*' *in propatulo est (ad structuram cf.* '*honorem alicui habere*'): **1** -es est *alicui vel alicui rei*: **a** *de animantibus* (*saepe accedit praep.* apud): PLAVT. Amph. 80 si illis -es est, quibus est ea res in manu. 555 ut tuis nulla apud te -es sit. Bacch. 570 si pergis parvam (parum *codd., v. Leo ad l.*) mihi -em arbitrarier (APVL. apol. 51 *Platoni* ego -em arbitratus). Pseud. 467 parvam esse apud te mihi -em ipse intellego (477 quom apud te parvast [parum ste *codd., cf. l. 51*] ei -es. TER. Phorm. 810 itan parvam mihi -em esse apud te [*cf.* Hec. 750 si aliud scirem qui firmare meam apud vos possem -em]). TER. Andr. 425 nullane in re esse cuiquam homini -em. Hec. 474 eo pacto maxume apud te meo erit ingenio -es. CATO ad fil. frg. 1 ut -es iis (*sc. medicis*) sit. LVCIL. 669 cui -em esse existimet. SALL. Iug. 24,4 parum -ei miseris esse (OV. met. 9,371 siqua -es miseris). *pendet acc. c. inf.*: TER. Haut. 571 mihi -es apud hunc est nihil me istius facturum. **b** *de rebus*: PLAVT. Capt. 893 si parva iuri iurandost -es. Merc. 378 siquidem isti dicto solida et perpetuast -es. CELS. 2,6,18 sed tamen medicinae -es est. LVCAN. 2,628 ubi nulla -es rebus post terga relictis.

2 -em habere *alicui* (*nota haud raro coniungi cum verbo credendi*): **a** *animantibus*: PLAVT. Asin. 458 -em non esse huic habitam. 583 quod ... mihi -em habere noluisset. 636 non habeam tibi -em tantam. Pseud. 899 ut mihi caverem a Pseudolo servo suo, ne -em ei haberem. TER. Andr. 586 nam propemodum habeo tibi (*codd., editores pronomen inducunt, sed dativus neque alias deest et flagitatur obiectiva vocabuli -ei vi; potius delendum* iam) iam -em. :: tandem cognosti qui siem? Haut. 1002 seni nostro -ei nihil habeo. Eun. 197 forsitan hic mihi parvam habeat -em. CIC. Caecin. 3 eis sive creditur ... sive -es non habetur (LIV. 3,16,3 cui *servo* nec credere nec non credendo ... -em abrogare satis erat tutum). Font. 15 eis, quibus neque propter iracundiam -em ... habere debetis (*antecedit synonymum* credere). Cluent. 159 non solum sibi (*iudici*) potestatem datam, verum etiam -em habitam esse. Flacc. 60 Asiaticis testibus. off. 2,21. 33. Tim. 38 difficile factu est a deis ortis -em non habere (θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν). epist. 7,18,1 ignavissimo cuique maximam -em habeo. CATVLL. 30,6 eheu quid faciant, dic, homines, cuive habeant -em? CAES. Gall. 1,41,4 ex Gallis ei maximam -em habebat (CVRT. 4,6,12 cui maxima -es habebatur. 7,5,21). civ. 3,71,4. NEP. Dion 5,6 Apollocrates, cui maximam -em uni habebat. Dat. 11,2. LIV.

22,22,14 volt sibi quisque credi et habita -es ipsam plerumque obligat -em. 24,45,7 Altinio -ei quicquam ... habendum. 42,14,3. SEN. dial. 2,6,2 cuius *promissi* tibi, si parum -ei habeo (*i. q. antiquiore sermone sic dicerent*: si mihi p. f. habetur), sponsorem dabo. 9,2,2 ut -em tibi habeas et recta ire te via credas. CVRT. 3,13,4 ne sibi -es habita non esset. COLVM. 2,2,7 Graecis camenis. QVINT. inst. 6,3,50 (*verba Neronis*) nulli plus apud se (*cf. p. 685,53*) -ei haberi. AFRIC. dig. 46,3,39 quod *emptor et venditor* invicem parum -ei haberent. *accedit genetivus quasi obiectivus*: PLAVT. Persa 785 quia ei -em non habui argenti (*cf.* POMPON. dig. 18,1,19 *si* -em habuerimus emptori sine ulla satisfactione. VLP. dig. 40,5,4,8 si ei -es habita fuerit promittenti sine satisdatione). CIC. Verr. 3,131 populus, cui maximam -em suarum rerum habeat, maxima cura deligit. CAES. Gall. 1,19,3 cui summam omnium rerum -em habebat (*cf.* 6,23,8 omniumque his rerum postea -es derogatur). *accedit* in *c. abl.* (*sc. cum -ei notio ea sit, de qua v. caput alterum III 1 a, p. 689,45*): HIER. in Matth. 13,12 p. 87^A apostolis in Christo habentibus -em (*seq.*: Iudaeis ... qui non crediderunt in filium dei). PASS. Tarach. 8 -em et caritatem, quam habemus in domino (τὴν εἰς θεὸν πίστιν καὶ εὔνοιαν). in *c. acc.*: VVLG. sap. 1,2 eis qui -em habent in illum (τοῖς μὴ ἀπιστοῦσιν αὐτῷ). **b** *rebus*: PLAVT. Bacch. 629 criminin me habuisse -em? TER. Hec. 871 dixit iure iurando meo se -em habuisse. RHET. Her. 2,8,12 ei rumori nos -em habere (*opp.* argumentando famae -em poterimus abrogare). 4,12,18 ei rationi. CIC. inv. 1,71 eorum orationi -em habere non debemus. Verr. 6,148 -es huic defensioni non haberetur. Rab. Post. 20 si defensioni Gabini -em non habes. div. 2,122 insanorum visis -es non est habenda. PLANC. Cic. epist. 10,21,3 ipsa chirographa omnia, et quibus credidi et ea quibus -em non habendam putavi ... dabo. LVCR. 4,498 aequa -es quoniam debebit semper haberi (*sc. sensibus*). LIV. 3,40,14 sin -es et nuntiis et legatis habeatur. 22,1,13 prodigiis. SEN. Herc. O. 1745 vix habent flammae -em. epist. 104,10 ne tutis quidem habebitur -es consternata semel mente. LVCAN. 7,139 nec gladiis habuere -em. QVINT. inst. 3,5,10 testibus an argumentis maior -es habenda? decl. 351 p. 381,10 fabulis. TAC. ann. 6,9 ficto habita -es. *accedit genet.(?)*: PAVL. dig. 3,2,21 -e non habita testationis (*dubitans recep. Momms.*, -oni *edd., cf. p. 684, 8*). *pendet enuntiatum* (*de -ei notione v. caput alterum III*): VVLG. act. 14,9 quia -em haberet, ut salvus fieret (ὅτι ἔχει πίστιν τοῦ σωθῆναι).

posteriore aetate, cum -em habere *iam non satis intellegeretur, interdum eadem vi ac structura* -em adhibere *usurpatur* (*longe aliter ex. gr.* PLAVT. Rud. 1043 si *arbiter* adhibebit -em. *v. p. 675,14*). *huius locutionis ratio cognosci potest e verbis Augustini p. 662,63 exscriptis.* VLP. dig. 48,18,1 pr. neque adeo -em quaestioni adhibendam. 48,18,1,23. RVFIN. hist. 6,9,1 ex quo ceteris, quae de eo narrantur, merito -es possit adhiberi. AVG. civ. 18,10 p. 267,19 D. fabulosis adversus deos ... figmentis. SVLP. SEV. Mart. 1,9 ut -em dictis adhibeant. 11,2. 23,3 (*dativo non adiecto*). ROMVL. fab. Aesop. 89 pr. Th. malo homini nunquam -es adhibenda est. MART. CAP. 5,473 quibus *argumentis* ... -es valeat adhiberi.

opp.: -em abrogare (*ex. gr.* PLAVT. Trin. 1048 illis quoque abrogant etiam -em, qui nil meriti; *cf. sub II B 1, p. 683,17. 23 et vol. I p. 137,19 sqq. 139,28*), derogare (*cf. vol. V p. 639,57 sqq.*).

caput alterum

FIDES EST ACTIO SIVE FACVLTAS CONFIDENDI

praeter locutionem '-em facio orationi' *sim.* (*i.* '*orationi probabilitatem addo*'; *v. p. 683,26*) *dicitur etiam, et saepius quidem, levi quadam improprietate sermonis* '-em facio auditori', *i.* '*eum induco, ut mihi credat*'. *illam priorem tantum notionem nativo vocabuli -ei sensui (cuius exempla in capite priore invenias) respondere apparet, contra hanc alteram vim, qua -es idem vult quod credendi sive confidendi actio vel facultas, ex hac demum iunctura* ('-em facio *alicui*') *fluxisse nobis persuasum est.* *nota iuncturam* -em facio *primum usurpari in doctrina rhetorica* (RHET. Her., CIC.), *deinde etiam a* CAES. (*quater*), *merum vocabulum -ei ea vi qua* τὸ πιστεύειν *a Cicerone ibi tantum adhiberi, ubi de artis oratoriae effectu disputat, sc. tamquam t. t. (v. p. 687,56 sqq.), Caesari deesse, latiore sensu primum apud poetas aevi Augustei (v. p. 687,62. 77 al.) inveniri.*

I -em facio (*nonnumquam pendet genetivus obiectivus, ex. gr. p. 687,14. 18. 19. 22. 24; dativus saepe deest*): RHET. Her. 1,6,10 si persuasus auditor fuerit, id est si oratio adversariorum fecerit -em auditoribus. *ibid.* quibus rebus -es fieri soleat. *ibid.* si -em factam putabimus. 1,9,16. CIC. inv. 1,25 sin oratio adversariorum -em videbitur auditoribus fecisse (*haec anaphora est verborum* [23]: *si* ab iis qui ante dixerunt iam quiddam auditori persuasum videtur. part. 5 quem ad modum -em faciat iis, quibus velit persuadere). Catil. 3,4 quoniam auribus vestris ... minorem -em faceret oratio mea (Brut. 187 credit eis quae dicuntur qui audit oratorem, vera putat assentitur probat, -em facit oratio). Pis. 59 dices ..., ut es homo factus ad persuadendum ... non facies -em scilicet, cum haec disputabis (Brut. 197 haec et multa eiusmodi dicens -em faciebat. part. 5 quibus rebus -es fit?). Scaur. 40 -em maiorem varietas ipsa faciebat. Mil. 66

[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vita talis . . . viri -em non faciebat. part. 40 maximam . . . -em facit ad similitudinem veri primum exemplum, deinde introducta rei similitudo. top. 74 facit enim necessitas -em (SALL. Iug. 24, 9 miseria mea -em verbis faceret). Att. 16, 8, 2. de orat. 2, 121 ad eas tris res, quae ad -em faciendam (*haec genuina collocatio verborum, cf.* 3, 104 Brut. 142 part. 71 top. 73. 77 off. 2, 34 *init.* LIV. 33, 41, 5 FRONTIN. strat. 2, 5, 27) solae valent. part. 5 ad faciendam -em (*in clausula, cf.* 33 top. 73. 78. off. 2, 34 *med. bis* QVINT. inst. 5, 8, 1). CAES. Gall. 5, 41, 4 addunt etiam de Sabini morte; Ambiorigem ostentant -ei faciendae causa. civ. 2, 37, 1 nuntiabantur haec eadem Curioni, sed aliquamdiu -es fieri non poterat. 3, 101, 7 de proelio . . . cognitum est, ut ipsis Pompeianis -es fieret; nam ante id tempus fingi a legatis . . . arbitrabantur. Ov. met. 6, 566 lacrimae fecere -em (*sc. fictae narrationi*). LIV. 1, 16, 8 facta -e immortalitatis (*Romuli*). 21, 47, 5 ea peritis amnis eius vix -em fecerint. 22, 41, 9 crebri relicti in castris ignes, ut -es fieret. 26, 50, 5 *cum* forma (*virginis*) faceret -em. 39, 49, 7 tandem facta -es. SEN. contr. exc. 4, 6 nulli -em facit. SEN. dial. 3, 20, 7 facient magnitudinis -em. epist. 41, 3 illa proceritas silvae . . . -em tibi numinis faciet (facit et *codd.*). CVRT. 10, 2, 11 tum demum -e facta professi sunt (professio est *codd.*, *receper. editores sensum corrumpentes interpolatione* ⟨cum⟩ -e). FRONTIN. strat. 2, 13, 7 -em . . . stativorum fecit. PLIN. epist. 9, 21, 1 fecit mihi -em paenitentiae. HIER. epist. 54, 8, 3 *pudicitia* sine . . . continentia et parcitate -em sui facere non potest. AVG. civ. 10, 32 p. 459, 32 D. ad eorum -em faciendam, quae mortalium sensibus non poterant intimari. *pendet acc. c. inf.*: CIC. inv. 1, 39 quae iam diu gesta et a memoria nostra remota tamen faciant -em vere esse tradita. leg. agr. 2, 22 fac -em te . . . quaerere. ad Q. fr. 2, 5, 3 -em mihi faciebat se velle nobis placere. BALB. et OPP. Cic. Att. 9, 7ª, 2 tibi -em faciemus nos ea suadere, quae *eqs.* CAES. Gall. 6, 41, 2 ut . . . -em non faceret adesse . . . Caesarem. NEP. Ages. 8, 3 his quaerentibus Agesilaum vix -es facta est unum esse ex iis, qui *eqs.* LIV. 25, 8, 6 ut -em popularibus facerent praedandi causa se urbe egressos. 25, 38, 2 vel mea . . . pietas vel . . . fortuna -em cuivis facere potest mihi hoc imperium . . . sollicitum esse. 26, 19, 6 hic mos . . . vulgatae opinioni -em a p u d quosdam fecit stirpis eum divinae virum esse (33, 28, 8 multa . . . probabiliter argumentatur, quibus -em apud quosdam fecit numquam . . . oblaturum se multitudini). 30, 28, 5 quas *res* vix -es fiat homines passos. SEN. dial. 5, 41, 3 aequalitas vitae -em fecit non segnitiem illam animi esse. epist. 112, 4. TAC. Agr. 11 Silurum colorati vultus torti plerumque crines et posita contra Hispania Hiberos . . . eas . . . sedes occupasse -em faciunt. *structura notanda:* LIV. 33, 31, 9 si -em (*i. confidentiam*) facere a d liberandam Graeciam *vellent* (*cf.* LVCAN. 1, 467 ut immensae . . . vires audendi maiora -em fecere).

II ***generaliter:*** *i. q.* *a c t i o v e l f a c u l t a s c r e d e n d i s i v e c o n f i d e n d i* (*cum Romani actionem credendi, quae ad iudicium de veritate rerum pertinet ['glauben'], ab actione confidendi, quae magis ad securitatem spectat ['vertrauen'], minus accurate distinguant quam nos solemus, hic quoque utramque significationem misceri non est quod mireris. in plerisque igitur exemplis sive duplicem illam sive credendi notionem invenies; nonnumquam tamen eminet confidendi vis* [*ex. gr. infra l. 66. p. 688, 58. 62. 68. 76 sq.*]). *haud raro a vocabulo -ei p e n d e t g e n e t i v u s q u a s i o b i e c t i v u s, cuius tamen ratio grammatica in diversis exemplis varia est, v. infra l. 79. p. 688, 41 sqq. 64. 74. 75. 80.* GLOSS. fiducia. CIC. part. 9 -es est firma opinio (BOETH. top. Arist. 4, 5 p. 950ᴰ *videtur esse* -es opinio vehemens), motus autem animi incitatio. *ibid.* est in proposito finis -es, in causa -es et motus. 13. 15 firmamenta ad -em posita. 27 ad -em quoque vel plurimum valet. 53 est igitur amplificatio gravior quaedam affirmatio, quae . . . conciliet in dicendo -em. 55 illa quae dicta sunt ad -em. orat. 208 non vereatur (*auditor*) ne compositae orationis insidiis sua -es attemptetur. VERG. Aen. 4, 12 credo equidem, nec vana -es (SIL. 3, 17 nec cassa -es. *utrumque poetam imitatus* SYMM. epist. 1, 15, 2 credo plane, nec -es cassa est, rhetorum hanc esse prosapiam), genus esse deorum *Aeneam*. 9, 278 tibi maxima rerum verborumque -es (*i. fiducia*. LIV. 29, 6, 6 -emque sibi rerum omnium inter Carthaginienses esse. VITR. 6 praef. 6 *i. viris bonis* tantarum rerum -ei pecuniae [-ei *tamquam genet. qualitatis apposit. ad* pecuniae] sine dubitatione permitterentur). HOR. epist. 1, 17, 57 uti mox nulla -es damnis verisque doloribus assit. 1, 18, 17 ut non sit mihi prima -es? PROP. 3, 13, 61 certa loquor, sed nulla -es (Ov. epist. 15, 60 vera loquor veri [*Heins.*, vero *codd.*] vix habitura -em. PHAEDR. 1, 10, 2 etiam si verum dicit, amittit -em). Ov. epist. 6, 38 alternant spesque timorque -em (6, 30 vix mihi teste deo credita vita tuast). 16, 130 nec tu succense nimium mihi creditus aegre: tarda solet magnis rebus inesse -es. ars 3, 674 efficite . . . ut nos credamus amari: prona venit cupidis in sua vota -es. met. 3, 106 inde — -e m a i u s — glaebae coepere moveri (3, 660 *iuro* tam me tibi vera referre, quam veri maiora -e [*i. facultate credendi ea vera esse; genet. obi.* veri *pendet a* -e, *cf. l. 72.* trist. 4, 1, 66 vera quidem, veri (vidi *codd. plerique*, vera *Marc.*) sed graviora -e. SEN. epist. 94, 46 -es veri et fiducia. QVINT. inst. 9, 2, 19 -em veritatis]. 4, 394 resque -e maior. 7, 648 speque -eque . . . maiora videbis. 12, 545. 13, 651. fast. 2, 113 [*cf.* Pont. 4, 10, 36 qui veniunt istinc, vix vos ea credere dicunt; quam miser est qui fert asperiora -e]. VELL. 2, 41, 1 animo super humanam et naturam et -em evectus [2, 130, 1. PLIN. nat. 34, 38 evecta supra humanam -em ars est. VELL. 2, 51, 3 excedente humanam -em temeritate. 2, 56, 1. VAL. MAX. 3, 2, 24 ultra -em veri excedere. 5, 7 ext. 2 SEN. epist. 97, 3. 114, 1. CVRT. 3, 13, 11 incredibili et -em excedente fortuna. 5, 6, 8. SVET. Claud. 29, 3 illud omnem -em excesserit]. SCRIB. LARG. praef. p. 5, 10 supra -em atque opinionem. QVINT. inst. 2, 10, 5 haec supra -em et poetica . . . themata [decl. 388 p. 441, 9 supra -em. AVG. civ. 3, 17 p. 124, 6 D.]. 8, 6, 73 quamvis est . . . omnis hyperbole ultra -em. SVET. Iul. 57 laboris ultra -em patiens. GELL. 3, 16, 23 extra -em esse videri potest. 10, 18, 1 ultra . . . affectionis humanae -em). Ov. met. 7, 166 excessitque -em meritorum summa tuorum. 9, 706 -emque res h a b u i t (*i. credita est.* trist. 1, 5, 50 multaque credibili tulimus maiora ratamque, quamvis acciderint, non habitura -em [*cf. p. 687, 72*]. 3, 10, 36 vix equidem credar, sed cum sint praemia falsi nulla, ratam debet testis habere -em. LIV. 2, 10, 11 rem ausus plus famae habituram ad posteros quam -ei. 8, 27, 10 repentina res quia quam causam nullam tam ne -em quidem habebat. SEN. contr. 1, 7, 15 non habiturum -em, si negasset. SEN. epist. 110, 5 res falsa et inanis habet adhuc -em, quia non coarguitur. SCRIB. LARG. 122 *medicamentum* primo tempore ne -em quidem habet. PETRON. 97, 9 ut -em haberent fictae preces. QVINT. inst. 4, 2, 93 non est habiturus in negando -em). Ov. met. 9, 792 nec timida gaudete -e. 10, 302 desit in hac mihi parte -es nec credite factum. fast. 2, 498 haesissetque animis forsitan illa -es. 3, 662 nec a veri dissidet illa *fama* -e. trist. 4, 3, 14 deque -e certa (*i. fideli uxoris animo*) sit tibi certa -es (*similem in modum vocabulo et obiectiva et subiectiva vi in eodem versu posito ludit* MANIL., *v. supra p. 672, 72*). Pont. 3, 7, 24 bene desperare salutem seque semel vera scire perisse -e. LIV. 1, 15, 6 quorum (*i. rerum gestarum Romuli*) nihil absonum -ei divinae originis divinitatisque post mortem creditae fuit. 1, 16, 8 mirum quantum illi viro nuntianti haec -es fuerit (3, 43, 6 -es nuntiantibus fuit. 21, 35, 4). 2, 41, 11 invenio apud quosdam, idque propius -em est (*cf.* ultra, supra -em; *l. 4. 7 sqq. 10*), . . . diem dictam (4, 17, 5 propius est -em . . . populum . . . voluisse). 3, 10, 6 bovem locutam, cui rei priore anno -es non fuerat, creditum. 8, 24, 15 ultra humanarum irarum (*gen. obi.*) -em. 9, 36, 6 abhorrebat ab -e quemquam . . . intraturum. 10, 30, 4 superiecere quidam augendo -em. 21, 28, 6 magis constat ratibus traiectos; id . . . acta re ad -em pronius est (*cf.* PLIN. nat. 5, 12 haut alio -ei proniore lapsu quam ubi falsae rei gravis auctor existit). 23, 12, 1 ad -em . . . tam laetarum rerum (*eandem rem narrans* VAL. MAX. 7, 2 ext. 16 inque tanti successus -em. LIV. 26, 24, 2 in -em in Italia ⟨Sicilia⟩que rerum secundarum. 38, 51, 1 ad -em praesentium criminum. 38, 58, 12 ad criminis -em. FRONTIN. strat. 1, 5, 17 ad -em remanentium. 1, 11, 2 ad eius rei -em. 2, 7, 7 in -em eius rei. SVET. Nero 1, 1 in -em maiestatis. MIN. FEL. 21, 9 *reges* consecrantur non ad -em numinis). 24, 1, 6 Bruttiis . . . nullius rei primo -es est. 24, 32, 1 huic non aput volgum modo -es fuit, set senatum quoque . . . movit. 27, 50, 7 ipsa celeritas -em impediebat (*syn.* satis credere). GRATT. 401 non illa metus solacia falsi tam longam traxere -em (*cf. infra l. 69*). MANIL. 4, 911 hinc (huic *codd.*) in tanta -em petimus, quam saepe volucres accipiunt. 5, 638 hic stadium fraudare -e (*Bentl.*, -em *codd.*) poterit (*sc. -e spectatorum*). RVT. LVP. 2, 18 non -es, sed odium iudicum consequatur (*sc. παῤῥησίαν oratoris*). VAL. MAX. 3, 8 ext. 1 veritas -e caruit (PLIN. nat. 16, 6 alia omittantur -e caritura. 25, 14 *al.*). 8, 1 absol. 3 defensionis praesidia invalida -e nitebantur. 9, 13, 3 o iurandi stolidam -em! 9, 13 ext. 2 *Masinissa* parum -ei (*i. fiduciae*) in pectoribus hominum reponens. MELA 1, 32 si -em res c a p i t (2, 31 capit opinio -em, quia *eqs.* [= SOL. 11, 33 opinio in eo -em concipit, quod]. GELL. 3, 17 tit. pretiis -em non capientibus. ARNOB. nat. 2, 22 p. 66, 1 capiatne res -em. PS. QVINT. decl. 17, 10 -em non capit, ut *eqs.*). 3, 49 propriarum rerum -em. SEN. apocol. 15 *tali* decepere -em. Herc. f. 316 prona est timoris semper in peius -es. 651 vix adhuc certa est -es vitalis aurae. Phaedr. 826 quaerit crine lacerato -em (benef. 7, 30, 2 cum magnitudine mendacii -em quaerat). Tro. 169 vix capiunt *monstra* -em. OCTAVIA 275 utinam *fama* falso credita perdat . . . -em. SEN. dial. 12, 12, 5 *Caesar* rectorem Romano imperio filium longa -e (*i. fiducia*) approbet. nat. 2, 34, 3 fulminis ictus . . . ad se -em traxit (*cf. l. 51*). epist. 76, 25 contra -em est feliciores esse liberis et in universum datis clausas et obsessas (*animas*). 92, 20 quid tam extra -em quam esse aliquam vitam nec appetendam nec fugiendam? LVCAN. 8, 870 veniet felicior aetas, qua sit nulla -es saxum monstrantibus illud. 9, 204 olim vera -es Sulla Marioque receptis libertatis obit, Pompeio rebus adempto nunc et ficta perit. 9, 1063 acquisitque -em simulati fronte doloris. PETRON. 89, 22 ictusque resilit et dolis addit -em. PLIN. nat. 10, 7 secura caeli -e. 10, 136 nec Sirenes impetraverint -em (QVINT. decl. 377 p. 418, 18 quaedam crimina ipsa magnitudine -em non impetrant). 28, 10 viritim sapientissimi cuiusque respuit -es. VAL. FL. 4, 541 siqua -es curae superum. STAT. silv. 3, 81 laesi . . . -es reditura (*ἐναλλαγή*) sereni. Theb. 2, 695 fata monentem privavere -e. 3, 239 adde (*cf.* 3, 236 ipse dedi) -em (*i. fac, ut homines Tydeo credant*). 3, 343 prona -es populis. deus omnia credere suadet armipotens. 8, 257 necdum tota -es (*i. necdum plane credere audet*). 9, 37 cunctata -es (*sequitur* credi). 9, 338

[*Fraenkel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ire putes clipeo fluctusque secare iuvencum: adiuvat unda -em pelago nec discolor amnis. QVINT. inst. 4, 2, 119 credit facilius, quae audienti iucunda sunt, et voluptate ad -em ducitur. 5, 13, 51 quae statim dicta omnem dubitationem sustulissent, dilata ipsis praeparationibus -em perdunt (*saepius in* inst. decl. 328 p. 289, 24 propter hoc ipsum perdam necesse est -em, quod mihi dicere licet quidquid voluero). 8, 3, 75 utilia ... ad conciliandam -em. 9, 2, 30 a -e non abhorreant. *al.* IVV. 6, 560 inde -es artis (*Chaldaeorum. de eadem re* TAC. ann. 6, 22 ita corrumpi -em artis). TAC. Agr. 1 nec id (*sc. suam vitam narrare*) Rutilio et Scauro citra -em aut obtrectationi fuit. Germ. 3 ex ingenio suo quisque demat vel addat -em. ann. 1, 70 -es salutis (15, 58 quo -em inscitiae pararet. *al.*). 4, 59 cum -e audiebatur *Seianus a Tiberio.* PLIN. epist. 3, 14, 2 -em peractae mortis implevit. APVL. Socr. 14 p. 148 religionum ... observationibus et ... suppliciis -es impertienda est (PS. APVL. herm. p. 276 -emque illis ex se impertiant). TERT. nat. 1, 7 p. 68, 16 ad mali -em opportuni estis. adv. Marc. 4, 2 p. 427, 2 *euangelio* -em dedit (*i. q. habuit, saepius sic* -em dare *apud Christianos*). AMM. 31, 4, 4 pubescente iam -e gestorum. AVG. civ. 15, 13 p. 83, 33 D. ne homines tamdiu vixisse recipere in -em nollent. *nota*: VIRG. gramm. epit. 7 p. 58, 13 quidam quidem hoc in -e (fine *al.*) habent, quod ... vocetur.
pendet acc. c. inf.: LIV. 3, 10, 11 quia ... Volscos et Aequos movere sua sponte arma posse iam -es abierit. MANIL. 1, 729 an melius manet illa -es ... equos ... isse. LVCAN. 2, 186 vix erit ulla -es tam saevi criminis unum tot poenas cepisse caput. 10, 219 vana -es veterum Nilo ... Aethiopum prodesse nives. PLIN. nat. 37, 153 si modo est -es praesagire eas habitum maris. STAT. Theb. 7, 578 ipsumque -es intrasse Lyaeum. 11, 215 nec te vana -es iterum Cadmeia adeptum conubia *eqs.* TAC. Germ. 45 quo (*mari*) cingi cludique terrarum orbem hinc -es, quod *eqs.* SVET. Vesp. 7, 3 cum vix -es esset ... rem successuram. CLAVD. carm. min. 26, 80 non sine consilio (*te*) currere certa -es.

speciali quadam notione significat credendi continuam actionem, consuetudinem, fit fere i. q. fama, memoria, traditio (*cf. capitis prioris I B 3 b, p. 672, 13*): SIL. 14, 351 non illum (*Archimeden*) mundi numerasse capacis harenas una (vana ς) -es. STAT. Theb. 2, 269 Lemnius haec, ut prisca -es, ... struxerat. MART. epigr. 6^b, 3 prisca -es taceat. SOL. 33, 13 *Phoenicis* vita magni anni fieri conversionem rata -es est inter auctores. HIL. in Matth. 15, 3 fuisse ... penes Israel proselytorum plebem -es certa est. AVIEN. orb. terr. 1117 vera -es illic ... disrupisse Iovem *eqs.* ora 256 eamque pridem, influxa (*cf. p. 676, 18*) et est satis (influxe satis est *codd.*) -es, tenuere Cempsi. SEDVL. carm. pasch. 1, 93 indicio est antiqua -es.

III *speciatim*: -es *Christiana* (*hic pro exilitate schedularum pauca tantum et casu selecta exempla praebemus*): **A** *proprie*:
1 *generaliter, i. q. actio sive facultas credendi in deum religionisque Christianae doctrinas, etiam* ***credulitas*** (*cf.* AVG. grat. 14, 28 de -e, hoc est de voluntate credentis. ISID. diff. 1, 486 -es est credulitas, qua deum confitemur. orig. 8, 2, 4 -es est qua veraciter credimus id quod nequaquam videre valemus): MIN. FEL. 27, 7 prout -es patientis adiuvat. 31, 8 consortes -ei. TERT. spect. 30 haec ... quodammodo habemus per -em spiritu imaginante repraesentata. idol. 7 zelus -ei. 11 *cupiditate* quidam irretiti circa -em naufragium sunt passi. scorp. 1 p. 145, 7 cum ... -es aestuat (*sc. propter haereticos*) et ecclesia exuritur de figura rubi. p. 146, 9 infirmitas ... sauciatam -em vel in haeresin vel in saeculum expirat. 7 p. 159, 15 per martyria -ei examinatoria. orat. 2 p. 181, 21 -em commendamus (*i. credendi in deum vim atque facultatem*). 29 p. 199, 29 oratio murus est -ei. bapt. 13 p. 212, 25 fuerit salus retro per -em nudam ante domini passionem et resurrectionem; at ubi -es aucta est credendo (-ndi *cod.*) in nativitatem passionem resurrectionemque eius. adv. Prax. 16 ut nobis -em sterneret, ut facilius crederemus ... descendisse. adv. Marc. 1, 2 neque mens vel -es bona malas edat operas neque mala bonas. 4, 4 in primo calore -ei. 5, 11 cum transierit in -em Christi (VVLG. Rom. 3, 22 per -em Iesu Christi. *al.*). praescr. 36 inde *ecclesia Romana* potat -em; eam aqua signat, sancto spiritu vestit, eucharistia pascit. ITALA cant. 4, 8 (Cypr. epist. 75, 14) pertransibis a principio -ei (LXX *ἀπὸ ἀρχῆς πίστεως textus hebraici* אֲמָנָה *falso pro appellativo interpretati; recte* VVLG. de capite Amana). HIL. trin. 7, 2 dei ex deo -em. PACIAN. sim. carn. p. 110, 21 cum haec opinio etiam -em deitatis excludat. VVLG. Matth. 8, 26 quid timidi estis, modicae -ei? (*ὀλιγόπιστοι.* 14, 31 *al. cf.* Luc. 12, 28 vos pusillae -ei). act. 20, 21 -em in dominum nostrum Iesum Christum. *al.* Rom. 11, 20 tu autem -e stas (*i. per -em; σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας*). Eph. 6, 16 scutum -ei (*saepe laudatur ab* ECCL.). Col. 1, 4 -em vestram in Christo Iesu (PASS. Thom. p. 150, 17 -es quae est in domino meo Iesu Christo). I Thess. 1, 8 -es vestra quae est ad deum (*ἡ πίστις ὑμῶν ἡ πρὸς τὸν θεόν*). Hebr. 6, 1 -ei ad deum (*πίστεως ἐπὶ θεόν*). 11, 1 est ... -es sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. 11, 3 -e intellegimus aptata esse saecula verbo dei (*cf. totum hoc epistulae caput*). AVG. civ. 8, 24 p. 359, 10 D. -es redarguit incredulitatem. *cf.* p. 359, 34. 2 *speciatim: religionis Christianae confessio*: ISID. diff. 2, 139 -es est divinitatis confessio et religionis solidum fundamentum. TERT. spect. 4 p. 6, 3 cum aquam ingressi Christianam -em in legis suae verba profitemur. 24 p. 24, 14 in signaculo -ei. idol. 12 p. 42, 32 post -em obsignatam (bapt. 6 p. 206, 20 -es ... obsignata in Patre et Filio et Spiritu sancto). HIL. ad Const. 2, 4 post confessam et iuratam in baptismo -em 'in nomine patris et filii et spiritus sancti'. PRISCILL. tract. 2, 41 p. 34, 3 catholica -es dati per deum symboli. *i. q. ipsa verba confessionis* (*'credo in unum deum' eqs.*): HIL. syn. 54 in principio hoc -es ipsa exposuit. LVCIF. Athan. 2, 11 p. 167, 16 clamet sanctae ecclesiae -es credere se in deum verum patrem innatum *eqs.* PS. AVG. quaest. test. 97, 19 p. 184, 11 *Paulus apostolus* praeterito ordine, qui in traditione -ei est, ab spiritu sancto incipit. *inde scripta formula confessionis*: EPIST. pontif. 235 Migne 13, 356^A (*a. 380*) -em misimus, non tam tibi, qui eiusdem -ei communionem sociaris, quam his, qui in ea subscribentem (*malim* -tes) tibi ... voluerint sociari (*cf.* HIER. epist. 17, 3, 1 cotidie exposcor -em ... confiteor ut volunt: non placet. subscribo: non credunt). HIER. epist. 17, 4 sancto Cyrillo dedi conscriptam -em. SVLP. SEV. chron. 2, 35, 4 -es plena conscribitur. 2, 43, 3. LIB. pontif. p. 141, 8 misit -em suam scripto cyrografo proprio ad sedem apostolicam. *de variis theologorum vel sectarum Christianarum doctrinis confessionibusque*: HIL. syn. 33 ceteras ... episcoporum orientalium diversis et locis et temporibus conscriptas -es. c. Const. 23 post ... -em synodi Nicaenae. *sim. passim.* op. hist. frg. 2, 1 -em rectam et catholicam. 2, 6 recta -es (2, 7 *al.*). HIER. epist. 15, 3, 1 post Nicenam -em (CARM. epigr. 787, 31 Nicena -es elata triumphat). in Ier. 1, 70 p. 52, 14 qui veram sectantur -em et habitant in ecclesia. CLAVD. MAM. anim. p. 59, 13 perditorum quorumpiam -es.

B *translate*: 1 *i. q. secta, communio fidelium, ecclesia Christiana*: TERT. idol. 9 p. 39, 8 Simon Magus iamiam fidelis ... maledictus ab apostolis de -e eiectus est. 11 p. 42, 12 si publicarum victimarum redemptor ad -em accedat (*cf. in proximis verbis*: retinendum in ecclesia). 19 p. 53, 13 an fidelis ad militiam converti possit et an militia ad -em admitti. scorp. 15 p. 178, 11 orientem -em Romae primus Nero cruentavit. 2 *i. q. receptio in communionem Christianam per baptismum facta* (*cf. supra l. 3*): TERT. monog. 11 p. 779 Oehl. post -em (*i. postquam Christianus factus est*). *ibid.* ante -em. *ibid.* maritus ... qui est a -e primus. pudic. 1 p. 222, 3 nec secundas quidem post -em nuptias permittitur nosse. 17 p. 256, 16 non derelinquere dominum post -em. *al.* 18 p. 261, 13 ante -em ... ante baptisma. CYPR. testim. 3, 11 tit. eum qui -em consecutus est. AVG. epist. 108, 1 eis -em quam postulaverint dare. *ibid.* nec tamen ei das quam postulat -em. *al.* *contra* -es pagana *appellatur condicio hominis, antequam in communionem Christianam receptus est*: TERT. coron. 11 p. 445, 1 *militibus baptizatis* perpetiendum pro deo, quod aeque -es pagana condixit.

3 *i. q. trinitas* (*additur etiam* trina): HIL. in Matth. 13, 6 ad -ei sacramentum (*ubi Migne adnotat: 'obiter observare licet mysterium trinitatis ab Hilario* sacramentum -ei *nuncupari: ut quos de hoc mysterio libros conscripsit, aliis* de -e, *aliis* de trinitate *inscribere vere licuerit'. haec notio illius iuncturae vulgaris quidem non est, cf. ex. gr.* TERT. patient. 12 p. 19, 12 adv. Marc. 1, 28 p. 329, 28). AVSON. 317, 22 trina -es auctore uno. CARM. epigr. 706, 9 quisque -em trinam confessus dogmate vero. SEDVL. carm. pasch. 1, 324 iste (*Arrius*) -em ternam, hic (*Sabellius*) non amplectitur unam.

iuncturae selectae: *verbales*: -es *subi. est*: extat: *v. p. 671, 29. 672, 83.* vacillat: CHAR. dig. 22, 5, 1 MOD. dig. 48, 10, 27, 1.
-es *obi. est*: abrogare: *v. vol. I p. 137, 19 sqq.* accipere: *v. p. 669, 31. 671, 38.* accommodare: *i. q. dare: saepius apud* ICTOS. *i. q. -em habere*: LIV. 40, 29, 8 QVEROL. p. 4, 11. HIER. epist. 61, 1, 1 vivo sermoni. RVFIN. Adamant. 4, 2 tragoediis gentilium (*ταῖς τραγῳδίαις πιστεύειν*). hist. 5, 18, 9. accusare: *v. vol. I p. 353, 36.* addere: *v. p. 672, 81. 673, 10. 688, 76. 688, 81. 689, 11.* adhibere: *v. p. 686, 41. cf. vol. I p. 645, 20 sqq. 648, 64.* astringere: TER. Eun. 102 CIC. off. 3, 111 SEN. Med. 145 Oed. 804 FRONTIN. strat. 2, 11, 7. *de* ICTORUM *usu v. vol. II p. 963, 77 sqq.* colere: *v. vol. III p. 1676, 84 sqq.* complecti: CIC. Balb. 63. constringere: CIC. Balb. 12. damnare: CVRT. 3, 6, 6. 5, 12, 4. 6, 4, 9. 10, 9, 15 LVCAN. 8, 127 PLIN. nat. 25, 25. dare: *v. p. 669, 7. 670, 37. 671, 38.* decipere: SEN. suas. 7, 9 VAL. MAX. 6, 6, 4. demere: *v. vol. V p. 497, 7. 43 sqq.* derogare: *v. vol. V p. 639, 57 sqq.* detrahere: *v. vol. V p. 827, 15 sqq.* eligere: *v. p. 678, 60.* exercere: SEN. benef. 6, 35, 1. exhibere: PHAEDR. 3 epil. 9 CVRT. 5, 12, 11 COLVM. 9, 1, 7 PAPIN. dig. 19, 5, 1, 2 VLP. dig. 50, 13, 1, 10. experiri: PLAVT. Capt. 349 LIV. 30, 12, 16. 45, 8, 4 VAL. MAX. 6, 8, 5 CVRT. 8, 2, 27. explere: LIV. 23, 20, 6 MAECIAN. dig. 12, 6, 62. explicare: *v. p. 670, 32.* exuere: LAVD. [Turiae] (Corp. VI 1527) 2, 55 SIL. 15, 567 TAC. ann. 1, 35. 12, 14. fallere: *v. p. 185, 22 sqq.* firmare: *v. p. 669, 69. adde* TER. Hec. 581 LIV. 23, 34, 2. 42, 5, 12 CVRT. 8, 13, 1 TAC. Germ. 39 SVET. rhet. 25. frangere: ACC. trag. 227 CIC. Q. Rosc. 16 VLP. dig. 2, 4, 10, 1. 16, 3, 1, 4 PAPIN. dig. 13, 5, 25 AVG. civ. 3, 20 *al.* fraudare: HYG. fab. 219 p. 129, 11. gerere: PLAVT. Capt. 439 fluxam. LIV. 8, 24, 6 mutabilem. impetrare: *v. p. 688, 77.* implere: VLP. dig. 17, 1, 29, 6. 19, 2, 19, 9 *et saepius apud* ICTOS. AMM. 23, 5, 11. infirmare: CIC. Q. Rosc. 45 Att. 15, 26, 1. interponere: *v. p. 667, 75. 669, 19. 678, 51. 58.* iungere: STAT. Theb. 12, 378. labefactare: LIV. 24, 20, 15 (*cf.* 27, 1, 5 labare ... -em senserat). TAC. ann. 13, 21 SVET. Vesp. 4, 3 TERT. bapt. 2 p. 201, 17. laedere: *v. p. 670, 16* HOR. carm. 1, 33, 4. liberare: *v. p. 668, 2.* movere: LIV. 35, 33, 4.
[Fraenkel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mutare: *v. p. 669, 71* LIV. 23, 17, 6. 24, 6, 6. 28, 13, 2. 28, 44, 6 TAC. hist. 1, 75 *et passim.* obligare: CIC. Phil. 5, 51 LIV. 29, 16, 2. 30, 12, 18 PLIN. epist. 6, 18, 3 SVET. Claud. 9, 2 *v. p. 668, 25.* obstringere: LIV. 4, 17, 5. 30, 15, 1 PLIN. nat. 7, 8 SIL. 10, 490 PLIN. epist. 4, 13, 10. praestare: *v. p. 671, 19. 675, 33. 676, 5. 35. 683, 65.* rumpere: PROP. 3, 6, 20 SIL. 3, 1. 11, 12 VLP. dig. 16, 3, 5. 29, 1, 11, 1 HERMOG. dig. 2, 15, 16, *saepius apud ICTOS.* sequi: *v. 664, 76. 674, 62. 680, 18.* servare: *v. p. 670, 66.* solvere: *v. p. 669, 77.* sternere *alicui vel alicui rei (fere i. q. facere)*: TERT. adv. Prax. 16 p. 257, 3 adv. Marc. 1, 16 p. 311, 6. tenere: CIC. Phil. 12, 27 TIB. 1, 10, 19 PROP. 1, 18, 4. violare: CIC. Rab. perd. 28 LIV. 21, 25, 7. 30, 25, 2 CVRT. 3, 13, 15. 6, 3, 14 PETRON. 79, 11 PLIN. nat. 4, 91 IVV. 13, 6.

epitheta: casta: *v. p. 683, 5.* clauda: SIL. 13, 33. certa: *v. vol. III p. 921, 44. 923, 78 sqq.* cognita: CIC. Quinct. 75 div. in Caec. 11. 20 LIV. 7, 40, 18. 21, 20, 8 *al.* exacta: MANIL. 3, 505 (ex hac *codd.*). firma: PLAVT. Capt. 927 Trin. 1111 (firmata: Mil. 453 Col. frg. 2 v. 1 Leo). fluxa: *v. p. 676, 18.* frivola et frigida: TERT. fug. 3. incorrupta: HOR. carm. 1, 24, 8 PHAEDR. 4, 13, 8 *al.* languida: SEN. benef. 7, 29, 2 (5, 22, 4 languentem. 5, 23, 1 -es...languet). lenonia: *v. p. 676, 26.* liquida: VAL. MAX. 6, 5, 1. lubrica: CYPR. epist. 67, 7 PANEG. 6, 4. nuda: VAL. FL. 5, 498 *cf. p. 689, 58.* plana: STAT. Theb. 2, 393. prisca: VERG. Aen. 6, 878 STAT. Theb. 1, 509 silv. 4, 6, 92. probata: CIC. Caecin. 78. publica: *v. p. 669, 50. 674, 34.* Punica: *v. p. 676, 31.* rara: *v. p. 682, 76.* sancta: CIC. Verr. 4, 6 (*superl.*) CATVLL. 76, 3 PVBLIL. V 9 VERG. Aen. 7, 365 LIV. 6, 10, 4. 8, 37, 2 MART. 9, 84, 2. 10, 44, 8. spectata: CIC. div. in Caec. 11 Caecin. 104 Flacc. 102 (*superl.*) SALL. Catil. 20, 2 OV. Pont. 2, 7, 82. sublesta: *v. p. 673, 57.* tacita: *v. p. 678, 57, sic saepius apud ICTOS.* QVEROL. p. 4, 5 parasitum ... filio coheredem instituit tacita scripturae -e.

apposita: aequitas: CIC. Cluent. 81 rep. 1, 55 fin. 2, 59. amicitia: PLAVT. Trin. 153. TRAG. inc. 226 petere amicitiam et -em. *v. p. 665, 27.* CIC. S. Rosc. 112 epist. 13, 16, 2 *al.* amor: CIC. Att. 2, 22, 4. 2, 23, 4. 3, 20, 2. auctoritas: CIC. Flacc. 21 Sest. 139 har. resp. 14. *cf. notam capitis primi parti II B 1 (p. 683, 11) praescriptam.* auxilium: *v. p. 667, 3. 11.* benevolentia: CIC. Verr. 3, 2 p. red. in sen. 30 Balb. 30 epist. 3, 11, 3. 4, 9, 1 *et saepius* BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 2, 1. clementia: CIC. epist. 13, 66, 1 LIV. 45, 4, 7. clientela: *v. p. 664, 5. 664, 27. 665, 17.* constantia: CIC. Quinct. 5 parad. 16 Phil. 12, 30 Att. 4, 19, 1 epist. 11, 29, 2 LIV. 34, 58, 11. continentia: CIC. dom. 23. dicio: *v. p. 665, 45.* dignitas: CIC. epist. 13, 32, 2. 13, 37 *al.* diligentia: *v. vol. V p. 1174, 20.* fama: CIC. Att. 11, 2, 1 epist. 13, 10, 2 SALL. Iug. 16, 3 *cf. cap. prim. I C, p. 673, 50.* fas: LIV. 1, 9, 13. 29, 24, 3 SEN. Thy. 47 PLIN. nat. 30, 10 SIL. 17, 69 TAC. ann. 13, 15. fidelitas: PLAVT. Trin. 1126. fiducia: *v. p. 664, 20.* foedus: *v. p. 671, 35.* gravitas: CIC. Sull. 82 Phil. 8, 19. 9, 10 epist. 1, 7, 7. humanitas: CIC. epist. 9, 9, 3. 11, 27, 8. industria: CORP. IX 2565, 9 ob insign(em) -em industriam erga se. *saepius in titulis.* integritas: CIC. Lig. 2 LIV. 25, 40, 1 *al.* ius iurandum: *v. p. 670, 84.* iustitia: *v. p. 682, 71.* misericordia: CIC. Verr. 6, 129 Planc. 26. officium: CIC. Verr. 6, 127 Mur. 65 Sull. 58 div. 1, 27 BALB. Cic. Att. 9, 7^{b}, 2 CIC. epist. 12, 25^{a}, 6. 13, 21, 2. pietas: PLAVT. Rud. 11. 29 SISENNA hist. 13 CIC. carm. frg. 3 (de cons., div. 1, 21), 68 Font. 31 Phil. 14, 35 BALB. Cic. Att. 9, 7^{b}, 1 POLLIO Cic. epist. 10, 31, 3 VERG. Aen. 6, 878 LIV. 23, 9, 5. 44, 1, 11 SEN. benef. 2, 31, 1 epist. 74, 12 *al.* OCTAVIA 51 (*cf.* 64). 737. 845. 885 LVCAN. 4, 498. 5, 297. 10, 407 SIL. 9, 437. 13, 749 STAT. Theb. 2, 462. 5, 627. 7, 217. 11, 98 *saepe in titulis Christianis.* potestas: *v. caput prius I A 1 b β et γ passim* (*p. 664, 52*). religio: CIC. Q. Rosc. 7 Caecin. 103 Verr. 3, 78 (*bis*). 3, 175. 4, 144 Cluent. 129 Mur. 10 Deiot. 16. res: *v. p. 673, 82.* tutela: GRATT. 496 *v. p. 664, 63.* virtus: TER. Ad. 442 CIC. Sest. 68 BRVT. et CASS. Cic. epist. 11, 2, 2 TAC. hist. 3, 38 *al.*

pendet a praep.: a -e: *tradita scriptura* QVINT. decl. 269 p. 99, 9 *v. p. 680, 84.* ad -em: *v. p. 683, 74; i. q. cum -e*: VEG. mil. 3, 6 p. 75, 15. RVFIN. hist. 5, 20, 2 (ἐπιμελῶς). cum -e: *v. p. 677, 10.* ex -e: *v. p. 677, 25.* per -em: *v. p. 667, 32. 674, 68. 677, 42.*

de exclamatione pro -em *v. p. 666, 31. 667, 58.*

deriv.: fidelis.

cf. Onomast. *Fraenkel.*

2. ×fidēs (fidis?), -is *f.* [*a gr.* σφίδες· χορδαὶ μαγειρικαί (Hesych.) *tractum esse videtur, cf.* σφίδη. *Th.*]. *de etymologia*: PAVL. FEST. p. 64 -es genus citharae dicta, quod tantum inter se cordae eius, quantum inter homines fides concordet (*cf.* ISID. orig. 3, 22, 4). AMBR. obit. Theod. 10 arbitror, quod fila chordarum citharae ideo -es dicantur, quoniam et mortua sonum reddant. GLOSS. -bus: cordis; -es autem dictae, quod fidem sibi servent nec alterius sonos imitentur. *de prosodia*: SERV. Aen. 6, 120 '-bus' ... est a nominativo 'haec fidis', ut sit pyrrichius: nam '-es' iambus est. *de formis: nom. sing.*: -es: CHAR. gramm. I 69, 18 (*v. p. 662, 7*). I 70, 16 (*v. p. 662, 20*) BEDA gramm. VII 272, 16 (*v. p. 662, 4*). *legitur* -es *inde a* CIC. (*v. p. 693, 4*). -is: PROB. cath. gramm. IV 21, 24 haec -is, huius -is. SERV. Aen. 6, 120 *cf. supra l. 76.* PRISC. gramm. II 105, 22 -is fidicula ... nam si esset -es in hac quoque significatione, quomodo Servio (*v. l. 76*) placet, non fidicula fecisset, sed fidecula. AGROEC. gramm. VII 115, 9 fides de fidelitate, -is de chorda. *legitur* -is: COLVM. 11, 2, 14. 40. 43. 57. 88. 97 (11, 2, 43. 88. 97 *v. l. meliorum codd.* -es). SCHOL Pers. 6, 4 *v. l. 3.* SIDON. carm. 16, 5. *de numero plur.*: GLOSS. II 477, 58 χορδαὶ λύρας. -es; singularia non habet. SCHOL. Pers. 6, 4 -is genus est citharae, quod tam singulariter quam pluraliter dicitur, ⟨singulariter⟩ ut Horatius (carm. 1, 17, 18), pluraliter ut Vergilius (Aen. 6, 120). *de notione*: PAVL. FEST. p. 64 *v. p. 691, 70*; GLOSS. *v. p. 691, 74*; -is; λύρα, κιθάρα, χορδαί. -es: citharae. cordae in cithara (*vel* cenosac). -bus: filis citharae, id est chordae. *de usu: habent* PLAVT. TER. (Eun. 133) VARRO CIC. VERG. (Aen. 6, 120) HOR. PROP. (4, 7, 61) OV. MANIL. VAL. MAX. CVRT. (5, 1, 22) COLVM. PERS. (6, 4) LAVS Pis. VAL. FL. (4, 88) STAT. SIL. (11, 452) QVINT. inst. FLOR. IVV. (6, 388) FRONTO GELL. APVL. (flor. 17 p. 80) *et posteriores.* *non abiit in linguas romanicas.*

I *i. q. cithara, lyra* (*saepe inde ab* HOR. *metonymice, i. q. carmen, poesis*): **A** *plur.*: PLAVT. Epid. 473 -es, ei (*fidicinae*) quae accessere, tibi addam dono gratiis. 500 veni, ut -bus cantarem seni. 514 -es non reddis? :: neque -es neque tibias. TER. Eun. 133 *v. p. 693, 26.* CARM. Gell. praef. 19 nil cum -bus graculost. VARRO frg. Non. p. 145, 28 neniam cantari solitam ad tibias et -es. CIC. de orat. 3, 216 nervi in -bus. fin. 4, 75 ut ... in -bus pluribus, si nulla earum ita contenta nervis sit, ut concentum servare possit, omnes aeque incontentae sint, sic peccata, quia discrepant, aeque discrepant. ... aeque ... contingit omnibus -bus, ut incontentae sint, illud non continuo, ut aeque incontentae. rep. 2, 69 in -bus aut tibiis ... concentus ... est tenendus. frg. 9 *v. p. 693, 15.* leg. 2, 22 loedis publicis ... popularem laetitiam in cantu et -bus et tibiis moderanto *publici sacerdotes* (2, 38 cavea cantu vigeat -bus et tibiis). 2, 39 illa severa Lacedaemo nervos iussit, quo (quos *Davisius*) plures quam septem haberet, in Timothei -bus in⟨ci⟩di. nat. deor. 2, 144 in -bus testudine resonatur aut cornu. Tusc. 4, 3 cum ... soliti illi (*Pythagorei*) esse dicantur ... mentes suas a cogitationum intentione cantu -busque ad tranquillitatem traducere. div. 2, 33 nervos in -bus aliis pulsis resonare alios. off. 1, 146 in -bus musicorum aures vel minima sentiunt. Brut. 200 admovere ... -bus manum. epist. 9, 22, 3. VERG. Aen. 6, 120 Orpheus Threicia fretus cithara -busque canoris (HOR. carm. 1, 12, 11 Orphea ... blandum et auritas -bus canoris ducere quercus). HOR. carm. 1, 26, 10 hunc (*Lamiam*) -bus novis ... sacrare ... decet. 1, 36, 1 et ture et -bus iuvat placare ... deos. 2, 13, 24 *v. p. 693, 21.* 3, 4, 4 *v. p. 693, 19.* 4, 9, 12 vivunt ... commissi calores Aeoliae -bus puellae. epist. 1, 3, 12 -busne Latinis Thebanos aptare modos studet auspice Musa *Titius*? 2, 2, 143 est ... utile ... non verba sequi -bus modulanda Latinis. ars 83 Musa dedit -bus divos puerosque deorum ... referre. 216 -bus voces crevere severis. OV. met. 6, 178 -busque mei commissa mariti (*i. Arionis*) moenia cum populis a meque viroque reguntur. STAT. silv. 4, 5, 4 Severum non solitis -bus saluto. QVINT. inst. 5, 10, 124 si ... tardior manus nisi inspectis demensisque singulis, quibus quaeque vox -bus (*i. quibus sonis -ium*) iungenda sit, dubitet, potius fuerit esse contentum eo, quo simplex canendi natura tulerit (*fort. pertinet ad II*). CARM. epigr. 1113, 4 ⟨et dulces hilaris d⟩as -bus numeros. FLOR. epit. 2, 8, 9 *v. p. 693, 18.* IVV. 6, 388 *v. p. 693, 25.* FRONTO p. 225 N. quis arcus perpetuo intenditus (-tur? *Plasberg*), quae -es perpetuo sono (suo *trad.*) strictae sunt? (*an ad II?*). GELL. 9, 7, 3 (SVET. frg. p. 322) nervias in -bus brumali die alias digitis pelli, alias sonare. APVL. flor. 17 p. 80 *v. p. 693, 23.* SOL. 9, 14 *v. p. 693, 27.* AMBR. bon. mort. 7, 27 anima ... in hoc corpore tamquam in -bus musicis, quae sobria est, tamen summis, ut ita dicam, digitis, velut nervorum sonos, ita pulsat carnis istius passiones. AMM. 14, 6, 18 domus ... vocali sonu, perflabili tinnitu -ium resultantes.

B *sing.*: VARIVS trag. 4 primum huic nervis septem est intenta -es. HOR. epod. 13, 9 -e Cyllenea levare diris pectora sollicitudinibus. carm. 1, 17, 18 -e Teia dices laborantes in uno Penelopen vitreamque Circen. 1, 24, 14 quid, si Threicio blandius Orpheo auditam moderere arboribus -em? PROP. 4, 7, 61 *in Elysio* qua numerosa -es quaque aera rotunda Cybebes ... sonant. OV. epist. 5, 139 me -e conspicuus Troiae munitor (*Apollo*) amavit. 15, 23 sume -em et pharetram: fies manifestus Apollo. met. 11, 167 instructamque -em gemmis et dentibus Indis sustinet *Apollo* a laeva. fast. 5, 104 (*Mercurius invocatur*) inventor curvae, furibus apte, -is. PERS. 6, 4 *Basse*, mire opifex ... marem strepitum -is intendisse Latinae. VAL. FL. 4, 88 *carmen* simul assumpta pulsum -e, luctus et irae et labor et dulces cedunt e pectore nati. STAT. Theb. 4, 358 -e sacra (*sc. Amphionis*) aequatos caelo ... muros. silv. 4, 7, 27 nostra Thebaïs ... temptat audaci -e Mantuanae gaudia famae. SIDON. epist. 9, 15, 1 vers. 23 -e, voce, metris ad fluenta Pegasi cecinisse dictus omniforme canticum *Leonis filius.* carm. 16, 5. *nota* CIC. fin. 4, 75, *qui de* pluribus *et* omnibus -bus *loquitur* (*cf. Madvig ad l.*). *v. l. 20.*

II *i. q. chorda, nervus* (*quotquot habui dedi exempla [cf. etiam p. 691, 72 sqq. supra l. 2]. sing. non legitur nisi apud* SIL.): SIL. 11, 452 centauro dilecta chelys compesceret iras, percussa -e, vel pelagi vel tristis Averni. GELL. 9, 7 tit. de ... -bus ... ictu alieno sonantibus. 9, 7, 3 de -bus rarius dictu et mirabilius est. CLAVD. 28, 123 mihi ... captum ... Maurum Pieriis egit -bus chelys. MACR. somn. 2, 1, 12 *Pythagoras* ex malleis ad -es vertit examen, et intestina ovium vel boum nervos ... tetendit. ... *et* ex his concentus evenit ... adiecta dulce-

[*Klee*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dine, quam natura -ium sonora praestabat. PRVD. cath. 3, 82 lyra... inclita...-bus.

III *nomen sideris*: VARRO rust. 2, 5, 12 astri ..., quod Graeci vocant lyran, -em nostri. CIC. Arat 42 inde -es leviter posita et convexa videtur (nat. deor. 2, 112). 381 cedit clara -es Cyllenia (461 effert sese clara -es). MANIL. 5, 410 cum ... -is magno succedunt sidera mundo quaesitor scelerum veniet (*hic -es ab auctore falso pro fidicula, quae est etiam carnificum machina quaedam, posita est, cf. Boll, Sphaera p. 266*). COLVM. 11, 2, 14 Kal. Febr. -is incipit occidere. III Non. Febr. -is tota et Leo medius occidit. 11, 2, 40. 43. 57. 58. 88. 97.

iuncturae *et locut. ad cantum fidium pertinentes*: **1** *subiectum est verbo* praecinere: CIC. Tusc. 4, 4 quod et deorum pulvinaribus et epulis magistratuum -es praecinunt. **2** *obiectum est verbis*: concutere: CIC. rep. frg. 9 leniter atque placide -es, non vi et impetu, concuti debere. movere: LAVS Pis. 173. **3** *ablat. pendet a verbis*: **a** *canere sim.*: canere: CIC. Tusc. 1, 4 div. 2, 122 QVINT. inst. 1, 10, 14 SIDON. epist. 9, 15, 1 vers. 23. concinere: NEMES. ecl. 1, 25 FLOR. epit. 2, 8, 9. cantare: PLAVT. Epid. 500. dicere: HOR. carm. 3, 4, 4 seu voce ... mavis acuta *dicere melos* seu -bus citharave Phoebi. personare: MART. CAP. 1, 19. 36. 2, 212. queri: HOR. carm. 2, 13, 24 Aeoliis -bus querentem Sappho puellis de popularibus. **b** *alia*: callere: APVL. flor. 17 p. 80 si -bus apprime callerem. discere: CIC. Cato 26. docere: CIC. epist. 9, 22, 3 Socraten -bus docuit nobilissimus fidicen. promittere: IVV. 6, 388 an Capitolinam deberet Pollio quercum sperare et -bus promittere. scire: TER. Eun. 133 videt... virginem ... -bus scire. SOL. 9, 14.

epitheta: audax: STAT. silv. 4, 7, 27. canora: VERG. Aen. 6, 120 HOR. carm. 1, 12, 11 VAL. MAX. 8, 8, 2. curva: OV. fast. 5, 104. Cyllenea: CIC. Arat. 381 *v. supra l. 5* HOR. epod. 13, 9. Latina: HOR. epist. 1, 3, 12. 2, 2, 143 PERS. 6, 4. nova: HOR. carm. 1, 26, 10. numerosa: PROP. 4, 7, 61. Pieria: CLAVD. 28, 123. remissa: CLAVD. 22, 5. sacra: STAT. Theb. 4, 358 CLAVD. 9, 19. severa: HOR. ars 216. Teïa: HOR. carm. 1, 17, 18.

synon.: chelys, chordae, cithara, lyra (*de* CIC. *cf. Madv. de fin. 4, 75*), testudo.

deriv. et compos.: fidicula; fidicen, fidicina. *Klee.*

fidicen, -inis *m.* [*a* 2. fides *et* canere, *cf.* fidicina. *Th.*]. *de etymologia*: GLOSS. qui cum cithara canit, a fidibus dictum. *de genere: masc. solum testantur*: CHAR. gramm. I 28, 13 masculina quidem haec sola ... -n, -is. 38, 7 et sunt masculina in en hic tubicen ... -n ex fidibus -is. 87, 15 EXC. Bob. gramm. I 541, 24 PRISC. gramm. II 148, 20 GRAMM. suppl. 113, 5. *commune*: PROB. cath. gramm. IV 9, 8 (= SACERD. gramm. VI 474, 11) composita generis omnis hic et haec et hoc tibicen cornicen -n, tibicinis cornicinis -is; quamvis Terentius fidicinam et tibicinam posuerit. AVG. gramm. V 498, 8. MART. CAP. 3, 296 n littera terminantur ... communia duobus generibus ut 'tibicen -n' quod frequentissimi auctores non probant, nam et 'tibicinam' et 'fidicinam' dicunt. CONSENT. gramm. V 362, 3. PRISC. gramm. II 142, 26 communia in easdem literas desinunt quas et masculina, ut 'hic' et 'haec advena'... 'tibicen' '-n' — ut quibusdam placet, nam usus eorum feminina in a terminat, 'fidicina' et 'tibicina'. *commune nusquam legitur. forma* fiticenis NOT. Tir. 107, 33. *de prosodia*: PS. PRISC. gramm. III 523, 19 en syllaba finita ... praeposita ... consonante c corripienda sunt (*sc. in paenultima*) ut liticen -n. *notatur: v. l. 67. de notione*: GLOSS. κιθαριστής. κιθαρῳδός. λυριστής.

CIC. nat. deor. 3, 23 concedam non modo animantem et sapientem esse mundum, sed -em etiam et tubicinem? epist. 9, 22, 3 Socraten fidibus docuit nobilissimus -n; is Connus vocitatus est. HOR. epist. 1, 19, 33 *ego* Latinus...-n. carm. 4, 3, 23 monstror digito praetereuntium Romanae -n lyrae. 4, 6, 25 doctor argutae -n Thaliae, Phoebe. OV. Ib. 583 *Amphio*. Pont. 4, 16, 28 Pindaricae -n tu quoque, Rufe, lyrae. VAL. MAX. 3, 6, 4 *Duellius* praeeunte tibicine et -e a cena domum reverti solitus est. PAVL. FEST. p. 275 rasores -es dicti. CORP. VI 2191, 2 (*a. 102*) collegio tibicinum et -um Romanorum qui s(acris) p(ublicis) p(raesto) s(unt). 2192, 3 dec(urialis) coll(egii) fid(icinum) R(omanorum). GELL. 1, 11, 7 *Alyattes* concinentes habuit fistulatores et -es. 16, 19, 1 super -e illo Arione. PORPH. Hor carm. 1, 36, 1 (*inde* SCHOL. *ad l.*) -es hodieque Romae ad sacrificia adhiberi sicut tibicines nemo est qui nesciat. carm. 3, 11, 9 (*item* SCHOL.). PS. RVFIN. praef. in proph. p. 959[C] -n ille sacerrimus *David*.

×fidicina, -ae *f.* [*a* 2. fides *et* canere, *cf.* fidicen. *Th.*]. *de terminatione: v. supra l. 46. 49. 52, adde* PRISC. gramm. II 148, 21 fidicen, tubicen, tibicen, quorum feminina quae sunt in usu e genetivo figurantur mutata is in a: fidicinis -a. GRAMM. suppl. 113, 5 hic fidicen haec -a. *de notione*: GLOSS. ψάλτρια ἡ (ἢ?) κιθαρίστρια. citharistia. IV 238, 48 citharista. V 295, 6 fidici⟨n⟩a citharistae graece. *legitur apud* PLAVT. TER.; *postea inde a* GELL. (CIC. *habet* psaltria).

PLAVT. Epid. 47 ab lenone ut -a, quam amabat, emeretur sibi. 90. 313 conducticiam. *passim in hac fabula*. Most. 960 -as tibicinas (Stich. 380). Stich. 542 -a et tibicina. TER. Phorm. 109 Eun. 457. 985 GELL. 1, 11 tit. PORPH. Hor. carm. 1, 17, 18 fides ... chordae dicuntur, unde et -as comici dicunt citharistrias. CAPITOL. Ver. 8, 11 adduxerat secum et -as et tibicines et histriones *eqs.* HIER. epist. 54, 13, 1 -as et psaltrias. 54, 13, 6. COD. Theod. 15, 7, 10 (*a. 385*) -am nulli liceat vel emere vel docere vel vendere.

fidicinarius GLOSS. II 363, 17 λυριστής.

fidicinius, -a, -um. *ad fidicinem pertinens.* PLAVT. Rud. 43 e ludo -o.

fidicino, -āre [*cf. c.* fidicen. *Th.*]. GLOSS. λυρίζω. *i. q. lyrae sonum edere*: MART. CAP. 9, 929 in Actiaco litore mare citharam sonat. Megaris saxum ad ictum pulsus cuiuscumque -at.

fidicinus, -ī *m. cf. c.* fidicina. GLOSS. IV 76, 46 citharoedus.

fidicula, -ae *f.* [*a* 2. fides *deminutive. Th.*]. *numerus singularis tantum de sidere* (*soloecismus*: POTAM. tract. 2 p. 1415[B. C]): *de forma*: PRISC. gramm. II 106, 2 *v. p. 691, 81. de notione*: GLOSS. citharoedus. *ceterum v. infra l. 31 sqq. de codicum scriptura* fiducula *v. l. 39. 44. 45. legitur inde a* VARRONE (*v. l. 27 et* CIC.

I *proprie*: *i. q. parva lyra vel omnino lyra*: **1** *musicorum instrumentum* (*cf.* PAVL. FEST. p. 89 fides genus citharae dicta ... cuius deminutivum -a est. ISID. orig. 3, 22, 4 veteres ... citharam -am vel fidicem nominaverunt, quia tam concinunt inter se chordae eius, quam bene conveniat inter quos fides sit [*idem* GLOSS. V 200, 19]. GLOSS. λύρα. organa. -ae cordae. cordae citharae): CIC. nat. deor. 2, 22 si platani -as ferrent numerose sonantes. GELL. 1, 11, 8 -arum tibiarumque ... concentu. **2** *nomen sideris*: COLVM. 11, 2, 4 -a vespere occidit. 11, 2, 5. 36 prima nocte -a apparet. 11, 2, 84 PLIN. nat. 16, 188. 18, 222 -ae occasus. 18, 234. 248. 255. 268. 271. 294 Varro auctor est, si -ae occasu, quod est initium autumni, uva picta consecretur *eqs.* (*cf.* 18, 289 Varro ea -a incipiente occidere mane determinat). 18, 309. 314. SCHOL. Arat. p. 117. 121. 134. 278. 279.

II *translate*: *genus tormentorum* (ISID. orig. 5, 27, 20 ungulae dictae quod effodiant. haec et -ae, quia his rei in eculeo torquentur, ut fides inveniatur [*idem* GLOSS. V 23, 15. 69, 17]. SCHOL. Prud. append. p. 97 -ae ungulae quibus torquentur martyres in eculeo GLOSS βασάνου γένος. genus tormentorum. genus tormentorum sicut lamminea. ὄνυχες οἱ εἰς τὰς βασάνους. catenae. V 632, 7 admotis -is ungulis. *cf. Daremberg-Saglio, II² p. 1117; Hitzig, PW. VI 2286, 60*): VAL. MAX. 3, 3, 5 *tyrannus* rupit ... verbera, -as (-a *codd.*) laxavit. SEN. dial. 5, 3, 6 eculei et -ae (fiduculae *A*). 5, 19, 1 -is, talaribus, eculeo, igne. 6, 20, 3 video -as, video verbera. MART. 5, 51, 6 -ae licet cogant. SVET. Tib. 62, 2 ut larga ... potione ... oneratos ... -arum simul urinaeque tormento distenderet. Cal. 33 exquisiturum se vel -is de Caesonia sua, cur eam tanto opere diligeret. PS. QVINT. decl. 7, 13 cum membra -ae (fiduc. *al.*), flagella laxaverint. *ibid.* si me forte -ae (fiduc. *al.*), flagella mutaverint. 19, 12 eculeos movebam ... tendebam -as. AMM. 29, 1, 23 intenduntur eculei, expediuntur pondera plumbea cum -is et verberibus. HEGES. 1, 44, 8 l. 203 in viscera mea pergat interrogatio veritatis, in corpus meum atque in interiora penetralia descendant -ae quaestionum. HIER. in Gal. 1, 6 p. 381 inter equuleos, -as ignesque distortus. PRVD. perist. 10, 481 ignis et -ae saeviant. 10, 550 *carnifex* sulcosque acutos et -as transferat. COD. Theod. 9, 35, 2 pr. (*a. 376*) poenarum, quas -ae et tormenta constituunt. COD. Iust. 9, 8, 4 -arum tormenta. 9, 41, 16. NOT. Tir. 65, 86 -ae.

inde deriv.: **ficularius**, -a, -um. FRONTO p. 146 N. verba contorta et -a. GLOSS. III 309, 55 φορτιαφορος (? *ex* GLOSS. III 309, 56 φορτιαφορος ponderum baiulus *per errorem repetitum videtur*) -us.

fidiculina, -ae *f. a* fidicula. GLOSS. II 386, 21 ὄργανον βασανιστήριον -a (fidicula *ed. Stephani*).

fidifragus *v.* fideifragus. **fidilla** *v.* fitilla.

fīditās, -ātis *f. a* fidus. VIRG. gramm. epit. 4 p. 14, 22 (*in versibus Lupi Christiani*) -s fida.

me Dius **Fidius** *v. Onomast. s. v.* Fidius. *Fraenkel.*

[**fidix**, -icis] *vox ficta ab* ISID. orig. 3, 22, 4 (*v. supra l. 20*), *ut sit etymon vocis* fidicula (*cf. ex. gr. nutricula: nutrix*). *Jchm.*

×fīdo, fīsus (fīsus sum *v. l. 74*), -ere [*i. q. gr.* πείθεσθαι (πείθειν), *cf. c.* fidus, fiducia, fides, foedus, fidustus, *fortasse c. got.* beidan 'exspectare'. *Th.*]. *de prosodia*: fī- *testantur*: TER. MAVR. 435. PRISC. gramm. II 461, 9. *de scriptura*: i *longa* CARM. epigr. 1143, 3. *de formis: praeter formas finitas activas praesentis, imperfecti, futuri I, imperativi, infinitas infinitivi praes. act. et participiorum praes. act. et perf. pass. leguntur hae formae sive rarae sive singulares*: -ere (*imper. pass. sive depon. sensu activo; nisi est inf. act. pro imper.*) ITALA Luc. 22, 32 (cod. e). -eris (*fut. exact. act.; an est fut. I pass. sensu activo?*) COMM. instr. 2, 15, 10. -sus erat (*fluxit ex grammaticorum doctrina*) CORIPP. Ioh. 8, 618. -itur (*pass. impers.*) AVG. epist. 140, 72 p. 220, 16. -endo (*gerund.*) TERT. resurr. 11 p. 40, 6. -endum (est) AVR. VICT. Caes. 20, 5 MART. CAP. 4, 331 PROSP. in psalm. 120, 5. *perf.* -si *antiquissimorum in usu fuisse docet* PRISC. gramm. II 420, 11. *formas fictas proferunt grammatici* (CHAR. gramm. I 250, 24. 357, 28 DIOM gramm. I 358, 1. 3 MART. CAP. 3, 319 PRISC. gramm. II 420, 11. 566, 27) *has: perf.* -sus sum (fui), *plusquamperf.* -sus eram (*sed v. l. 74*), *part. fut.* -urus, *inf. fut.* -sum ire, -urum esse, -sum iri. *Christianorum temporibus saepe abiit in coniugationem secundam* (CAPER gramm. VII 109, 16 -o, non -eo. *cf.* 93, 15): -es COMM.

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

instr. 2, 16, 15 *BA*. ACT. Archel. 54 p. 80, 3 *C*. -et CYPR. testim. 3, 10 *WLMB* (SCHOL. Hor. sat. 2, 2, 108 -et *explicat per* fiduciam habet). -emus CYPR. epist. 21, 3 *T*. -ete CYPR. Fort. 7 *S*^{1}. 11 p. 335, 3 *S*^{1}. testim. 3, 6 *AWLM*^{1}*B*. AVG. virg. 29, 29 *KBS*^{2}. *de notione*: GLOSS. πιστεύω. πέποιθα. θαρρῶ (*cf.* PRISC. gramm. III 319, 3. 329, 29). confido. -it cónfidit (SCHOL. Hor. sat. 2, 2, 108 habet fiduciam). -ens πεποιθώς. confidens. GLOSS. IV 518, 29 fretus. -sus valde fidus. valde fidens.

de part. praes. -ens *pro adi. v. p. 697, 12.* *leguntur formae finitae et inf. inde a* CIC. Arat. frg. 7, 1 (*dub.* de orat. 3, 229 *v. l. 24*) *apud* LVCR. (5, 1040) VERG. HOR. OV. LIV. CELS. (2, 18, 6) SEN. phil. LVCAN. (6, 12) PLIN. nat. (7, 43) VAL. FL. STAT. SIL. QVINT. (inst. 10, 7, 18) IVV. (7, 139) TAC. PLIN. epist. *inveniuntur in* ITALA, *desunt in* VVLG.; *imper. inde ab* ITALA *usurpatur.* *part. praes.* -ens (*quasi adi. saepe est v. p. 697, 12*) *et adv.* fidenter *legitur inde a* PLAVTO (*ter*) *apud* CIC. (17^{ies}) CAES. BELL. Hisp. SALL. NEP. VERG. HOR. OV. LIV. MANIL. GERM. VAL. MAX. PHAEDR. SEN. phil. COLVM. (*adv.*) CVRT. LVCAN. PLIN. nat. VAL. FL. SIL. HOMER. STAT. TAC. SVET. APVL. VVLG. (Sirach 19, 10 II Cor. 1, 9. *de* Hebr. 2, 13 *v. infra l. 75*). *part. perf.* (*dep.*) -sus *legitur inde ab* OV. (met. 15, 827 Pont. 4, 9, 78) *singulis locis apud* VAL. MAX. SEN. phil. CVRT. LVCAN. STAT., *ter* TAC., 7^{ies} SIL.; *non legitur apud recentiores nisi poetas.* *verbum* fidere *omnino deest apud* TER. CATONEM VARRONEM RHET. Her. CATVLL. TIB. PROP. GRATT. VITR. SEN. rhet. VELL. SCRIB. LARG. MELAM PERS. PETRON. MART. FLOR. DIG. [*loc. dub.*: CIC. de orat. 3, 229 recte -is (*codd.* vides, *cf. p. 694, 83; edd.* vides *vel* confidis).]

i. q. confidere, fidem habere, fiduciam habere, fidum putare:

I *absolute*: PLAVT. Asin. 561 ubi -entem fraudaveris (Col. frg. 2, 1 qui data fide firmata -entem fefellerint). Truc. 435 sociae unanimantis -entis . . . officium. MANIL. 1, 340 *Iuppiter* terga . . . -enti subiecit plumea Ledae. VAL. FL. 4, 544 -ere mens ... nostra nequit. AVSON. 469, 4 -ere tam fas est quam dubitare nefas. *speciatim: i. q. sibi -ere, bono animo esse, sperare* (*part.* -ens *pro adi. inde a* CIC.; *v. p. 697, 12*): ITALA exod. 14, 13 (Cypr. Fort. 7) -ite (θαρσεῖτε, VVLG. nolite timere). Matth. 9, 22 (cod. k) -e (θάρσει, VVLG. confide. ITALAE *alii codd.* constans esto). Ioh. 16, 33 (cod. e. Cypr. Fort. 11 testim. 3, 6) -ite (θαρσεῖτε, VVLG. confidite. ITALAE *alii codd.* constantes estote, gaudete, bono animo estote).

II *pendet nomen casu vel ablativo vel dativo* (*abl. personae perrarus est, v. infra l. 59; certa ablativi exempla desunt apud* HOR. SEN. phil. VAL. FL. TAC. PLIN. epist. *dativum semper pendere docet* SERV. Aen. 1, 452. 5, 800. 10, 372. *rectius* PRISC. gramm. III 319, 3. 329, 20). *Christianorum temporibus iuncturae praepositionales in usum veniunt* (*de acc. v. p. 696, 70*). **A** *fidunt animantes*: **1** *obi. est homo*: **a** *dat.* (*interdum abl. esse potest*): CIC. Att. 6, 6, 4 puer bene sibi -ens (HOR. sat. 2, 2, 108 uterne ad casus dubios -et sibi certius. epist. 1, 19, 20 LIV. 3, 61, 12. 3, 62, 6 *al. saepe.* SEN. epist. 98, 1 contra utrumque *et mortem et dolorem* sibi -it. AMM. 27, 11, 2, *opp.* paveo. *accedit ablativus* CORIPP. Ioh. 8, 618 equus . . . quo sibi -sus erat). VERG. Aen. 2, 402 nihil invitis fas quemquam -ere divis. HOR. carm. 3, 24, 20 nec *coniunx* nitido -it adultero. LIV. 7, 39, 9 nulli . . . satis -entes. 10, 18, 6 ut nec duci milites nec militibus dux satis -ret (21, 57, 12 *sim. al. cf.* 24, 48, 12 ut . . . rex non equiti magis -ret quam pediti). 24, 8, 13 cur ad maiora tibi -amus. 35, 3, 4 ut *milites* -ere alii aliis possent. VAL. FL. 1, 308 -ens superisque mihique. SIL. 10, 628 -sus avis sceptrisque superbis. STAT. Theb. 9, 624 *Parthenopaeus* nimium tibi (*Dianae*; sibi *coni. Bährens*) -sus abit. TAC. ann. 11, 33 praefecto haud satis -bant. PLIN. epist. 6, 22, 7 plurimum tibi credas nec cuiquam satis -as. TERT. ieiun. 7 Daniel deo -ens (ARNOB. nat. 2, 12 p. 57, 11 dis falsis). **b** *abl.* (*certa tantum exempla attuli*): SIL. 13, 138 -ens . . . deā. 16, 367 Caucasus (*equus*) antiquo -bat Atlante magistro. ANTH. 462, 5 deo -bat Caesare Roma. *dub.* AVG. epist. 155, 6 p. 437, 3 se ipso -ere, ut beatus sit (*al.* se confidere, in se confidere). **c** *cum praepositionibus*: de: AVG. contin. 5, 12 p. 154, 21 noli de te -ere, ut peccatum non dominetur, sed de illo *eqs.* Ps. AVG. quaest. test. 115, 38 p. 330, 17 -entes de deo et non credentes diabolo. *al.* in *c. abl.*: ITALA deut. 32, 37 (Aug. loc. hept. 5, 76 p. 613, 13 *et* Lugd.) dii ... in quibus -bant (in ipsis *add. Aug.* LXX ἐφ' οἷς ἐπεποίθεισαν ἐπ' αὐτοῖς, VVLG. in quibus habebant fiduciam). HERM. Pal. mand. 9, 6 -entes in deo (πεποιθότες ἐπὶ τὸν κύριον). vulg. mand. 11, 1 qui -unt in domino plene (τῶν πιστῶν. Pal. qui vere fideles sunt). VVLG. II Cor. 1, 9 ut non simus -entes in nobis, sed in deo. CYPR. GALL. num. 682 nullo ... in augure -it. *dub.* CARM. epigr. 1143, 3 (*ca. a. 96*) dum tibi progenies, animo (*v. p. 696, 45*) dum -is in illa. in *c. acc.*: ITALA Is. 8, 17 (Cypr. testim. 1, 9) -ens ero in illum (πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ; VVLG. praestolabor eum, *sed* ITALAM *sequitur* Hebr. 2, 13). Ier. 17, 7 (Cypr. testim. 3, 10) homo qui -it in deum (VVLG. confidit in domino. *cf.* ITALA Soph. 3, 2 [Ps. Cypr. ad Novat. 5]. psalm. 117, 8 [Tert. adv. Marc. 2, 19 p. 361, 20] bonum . . . -ere in deum quam -ere in hominem [Tert. *ibid.* 5, 6 p. 592, 10 in deo ... in hominibus. VVLG. confidere]). *sim. saepe.*

B *rem* -are *re, in re, in rem sim., i. per similitudinem, allegoriam, parabolam describere, allegorizare sim.* (*usus est Christianorum proprius*): TERT. nat. 2, 13 p. 124, 3 modo in pretia luxuriae eum (*Iovem*) -ando . . ., modo in similitudines actuum ipsas, in aquilam *eqs.* (adv. Marc. 1, 13 p. 307, 19 -ans Iovem in substantiam fervidam). praescr. 31 *parabola* proprie . . . doctrinarum distinctionem -at. adv. Iud. 10 cuius retro corpus in pane (-em *al.*) prophetes -vit (nuntiavit *al.* adv. Marc. 3, 19 p. 408, 21 in panem . . . -vit). resurr. 30 p. 68, 9 recidivatus Iudaici status de recorporatione . . . ossuum -atur. scorp. 11 p. 170, 23 *Christus* in parabola seminis . . . arefacti in persecutionum -at ardorem (*absolute profertur etiam* AVG. c. mend. 13, 27 p. 508, 6 *a Christo* verbis interrogantis est -atum. *edd. delent* in. *an* in persecutionem?). adv. Marc. 4, 31 terrenas promissiones . . . in spiritalia -ari a creatore. 4, 40 p. 561, 7 vinum in sanguine (-em *Kroym.*) -vit. IREN. 1, 18, 1 *Moyses* quaternationem *dei, principii, caeli, terrae* . . . -vit (διετύπωσε). NOVATIAN. trin. 7 p. 898^{A} haec (*sc. dei definitiones*) -antur potius quam ita sunt. LACT. inst. 1, 11, 2 eleganter id quidem a poeta -atum, sed tamen non multum distat a vero. 1, 11, 26 cur *dei* . . . sic -antur? 1, 11, 36 quomodo aut quare quidque -etur (*al.* fingatur. *syn.* transfero). 5, 5, 7 poetae dictum . . . accipi oportet . . . more poetico -atum. HEGES. 5, 9, 2 cocco . . igneum caelum -atur (αἰνίττεσθαι τῇ κόκκῳ . . . τὸ πῦρ). HIER. epist. 64, 18, 8 id . . . sub aliis nominibus et in cherubin quattuor animalibus -atum *esse*. adv. Rufin. 1, 28 quando dico 'tropicam *intellegentiam*', doceo verum non esse, quod dicitur, sed allegoriae nubilo -atum. PELAG. in Gal. 4 p. 817^{B} 'quae sunt per allegoriam dicta' hoc est alia ex aliis -ata. AVG. c. Parm. 7, 12 p. 33, 13 istas . . . voces quas in Philadelphia -vi (*Philadelphiam loquentem fecerat. cf.* nat. et grat. 54, 64 p. 281, 19 quorum in se voces -bat apostolus). gen. ad litt. 8, 4 p. 236, 11 illud (*ovis in pascha immolatio*) non tantum dicendo -batur *a Christo*, sed etiam faciendo. civ. 16, 38 p. 187, 7 D. -atum est hic aliquid, quod ad magnum pertineat sacramentum. 17, 14 p. 236, 13 *David psalmos* aliquos praenotasse etiam nominibus aliorum aliquid . . . -antibus. 20, 16 p. 444, 9 *Christus hoc saeculum* maris nomine -vit (GREG. M. moral. 1, 23 p. 537^{B} bovis nomine stultorum vecordia -atur. p. 537^{C} appellatione). CASSIAN. conl. 5, 21, 1 huius vitii naturam . . . sub hoc problematis -ans colore eleganter expressit. EVSTATH. Bas. hex. 3, 2 p. 891^{C} quod . . . in specie quadam scriptura -vit (σχηματίζει). *al. passim.* *pendet acc. c. inf.*: AVG. c. Petil. 2, 37, 87 p. 72, 4 quae illum venturum -bant (*i. allegorice praenuntiabant; opp.* quae illum iam venisse testantur. *sic PQ*; illo venturo -bantur *O*).

C *i. q. rei speciem repraesentare, prae se ferre, esse pro re*: 1 *oculis rei speciem ostendere*: MANIL. 1, 845 in orbes hirta -antes tremulo sub lumine menta. 4, 723 Aethiopes . . . tenebris . . . -ant perfusas hominum gentes. 5, 421 *delphinus* sinibus . . . fluctum -at. SEN. contr. 10, 5, 1 *senex* ad -andum Promethea satis tristis est. PETRON. 89 v. 6 robora, minacem quae -bant (-rent *edd.*) equum. GELL. 2, 21, 9 ex *septem stellis* quasi iuncti triones -antur (HYG. astr. 2, 19 p. 59, 21 *sidere quodam* Siciliam -atam *esse*). *adde* CLAVD. carm. min. 17, 21 consanguineos eadem cum forma -et. 29, 26 ferrea Martis forma nitet, Venerem magnetica gemma -at (*cf.* CARM. poet. min. V 116, 3 *Pallada* rota nulla -at).

2 *rei speciem menti (per symbolum, allegoriam) ostendere, saepe i. q. significare. usus est Christianorum proprius* (*pass.* -ari, -atum esse *re*, in, e, de *re*, in, per *rem* [*rei: infra l. 32*; pro *re: infra l. 26*]. *usus passivi nonnulla exempla etiam ad II B pertinere possunt*): TERT. anim. 18 ut quinque stultae *virgines* sensus corporales -verint. resurr. 13 p. 42, 1 universitas resurrectionem -at. castit. 6 typi, futuri alicuius sacramenta, . . . quos nuptiae tuae -ent (*i. quibus respondeant. cf.* VEREC. in cant. 9, 8 Iahel . . . synagogae typum poterit -are. *inde pass. i. q. typum esse* TERT. idol. 24 nullum animal [*in arca*] in idololatren -atum est. AVG. epist. 93, 6 p. 450, 11 quod istae duae mulieres . . . et duo filii earum . . . pro spiritalibus et corporalibus -entur). adv. Marc. 3, 18 p. 406, 8 sacramentum istud -ari in praedicatione (*cf.* HIER. in Ier. 4, 2, 5 p. 224, 8 ut manus artificis, dum nesciret, errore suo parabolam -ret. AMBR. hex. 5, 7, 17 *in mari* Christi -antur mysteria. AVG. civ. 16, 39 p. 188, 15 D. ut *Iacob* mysterium -ret. serm. ed. Mai 94, 3 *dies* in quibus quaedam significatio -atur). AMBR. Noe 15, 50 corpus humanum, cui arca . . . -atur. AVG. civ. 11, 2 p. 462, 28 D. deus cum homine non per aliquam creaturam loquitur corporalem . . . neque per eius modi spiritalem, quae corporum similitudinibus -atur. EVSTATH. Bas. hex. 2, 7 p. 887^{C} voluntatis *divinae* . . . momentum . . . speciatim -are praeceptum (ἐν εἴδει προστάγματος σχηματίζεσθαι). *inde passim apud Christianos de hominibus vel rebus, quibus typos temporum sequentium repraesentari arbitrantur, i. q. designare, praefigurare, praesignare, typum esse*: TERT. adv. Iud. 10 Ioseph . . . Christum -vit (-atus *pars codd. eadem verba* adv. Marc. 3, 18 p. 406, 15 [*ubi* -atus *codd.*, -at⟨ur⟩us *Engelbrecht; praeferam* ⟨in⟩ Christum -atus; *cf. l. 24 sq.*]. *cf.* 2, 26 p. 372, 14 Christum . . . in persona Moysi -atum. 3, 7 p. 387, 26 *hirci* utrumque ordinem Christi -ant). bapt. 8 ecclesia arcā -ata (anim. 43 ut de iniuria . . . lateris *Christi* . . . -retur ecclesia. AVG. civ. 18, 44 p. 324, 13 D. per illam civitatem . . . ecclesia gentium prophetice -ata). resurr. 32 p. 71, 9 bestia[s] feros . . . homines . . . -vit. HIL. in Matth. 10, 4 *apostoli* in Adam in imaginem et similitudinem dei erant -ati. PRVD. psych. 67 *Iudith* tempora nostra -at. AVG. c. mend. 15, 33 p. 514, 10 mercedem, quae . . . aeternum aliquid . . . prophetica significatione -ret. civ. 10, 20 p. 433, 26 D. cum hoc unum *sacrificium* per multa -retur, tanquam verbis multis res una diceretur (*syn.* signa erant sacrificia prisca). 13, 21 p. 585, 23 duo testamenta in eis -ata *esse*. 15, 18 p. 96, 25 ex . . . illis hominibus . . . mors Christi . . . -atur. 16, 2 p. 122, 23 omnes qui Christiano vocabulo gloriantur et perdite vivunt, non absurde possunt videri medio Noe filio -ati. *al. passim.*

syn. et coni.: adumbro: AVG. civ. 17, 6 p. 218, 9 D. allegorizo: HIER. hom. Orig. in Ier. 2 p. 760. conformo: VITR. 9, 5, 4. dispono: VITR. 9, 3, 3. 9, 4, 5. fingo: COLVM. 9, 15, 7. formo: CIC. nat. deor. 1, 110. orno: FRONTO p. 152, 11 N. praenuntio: AVG. un. eccl. 5, 10 p. 242, 8. progigno: COLVM. 3, 10, 11.

part. perf. pass. ***figūrātus**, -a, -um *pro adi.* *compar. p. 745, 6. 7 bis.*

i. q. figuram aliquam habens, figura (figuris) ornatus: 1 *de rebus corporalibus*: CELS. 2, 3, 5 venter . . . reddit mollia, -a (2, 8, 9). PS. AVG. quaest. test. 23, 2 p. 50, 3 anima -a dicitur in corpore (*opp.* incorporea et simplex). p. 50, 4 aqua, cum sit sine effigie, missa tamen in vas -a videtur. PHYSIOGN. 47 p. 65, 12 *aures* quae videantur -ae atque formatae (*cf. Rosii adnot.*). *in metaphora*: AVG. c. mend. 10, 24 p. 500, 19 *locutiones actionesque propheticae* -is velut amictibus obteguntur.

2 *t. t. rhet. et gramm., de verbis, sententiis, oratione sim. prolatis per figuram (figuras) sententiae vel verborum* (*strictiore sensu; cf.* figuro *I B 2 c.* QVINT. inst. 9, 1, 12 intellectu priore et communi [*cf.* figuro *I B 2 b*] nihil non -um est in *oratione*): SEN. contr. 10 pr. 10 dum nihil non schemate dicere cupit, oratio eius non -a erat, sed prava (QVINT. inst. 9, 1, 13 *orationem* ἐσχηματισμένην id est -am [*opp.* ἀσχημάτιστον id est carentem figuris]. POMP. gramm. V 301, 36 quando dicimus 'arma fuit', non est simplex oratio, sed -a). QVINT. inst. 8, 1, 1 in coniunctis *verbis intuendum est*, ut *sint* . . . -a (*cf.* SIDON. epist. 8, 11, 3 vocabula). 8, 3, 59 quod male -um *est*, id ἀσχημάτιστον (ἀσχήματον *A*) . . . vocant. 9, 2, 7 -um (*opp.* simplex) *est rogare*, quotiens *eqs.* 9, 2, 28 quid . . . minus -um quam vera libertas? PLIN. epist. 4, 20, 2 opus . . . -um. PORPH. Hor. carm. 1, 6, 3 -a (*opp.* simplex) elocutio

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(epod. 16,35. 17,25 sat. 1,5,54. POMP. gramm. V 278,7 [*cf. p. 743,22*]. locutio: DON. Ter. Andr. 55 Ad. 807 *al.*). DON. Ter. Eun. 483 'quidam' ... et -um et aptum sententiae est. Ad. 978 elegantia. DIOM. gramm. I 417,6 *'et' coniunctio* simpliciter elata, sed -a (*i. pro* etiam). SERV. ecl. 2,43 'orat abducere'... -um est (*sim. passim*). Aen. 4,106 absolutior quidem est haec lectio, sed verior et -ior illa est (auct. Aen. 2,130 est...-ius, si legatur *eqs.* 4,529). PRISC. gramm. III 201,20 diversi ... numeri hoc modo -i reperiuntur ut ...'pars ... secant'. SERV. auct. georg. 1,148 declinatio. Aen. 3,648 ordo (*cf. p. 743,4*).

speciatim: i. q. obliquus, fictus, simulatus (*cf. infra l. 61*): QVINT. inst. 9,1,14 -ae controversiae (*ἀγῶνες ἐσχηματισμένοι Ps. Dion. Hal. rhet. 8,1. cf. p. 743,30, vol. IV p. 783,74 sqq. de re v.* QVINT. inst. 9,2,65 *sqq.* IVL. VICT. rhet. 21 p. 434 tit. de -is [*sc. controversiis*]. 22 p. 435,20 IVL. RVF. schem. dian. p. 59,5 *sqq. cf.* HIER. epist. 81,1,3 c. Ioh. 2 p. 336[B]). FORTVN. rhet. 1,5 p. 84,27 *ductus* -us (*ibid.* p. 85,2 -us *ductus* qui est? cum palam dicere pudor impedit [= MART. CAP. 5,470]. 1,6. 7. *cf.* 1,7 p. 86,14 hos omnes ductus plerique ... vocant -os). NON. p. 151,29 perplexabile, -um, quod aliud audiatur, aliud sentiatur. SERV. Aen. 5,687 -is agit coloribus; nec enim re vera hoc agit, ut pereat. HIER. adv. Rufin. 1,30 p. 421[A] quem ... -a laude perstrinxerim (2,34 p. 455[C] ne forte queraris -a te laude percussum). MACR. sat. 7,3,2 scomma... paene dixerim morsum -um (7,3,6 contumeliam ... celatam), quia saepe fraude vel urbanitate tegitur, ut aliud sonet, aliud intellegas (*cf. Plut. quaest. conv. 2,4 p. 631[E] ὀνειδισμὸς... ἐστὶ τῆς ἁμαρτίας παρεσχηματισμένος τὸ σκῶμμα*). SPART. Sept. Sev. 14,13 damnabantur... cur pleraque -a (figurate *exc. Pal.*) dixissent. VAL. CEM. hom. 6,3 p. 710[C] otiosa verba sunt -a convicia, stulta fatigatione composita. SIDON. epist. 4,1,2 si quid historicus verum, satiricus -um ... condiderunt. SCHOL. Cic. Gron. p. 295,31 St. -am esse istam orationem. p. 314,22 noluit servare comparationem, quia scit -a (-am *vel* -um *conicitur*) esse (*sc. omnia, illa?*). *t. t. gramm. i. q. translativus*: PROB. inst. gramm. IV 116,1 -orum nominum. 116,3. 156,23 verba -a vel translativa, ut ...'est'... et significat 'edit'. *in re metrica*: CLEDON. gramm. V 30,15 *accidit unicuique pedi* figura, quia simplices pedes componuntur et -i duplices fiunt (*locus satis obscurus*).

3 *i. q. symbolicus, allegoricus, typicus, propheticus sim.*: GLOSS. III 488,15 (507,56) allegoria -a dictio. 523,15 typicum -um. **a** *res (homines), actio*: TERT. adv. Iud. 9 p. 724 ense sermonis dei ... -o. *ibid.* agnosce et spolia -a, cuius et arma allegorica didicisti. resurr. 31 p. 69,14 videretur ... deus -am desperationem -a promissione consolatus. 52 p. 108,16 -a ... exempla animalium (adv. Marc. 2,22 p. 365,5 Cherubin et Seraphin ... *erant* in arcae -um exemplum). AVG. gen. ad litt. 8,1 p. 229,22 -arum rerum (*opp.* gestarum). 8,4 p. 236,2 earum ⟨rerum⟩ expressa narratio, quarum erat -a praecessio. civ. 11,15 p. 482,19 D. Esaias sub -a persona principis ... diabolum notans. c. mend. 10,24 p. 500,12 actio. 12,26 p. 504,22 non solum dicta, verum etiam facta...-a (17,35 p. 518,21 *al.*). **b** *dictio, interpretatio, sensus*: TERT. orat. 4 ex interpretatione -a carnis et spiritus nos sumus caelum et terra. resurr. 19 p. 51,12 solemnissimam eloquii prophetici formam, allegorici et -i plerumque (26 p. 62,4 GREG. M. moral. 16,66. *cf.* RVFIN. Orig. in num. 13,2 p. 668[B] aenigma dicitur sermo -us. AVG. gen. ad litt. 8,4 locutio *sim. al. passim*). 21 p. 54,1 -ae significantiae (*cf.* AVG. civ. 13,21 p. 585,25 D. -a significatione. *al. passim*). 30 p. 67,24 -am esse, non veram ... praedicationem (*cf.* AVG. epist. 140,41 p. 190,1 praedictio. de mend. 15,26 p. 446,24 praenuntiationem). adv. Marc. 2,19 p. 361,1 legis spiritalis ... et propheticae et in omnibus paene argumentis -ae (4,9 p. 440,26. 5,14 p. 622,13). AVG. spir. et litt. 8,14 praecepta (15,27).

4 *i. q. fictus, falsus, simulatus* (*cf. supra l. 10*): COD. Iust. 4,35,23,1 per -am donationem. 8,48,6 venditiones in liberas personas -as.

syn. et coni.: allegoricus: TERT. resurr. 19 *al.* mysticus: LEO M. serm. 59,5 p. 340[A]. propheticus: TERT. resurr. 19 *al.* spiritalis: TERT. resurr. 33 *al.* tropologicus: SIDON. epist. 9,3,5.

oppos.: incorporeus: PS. AVG. quaest. test. 23,2 p. 50,3. manifestus: AVG. quaest. hept. 3,64 *al.* perfectus: AVG. serm. ed. Mai 158,1. secundum naturam: SERV. Aen. 7,161. simplex: QVINT. inst. 9,2,7 *al.* PS. AVG. quaest. test. 23,2 p. 50,3. verus: TERT. resurr. 30 SIDON. epist. 4,1,2.

adv. ⌘**figūrātē**. *compar. v. p. 746,1. 17.* GLOSS. typice -e, formaliter. *legitur inde a* TERT. *apud* ECCL. GRAMM. RHET. [*loc. dub.: v. l. 26 et p. 746,13.*]

i. q. per figuram: **1** *per figuram sententiae vel dictionis*: PORPH. Hor. sat. 1,6,25 -e per dativum casum dixit (*opp.* simplicius erat). epist. 1,20,28 -e pro eo, quod est *eqs.* (2,1,112). DON. Ter. Ad. 190 'quo coepisti' -e, rectum enim erat 'unde coepisti'. Eun. 558 facete et -e dictum est. 629 -e et nove 'inter vias'. gramm. IV 377,33 alia *nomina* accusativum trahunt, sed -e (DIOM. gramm. I 314,12 CONSENT. gramm. V 353,6. 8). 391,6 'super' et 'subter'... -e ablativo iungi. AQVILA rhet. pr. p. 23,3 quae sunt -e enuntiata apud magnos oratores. SERV. ecl. pr. p. 2,24 *Iuvenalis* Vergilii versum de hasta -e ad speculum transtulit. 5,1 -e ait (Aen. 1,18 dixit. 7,445 communis sermo habet 'ardeo illa re', sed -ius 'ardeo in illam rem' dicimus. *sim. passim*). PRISC. gramm. II 147,21 -e... esse apposita *nomina*. 171,6 -e hoc esse prolatum. 195,23 *nomina quaedam* neutro generi adiuncta, sed -e per ἀλλοιότητα. 315,7 'hoc custos' raro nisi -e (*sc. dictum*) invenias. *sim. passim apud* PRISC.

speciatim: i. q. oblique, tectis verbis: PORPH. Hor. carm. 1,6,13 -e ... negat se posse res bellicas scribere. epod. 17,1 in hac ecloga -e cum Canidia agit. epist. 2,2,41 hic figura⟨te⟩ saevitiam Caesaris ... videtur ostendere. DON. Ter. Ad. 251 -e inducta promissio praemiorum. Eun. 805 non obsequenter, sed -e dicitur. 850 hoc totum -e dicit ... et subtiliter. IVL. RVF. rhet. 27 p. 45,15 ἐπιτροπή. haec fit, cum -e concedimus, quod velit quis faciat. PS. IVL. RVF. schem. dian. pr. p. 59,7 dicitur (dicuntur *trad.*) in eum figura⟨t⟩e, qui *eqs.* (SCHOL. Cic. Gron. p. 322,9 St. omnia in Lucullum -e dicuntur). PS. ASCON. Verr. p. 216,23 St. -e singulis additam laudem. MACR. sat. 7,3,6 scomma *est*, quod -e obiectum exprobratumque est (*opp.* aperte). SIDON. epist. 5,8,2 -ius ... pupugisse. SCHOL. Hor. epod. 17,46. epist. 1,17,46 qui petunt -e (*syn.* oblique). VITA Iuv. p. 277 L. quasi tempora -e notasset.

2 *i. q. allegorice, symbolice: dicere, intellegere, significare sim.*: TERT. resurr. 52 p. 108,26 si non -e, satis vane mulorum ... carnes ... apposuit humanis. adv. Marc. 3,5 alia species est, qua pleraque -e portenduntur per aenigmata et allegorias et parabolas, aliter intellegenda quam scripta sunt (4,24 *al. cf.* 4,1 praedicabat [4,20 *al.*]. COMM. apol. 273 Hieremias ... crucem -e demonstrat [271 prophetat] *sim. passim*). 3,14 -e ... et domino eiusmodi loquente et apostolo scribente (*cf.* HIER. hom. Orig. in Ier. 1 p. 748 *ea* -e dicta *esse*). AMBR. Abr. 2,6,26 -e ... animam ... terram appellavit. AVG. civ. 17,3 p. 200,18 D. quae ad utramque pertinere intelleguntur, ad ancillam proprie, ad liberam -e (17,5 p. 213,16). de mend. 5,7 p. 421,9 ubi quidquid gestum est, -e accipi potest, quamvis revera contigerit (in psalm. 82,8 Assur ... pro ipso diabolo -e intellegi solet. *sim. passim*). ISID. orig. 8,11,8 poetae... confingunt -e.

agitur res -e, i. ita ut allegorice significet aliam rem (praesertim rem futuram): TERT. idol. 5 omnia ... -e populo accidisse. resurr. 20 virgo concepit in utero non -e (*syn.* oblique, *opp.* manifeste). AVG. civ. 17,7 p. 221,2 D. populi... Israel personam -e gerebat homo iste. de mend. 5,7 p. 421,10 quidquid ... -e fit aut dicitur (*ibid.* l. 12. c. mend. 12,26 p. 504,22 *figurata facta* -e gesta sunt. spir. et litt. 16,28 *celebratio Paschae* -e occisione ovis per Moysen fieri praecepta est).

syn. et coni.: allegorice: TERT. adv. Marc. 4,20 *al.* ambigue: AVG. un. eccl. 18,47 p. 294,6. mystice: AVG. bon. coniug. 2,2 p. 188,18. oblique: TERT. resurr. 20 SCHOL. Hor. epist. 1,17,46. obscure: AVG. un. ecl. 5,8 p. 239,9. parabolice: SIDON. epist. 5,17,11. subtiliter: DON. Ter. Eun. 850. 851.

oppos.: aperte: DON. Ter. Eun. 851 *al.* manifeste: TERT. resurr. 20 *al.* proprie: AVG. civ. 17,3 p. 200,18 D. *al.* revera: AVG. de mend. 5,7 p. 421,9. secundum litteram: PROSP. in psalm. 103,4.

adv. **figūrātim**. *i. q. figurate, figuraliter*: IREN. 4,10,1 *Moyses* diem passionis *Christianae* ... -m praenuntiavit. CASSIOD. in psalm. 97,8 *de hominibus* -m dixit 'commoveatur mare'. ISID. in gen. praef. 2 quae in *historia sacra* -m dicta vel facta sunt et sunt plena mysticis sacramentis.

compos.: (affiguro?), configuro, defiguro, praefiguro, refiguro, transfiguro. *a* figuratus: infiguratus.

deriv.: figuratio. figurator. 2. figuratus. *cf.* infigurabilis. *Bauer.*

fil- *in vocibus graecis v.* phil- *et* phyl-.

?**filaicus**. GLOSS. III 602,8 emphraxin -us (inflatio *Büch.*, oppilatio *Bauer*). 601,16 -us quae catarticum accipit et non solvit.

fīlāmentum, -ī *n.* [*a* filum. *Th.*]. *i. q. filum*: PAVL. FEST. p. 81 infulas ... sacerdotum -a vocabant. p. 113 infulae sunt -a lanea, quibus sacerdotes et hostiae templaque velantur.

fīlātim [*a* filum. *Th.*]. *i. q. per fila*: LVCR. 2,831 purpura poeniceusque color clarissimus multo, -m cum distractum est, disperditur (dispergitur *Lachm.*) omnis.

fīlātūra, -ae *f. a* filare. *i. q. actio filandi*: SCHOL. Ter. p. 80,27 lana ac tela: lanificio et -a. [*it.* filatura, *francog.* filure, *hisp.* hiladura. *M.-L.*]

†**filax** ψόφος GLOSS. II 527,26. **filectum** *v.* filictum.

filētius *videtur idem esse quod gr.* φιλητέος: CORP. VI 10185 *gladiator aliquis* bonus amoratus -us usque at fotsa (*i. fossam*). *Jahn.*

filex *v.* filix.

⌘**fīlia**, -ae *f.* *de originatione, radice et formis romanicis v.* filius *p. 751,78. 753,42.* *merus lapidarii error*: CORP. XIII 6726 filia. *de forma* fia *v.* filius *p. 752,20.* *ad declinationem*: *nom. vulgariter* filie INSCR. Rossi Roma sott. III 126 p. 29,49. *gen.* filiaē *quattuor syllabis* PLAVT. Aul. 295 (filia in *trad.*). 372 *et* 540 (*bis* filiae *trad.*). 797. filiae: PLAVT. Asin. 595 Aul. 74 Epid. 405 TER. Andr. 322 Phorm. 244 *et passim.* filies: CORP. VI 10159. filiaes: VI 29602. *dat.* filea: CORP. I²60. fileai: CORP. I²561. filiae: PLAVT. Aul. 218. 269. 275. 794 Epid. 405 Persa 148 Stich. 560 Trin. 1100 Truc. 802 TER. Andr. 571 Hec. 629 Ad. 301 LVCIL. 849 *et passim.* *vulgariter*: filiai: CORP. V 2006. filiai ... quai: INSCR. christ. Rossi I p. 410 (*a.* 393). φιλιαι: INSCR. [*Vollmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Bull. di arch. crist. 1886 p. 142, 225 INSCR. nuovo bull. di arch. christ. 1903 p. 233. φελιε: INSCR. christ. Rossi I p. 11 (*a. 269*). file: CORP. XIII 5843. filibe: XI 2995 (*christ.*). *acc. volgariter* filia: CORP. XIV 900. *voc.*: PLAVT. Men. 822 ⟨mea⟩ filia. 844. Rud. 742 o -a mea. 1173 -a mea. PAVLVS ap. Cic. div. 1, 103 mea -a. HOR. carm. 1, 16, 1 PROP. 4, 11, 67 OV. epist. 15, 292 met. 1, 481. 10, 467 fast. 4, 456. 483. SEN. dial. 6, 22, 6 carissima -a. 6, 26, 2 MART. 4, 9, 1 QVINT. decl. 299 p. 181, 23 *et al.* *nom. plur.*: filiae: PLAVT. Epid. 36 Poen. 84. 1103. 1116. 1136. 1166. 1256. 1261 Stich. 96. 359 Trin. 157. 1100 *et passim.* filiáe: CORP. V 41. *volgariter acc. pro nom.* filias: CORP. II 38. III 3551 (10307?). 13374. VI 17959. VIII 3783. *de dat. abl. plur. haec ap.* GRAMM.: CHAR. gramm. I 129, 13 (*ex Romano*) 'filiabus' in testamentis ob discrimen sexus ait Plinius dici consuesse. 54, 10 libertabus filiabusque, quod iurisperiti instituerunt, ambiguitatis secernendae scilicet gratia. *his simillima vide* 148, 25. DIOM. gramm. I 304, 24. PRISC. gramm. II 293, 5 (*laudat* CATONEM ENN. PLAVT. Stich.). PROB. inst. gramm. IV 84, 34 SERV. gramm. IV 434, 8 EXPLAN. in Don. gramm. IV 545, 17 CLEDON. gramm. V 11, 14. 46, 4. POMP. gramm. V 173, 28. 189, 4 CONSENT. gramm. V 354, 4 PHOC. gramm. V 427, 7 PS. PALAEM. gramm. V 533, 17 FRG. Bob. gramm. V 556, 38 SACERD. gramm. VI 427, 7 CAPER gramm. VII 109, 16. filiis *fem. legitur*: ENN. scaen. 122 PLAVT. Poen. 1128 Stich. 567 BELL. Alex. 33, 2 *v. l. 31.* LIV. 38, 57, 2 ex duabus -is. FRONTIN. strat. 4, 3, 5. HYG. fab. 190 p. 121, 23 duabus -is. AVG. civ. 15, 23 p. 109, 22 D. -is (-bus *A*) Cain. *non certa lectio* HIER. epist. 52, 2, 1. CORP. III 682. V 1583. 4682. XIII 1898 fills. *nota*: CORP. VI 8644 cum duabus filis Fortunata et Felice (*hoc viro?*). *cf. infra l. 60.* filiabus *inde a* CATONE orig. frg. 94 dotes -bus suis non dant *aut addito aut supplendo masculino*: CAES. civ. 3, 108, 4 in testamento Ptolomaei patris heredes erant scripti ex duobus filiis maior et ex duabus -bus (*sic solus cod. Leid. saec. XII, om. codd. antiquiores*) ea quae aetate antecedebat. BELL. Alex. 33, 2 maiorique ex duabus -is (-bus *solus cod. Vind. saec. XIII*) Cleopatrae (*praecedit* pueris). VLP. dig. 26, 2, 5 -bus suis vel filiis (INST. Iust. 1, 14, 5. COD. Iust. 5, 9, 7 filiis vel -bus. 6, 20, 19, 1. 5, 27, 2 [*a. 405*] naturalibus -is seu -bus. 5, 27, 7, 1 [*a. 519*]. 6, 56, 4, 1. 2. 3). dig. 38, 17, 2, 28. SCAEV. dig. 33, 7, 20, 1 filiis et -bus (HIER. epist. 22, 21, 2 COD. Iust. 5, 9, 6, 5 [*a. 472*]. 6, 28, 4, 8 [*a. 531*]). ITALA exod. 3, 22 (Lugd.) deut. 23, 17 (*item* VVLG.) SERV. Aen. 6, 14 p. 6, 13 auct. 10, 497. ITIN. Alex. 14. FILASTR. 24, 2 filiis -busve. MYTHOGR. 1, 43. 2, 122 AVG. civ. 15, 16 p. 91, 25 D. INST. Iust. 2, 13, 5. COD. Iust. 5, 9, 6, 6 filiis -busque (*a. 472*). 5, 17, 8, 7 filio seu filiis, -a seu -bus extantibus (*bis; a. 449*). 9, 8, 5, 5 (*a. 397*). CORP. III 5955 filis -bus (VI 10558 fIIls fIliabus meis. IX 1451 et sibi filiis -bus et nepotibus. X 3119). VI 21020 filils -busque (IX 335). X 5849 uxoribusque ⟨filiis fra⟩tribus et -bus sororibusque. PAPYR. Oxyrh. VIII 1114, 9 (*a. 237*) -bus me⟨i⟩s Aureliabus. *non addito nec supplendo masculino*: LIV. 24, 26, 2 cum duabus -bus virginibus. HYG. fab. 44 p. 71, 2. 166 p. 20, 9 AMPEL. 15, 2 FRONTO p. 38, 4 N. VLP. dig. 30, 17 pr. 40, 12, 3, 2 PAVL. dig. 30, 15, 1 IVL. VAL. 1, 44 p. 55, 4. 22. 2, 29 p. 99, 21 MYTHOGR. 1, 204. 2, 78 TERT. nat. 2, 10 cult. fem. 2, 6 ITALA (Lugd.) gen. 28, 1. 2. 6 exod. 2, 1 FIRM. math. 4, 19, 19 SERV. ecl. 8, 29 p. 97, 16. AVR. VICT. vir. ill. 20, 1 ex duabus -bus. AMBR. Iob 4, 1, 3 HIER. epist. 22, 8, 5 VVLG. gen. 24, 3. 37. 28, 2. 6. 31, 41. 36, 2 iud. 14, 1. 2. 3. 21, 1. 14. 18 *et passim in* VVLG. AVG. civ. 3, 5 p. 101, 23 D. 3, 13 p. 111, 16. 15, 23 p. 109, 21 INST. Iust. 2, 13 pr. 3, 1, 15 COD. Iust. 1, 4, 12 (*a. 428*). 1, 5, 19, 3 (*a. 529*). 6, 28, 4, 7 (*a. 531*). CORP. II 3960. 6298. III 2120. 3355. 5947. 14293¹. VI 8859. 10518. 13073 coniugi suae ... item et -bus suabus. 34110. VIII 1181. 8676 -bus ⟨et⟩ generis. 9462. X 4289. XI 1780. 3811. *nota*: CORP. III 2684 -bus suis Stercoriae an. VIII, Iovino an. IIII, Lucio an. IIII, *ubi fraterculi sorori maiori adduntur.*

adnoto substantivum (g)nata *legi inde ab* LIV. ANDR. scaen. 11 NAEV. scaen. 125 ENN. ann. 11, *apud* PLAVT. *31ies*, *apud* TER. *19ies*, *apud* VERG. *16ies*, *apud* OV. *55ies*, *cum* filia *legatur his formis*

	PLAVT.	TER.	VERG.	HOR.	PROP.	OV.
nom. filia	20	8	4	3	2	49
voc. -a	4	—	—	1	1	3
gen. -ai	4	—	—	—	—	—
gen. -ae	3	2	—	1	—	—
dat. -ae	8	3	—	—	—	—
-am	64	27	—	1	—	—
-ā	9	2	—	—	—	—
-ae	11	—	—	—	—	—
-is	2	—	—	—	—	—
-as	14	—	1 (catal. 12, 5)	—	—	—
	139	42	5	6	3	52

de alio synonymo cf. PORPH. Hor. p. 109, 26 Danai puellas: pro eo quod est Danai -as.

I *in nomenclatione* (*v. s. v.* filius *p. 753, 43*): *pater additur pleno mulieris nomini inde ab antiquissimis: ut* CORP. I² 75 Anicia P. f. 76 Maio(r) Anicia C. f. 89 N. Atilia P. f. 2025 Sentia A. f. Thannia. 1605 Clodia Diamer. f. *aut* I² 16 ⟨P⟩aulla Cornelia Cn. f. Hispalli (*uxor*). 171 Geminia C. f. Cn. Vatroni uxor. 271 Samiaria M. f. Minor Q(uinti) (*uxor*) *et passim, post etiam ordine liberiore ut* XIV 2795 Domitiae Augustae Cn. Domiti Corbulonis fil(iae). XIV 3313 Aconia Numeriana Tuschi -a. *nota* Ⅎ *inversam*: CORP. I² 1752 Obellia L. Ⅎ. XIII 11004. *perscripta vox*: CORP. II 38 L. -a. 4554 Corneliae L. fíliae Secundinae. III 6617 Flavia Domitia Iusti f(i)lia. IV 4034 Quartila Fuficia Tu⟨.⟩riti co(ponis?) -a. 4389. V 5072 (*v. l. 23*). XI 5188. XII 2665. 4097. XIII 5843 Rufulae Rufi file. XIV 3313 (*v. l. 6*). *tribus litteris* FIL: CORP. VI 32414 (*a. 247*) Flaviae L. fil. Publiciae. VIII 11632 *al.* f(ilia) *omittitur apud barbaros ut* CIL. III 14368³⁴ (*Bedaio*) Annilio Litugenae. *nota* Spuri f. (*v. s. v.* filius *p. 754, 6*): CORP. I² 1263 Caecilia Spuri ⟨f.⟩. 1408 Basilia Sp. f. Posilla. 1684 Maxsuma Sadria S. f. V 381. 3505. 4049. VI 15706. 17780. IV 1136. X 3079. XI 1037 *al.* *similia in libris*: CIC. rep. 2, 46 Lucretiae, Tricipitini f., Collatini uxori. div. 1, 4. LIV. 10, 23, 4 Verginiam A. f. TAC. ann. 1, 12 Vipsania M. Agrippae f. *et passim.* *nota poetica*: HOR. sat. 2, 5, 65 -a Nasicae. SVLPICIA Tib. 3, 16, 4 Servi -a Sulpicia (*superbe dictum*). MART. 4, 9, 1 Sotae -a clinici, Labulla. 6, 69, 2 Bassi -a. 11, 2, 2 aratoris -a Fabricia (-ii *codd.*). *matris nomen additur*: CORP. I² 1837 Posilla Senenia Quart(ae) f. 2076 Annia Sex. f. Cassia nata. V 5072 Kaninia Quarti -a Teda matre. XIV 3607 Vibia Marsi f. Laelia nata Pulchri (*coniunx*). LAVD. Matidiae (Corp. XIV 3579) 32 ... Augustae filiam. IVV. 14, 26 Largae -a. *nomina mythica*: LIV. ANDR. carm. 15 sancta puer, Saturni -a, regina. 16 nympham Atlantis -am Calypsonem. 25 diva Monetas -a. PLAVT. Amph. 99 Alcumena ..., Electri -a. Epid. 604 Circam Solis -am. VARRO ling. 5, 144 a Latini -a ... Lavinia (*cf.* ELOG. Corp. I² p. 189 n. 2 Lavinia Latini -a). CIC. Tusc. 1, 28 Ino Cadmi -a. PROP. 1, 2, 18 Eueni ... -a. PRIAP. 68, 25 Alcinoi ... -a. *et passim.* *graeca*: PLAVT. Aul. 476 Euclionis -am (603. 683). Epid. 635 Telestidem te, Periphan⟨a⟩i -am. Trin. 1183 TER. Haut. 1065 *passim.* *nota*: CIRIS 220 Ogygii Phoenicis -a Carme. *at graece*: VERG. Aen. 6, 36 Deiphobe Glauci (*sc. filia; v.* SERV. Aen. 1, 41).

II *in sermone liberiore* (GLOSS. θυγάτηρ): *exempla antiquissima*: LIV. ANDR. (*v. supra l. 26*). NAEV. carm. frg. 1 novem Iovis concordes -ae sorores. ENN. scaen. 122 ⟨a⟩ -is ... Nerei. 227 tua reconcilietur uxor, mea necetur -a? 277 ad Peliae -as. CAECIL. com. 113 -a redeat. *addo selecta*: HOR. carm. 1, 16, 1 o matre pulchra -a pulchrior! (*cf.* OV. met. 4, 210 *sq.*). 3, 27, 35 o relictum -ae nomen pietasque! PROP. 4, 11, 67 -a, tu specimen censurae nata paternae!

de matre: PLAVT. Asin. 544 audientem dicto, mater, produxisti -am. 595 acerbum funus -ae faciet. PLAVT. Cist. 163 peperit -am (569. 617 Epid. 542 CIC. Flacc. 72 *al.*). PLIN. epist. 4, 21, 1 -am enixa (SVET. Cal. 8, 3). PLAVT. Cist. 568 eam suam esse -am (762 Epid. 590 *al.*). Epid. 585 equidem hac invita tamen ero matris -a. PLAVT. Epid. 561 -am, quam ex te suscepi. SEN. dial. 6, 16, 6 habes ex illo duas -as. PLAVT. Cist. 533 carebo -a. CORP. IX 5629 (= CARM. epigr. 153) mater fecit -ae, quae nunquam laesit matre⟨m⟩. *nota praegnanter dictum*: SEN. contr. 9, 6, 1 -ae quoque noverca.

de patre: PLAVT. Aul. 23 huic -a una est (Poen. 84 *al.*). Poen. 1136 an huius sunt illae -ae? (1171 Cas. 1013 *al.* *nota*: MART. 11, 4, 1 summi -a tota patris *Minervae Iovis sine matre*). VVLG. gen. 20, 12 -a patris mei et non -a matris meae. PLAVT. Aul. 781 -am ex te tu habes (VERG. catal. 12, 5 duas habere -as Atilium. *al.*). TER. Phorm. 942 ex qua -am suscepit (Phorm. 1006 QVINT. decl. 381 p. 425, 18 *al.*). SEN. contr. 9, 6 tit. ex ea -am sustulit (PLIN. epist. 8, 23, 7 *al.*). SVET. Nero 35, 3 ex hac -am tulit (Otho 1, 3 *al.*). TAC. ann. 3, 23 qui -am ex ea genuerat. VVLG. gen. 5, 4 genuitque filios et -as (*sic passim in* VVLG.). PLAVT. Epid. 368 pater suam -am esse retur (698 Poen. 1116 *al.*). PLAVT. Cist. 605 ex priore muliere nata ... meo ero est -a (Epid. 172 prognatam. IVV. 9, 83 quod tibi filiolus vel -a nascitur ex me. TAC. ann. 15, 23 *al.*). PLAVT. Persa 341 utrum tu pro ancilla me habes an pro -a? TER. Haut. 667 nunc ita tempus est, mihi ut cupiam -am. VVLG. gen. 6, 1 cum ... homines ... -as procreassent. LIV. 38, 57, 7 de communi -a (QVINT. inst. 3, 11, 6 TAC. ann. 16, 34 AMM. 28, 4, 9 INSCR. crist. Rossi Roma sott. III tab. 22, 10 *al.*). CORP. I² 1215, 11 sibei esse talem ereptam -am.

fratris filia *sim.*: OV. Ib. 544 ut cui Pyrrha sui -a fratris erat. LIV. 1, 3, 11 fratris filiae Reae Silviae (42, 34, 3 SEN. apocol. 13 GAIVS inst. 1, 62 *al.*). LIV. 24, 8, 11 sororis meae -am (PAVL. FEST. p. 14 VELL. 2, 100, 4 GAIVS inst. 1, 62 CORP. VI 32414 [*a. 247*] *al.*). SVET. Claud. 26, 2 consobrini sui -am. AVSON. 187, 5 p. 46 -a nam fuit haec amitae.

nota poetice vel liberius dicta: EPICED. Drusi 303 tu (*Antonia*) -a ('*Nichte*') Caesaris. QVINT. inst. 8, 4, 22 *Priamus Helenam* -am appellans *pro nuru. cf.* SVET. Claud. 39, 2 ducturus contra fas Agrippinam uxorem, non cessavit omni oratione '-am et alumnam et in gremio suo natam et educatam' praedicare. VVLG. Ruth 1, 11 -ae meae (*loq. socrus ad nurus; item* 1, 12. 13. 2, 1 -a mea *et al.*). *cf.* AVG. quaest. hept. 1, 149.

de numero: PLAVT. Poen. 84 duae ... -ae (Stich. 539. CIC. parad. 44 duas ..., plures. *al.*). CIC. Cato 37 quinque (VAL. MAX. 8, 13, 5). fin.

[*Vollmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 82 tris (VAL. MAX. 7, 1, 1 PHAEDR. 4, 5, 3 *al.*). TER. Phorm. 645 -am . . . unicam (CIC. Verr. 2, 104 rep. 3, 17 LIV. 3, 45, 9 *al.* CORP. II 129). VVLG. iud. 11, 34 unigenita.

de aetate et corpore: PLAVT. Aul. 172 -am virginem (*cf.* Trin. 110 suamque -am esse adultam virginem. TER. Ad. 466 NEP. Att. 19, 4 LIV. 1, 11, 6 *al.* VAL. MAX. 1, 5, 4 adultae aetatis virgini). Truc. 821 -am meam quis integram stupraverit. PLAVT. Poen. 1156 maiorem (1278 Stich. 66 CIC. Brut. 101 *al.*). CAES. civ. 3, 112, 9 minor (BELL. Alex. 4, 1 LIV. 6, 34, 5 *al.*). TER. Haut. 602 reliquit -am adulescentulam. CIC. Cluent. 11 reliquit... grandem... et nubilem -am. Quinct. 98 -ae nubili (OV. rem. 571 SEN. contr. exc. 6, 6, 6. VAL. MAX. 6, 1, 4 nubilis iam aetatis -ae. *et al.*). Tusc. 5, 58 adultae. div. 1, 36 adulescentem. NEP. Them. 8, 4 -am ... parvolam (AMM. 18, 10, 1. 26, 7, 10 *al.*). TIB. 1, 10, 24 parva (EPIST. Sapph. 70 OV. fast. 2, 652 *al.*). MART. 7, 10, 14 poscit iam dotem -a grandis. GAIVS inst. 1, 32^A ⟨annicula⟩.

de condicione civili (*definitiones v. s. v.* filius *p. 756, 30*): PLAVT. Aul. 74 erilis -ae (275 Cist. 550. 749 *al.* TER. Ad. 301 mihi eraeque -aeque erili). Poen. 1344 hasce aio liberas ingenuasque esse -as ambas meas. SEN. dial. 11, 14, 3 -a familiae (PAVL. dig. 2, 14, 21, 3 -a familias. 47, 10, 18, 2 nupta -a familiae. GAIVS inst. 3, 104. 114 *al.* *nota* GAIVS dig. 15, 27 pr. -arum familias). SCAEV. dig. 32, 41, 11 naturalis -ae (PAVL. dig. 40, 5, 40 pr. COD. Iust. 5, 27, 2 *al.* CORP. II 1213. VI 7788. 18837. 21458. 35523. VIII 3909. 3910. XIV 381). PLIN. epist. 8, 23, 8 -am pupillam. GAIVS inst. 3, 40 adoptivus filius -ave (CORP. III 1182 fil(iae) *illius* et adoptiv(ae) *alterius*. GAIVS inst. 1, 59 eam quae mihi per adoptionem -ae aut neptis loco esse coeperit). *verba*: PLAVT. Aul. 172 eius cupio -am virginem mihi desponderi (205. 255 mihi despondes -am? 271. 782 Cist. 600 Poen. 1166. 1278 CIC. Cluent. 179 *al.* *cf.* VARRO ling. 6, 70. 71. PLAVT. Trin. 1183 haec tibi pactast Callicli ⟨huius⟩ -a. TAC. ann. 1, 55 -am . . . alii pactam. 2, 43. TER. Haut. 714 non [*mihi*] committet -am). SEN. benef. 4, 35, 1 promisi tibi in matrimonium -am. PLAVT. Aul. 219 -am tuam mi uxorem posco. PLAVT. Aul. 228 si -am locassim meam tibi (TER. Phorm. 645. CIC. inv. 1, 91 collocasset. Vatin. 28 *et passim*). Aul. 384 quam minimo sumptu -am ut nuptum darem (NEP. Paus. 2, 3 *al.*). Cist. 499 tibi uxorem -am dedero meam (Trin. 1162). Rud. 1213 daturum meam illi -am uxorem. TER. Andr. 148 *et sim. passim. nota*: 830 ut homini adulescentulo . . . -am ut darem in seditionem atque in incertas nuptias. SEN. contr. exc. 7, 6 tit. ille manumisso -am iunxit (collocavit SEN.). PLAVT. Aul. 258 ne quid dotis mea ad te afferret -a. 269 meae me -ae daturum dotem? (Stich. 560 Trin. 157. 1100. CATO orig. frg. 94 dotes -bus suis non dant. *al.*). Aul. 289 cuius ducit -am? (479 pauperiorum -as ut indotatas ducant uxores domum. 613 CIC. Sest. 6. 7 *al.*). PLAVT. Aul. 295 hic non poterat de suo senex obsonari -ai nuptiis? (372. 540. 797 *al.*). TER. Andr. 534 hodie -am meam nubere tuo gnato. Hec. 538 nuptam . . . -am. LVCIL. 849 repudium . . . -ae remisit. CIC. Cluent. 14 cupiditate matris expulsam ex matrimonio -am. LIV. 4, 4, 7 vestras -as sororesque enubere... e patribus. 26, 34, 3 -as, quae enupsissent, priusquam. PLIN. epist. 8, 18, 4 emancipatam -am (MOD. dig. 27, 1, 15, 16 *al.*). GAIVS inst. 1, 175 sibi remancipatam -am. LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230) 4 omnes filios aeque fecit heredes, partitione -ae data. SEN. contr. 2, 2, 4 pater dum nimis amat -am abdicat (QVINT. decl. 259 p. 35, 18 *al.*). VARRO frg. Gell. 18, 12, 9 duas -as regum (SEN. dial. 5, 39, 4 regis -am. PLIN. nat. 7, 132 VAL. FL. 1, 61 *al.*). CIC. Phil. 3, 17 ex libertini -a. NEP. Att. 12, 1 equitis R. -am. SEN. contr. 1, 3, 4 tot principum -ae. LEX Iul. Pap. (dig. 23, 2, 44 pr.) senatoris -a. SEN. contr. 1, 6 tit. archipiratae -a. VAL. MAX. 9, 1 ext. 2 -as dominorum. QVINT. decl. 252 tit. pauperis et divitis -ae (*sic saepe*). SVET. Vit. 6 consularis viri -am. CORP. II 1174 consularis ⟨f(ilia)⟩.

educare *sim.*: PLAVT. Cist. 172 eaque educavit eam sibi pro -a. Epid. 561 -am . . . eductam perdidi. TER. Phorm. 943 eam clam edūcat. Eun. 116 mater . . . coepit studiose omnia docere, educere ita ut⟨i⟩ si esset -a. QVINT. decl. 270 p. 107, 4 alteram -am eduxi.

translate de aetate minoribus non progenitis: OV. met. 10, 467 forsitan aetatis quoque nomine '-a' dixit, dixit et illa 'pater'. Pont. 4, 8, 11 nam tibi quae coniunx, eadem mihi -a paene. ITALA Is. 32, 9 (Tert. adv. Marc. 4, 19) -ae in spe, audite (-ae confidentes VVLG.). ITIN. [Silv.] 20, 9 dic, -a, quodvis (*loq. episcopus*). *item* 20, 12 *al.* VVLG. Ruth 3, 10 psalm. 44, 11 *al.* Matth. 9, 22 *sim. al.* HIER. epist. 6, 2, 1. 22, 26, 1 *al.* 54, 6, 1 in Christo -a. EPIST. pontif. 382 (Coelestin.) Migne 50, 565^A ne quis sacerdos cum -a spiritali fornicatus fuerit (*cf.* 383 p. 565^D).

sententiae: PLAVT. Stich. 96 numquam ... nimis curare possunt suom parentem -ae. LYGD. 4, 51 tantum cara tibi, quantum nec -a matri quantum nec cupido bella puella viro. OV. ars 1, 285 Myrrha patrem, sed non qua -a debet, amavit. SEN. contr. 9, 5, 15 in paternis tabulis -ae (-o *trad.*) locus aut suus debetur aut nullus. SEN. benef. 1, 3, 9 tamquam matri post -as soleat nomen imponi. SEN. dial. 11, 2, 4 omni obsequio et pietate, quanta vel in -a conspici potest. PETRON. 67, 10 plane si -am haberem, auriculas illi praeciderem. LAVD. Matidiae (Corp. XIV 3579) 9 verendo ut -a. APVL. met. 6, 4 nurus, quam -ae semper dilexi loco. VVLG. Ezech. 16, 44 sicut mater, ita et -a eius.

Christiana: TERT. orat. 22 angeli propter -as hominum desciverunt a deo (adv. Marc. 5, 18 p. 642, 21). VVLG. gen. 6, 2 videntes filii dei -as hominum (6, 4 *et passim*). 24, 3 de -bus Chananaeorum (24, 37 *et sim. passim*). 28, 6 de -bus Chanaan (28, 8 *et sim. saepe*). II reg. 1, 24 -ae Israel (*saepe*). IV reg. 19, 21 -a Sion . . . -a Ierusalem (*et haec crebra*). OPTAT. 5, 4 p. 128, 6 deus lavat filios et -as ecclesiae. TERT. cult. fem. 2, 6 absit a sapientiae -bus stultitia tanta. DIONYS. EXIG. inv. cap. Ioh. p. 421^B nefanda diaboli -a (*Herodias*). PASS. Paul. 14 vale, Plautilla, aeternae salutis -a! HIER. epist. 54, 3, 3 anima, quae dei -a nuncupatur. AVG. gen. ad litt. 7, 23 p. 222, 13 angeli aut angelorum -am dicere esse animam (*cf.* 10, 2 p. 298, 4. 10, 3 p. 298, 12). *nota*: AVG. civ. 16, 40 p. 190, 14 D. scriptura consuevit, quae unam quoque -am Ioseph -as nuncupavit. EVCHER. form. 5 p. 32, 1 -a: anima fidelis vel ecclesia.

non de hominibus: HOR. carm. 1, 14, 12 Pontica pinus, silvae -a nobilis. MART. 14, 90 nec silvae -a Maurae (*sed* acer). SYMPH. 286, 54 (*navis*) formosae -a silvae. VAL. MAX. 3, 2 ext. 5 mirificas -as Leuctram et Mantineam relinquo (*verba morientis Epaminondae*). MART. 13, 35 -a Picenae venio Lucanica porcae. 13, 103 Antipolitani ... sum -a thynni (*loquitur muria*). AVSON. 11, 3 p. 323 P. (*echo*) aeris et linguae sum -a. 393, 74 p. 248 Cadmi nigellas -as (*litteras v. s. v.* filiola *p. 751, 54*). AVG. civ. 3, 14 p. 113, 15 D. -a civitas cum civitate matre pugnavit. *ibid.* ab urbe -a. 5, 25 (*Constantinopolim*) ipsius Romae -am (*sim.* quaest. hept. 7, 9 *ad* iud. 1, 27). *de bestiis*: OV. met. 10, 326 fit equo sua -a coniux. ITALA Is. 43, 20 (Tert. adv. Marc. 3, 5) bestiae agri, sirenes et -ae passerum (θυγατέρες στρουθῶν, VVLG. struthiones. -ae struthionum HIER. in Is. 43, 20 p. 520). *cf. Onomast.*

fīliālis, -e *a* filius. *i. q. fili proprius, filium decens*: PS. AVG. serm. 64, 4 -i . . . amore (*in deum*). PS. RVFIN. in psalm. 33, 1 ad -em timorem.

fīliālitās, -ātis *f. a* filialis. *significat 'substantia filialis' 'ein Sohneswesen'*: CANDID. gen. div. 8 *Christus dei* opus, non generatio neque -s, neque filius, neque unigenitus. 9 ab istius modi motione (*spiritus*) -s quaedam repente erumpit.

fīliaster, -stra *m. f.* [*a* filius, -a. *Th.*]. *de forma* filiatr- *v. l. 48. 56.* [*val.* fiastru, *francog. vet.* filastre, *hisp.* hijastro; *fem. val.* fiastră, *hisp.* hijastra. *M.-L.*]. *i. q. privignus (-a) v.* GLOSS. II 580, 21 privignus. IV 442, 28 privignus, qui ante natus est. *contaminatae* II 329, 41 θυγατριδῆς neptis -r. III 254, 14 ἡ θυγατριδῆ neptis -r. *v. Ruggiero, Diz. epigr. III p. 88 sq.* PS. QVINT. decl. exc. Mon. 2 p. 359, 5 (Leh.) noverca, quae nunquam -um diligit naturaliter, sed odit. SCHOL. Hor. carm. 3, 24, 17 (II p. 384 K. *codd. saec. X et XI*) apud nos quidem odiunt novercae filios alienos, apud illos vero eos ita nutriunt et diligunt ut filios, non -os. CORP. III 9500 (*cf.* add. p. 2139). V 2998 sibi et . . . uxori et Saufeio Nigrino -o posterisque suorum. VI 3447. 6713. 7527. 8533. 9041 Naevio Telesphoro filio et Naevio Successo -o. 9475 -o bene merenti. 11791. 14047. 15993. 17423. 32880. 34064. VIII 2848 filiatrum (*errore lapicidae*). IX 4653. X 590. 5454 (= XIV 712). 7526. XIII 2073 *pater* -o et *mater* unico filio. *fem.*: EPIST. canon. (Migne 56, 891) 4 qui incestas nuptias contrahunt, id est matrinam, cognatam vel socrum aut -am . . . in coniugio sibi sociant. EVANG. de nativ. Mar. (Tischendorf[1] p. 104) Cleophas cedit fratri suo Ioseph in uxorem Mariam matrem Christi, quae -a sua fuit. CORP. VI 5600 -ae b(ene) m(erenti). 13101. 13317. 13441. 14050 (= X 2201). 15585. 16934. XIII 1829 pateratus (*i.* patraster *i. q. vitricus*) fIliast⟨rae⟩ suae. XIV 3744. INSCR. Muratori 1958, 6 (*Romae, christ.*) patrater filiatrae (*sic trad.*).

[fīliater, -tra] *v.* filiaster, -stra *l. 48 et 56.*

***fīliātio,** -ōnis *f. a* filius. *de relatione inter deum patrem et Christum*: MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 24 p. 1057^C. 1, 31 p. 1064^B. MAR. MERC. Nest. serm. 2 *et saepius.* AVELL. p. 274, 5. 9. 16. 276, 2. 3. 4. 9 *bis.* 277, 6. 7. 8. 9. 12. 705, 16 CASSIOD. hist. 1, 14 p. 907^D. 910^A. 910^B PS. PRIMAS. in Hebr. p. 732^A. 689^B. *Vollmer.*

filica, -ae *f. v.* filix *p. 759, 39.*

filicātus, -a, -um [*a* filix. *Th.*]. *de etymologia*: PAVL. FEST. p. 86 -a (fel- *pars codd.*) patera dicta, quod ad filicis (*al.* felicis) herbae speciem sit caelata. CAPER gramm. VII 106, 1 felicem, non filicem dicere debemus. unde et felicata (*sic M*; feliciata *B C*) opera priores dixerunt caelata. *de scriptura*: fel- *scripsisse videtur* FEST., *ut probat ordo litterarum apud* PAVL. FEST. (*l. 66*); *item* CAPER (*l. 68*). *in codicum varia memoria fere ubique idem vel traditum est vel latet.*

i. q. figuris filicum speciem praebentibus ornatus (*v. l. 66 et 67; cf. Mau, Privatl. p. 696*): CIC. Att. 6, 1, 13 in -is (felicitatis *trad.*) lancibus et splendidissimis canistris holusculis nos soles pascere; quid te in vasis fictilibus appositurum putem? parad. 11 quid? a Numa Pompilio minusne gratas dis immortalibus capudines ac fictiles urnulas fuisse quam -as (*sic* $A^2 B^2 V^1 F^1$; felicatas $A^1 V^2$; felicitas B^1; delicatas F^2) aliorum (Saliorum *Baiter; v. Thes. gloss. s.* capedo) pateras arbitramur?

?**filicicula,** -ae *v. p. 751, 15.*

filicīna, -ae *f.* (*de -ī- non constat*): PS. APVL. herb. 83 herba radiolum, quam alii -am vocant. GLOSS. III 542, 29 radiolum id est felcina. 574, 67 radiolus id est -a.

filico, -ōnis *m.* [*a* filix. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 86 -es mali et

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nullius usus, a filice dicti (felicones *et* felice *codd. plurimi.* FEST. *sic scripsisse videtur, v. p. 750, 71*).

filicteron (felicteron). *est vox gr.* θηλυπτερίς, *transformata in similitudinem vocis, quae est filix (felix); de ct pro* πτ *cf. etiam* DIOSC. 4, 182 briocteris = *gr.* δρυοπτερίς. DIOSC. 4, 180 de -on. -on aut nimfon aut epion dicunt (*hic et in indice libri* fel- *scriptum*). *cf.* filix *p. 759, 55.*

filictum, -ī *n.* [*a* filix. *Th.*]. *scriptura* fel- COLVM. 2, 2, 8 *SA.* filectum *codd.* PALLADII (*l. 11sq.*). [*raetor.* felet, *hisp.* helecho. *M.-L.*] *i. q. locus filicibus vestitus*: COLVM. 2, 2, 8 *locus incultus* -is aliisve frutectis impeditus. PALLAD. 8 tit. 1. 8, 1 tit. de exstirpandis vepribus et -is. 9 tit. 3. 9, 3 tit. de ... exstirpandis carectis atque -is. 9, 3.

filicula, -ae *f.* [*a* filix *deminutive. Th.*]. fel- *scriptum in codd.*: CATO agr. 158, 1. COLVM. 6, 27, 11 *pars codd.* felicla GLOSS. III 542, 9. filcicula *vel* felcicula GLOSS., filiciculae MARCELL. med. 25, 37 (*L*, filicula *P*). 28, 13 *bis* (*PL*). *cf. gr.*: DIOSC. 4, 131 *RV* φιλίκλα. 4, 135. 187 φιλίκλαμ. 4, 186 φιλίκουλα. *de nomine*: PLIN. nat. 26, 58 polypodi, quam nostri -am vocant. MARCELL. med. 25, 37 herbae pteridis, id est -ae, quae ratis gallice dicitur. GLOSS. adiantus id est -a vel polopodia, qui in arbore nascit. pulitricon id est adiantus id est felce, quae in arbore est. III 542, 9 polypodion id est -a: folia habet simile quomodo †corbuspede. 563, 43 filicroram pollipodia. *cf.* filix *p. 759, 61.* DIOSC. 4, 135 *RV* ἀδίαντον ἕτερον ... Ῥωμαῖοι καπιλλάρεμ, οἱ δὲ πίννουλαμ, οἱ δὲ φιλίκλαμ. 4, 186 πολυπόδιον ... Ῥωμαῖοι φιλίκουλα λουκιτάλις. 4, 187 δρυοπτερίς ... Ῥωμαῖοι φιλίκλαμ. 4, 131 κατανάγκη ... Ῥωμαῖοι ἕρβα φιλίκλα. [*catal.* farigola. *M.-L.*] *describitur* -a, *quae est* πολυπόδιον, PLIN. nat. 26, 58. *in usu est medicinae*: CATO agr. 158, 1 -ae pullum. CELS. 2, 12, 1. COLVM. 6, 27, 11 -a. MARCELL. med. 25, 37 -ae ... radices. 28, 13. *Bauer.*

***fīlietās,** -ātis *f. a* filius, *cf.* υἱότης. *de relatione inter deum patrem et filium* (GLOSS. -s ad habendos filios. *male versa*): MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 27 p. 1060ᴰ. 1, 51 p. 1079 (*opp.* paternitas). gen. div. verb. 30 generationis sive -is. HIER. Didym. spir. 31 p. 130ᴮ *spiritus sanctus* habens filii proprietatem secundum quod deus est, non tamen -em (*male editur* filieitatem), ut filius eius sit. MAR. MERC. eph. synod. p. 191 (*bis*) *et alibi.* CASSIOD. hist. 1, 14 p. 909ᶜ.

fīliola, -ae *f. a* filia *deminutive.* [*it.* figliuola, *francog.* filleule, *hisp.* hijuela. *M.-L.*] *i. q. filia hypocoristice*: PLAVT. Cist. 571 quae educaret eam pro -a sua. 665 nostram -am. Rud. 39 huic -a virgo periit parvola. 106 -am ego unam habui. CIC. Mur. 23 mihi videris istam scientiam iuris tamquam -am osculari tuam. div. 1, 103 -am suam ... osculans (VAL. MAX. 1, 5, 3). Att. 1, 18, 1 cum uxore et -a et mellito Cicerone. 5, 19, 2. 6, 1, 22. 7, 2, 4 -a tua te delectari laetor. 14, 4, 6 mea carissima -a. IVV. 6, 241 utile porro -am turpi vetulae producere turpem. SVET. Tib. 53, 1 nurum ... manu apprehendit graecoque versu 'si non dominaris' inquit, 'filiola (*fuerit* θυγάτριον), iniuriam te accipere existimas?' AVR. Fronto p. 91, 12 N. AMM. 18, 5, 4 qui divitias solas ut -as iucundissimas amplectuntur. MAX. epist. p. 3 -as meas ... intra id monasterii ovile constituas. ENNOD. opusc. 5, 22 p. 399, 11 parvulam -am. CAES. AREL. testam. 61 domnae -ae. CORP. X 4030 (*in cippo*) -a vivit. CARM. epigr. 1070, 1 (= CORP. II 3501) filiola⟨m⟩ amisit pater. 1076 eripuit matri ... crudelis cassus -am e manibus. *nota: pro filio effeminato*: CIC. Att. 1, 14, 5 duce -a Curionis. *translate*: AVSON. 396, 52 (p. 252 P.) Cadmi -is atricoloribus (*litteris v. s.* filia *p. 750, 21*).

fīliolus, -ī *m. a* filius *deminutive.* [*it.* figliuolo, *francog.* filleul, *hisp.* hijuelo. *M.-L.*] *de accentu volgari cf.* COMM. *l. 69.* GLOSS. υἱάφιον ὑποκοριστικῶς. PLAVT. Capt. 876 qui tibi surripuit quadrimum puerum -um tuom. Truc. 640 -um peperit *mulier.* 805 supposivit. :: cui? :: sibi. :: pro -on? :: pro -o. CIC. Att. 1, 2, 1 -o me auctum scito salva Terentia. VAL. MAX. 8, 8 ext. 1 Socrates ... cum parvolis -is ludens. IVV. 6, 390 quid faceret plus aegrotante viro, medicis quid tristibus erga -um? 9, 83 quod tibi -us vel filia nascitur ex me. AVR. Fronto p. 101, 19 N. vidi -os meos. CORP. V 1113 ⟨filio⟩lo infelicissimo. 1808 -o suavissimo. *apud Christianos, praecipue vocative, de minoribus docendis*: ITALA Matth. 9, 2 (Afr.) bono animo esto, -e (τέκνον, VVLG. fili). I Tim. 1, 18 (Tert. praescr. 25) -e Timothee (VVLG. fili). COMM. instr. 2, 26, 6 reddite vos Christo similes, filióli magistro. VVLG. Marc. 10, 24 -i, quam difficile est. Ioh. 13, 33 -i, adhuc modicum vobiscum sum. Gal. 4, 19 -i mei, quos iterum parturio. I Ioh. 2, 1 (*iam apud* TERT. pudic. 19). 2, 12. 18. 28. 3, 7. 18. 4, 4. 5, 21 HIER. in Gal. 6, 10 p. 529 vir. ill. 16 p. 18, 9 Rich. RVFIN. Greg. Naz. orat. index p. 252, 11 Eng. PETR. CHRYS. serm. 61 p. 369ᴬ PALLAD. hist. mon. I 2, 6 PASS. Petr. Paul. long. 63. *Vollmer.*

? **filiosemen** malabracio (μαλάβαθρον, *v. Thes. Gloss. em. s.* folium?) GLOSS. III 568, 51.

? **filistrus** (filtrus? *Götz*) fimbria GLOSS. V 295, 4. *Jchm.*

***fīlius,** fīlī *post* fīliī *m.* [*i. q. falisc.* file (*fem.* filea), *umbr.* fel...; *cf. esse videtur cum umbr.* (sif) feliu, filiu '(sues) lactentes', *lett.* dīle, dēle 'vitellus lactens', *lituan.* pirmdelys 'primus genitus' *et cum* fellare, *ita ut primo lactentem significaverit* (*cf. W. Schulze, Zs. f. vergl. Sprachforsch. 27, 425*), *nisi conectere mavis cum messap.* biliva, bilia 'filia'. *Th.*]. *vera scriptio* fil- *cum sescenties tradatur in Plauti et Terenti codd. et in titulis, etiam in antiquissimis ut* CORP. I² 555 (*speculum Praenest.*) Tasei filios. I² 9 *elog. Scip.* filios Barbati. I² 37 fi(lios) *bis.* I² 60 filea. I² 561 fileai. I² 1216 filius. I² 1328. 1529, 14. 1744. 1751. 1760. 1771. 2215. LEX repetund. (Corp. I² 583) *ter* filius; CORP. XI 1420, 7 (*a. 4*); *passim in* MON. Ancyr. CORP. I² p. 189 filia — *male scriptum est* feil-: CORP. I² 1799 (*nom. plur.*) feilei. I² 623 = III 582 (*a. 44 a. Chr.*) *gen.* feili. I² 1215 v. 1 feilia (*at* v. 11 filiam), *item* 1253. IX 5629 (= CARM. epigr. 153). *porro* XI 4805 fei⟨l⟩ieis. XII 2600 (*post a. 27 a. Chr.*) feil(io). 2665 feilio *et* feilia. 5095 feilius; *semel etiam in* PLAVTI *Ambrosiano scriptum est* feilias Poen. 1239. [*vix recte* RHET. Her. 1, 12, 20 *Marxius scripsit* feilius]. *nota etiam* ī *in longam*: MON. Ancyr. 6, 10 CORP. X 3734. XIV 3608, 19 *et passim in* CORP., *etiam* I *cum apice.* — *scriptio* fel- *sequioris est aevi*: INSCR. Jahreshefte d. österr. arch. Inst. 11 (1908) p. 80 feliae. INSCR. christ. Rossi I p. 11 (*a. 269*) φελεις *i.* felie. CORP. III 15035. XIV 1011. *item male scriptum*: fill-: CORP. III 14092. XII 2246. XIII 6114. 6125 INSCR. christ. Brit. 13. FÍLIO CORP. X 6100 *in titulo ubi male ponuntur apices, item* XII 4097 filiá. *cf.* VIRG. gramm. epist. 1 p. 113, 15 multi dicunt 'fillius' pro eo quod sit 'filius' sicut Maceronto graecus discipulus. *nota etiam in carmine inerti* CORP. III 4487 fīlio. *inepte* GRAMM. suppl. 213, 2 'fidius' pro 'filius'. *de formis Etruscis(?)* fius, fia *v. Lattes, Archiv 13, 377 sq.* **de formis** *praemittendum gen. plur.* filiorum *non legi ante* CIC. (*primum* S. Rosc. 64, *praeterea* 7ⁱᵉˢ), *poetis autem in versibus dactylicis componendis formas creticas* filio, filium, filii, filiis, filios *non idoneas aut molestissimas fuisse ideoque factum esse ut vocabulum* filius *omnino ex epicorum sermone fere pelleretur. cum enim apud* PLAVT. *legatur* filius 66ⁱᵉˢ, *apud* TER. 17ⁱᵉˢ; fili: PLAVT. *quater*, TER. *bis*; filio: PLAVT. 66ⁱᵉˢ, TER. 12ⁱᵉˢ; filium: PLAVT. 82ⁱᵉˢ, TER. 41ⁱᵉˢ; filii: PLAVT. 6ⁱᵉˢ, TER. *quater*; filiis: PLAVT. *ter*, TER. *bis*; filios: PLAVT. 7ⁱᵉˢ, *in dactylicis versibus legitur* filius: CATVLL. 78, 2 VARRO Men. 226, 2 VERG. 15ⁱᵉˢ, HOR. 10ⁱᵉˢ, TIB. *semel*, LYGD. *semel*, PROP. *bis*, OV. 19ⁱᵉˢ, MANIL. *bis*, PERS. *semel*, PETRON. *semel*, VAL. FL. *semel*, HOMER. *semel*, STAT. *semel*, MART. *bis*, IVV. 11ⁱᵉˢ; *gen.* fili: EPICED. Drusi *semel*; *voc.* fili: POMPIL. epigr. 1, 2, *omnino deest vocabulum apud* LVCR. GRATT. SEN. trag. LVCAN. CALP. SIL. *in versibus iambicis vel logaoedicis extat* filius *apud* CATVLL. *semel*, VARRO Men. *semel*, PVBLIL. *semel*, VERG. priap. *semel*, HOR. carm. *quater*, PHAEDR. *semel*, MART. *ter*; *gen.* fili: CATVLL. *semel*; filio: PRIAP. *semel*, PHAEDR. *semel*; filium: ENN. scaen. *semel*, HOR. carm. *semel*, PHAEDR. 5ⁱᵉˢ, MART. *ter*; *voc.* fili: CATVLL. *bis*; *nom.* filii: VARRO Men. 271, 2; filios: PACVV. trag. *semel*, MART. *ter.* *addo quod* COMM., *securus ille quantitatis, exhibet* filius 8ⁱᵉˢ, filio *ter*, filium 7ⁱᵉˢ; *voc.* fili *ter*; *plur.* fili *quater*, filiorum *semel*, filiis *semel*, filios 7ⁱᵉˢ. *substituerunt poetae voci* filius *varia* (*de nomenclatione v. p. 754, 40; de vocativo* gnate *p. 753, 8*): (g)natus *inde ab* ENNIO (scaen. 82), creatus (ENN. ann. 627 *al. v. vol. IV p. 1160, 8*), cretus (*inde a* VERG.; *v. vol. IV p. 1184, 34*), puer (ENN. scaen. 44 *al.*), sanguis (ENN. ann. 113 *al.*), genus, progenies, stirps, propago, partus, pignus, proles, suboles. *al.* *de terminationibus*: **nom. sing.** *in* -os *praeter titulos antiquissimos legitur etiam* CORP. VIII 132 filios *iuxta* filius. 21792 (*a. 458*). filius *primum* LEX repetund. (Corp. I² 583) 2. 3. 17. filis: CORP. IX 2124 (*legit Dressel*). **gen. sing.** filī *metro constat* PLAVT. Capt. 98 Epid. 289. 388. 704 TER. Phorm. 244 Haut. 908 CATVLL. 39, 4 EPICED. Drusi 6 VEN. FORT. carm. 9, 7, 73 *et legitur in titulis his*: CORP. II 1460. 2774. 3265. 3453. 3570. 3728 filI. 5026. III 582 (*a. 44 a. Chr.*) feili suei. IV 3884 *bis* fIII. 6931. VII 191. IX 23. 2229. 2875. 3314 (*a. 271*). 5167. X 1804. XI 1420 (*a. 4 p. Chr.*). 4582. XI 5749, 17 (*a. 261*). XII 118. 120. XIV 353. *formam* filii *in schemate declinationis dat* GRAMM. suppl. 104, 29, *item puer pinxit in pariete Pompeiano* IV 1852ᵃ filius filii; *tituli pauci habent* CORP. XI 6225 (*ineunte saec. I*) filiI, *item* II 46. *ausus est praeterea auctor argumenti Epidici Plautini in* v. 3. *restituendum igitur etiam apud prosarios bonae aetatis utique* fili. **dat.** filiu *in titulo barbaro* CORP. VIII 3899 filiu nostru Iovinu. **abl.** filiod *habes in titulo* CORP. I² 42 = XIV 4270. *de* **vocativo** *ambigunt grammatici*: **plene** PRISC. gramm. II 305, 5 in '-us' desinentia ... in '-e' faciunt vocativum ... excipitur unum, quod tam in '-e' quam in '-i' facit vocativum, quamvis sit appellativum, 'o filie' et 'o fili'. Livius Andronicus in Odisia: 'pater noster, Saturni filie' (frg. 2), Catullus autem (37, 17) 'tu praeter omnes une de capillatis *cuniculosae Celtiberiae fili'. Terentianus de syllabis (283): 'haec prius, [tu] Bassine fili, et tu, gener Novate mi'. *eadem* (*exemplis omissis*) III 448, 1. GRAMM. suppl. 104, 29 'o filius' et 'o fili' vel 'filie', 99, 31 'o filius' vel 'o fili', *cum ceteri grammatici solum* 'o fili' *admittant*: SERV. gramm. IV 409, 16 EXPLAN. in Don. gramm. IV 497, 5 FRG. Bob. gramm. V 556, 15. *nom.* filius *pro vocativo solet agnosci* HOR. sat. 1, 6, 38 tune, Syri Damae aut Dionysi filius, audes *et* carm. 1, 2, 43 almae filius Maiae, *utrubique malo attributum causale statuere.* *exempla formae* fili *in carminibus praeter a Prisciano allata non vidi nisi* POMPIL. epigr. 1, 2 CATVLL. 33, 2 *et* 33, 8 COMM. instr. 21, 1 apol. 379. 449, *in titulis solum* CORP. XII 4938, *apud prosarios inde a* CATONE: Marce fili (frg. 1. 6, 14) *haud pauca, ut* CIC. off. 1, 1 te, Marce fili (1, 15. 78. 2, 1. 3, 1. 121, *at* 1, 3 mi Cicero). LIV. 23, 9, 2 te, fili. 24, 44, 10 SEN. contr. 1, 4, 10. 11. 1, 7, 10. 2 praef. 3 Mela, fili carissime. 2, 6, 13 contr. exc. 3, 4. 8 contr. 9, 4, 2 *bis.* 9, 4, 3. 5 *bis.* 9, 4, 16 VAL. MAX. 2, 2, 4. 7, 2 ext. 10 QVINT. decl. 315 p. 242, 27. 335 p. 320, 11. 321, 7. 349 p. 374, 8 FRONTO p. 191 N. p. 192 *[Vollmer]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

have mi domine, fili carissime. APVL. Plat. 2, 1 Faustine fili. met. 4, 12. 6, 22 tu, domine fili (*Iupp. ad Cupidinem*). 9, 27 *al. nusquam ante* FRONTONEM p. 194, 3 N. *et* AVG. *legi* mi fili (mea filia *v. p. 747, 4 sqq.*). *crebrum in* VVLG. *est* -i mi: gen. 22, 8. 27, 1. 8. 13. 20 (-i mi David *ex. gr.* I reg. 24, 17 *al.*) *et passim, praecipue in* prov., *at* -i *nudum apud* Sirach; *nota* II reg. 18, 33 -i mi Absalom, Absalom -i mi, *ubi bis* -us meus *habet* Hier. epist. 39, 4, 1, AVG. civ. 2, 1 p. 54, 5 D. mi -i Marcelline. *in comoedia antiqua semper* (g)nate mi: PLAVT. Asin. 830. 882 Aul. 694 Capt. 1006 *bis*. 1021 Merc. 367 Trin. 282. 353. 1180 TER. Hec. 456. 577. Haut. 1060. mi (g)nate: PLAVT. Asin. 829 TER. Hec. 605 Haut. 1028 Nov. com. 3. 17. o mi gnate: TER. Hec. 352. (g)nate: ENN. scaen. 291 PLAVT. Pseud. 243 *ter*. TER. Haut. 843. 1065 PACVV. trag. 67. 282. 400 CATVLL. 64, 215. 216 CIC. carm. frg. 33, 23. 28 VERG. georg. 4, 396 *et saepe*; Ov. *alii*. o (g)nate VERG. Aen. 6, 868. ***nom. plur.*** filii: NAEV. carm. frg. 20, 3 PLAVT. Bacch. 1204 Capt. 7 Men. 18. 1118 Mil. 717. 1081 TER. Phorm. 819 Ad. 46. 807. 867 VARRO Men. 271, 2 ARGVM. Plaut. Men. 1, *nullum praeterea in versibus exemplum. in titulis vetus forma* feilieis: CORP. I^{2} 1536 M. C. Staidieis M. feilieis. I^{2} 2105. filis: IX 1705 (*post imp. Claud.*). 2617. 3816. 3978. filiei: CORP. I^{2} 1612. 1751. X 1153. filii: CORP. VII 409. IX 2437. XIII 6806 INSCR. christ. Rossi I p. 564 (*a. 406*). filei: CORP. I^{2} 1760. feilei: I^{2} 1799. fili *vel* filI: II 408. 659. 670. 904. 2805. 3085. 3166. 4982. 5072. 5433. III 5961. VI 9661. VIII 341. 2185. 3889. IX 217. 290. 994. 1327. 1442. 1506. 1511. 1705. 2485. X 5939. XII 1816. 3466. 3635. XIII 4167 *alibi*. COMM. instr. 2, 17, 8 apol. 674. 732. 735. *volgariter* filios *pro nom.*: CORP. VIII †21540 cui -os et nepotes obitum fecerunt. ***dat. abl.*** *plur.*: filiis: NAEV. com. 111 PLAVT. Bacch. 1206. 1210 Capt. 367 TER. Haut. 991 Phorm. 71 COM. inc. 50 COMM. instr. 2, 16, 7, *nullum praeterea in versibus exemplum nisi* fIlieis: CARM. epigr. 154 (= CORP. XI 6413). *in titulis*: filiei⟨s⟩: CORP. III 6573 (= INSCR. Baiu. 401). filiis: CORP. II 748. 3297. 6253, 2. X 6503 INSCR. christ. Rossi I p. 385 (*a. 390*). fileIs: CORP. IX 5185. fileis: CORP. X 6258 INSCR. Comptes rendus de l'acad. des inscr. 1906 p. 22. filis *vel* filIs: CORP. II 1569. 2538. 3877. 6253, 1. III 6147. 10347. V 2982, 6. 4762. 4886. VI 16483 ACT. Arv. a. 80, 10 CORP. VII 100. 266. VIII 319. 2762. 3036 *et saepius*; IX 1938. X 563. 3011 *bis*. 3335, 8 (*dipl. a. 247*). 3734 (*saec. I*). 5609. 7621. XI 3276. 5548. 6146, 15. 6168, 10. 6929. XII 388. 911. 2734. 3699. XIII 3545. 7678. 8268. XIV 645. 2547 INSCR. Röm.-Germ. Korr.-Bl. 1912 p. 77 Class. Rev. 1904 p. 73. *volgariter*: filibus: CORP. III 7535. 15159. VI 13176 filibus suibus. 18107. VIII 9101. 21533 (*a. 434*). IX 2082^{c}. XIV 849. [*val.* fiñ, *it.* figlio, *francog.* fils, *hisp.* hijo 'filius', *val.* fie, *it.* figlia, *francog.* fille, *hisp.* hija 'filia'. *M.-L.*]

I ***in nomenclatione:*** *patris nomen additur* (*cf.* LEX repetund. [Corp. I^{2} 583] 14. 17 quos legerit, eos patrem tribum cognomenque indicet. LEX Iul. munic. [Corp. I^{2} 593] 146. PLIN. nat. 22, 38 cui et quorum -o) *inde ab antiquissimis monumentis*: CORP. I^{2} 18 P. Corn⟨elios⟩ L. f. *vel* I^{2} 20 ⟨M. Aim⟩ilio(s) M. f. *vel addito cognomine* I^{2} 6 ⟨L. Corneli⟩o(s) Cn. f. Scipio: *hoc ordine* (*sc. postposito* -us, *quia primitus deerat: cf. Mommsen, Röm. Forsch. 1 p. 6 et v. infra l. 64 sqq.*) *et per notam* F. *milies in titulis et codd. antiquis; perscriptum* FILIVS *ter in elogiis Augustei aevi* CORP. I^{2} 1 p. 189 *ut* Romulus Martis -us, *praeterea* II 3606 (*sed testimonium non fidum est*). VII 191 Sacri, Brusci -i. X 1564 (*schedae*) M. Nemoni M. -i Tugurinus et Sabinus Felix. XIV 2522 L. Sextilio L. f. Proculo -o Satyri. 3607 P. Plautius Pulcher, triumphalis (*sc.* Plautii) -us. II 3688. III 7654. 8203. XII 2277. 2473°. 5804. *cf.* X 1564 M. fili(us); *tribus litteris* FIL *crebro, ut* V 875 (*a. 105*) C. Minicio C. fil. Vel. Italo *vel* XI 5395 (*saec. II*) C. Alfio C. fil. Ser. Clementi *vel* XIII 5708 II 3 Sex. Iul. Sex. Iuli Aquilini fil. XIV 1801 (*ex. gr.* V 829 *in nomine graeco*); *duabus litteris* FI: CORP. I^{2} 37 M. Mindios L fi. P. Condetios Va. fi. *et in faliscis* XI 3159 Tito Acarcelinio Ma. fi. 3162, 1 Voltio Folcozeo Zextoi fi. *una littera* F *est etiam pro duali vel plurali*: SENT. Minuc. (Corp. I^{2} 584) 1 Q. M. Minucieis Q. f. Rufeis, *item* CORP. I^{2} 664. 1527. 1531. 1814. 2323 *al. de usu antiquiore et Graecorum et Oscorum, quo genetivo patris non additur* f(ilius), *v. Bücheler, Rh. Mus. 39 (1884) p. 410 sq.; Mommsen, Staatsr. III p. 207: exemplum unum antiquissimum* CORP. I^{2} 400 (= X 4719) V. Autrodiu(s) C. *et* S. Racectiu(s) S(puri) (*falso huc rettulerunt* I^{2} 2131). *praeterea* IV 595 Q. Spedius Q. X 4014 Anthus Suetti. 8323 Germanus Nepotis. *saepe in provinciis, v. indices Corp. II p. 1200. III p. 2598. 2681. XII p. 962. non desunt exempla ordinis mutati; velut* XIV 1568 M. Salinator Sabinus M. f. 1801 C. Voltidi Aemiliani C. fil. 2973. 3473 *vel* XIV 2105 A. Castricius Myrio Talenti f. 2522 L. Sextilio L. f. Proculo -o (Sextilii) Satyri. 3607 P. Plautius Pulcher (Plautii) triumphalis -us. *vel ex provinciis* II 680 L. Coiutius Camali f. 750 Popillio Flavo Campani f. (*plura exempla v. ind. p. 1200*) *vel pleno patris nomine* II 1177 ... Caecilio C. Caecili Silvani -o Virgiliano. 2446 Quartus L. Tusci Valentini f. 4200 *al.* 934 M. Palphurius Lamiinus M. Palphuri Iasi f. 4201. *hic illic* -us *et* filia *nominibus additur, ut distinguantur homines cognomines*: CORP. I^{2} 216 *et* 217 L. Oppi(us) L. f. Flacus patr *et* L. Oppi(us) L. f. Flacus -us. 1744$^{a.b}$ L. Scribonius L. f. Lib(o) pater, L. Scribonius L. f. Libo f. *vel* fil. 1924 C. Turpidi(us) P. f. Hor., ⟨C. Tu⟩rpidius C. f. Severus f. IX 1042 Cn. Mucio C. f. Ste., C. Mucio Cn. f. f(ilio) Ste. Rufo, Cn. Mucio Cn. f. f(ilio) Ste. Basso (*in his nota ordinem*), Perenniae Maximae uxori M. Mucius C. f. Ste. frater fecit. II 1129 L. Raio L. f. Serg. Plebeilo f. ... ex testamento Plebei patris. 1356. 3269. IX 1697 *et alibi in serie nominum eiusdem gentis. non additis aliis nominibus, ex. gr.* V 2852 ... ulcio L. f. fi⟨l⟩io. IX 2135 M. Munatius M. f. -us. 4288. 6394. XI 2303 C. Cavius L. f. -us. *al. cf. etiam* X 1453 M. M. Remmios Rufos patr(em) et fil(ium). *crebra est formula* Sp. f. (*perscriptum hic illic, ut* V 6118 Spurii fil⟨i⟩. IX 2996), *qua denotantur qui patre legitimo carent* (*cf.* GAIVS inst. 1, 64): *ut* CORP. I^{2} 1888 M. Vergilius Sp. f. Rufus. XIV 1808 Q. Volusi Sp. f. Lem. Anthi ... Q. Volusius Q. l(ib). Anthus pater fecit. V 3804 (*protome mulieris*) P. Valerius Spuri f. Montanus vivus fecit matri et patri Ilarioni. X 1138 C. Mamercio Sp. f. Ianuario ... P. Paccius Ianuarius -o naturali et ... mater ... -o. V 2523 T. Aretio Proculo spurio Modestae lib(ertae) f(ilio). *v. Mommsen, Corp. V ind. p. 1213 et ind. X p. 1187. XIV p. 599 multa exempla; etiam* III 11562—64. *de tribubus eorum v. Mommsen, Staatsr. III p. 443; Ruggiero, Diz. epigr. III p. 89 et 87. matris nomen* (*cf. Bücheler, Rhein. Mus. 31 [1876] p. 344; 39 [1884] p. 413*) *non additur nisi* (*apud Tuscos cf.* CORP. I^{2} 2023 C. Proeni(us) Titiae nat(us) *et*) *in servis*: CORP. IX 2398 Iucundus, Piladis ser(v)us, Quartas -us, *vel humilibus*: II 3688 Sergius Ingenus Sergiai Caesulai -us. III 4733 Cupitianus Cupitines f. Cupitine et Asellioni parentibus. *more Gallico*: INSCR. Raetiae 260^{A} Gemellus Gemelle -us. CORP. XII 1626 Iuliani Verinae fil. 2726 Marcellino Marcellae -o. 2873 Iullini Mariae -i. *nota in devotione* XI 1823 qui est fi⟨liu⟩s Sallusties Veneries. *raro parentum nomina coniunguntur*: CORP. II 866 Eligius Flavius Flavini et Flaccillae f. III 6816 C. Novio C. Novi Prisci cos. et Flavoniae Menodorae fil. 7564 Ti. Claudio Tertullo Claudi Tertulli et Laberiae Chrysaidis -o. 8203 Sex. Caelidius S. C. Lupi et Mataurae Cominiae fili⟨us⟩. XII 2277 Q. Iuventio Victoris et Paulinulae -o Cassiano bimo. 2473° (*saec. I*) L. Pompeio Campano Campani et Sentiae -o. 5804 L. Annio Tullo c(larissimo) p(uero) L. ⟨Anni⟩ Tere⟨tina⟩ Longi c. v. et Vibiae Se⟨...⟩ c. f. -o. *alia est formula apud Tuscos antiquior ut* CORP. I^{2} 2016 (*bilinguis* = XI 2299) C. Caesius C. f. Varia nat(us) *vel* I^{2} 2019 (= XI 2385) C. Petronius C. f. haruspex Crispinia natus (*item* I^{2} 2021. XI 2260. 2472 *al. nota* 2485 L. Venetii Vel. f. Arria n.). I^{2} 2030 L. Veisinnius L. f. p(ater) Titia gnatus *sim. nota* CIC. p. red. in sen. 37 Scipiones, Metellarum (-orum *trad.*) -ii. Brut. 212 istius Liciniae -um. Att. 5, 21, 14 Postumiae -o. 12. 24, 2 P. Crassus Venuleiae -us. epist. 9, 21, 3 de hoc amico meo, Rubriae -o *et alia. ad poeticas nominum circumscriptiones excerpsi haec*: CORP. I^{2} 7 Cornelius Lucius Scipio Barbatus Gnaivod patre prognatus. I^{2} 9 Luciom Scipione -os Barbati. I^{2} 10 te in gremiu, Scipio recipit, terra, Publi, prognatum Publio, Corneli. ENN. ann. 303 orator Cornelius ... Cethegus Marcus ... Marci -us. POMPIL. epigr. 1, 2 te ..., -i Potoni. CATVLL. 33, 2 Vibenni pater et cinaede -i. VERG. catal. 9, 36 Tarquinii ... -us atque pater. HOR. sat. 1, 6, 38 tune, Syri, Damae aut Dionysi -us. ars 327 dicat -us Albini. *nomina graeca latine formata*: PLAVT. Asin. 344 -um Stratonis ... Demaenetum. 522 Argyrippum -um Demaeneti. *et passim, etiam in Punicis* Poen. 997 Hannonem ... Carthaginiensis Muthumbalis -um. 1072. *exempla nominum mythicorum sunt*: LIV. ANDR. Od. frg. 2 Saturni -e. 23 -us Latonas. NAEV. carm. frg. 20 Runcus atque Porporeus -ii Terras. PLAVT. Amph. 30 qui Iovis sum -us. LVCIL. 1313 Neptuni -us (*Polyphemus, at* VARRO Men. 226 *Busiris*). VERG. Aen. 1, 325 Veneris . . . -us (*Aeneas*). 9, 199 Mantus et Tusci -us amnis. *et passim similia. ex oratione prosaria*: CRASSVS ap. Cic. de orat. 2, 223 ego et M. -us. CIC. Cluent. 141 ego et Brutus -us. VARRO rust. 1, 2, 22 Sasernarum patris et -i. CIC. Phil. 11, 31 regem Deiotarum patrem et regem Deiotarum -um. Sull. 19 Marcellis, patri et -o. Arch. 6 cum Q. Catulo et patre et -o. *ibid.* Metello illi Numidico et eius Pio -o. Brut. 99 duo C. Fannii C. M. -ii. epist. 13, 8, 1 L. Sestius ... -us P. Sesti. 13, 40 L. et C. Aurelios L. -os. 14, 14, 2 Quintus pater et -us (16, 3 tit. 16, 6, 7). *talia passim.*

II ***in sermone liberiore*** (GLOSS. υἱός, τέκνον, nati, liberi): *exempla antiquissima aliquot*: LEX XII tab. (Cic. leg. 4, 2) si pater -um ter venum duvit, -us a patre liber esto. FORMVLA ap. Gell. 5, 19, 9 potestatis ... uti patri endo -o est. LIV. ANDR. carm. frg. 2. 23 ENN. ann. 305 scaen. 420 NAEV. com. 96. PLAVT. Aul. 16 -us ..., pater. 21 -um pariter moratum ut pater avosque huius fuit. Bacch. 1175 -um concastigato. 1210 ut apud lenones rivales -iis fierent patres. Capt. 316 quam tu -um tuom, tam pater me meus desiderat. Cas. 51 pater -usque. 289 uxor -usque. Pseud. 422 iam illi fe⟨tet⟩ -us. Trin. 1075 -um atque filiam. *et milia. non certa doctrina*: DIFF. Suet. p. 277 '-ii' omnis condicionis intelleguntur tam servi quam ingenui, 'liberi' autem non dicuntur nisi qui ab ingenuis nascuntur. *nota*: BRVT. Cic. ad Brut. 1, 13, 1 sororis meae liberos obliviscaris esse Lepidi -os.

A ***ad matrem***, *quae lactavit, et res naturales non multa referunt vestigia* (*Bücheler, Rhein. Mus. 39 [1884] p. 412*): PLAVT. Amph. 1136 (*loq. Iupp.*) concubitu gravidam feci -o. Curc. 221 (*per iocum*) geminos in ventre habere videor -os. Asin. 931 (*mater loquitur*) bellum -um. Cas. 314 era ... tu -usque tuos. Poen. 1144 matrem hic salutat suam, haec autem hunc -um. TER. Haut. 1025 mater ... dictus -us tuos vestra voluntate. Ad. 974 tuo nepoti huius -o hodie prima mammam dedit haec. CIC. inv. 1, 18 non ... abs te -o matrem necari oportuit. 1, 31 (*inter probabilia*) si mater est, diligit -um. SEN.

[*Vollmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

contr. 1, 4, 9 utrimque -i nomen audio; pater...mater. PHAEDR. app. 3, 3 una in cunis parvom habebat -um. CVRT. 5, 2, 22 scio apud vos (*Persas*) -o in conspectu matris nefas esse considere. VVLG. gen. 21, 7 quod Sara lactaret -um (I reg. 1, 23). Ruth 1, 11 num ultra habeo -os in utero meo. II reg. 16, 11 -us meus qui egressus est de utero meo. *similia passim. nota*: VVLG. IV reg. 19, 3 venerunt -ii usque ad partum, et vires non habet parturiens. Iob 19, 17 -os uteri mei. HOR. sat. 1, 3, 46 -us...abortivos. *verba de matre*: PLAVT. Amph. 480 illa pariet -os geminos duos. 718 istam tibi parituram -um (720. 1070. 1088 Truc. 522 TER. Haut. 1022 VVLG. gen. 3, 16 *et passim*). CIC. Tusc. 1, 102 idcirco genueram (*mater de filio*). QVINT. inst. 6 pr. 4 duos enixa -os (SVET. Tib. 4, 3). APVL. met. 5, 29 te meliorem -um alium genituram (VVLG. gen. 30, 20 *et passim*). VVLG. gen. 30, 10 qua ... edente -um. VARRO rust. 2, 10, 9 *virginibus* vagari liceret et -os habere. LIV. 2, 40, 8 nisi -um haberem (*praecedit* nisi peperissem). 40, 4, 2 filiae singulos -os parvos habentes. SEN. contr. 9, 6, 20 si proprios habuisset -os noverca. QVINT. inst. 7, 6, 3 quae -um habebat, prostare coepit. CORP. III 872 Aelia ... creavi⟨t fili⟩os VII. *nota griphum*: CARM. epigr. 42 mater ferebat -um similem sui. OV. am. 1, 13, 33 erat tibi (*o mater*) -us ater. CIC. inv. 2, 144 -um suom, quem ex tyranno habebat. Cluent. 22 *Dinaea* -os habuit M. et N. Aurios et Cn. Magium. SAB. Gell. 7, 7, 8 in illius locum Romulus Accae sese -um dedit. *verba de patre*: PACVV. trag. 403 -os sibi procreasse eundem per Calypsonem autumant. CIC. rep. 2, 34 cum de matre familias ... duo -os procreavisset (VAL. MAX. 7, 7, 3 procreato -o. GAIVS inst. 1, 29 *et passim*). LIV. 1, 34, 2 uxore ducta duos -os genuit (VAL. MAX. 5, 6, 6 *et alibi*). FEST. p. 269 quod ex Rhome suscepisset -os. SEN. contr. 1, 8, 14 negabat patri abscidendam spem -i in perpetuom. 2, 1, 3 dives sustulit unum -um. 2, 4 tit. ex illa (*meretrice*) sustulit -um (*et alibi*). VAL. MAX. 8, 13 ext. 1 ut post sextum et octogesimum annum -um generaret (PLIN. nat. 7, 61). SEN. benef. 3, 35, 1 pater dedit -o vitam (3, 35, 5 *et al.*). SVET. Otho 1, 3 ex Albia Terentia ... duos -os tulit (Dom. 3, 1 *al.*). *ille* est *illius* filius: PLAVT. Amph. 30 qui Iovis sum -us. Poen. 1072 ut tu sis Iahonis -us. CIC. Verr. 4, 162 si est tuos natura -us, consuetudine discipulus. Phil. 13, 13 est eius patris -us, qui. CVRT. 10, 6, 11 esse a Barsine regis -um. *et passim*. PLAVT. Cas. 35 senex..., ei est -us. TER. Haut. 181. 217. VERG. Aen. 7, 50 -us huic ... proles que virilis nulla fuit. HOR. sat. 1, 3, 46 si cui -us est. *sim. passim*. TER. Haut. 93 -um ... habeo. CIC. S. Rosc. 42 cum duos -os haberet. *et passim* (*nota* MART. 1, 84, 1 uxorem habendam non putat Quirinalis, cum velit habere -os). PLAVT. Truc. 865 tibi esse ... -um ex sponsa tua. VARRO rust. 1, 17, 5 conservas e quibus habeant -os. 2, 5, 5 -os Neptuni a Menalippa. CIC. Caecin. 11 quem habebat e Caesennia -um. Cluent. 27 cum haberet ex Novia ... -um (*sic passim*). LIV. 45, 15, 1 eos, quibus -us ... ex se natus esset. QVINT. decl. 300 p. 182, 15 apud communem -um iudicem ream adulterii fecit maritus uxorem (319 p. 252, 10 TAC. ann. 1, 40 *et alibi, ut* SCAEV. dig. 35, 2, 25 pr. *etiam in titulis ut* CORP. III 6147. 10347. 10505). *de generatione passive dicta*: PLAVT. Capt. 7 seni huic fuerunt -ii nati duo (Men. 18 *et passim*). TER. Hec. 832 Philumenam compressam esse ab eo et -um inde hunc natum. Ad. 46 uxorem duxit, nati -ii duo (867 *et passim*). VARRO Men. 543 si ... mihi -us unus pluresve ... gignantur. CIC. inv. 2, 122 si mihi -us genitur unus pluresve. Q. Rosc. 30 ex improbo patre probum -um nasci. de orat. 1, 183 ex utraque -us natus esset. NEP. Iph. 3, 4 -um reliquit ex Thraessa natum. CVRT. 10, 7, 8 -o ex Roxane futuro.

fratris -us *sim.*: PLAVT. Poen. 125 sui fratris -um. 952 mei fratris -um. 1257 hic est cognatus vester, huiusce fratris -us. 1325 TER. Phorm. 253. AFRAN. com. 162 *et passim*. CIC. Rab. perd 8 sororis -um (Flacc. 89 Phil. 2, 14 Sest. 111 *passim; nota* TAC. Germ. 20; GLOSS. ἀδελφιδοῦς). Mur. 76 cum esset Tubero eiusdem Africani sororis -us. FEST. p. 230 propius sobrino mihi est -us et consobrinae meae -us (-a *trad.*); *cf.* p. 297. SVET. Nero 35, 5 Tuscum nutricis -um. GAIVS inst. 1, 156 patrui -us. 1, 156 materterae -us non est mihi agnatus, sed cognatus. -us *nude dicitur pro genero*: SVLP. SEV. chron. 1, 35, 8 epist. 3, 3. *pro privigno*: CORP. X 3013 patraster -o ben. mer.

B *epitheta de numero*: PLAVT. Amph. 480 -os geminos duos (1070. 1088 Men. 18). Capt. 7 -ii ... duo (Men. 1118 TER. Ad. 46 *passim*). Curc. 221 geminos ... -os (Men. 1120 Mil. 717). Mil. 717 trigemini. Bacch. 407 -um uni⟨ce⟩ unicum. Cas. 264 ille unicust mihi -us. TER. Haut. 93 -um unicum ... habeo. CIC. inv. 2, 122 unus pluresve *v. l. 53*. Cael. 79 hoc unico -o (S. Rosc. 41 Phil. 9, 12 Att. 10, 9, 2 *passim*). PROP. 2, 18ᵇ, 34 et tibi sim -us unus ego. VAL. MAX. 9, 1, 9 -um ..., quem ... solum ... habebat. VVLG. gen. 22, 12 unigenito -o tuo (*Isaac*; 22, 16 *et passim*). LIV. 40, 4, 2 filiae singulos -os parvos habentes. CIC. Brut. 81 cuius IV -ii consulares fuerunt. SEN. dial. 5, 16, 4 Pythio quinque -orum patri. LIV. 42, 34, 4 sex -ii nobis, duae filiae sunt. LIV. 23, 30, 15 -ii tres, L. M. Q. PLAVT. Men. 1118 vos tum patri -ii quot eratis? TERT. anim. 6 Graeca quaedam quinionem enixa -orum. *per iocum*: PLAVT. Bacch. 973 Priamus hic multo illi praestat: non quinquaginta modo, quadringentos -os habet (*sc. nummos*).

epitheta de aetate: PLAVT. Capt. 952 meo minore ... -o (TER. Eun. 209 LIV. 39, 35, 2 *et alibi, etiam in titulis ut* CIL XIV 2523). *nota* HIER. epist. 21, 8, 1 iunior (21, 13, 1 minor) *al.* PLAVT. Men. 1119 uter eratis, tun an ille, maior? :: aeque ambo pares. TER. Ad. 462 maior -us tuos Aeschinus. CIC. rep. 2, 46 maior eius -us. CAES. civ. 3, 108, 3 ex duobus -is maior (LIV. 29, 29, 7 VAL. MAX. 5, 10 ext. 2 *al.* VVLG. Luc. 15, 25 senior *et* 15, 13 adulescentior). NEP. Dat. 7, 1 maximo natu -us (LIV. 45, 6, 9). SCIP. min. or. frg. Macr. sat. 3, 14, 6 -um non minorem annis XII. VVLG. II par. 22, 1 minimum. RHET. Her. 4, 39, 51 -ii parvi. CIC. Phil. 1, 31 tuos parvos -us (*passim*). Catil. 4, 3 parvolus -us. Verr. 5, 61 -os pueros. Att. 6, 6, 4 -us puer (*et passim*). LIV. 29, 29, 7 puero admodum. CIC. Verr. 6, 125 ex complexu matris ereptus innocens -us. Cluent. 27 infantem -um. Catil. 4, 13 impuberem. HOR. serm. 2, 8, 59 immaturus. OV. fast. 4, 512 tener. LIV. 21, 46, 7 tum primum pubescentis -i. 45, 15, 1 -us quinquenni maior. VAL. MAX. 2, 1, 7 cum -o pubere (9, 1, 9 PLIN. nat. 35, 28 *al.*). 9, 3 ext. 2 quattuor ... puerilis aetatis -os. CVRT. 3, 11, 24 -um nondum sextum annum aetatis egressum. GAIVS inst. 1, 29 -us anniculus (1, 32 *et passim*). PLAVT. Merc. 1021 adulescentem -um. TER. Haut. 93 adulescentulum (CIC. Phil. 8, 14). Phorm. 1041 -us homo adulescens. CIC. p. red. in sen. 37 adulescentes -ii; *passim* (-us ... non puer, sed adulescens Verr. 3, 161). CVRT. 9, 1, 28 cum duobus adultis -iis. LIV. 7, 4, 4 -um iuvenem (23, 8, 2 *et alibi*). CIC. Verr. 4, 23 praetextato praetoris -o (3, 80. 6, 137 Mur. 11 *passim*). VVLG. gen. 27, 32 ego sum -us tuus primogenitus Esau (35, 23 primogenitus Ruben. *et passim*).

epitheta ad corpus spectantia: PLAVT. Sitell. frg. 2 ea mihi insignitos pueros pariat postea aut varum aut valgum aut compernem aut paetum aut brocchum -um. *cf.* HOR. sat. 1, 3, 44 strabonem ... paetum ... pullum varum ... scaurum.

C ***de condicione civili:*** *definitiones*: GAIVS inst. 1, 99 qui in potestate parentum sunt, sive primum gradum liberorum optineant, qualis est -us et filia, sive inferiorem, qualis est nepos neptis, pronepos, proneptis. 1, 127 mortuo patre ... omni modo -ii filiaeve sui iuris efficiuntur. FORMVLA Gell. 5, 19, 9 uti L. Valerius L. Titio tam iure legeque -us siet quam si ex eo patre matreque familias eius natus esset.

epitheta ad condicionem civilem spectantia: erilis -us: PLAVT. Bacch. 233. 351. 366. 931 Cas. 1014 Epid. 28 *et passim*. familiaris -us: PLAVT. Asin. 267. 309. Capt. 273 nec mihi secus erat quam si essem familiaris -us. COM. pall. inc. 97 VARRO Men. 8 *passim*. CIC. Cael. 36 -um familias. SALL. Catil. 43, 2 -ii familiarum. FEST. p. 289 -o familiae (SEN. contr. 1, 1, 14 *et passim, imprimis in* DIG. -us familias. *definitio*: VLP. dig. 1, 6, 4 -i familiarum et filiae, quae sunt in aliena potestate: nam qui ex me et uxore mea nascitur, in mea potestate est. MOD. dig. 1, 7, 1, 1 -os familiarum non solum natura verum et adoptiones faciunt. *quo in* ICTORUM *usu est etiam nude* -us *ut* VLP. dig. 2, 14, 7, 18. 2, 14, 17, 7 *et passim*. GLOSS. ὑπεξούσιος; ὑποπάτριος; -us sub patre degens). PLAVT. Bacch. 238 noster filius. Trin. 602 nostrum erilem -um (Truc. 297 TER. Eun. 962). PLAVT. Poen. 75 emit hospitalem is -um ... senex. SEN. contr. exc. 6, 3 -um legitimum (QVINT. inst. 3, 6, 96 *et passim, praecipue apud* ICTOS, *ut* SCAEV. dig. 36, 3, 18 pr.). CIC. Brut. 195 -o non nato. SCIP. min. or. frg. Gell. 5, 19, 16 -um adoptivom (SVET. Tib. 52, 1 *et passim, praecipue apud* ICTOS, *ut* GAIVS inst. 2, 136. 3, 40. *adde titulos ut* CORP. III 1181. XIII 3632). LIV. 40, 9, 2 unum Demetrium -um te habere, me subditum et paelice genitum appellant. SALL. hist. frg. 2, 71 falsum -um arguituri. GAIVS inst. 1, 77 is iustus patris -us est (1, 99 *et passim*). SVET. Tib. 52, 1 naturalem (55 GAIVS inst. 2, 136 SCAEV. dig. 32, 41, 2. 36, 1, 80, 2 PAVL. dig. 35, 2, 63 pr. *et passim in* INSCR. *ut* CORP. V 3417. 4762. VI 18658. 34048ᵃ. IX 888. 1887 fil. et... fil. natur. X 1138. XII 731. 3479. 5194. XIV 1565. *definitionem v. ap.* AVG. c. Iul. 3, 20, 40). CIC. inv. 2, 62 -i pupilli (Verr. 1, 131 *al.*). CIC. Caecin. 53 mortuo postumo -o (GAIVS inst. 2, 131). PAVL. dig. 35, 2, 63 pr. qui -um alienum possidet. PAVL. dig. 1, 7, 34 pr. nec enim moribus nostris convenit -um temporalem habere. APVL. met. 4, 26 adulescens...quem -um publicum omnis sibi civitas cooptavit.

verba: PLAVT. Men. 61 adoptat illum puerum ... sibi -um. Poen. 76 eum ... adoptat sibi pro -o. 119. 1059 is me sibi adoptavit -um. TER. Ad. 114 tuom -um dedisti adoptandum mihi. *et saepius v. vol. I p. 810, 36* (*spiritaliter* COMM. apol. 735). CORP. XII 122 -us adoptatus. CIC. dom. 36 haec simulata adoptio -i. Tusc. 1, 31 adoptationes -orum. TAC. ann. 15, 19 orbi fictis adoptionibus adsciscerent -os (PLIN. paneg. 7, 4). PLIN. epist. 4, 15, 9 quem more maiorum in -i locum assumas. paneg. 7, 5 -um assumi (8 *et passim*). CIC. Rab. Post. 45 tune es C. Curti -us, C. Rabiri iudicio et voluntate -us, natura (Verr. 4, 162 *cf. etiam p. 758, 60*) sororis? Phil. 2, 71 cuius tu imperatoris ... fueras ... testamento ... -us. dom. 35 factus es eius -us contra fas. 37 ut ille -us instituatur. QVINT. decl. 358 p. 390, 8 quem in locum -i sustulerat (372 p. 409, 7 sustulit, pro -o educavit). 372 p. 410, 14 -ii loco habui. RHET. Her. 1, 12, 20 cum -um heredem faceret (*passim*). VAL. MAX. 5, 9, 2 -um heredem reliquit. CIC. Cluent. 135 se exheredasse -um (*passim*) de orat. 1, 175 testamento exheres -us. QVINT. decl. 306 p. 205, 1 ⟨si⟩ nollet -um mater agnoscere (SVET. Claud. 15, 2 *et al.*). CIC. inv. 2, 52 in -um ... quam habebam potestatem, ea sum usus (*similia*

[*Vollmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

saepe). LIV. 7,16,9 emancipando -um (GAIVS inst. 2,141 ex emancipato . . . -o. 2, 245 *et passim*). 45,40, 7 -iis . . . duobus datis in adoptionem (SEN. contr. 2, 1, 20 *et alibi*). SEN. contr. 2,1,1 petit a paupere unicum -um in adoptionem. SEN. contr. 1, 1, 13 an abdicatus non desinat -us esse. 1,1,14 non posse -um ob id abdicari. *et alibi.* GAIVS inst. 1,132 mancipat pater -um alicui. 1,134 -*us* patri remancipatur.

D *filium perdere vel recuperare*: PLAVT. Capt. 759 perdidi unum -um (CIC. epist. 4, 6, 1 M. Cato . . . -um perdidit. SEN. contr. 2, 1, 7 aliquem tres -os perdere. *et passim*). TER. Haut. 480 abs te amittas -um. CIC. Verr. 6,120 patres . . . amissis -is irati. Tusc. 3,70 duobus amissis -is. epist. 4, 6, 1 Q. Maximus . . . -um . . . amisit. *et passim.* SEN. contr. 2,1,9 ne auferam patri -um, -is patrem. CIC. Cluent. 45 orbata -o *mater* (200). off. 1, 32 Theseus Hippolyto -o non esset orbatus (CVRT. 6, 9, 27 *et al.*). SEN. contr. 2, 1, 20 -o carere unico. contr. exc. 4, 6 eo crudelius -o caret. CIC. Verr. 2,7 e complexu parentum abreptos -os. Cluent. 28 sibi . . . -um . . . ereptum (SEN. contr. 9,6,18 -um mihi eripuit. *et alibi*). VAL. MAX. 5, 10 ext. 1 -is spoliatus. QVINT. decl. 277 p. 131, 14 auferre -um . . . patri (291 p. 162, 2 *et alibi*). 338 p. 333, 22 expellere -um. TER. Andr. 570 amico -um restitueris (Haut. 492 CIC. Cluent. 22 *passim*). CIC. Cluent. 22 recuperandi -i spes. TER. Haut. 756 ut abeat ab se -us. CIC. inv. 1, 109 cum diducaris . . . ut a parente -o, a fratre familiari. S. Rosc. 45 alterum a se non dimittebat. ARGVM. Plaut. Merc. 2, 1 mercatum asotum -um extrudit pater. SEN. contr. 10, 4, 15 qui exponant -os (*et passim*). CIC. prov. 18 utinam -ii ne degenerassent a gravitate patria.

E *educare sim.*: CIC. Cluent. 27 cum . . . alter . . . eius -us . . . Teani . . . apud matrem educaretur. Brut. 211 -os non tam in gremio educatos quam in sermone matris (*Corneliae*). NEP. Dion 4, 3 -um . . . sic educari. Att. 1, 2 omnibus doctrinis . . . -um erudivit (SEN. epist. 88,20 liberalibus studiis). LIV. 42,19,4 regem educendum (*sic cod. Vind.*) -um Romam misisse. SEN. contr. 2, 1, 31 dubitanti an -um tolleret. 2, 6, 5 emendare -um (*et alibi*). contr. exc. 5,3 quidam duos -os pancratiastas instituit. VAL. MAX. 7, 7, 5 ex octo -is, quos in adulescentiam perduxerat.

F *pluralis* -ii *de masculis*: PLAVT. Amph. 480. 1070. 1088 Bacch. 974. 1168. 1204. 1206. 1210 Capt. 367 *et passim. cf.* LAVD. Murdiae (Corp. VI 10230) 3 omnes -os aeque fecit heredes, partitione filiae data. PLAVT. Amph. 1070 geminos -os pueros. VARRO ling. 9, 55 -um et filiam . . . apte discerni marem et feminam. PAPIN. dig. 33, 7, 12, 43 -is maribus (SAB. Gell. 7, 7, 8. INST. Iust. 4, 8, 7 in -is familias masculis et feminis). TERT. nat. 2,12 -os virili sexu. castit. 13 *al.* *de mixtis masculis et feminis* (*cf.* QVINT. inst. 9, 3, 63 medium . . . iungit . . . diversos sexus, ut cum marem feminamque '-os' dicimus. *non recte*: DIFF. Suet. p. 277 '-i' masculino genere ponuntur, 'liberi' in utroque sexu. *in iure*: PAVL. dig. 50, 16, 84 -ii appellatione omnes liberos intellegimus. *v. Funck, Archiv VII 91sqq.*): PLAVT. Epid. 212 -os suos quisque visunt. VARRO rust. 2, 10, 9 -os habere. RHET. Her. 4, 39, 51 -ii parvi. CIC. Verr. 6, 117 *parentes* prohibentur adire ad -os. 6, 120. epist. 9, 22, 3 patres rogant -os. BELL. Hisp. 18, 4 uxorem et -os in oppido reliquerat. SEN. benef. 3, 29, 1 clem. 1, 13, 5. PAVL. FEST. p. 125 quae sine -is est. p. 133 orba est quae patrem aut -os . . . amisit. PETRON. 110,7 quam cito *mulieres* etiam -orum obliviscerentur. SVET. Cal. 38, 1 CALP. decl. 12, 9. SCAEV. dig. 36, 1, 79 heredibus institutis -is utriusque sexus. MIN. FEL. 30, 2. 3. 31, 4 TERT. nat. 1, 16. VVLG. gen. 3, 16 in dolore paries -os. *et passim. ex titulis adnoto ex. gr.* CORP. II 5072 Iulian⟨us et⟩ Rufina -i. III 12478 reliquerunt heredes bonos -os superstantis VII, sex quidem -os et unam filiam. 15159. VI 9257. 9661. IX 668. 1511. X 226. 380. 3011. XII 5194. XIII 4167. 6772. 6806. 7678. XIV 3457. *nota*: RVRIC. epist. 2, 3 p. 374, 14 -orum coniunctione (*i. -i mei cum filia tua*).

G filii *generaliter pro posteris* (*cf.* CIC. Tusc. 1, 81 nepotes et -ii. 1, 85 multi -ii filiae, nepotes neptes. VERG. Aen. 6, 864 -us anne aliquis magna de stirpe nepotum. *et sim.* CALL. dig. 50, 16, 220 Papirius . . . ait praedio cum vilico . . . et -is legato nepotes quoque ex -is contineri, nisi voluntas testatoris aliter habeat: '-ii' enim appellatione saepe et nepotes accipi multifariam placere. . . . natura nos quoque docet parentes pios . . . -orum appellatione omnes qui ex nobis descendunt continere: nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros quam -ii appellare. *cf. et* IVLIAN. dig. 50, 16, 201. AVG. loc. hept. 1, 107 p. 523 -um . . . dici et avi et proavi et ultra maioris alicuius eum qui ex illo propagatur, usitatissimae locutionis est): CIC. p. red. in sen. 37 Scipiones, Metellarum (-orum *trad.*) -ii. Mur. 69 infimorum hominum -os. TERT. idol. 12 -is et posteritati providendum. VVLG. Ios. 14,9 erit possessio tua et -orum tuorum in aeternum. IV reg. 10, 30 -ii tui usque ad quartam generationem (15,12 *al.*). filii Adam, filii Israel *similia passim in* VVLG. *et ap.* ECCL. *nota*: VVLG. gen. 45, 10 -ii -orum tuorum (*item* Tob. 9, 11. 14, 15 *al.*).

H *de aetate minoribus monendis vel docendis* (*cf.* CIC. epist. 10, 5, 3 *te* sic moneo ut -um. CIC. fil. Cic. epist. 16, 21, 3 Cratippo me scito non ut discipulum, sed ut -um esse coniunctissimum. ASCON. Mil. p. 38, 22 St. quid sit . . ., ut enarrandum sit, vestra aetas, -ii, facit. PLIN. nat. 34, 66 -os et discipulos reliquit *Lysippus*): FRONTO p. 191 N. -i (*ad discipulum*). p. 192. 194 mi -i. APVL. met. 2, 20 -us meus iste Lucius. COMM. instr. 2, 21, 1 VVLG. Ios. 7, 19 ait Iosue ad Achan (*filium Zare*): -i mi. I reg. 3, 6 -i mi (*Heli ad Samuelem*). II par. 29, 11 -ii mei, nolite neglegere. psalm. 33, 12 venite, -ii, audite me (*de plurali plura apud Finck, Archiv VII p. 93*). *et saepius; nota* IV reg. 8, 9 -us tuus Benadad rex Syriae misit me. 16, 7 servus tuus et -us tuus ego sum. Marc. 2, 5 -i. *sic saepe apud Christianos, ut* HIER. in Is. 5 pr. -um nostrum . . . diaconum.

J *generaliter vel proverbialiter dicta*: NAEV. com. 111 regum -ii (*cf.* PETRON. 57, 4 eques Romanus es? ego regis -us. AVR. Fronto p. 33 N. VVLG. iud. 8,18 unus ex eis quasi -us regis). RHET. Her. 4, 54, 67 salsamentari -o. CIC. Phil. 13, 23 cariorem populo Romano -um scurrae quam C. Caesarem. Verr. 2, 151 Gracchi . . . aut Saturnini aut alicuius hominis eiusmodi . . . -um. HOR. sat. 1, 6, 38 tune, Syri, Damae aut Dionysi -us (*i. libertinus*)? LIV. 9, 46, 10 libertinorum -is (SVET. Claud. 24, 1 *et al.*). VELL. 2, 28, 4 senatorum -i. VAL. MAX. 1, 1, 1 decem principum -i. TERT. spect. 30 fabri aut quaestuariae -us. SVET. Cal. 22, 1 et 'castrorum -us' . . . vocabatur. PLAVT. Epid. 673 ille . . . Volcani iratist -us: quaqua tangit, omne amburit. VARRO Men. 239 Metamelos Inconstantiae -us. HOR. sat. 2, 6, 49 'Fortunae -us' omnes *me appellant* (*cf.* PHAEDR. 4, 12, 5 veniente Pluto, qui Fortunae est -us. *proverbialiter* PETRON. 43, 7 plane Fortunae -us, in manu illius plumbum aurum fiebat). IVV. 13, 141 tu gallinae -us albae, nos viles pulli nati infelicibus ovis. CATVLL. 37, 18 Celtiberiae -i, Egnati. CIC. Att. 1, 13, 4 huic terrae -o nescio cui committere epistulam tantis de rebus non audeo. epist. 7, 9, 3 Cn. Cornelius . . . summo genere natus, terrae -us. PERS. 6, 59 terrae est iam -us (*cf.* 6, 57 progenies terrae). PETRON. 43, 5 nescio cui terrae -o (*incertum* FRONTO p. 37 N. terrae, ut dicitur, immo cellae -os). MIN. FEL. 21, 7 ignobiles et ignotos terrae -os nominamus (LACT. inst. 1, 11, 55). TERT. nat. 2, 12 volgo generis incertos terrae -os iactitamus. apol. 10, 10 SYMM. epist. 1, 3, 3 SERV. georg. 1, 9 *cf. et* SCHOL. Iuv. 4, 98. *aliter* VVLG. Ezech. 30, 5 -ii terrae foederis. INSCR. Wünsch defix. tab. Att. praef. p. XXVII (Audollent tab. devot. 140) 17 vince peroccide -um mares (*i.* maris) *i. hominem durum; cf. Wünsch ad l.* VVLG. I reg. 20, 31 -us mortis (υἱὸς θανάτου) est *i. morietur* (I reg. 26, 16 II reg. 12, 5 *al.*). Matth. 23, 15 -um gehennae (FACVND. defens. 12, 5 p. 850[B] Traiano, -o gehennae. *v. etiam p. 759, 6*). VVLG. II reg. 2, 7 estote -ii fortitudinis (*i. fortes*). 3, 34 -is iniquitatis (7, 10 I par. 17, 9 psalm. 88, 23 *al.*). Iob 41, 25 -os superbiae. prov. 10, 5 -us confusionis. *et similia passim in* VVLG. *et* ECCL.; *nota* Luc. 16, 8 -ii huius saeculi prudentiores -is lucis . . . sunt. Rom. 9, 8 -ii carnis *et* -ii promissionis.

non de hominibus: VARRO Men. 271 venti . . . phrenetici septentrionum -ii. ling. 9, 43 parentes *et* -ii *de verbis.*

K *sententiae et proverbialia*: PLAVT. Amph. 992 ut -um bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri. Asin. 836 nolo ego metui, amari mavolo, mi gnate, me abs te. :: pol ego utrumque facio ut aequom est -o. Poen. 444. TER. Haut. 991 matres omnes -is in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse. Ad. 74 hoc patrium est, potius consuefacere -um sua sponte recte facere quam alieno metu. 707 hoc est patrem esse aut hoc est -um esse? VARRO Men. 238 lex Maenia est in pietate, ne -ii patribus luci claro suggillent oculos. CIC. p. red. in sen. 37 *frater* in me pietate -us inventus est (p. red. ad Quir. 8). Verr. 3, 48 proximum, paene alterum -um. p. red. in sen. 35 in -i loco fuisset. dom. 36 ut is . . . -i tibi loco (PLANC. Cic. epist. 10, 24, 5 SEN. dial. 6, 1, 5 *et al.*) per aetatem esse potuerit. epist. 9, 20, 3 patriam eluxi . . . gravius . . . quam ulla mater unicum filium. ad Q. fr. 1, 3, 3 ego . . . suavitate fratrem prope aequabam, obsequio -um, consilio parentem. ad Brut. 1, 12, 2 quam sit acerbum, parentum scelera -orum poenis lui. PVBLIL. P 1 probus libertus sine natura est -us. NEP. Alc. 2, 2 se pernoctasse cum Socrate neque aliter ab eo surrexisse ac -us a parente debuerit. Dion 2, 1 neque eum secus diligeret ac -um. LIV. 1, 50, 9 nullam breviorem esse cognitionem quam inter patrem et -um. SEN. clem. 1, 14, 1 numquid aliquis sanus -um a prima offensa exheredat? dial. 6, 12, 3 aliquem . . . numerum tantum nomenque -i expleturum. CVRT. 5, 2, 18 eum . . . -i . . . pietate prosequebatur. QVINT. decl. 279 p. 139, 25 caritate -i neglecta. PLIN. epist. 2, 20, 6 qui sibi per salutem -i peierasset. APVL. apol. 14 scio . . . -orum cariores esse qui similes videntur. TERT. nat. 2, 12 omnem patrem -is antiquiorem. VVLG. II reg. 1, 26 sicut mater unicum amat -um suum, ita ego te diligebam.

L ***Christiana***: TERT. idol. 18 *Christus* -us hominis. VVLG. Matth. 9, 6. 10, 23 *et passim. cf.* HIER. epist. 21, 2, 5 ut -us dei hominis -us nasceretur. dei -us: TERT. idol. 18 bapt. 13 VVLG. Matth. 4, 3. 6. 8, 29 tibi, Iesu, -i dei. proprium suum -um primogenitum et unigenitum: TERT. scorp. 7. patris et -ii et spiritus sancti: TERT. orat. 25 bapt. 6. 13 *et passim, etiam nude* -us *pro Christo*: VVLG. Matth. 11, 27 *al.* -us David: VVLG. Matth. 9, 27. 12, 23. 15, 22 *al.* -ii dei (*Iudaei*): VVLG. gen. 6, 2. 4 deut. 14, 1 Esth. 16, 16 *et al.* -ii dei (*Christiani*): TERT. pudic. 2. VVLG. Matth. 5, 45 ut sitis -ii patris vestri, qui in caelis est. *passim etiam de angelis.* Iudaei . . . apostatae -ii pronuntiantur: TERT. pudic. 8 p. 234, 24. -ii Adam (*homines*): VVLG. gen. 11, 5. -ii Abraham (*Iudaei*): TERT. pudic. 10. -us ancillae (*Ismael*): VVLG. gen. 21, 10. 13. -ii Heth (*i. propago*): VVLG. gen. 23, 10 *et saepius; similiter multa, creberrimum* -ii Israel: VVLG. gen.

[*Vollmer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

36,31. 46,8 exod. 1,1 *et sescenties; etiam* Is. 11,14 -os orientis. -ii hominum *i. q. homines* (*opp.* deus): VVLG. I reg. 26,19 (II reg. 7,14 III reg. 8,39 *et passim; sing.* -us hominis: Iudith 8,15 Iob 16,22 *et al.*) -ii diaboli: VVLG. III reg. 21,13 (*syn.* viri diabolici). act. 13,10. *i. q. pagani*: COMM. instr. 2,16,7. PS. AMBR. laps. virg. 9,39 -o serpentis. *v. etiam p. 758,37.* -ii transmigrationis: VVLG. I Esdr. 6,20 (*cf.* 6,19). 8,35 *et al.* -ii institorum *i. q. institores*: VVLG. Iob 28,8. *nota*: VVLG. Mich. 1,16 -os deliciarum tuarum (τὰ τέκνα τὰ τρυφερά). Zach. 4,14 -ii olei (τέκνα τῆς πιότητος: *sensus est* '*oleo illiti*'). Marc. 2,19 -ii nuptiarum (οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος). AMBR. incarn. 4,23 ecclesiae -us (Abr. 2,9,62 AVG. serm. 26,1 *et passim.* 120,1 -ii matris ecclesiae). *nota*: EPIST. pontif. Thiel Gelas. 1,10 *imperator* -us est, non praesul ecclesiae. GREG. M. moral. 3,512 verae fidei -os praedicando generare neglegimus. *i. q. adolescens*: VVLG. II reg. 5,4 -us triginta annorum erat David cum regnare coepisset (iud. 2,8 *cf.* AVG. loc. in hept. 7,3 p. 620,22).

M ***de bestiis***: COLVM. 6,37,4 eiusmodi admissarius nepotibus quam -is utilior est (IVV. 13,141 *v. p. 758, 22*). ITALA Matth. 23,37 (PS. CYPR. Iud. incred. 1) sicut gallina colligit -os suos (τὰ τέκνα, VVLG. pullos suos) sub ascellas suas. SCHOL. Iuv. 6,270 *tigridis.* 10,231 *hirundinis.* VVLG. psalm. 28,1 afferte domino -os arietum. 28,6 -us unicornium. prov. 30,17 -ii aquilae. eccl. 38,26 -is taurorum. Zach. 9,9 super pullum -um asinae (πῶλον νέον). *inde* Matth. 21,5. AVG. serm. 188,3 *leaenae et tigridis* (*syn.* catulos). ANTHIM. 45 tecones (*pisces*) dicuntur esse -ii esocum. ISID. orig. 12,1. 21. 12,7. 26.
cf. Onomast. *Vollmer.*

ᵡfilix, -icis *f.* [*orig. inc. Th.*]. *de etymologia*: CAPER gramm. VII 106,2 felicem non filicem dicere debemus... unde et felix (*sic* $C^1 M$, filix *B, C corr.*), quam ita credo dictam, quod sit minus felix arurae (arvis *M*). ISID. orig. 17,9,105 -x a singularitate folii dicta. *de prosodia: paenultimam brevem testatur* PRISC. gramm. II 165,12. *de scriptura et formis*: fel- *passim scriptum in codd.* (*cf. l. 28. 79 et* filicatus, filico), *ut* VERG. georg. 2,189 *M* (fil- *rell. et* PRISC. gramm. II 165,12). 3,297 *codd.* (*praeter* γβc) *et* NON. p. 389,18 (*pars codd.*). PAVL. FEST. p. 86 *bis codd. plurimi.* *nom. sing.* filex (*nusquam* felex) *scriptum* HOR. sat. 1,3,37 (*pars codd.*). VITR. 7,1,2 COLVM. 11,2,62 *A* PLIN. nat. 18,45 F^2 GLOSS. III 301,9 NOT. Tir. 104,95. *ceteris locis semper* -ix *invenitur; testantur* PRISC. gramm. II 165,12 PHOC. gramm. V 421,7. *formae primae declinationis*: feclae (*gen. sing.*) PELAGON. 252. 338 *sqq.* filicas (*acc. plur.*) ORIBAS. syn. 3,14. (GLOSS. *v. l. 42 sq. cf. Thomas, Mél. Havet 1909 p. 510. [hinc francog. dial.* feuze. *M.-L.]* *formae vulgares vel corruptae in* GLOSS.: filices. filice. filcis. filce. III 627,62 felce. ficile (PALLAD. 6,3,1 *G*). fegla. facla. III 574,3 filices *correctum ex* ficlices. filetis. DIOSC. 4,184 W. φίλις. φίλικεμ. *de notione*: *est nomen herbae*: PRISC. gramm. II 167,5 -x ἄγρωστις. DIOSC. 4,184 W. πτέρις ... 'Ρωμαῖοι φίλις ῥανάρια. GLOSS. ἄγρωστις βλάκνα (*i.* βλῆχνον). πτέρις. feran (*anglosax., rectius* fearn). *alia interpretamenta partim ad vocem graecam* πτέρις *redeuntia, partim obscura v. Thes. gloss. emend. s. v.* *legitur inde a* VERG. [*loc. dub. et corr.*: VEG. mulom. 2,48,4 radicem -is (*ubi* PELAGON. 202 fici. VEG. mulom. 3, 28,17 *om. codd., ubi* CHIRON 894 fici). 2,47,3 -is radicem *A* (*rell.* salicis *cf.* silex VITR. 7,1,2 *S.* silicem PLIN. nat. 36,187 *h.* silices PALLAD. 6,11,1 *p.* silerem AVG. c. Faust. 22,70 p. 667,2 *b in marg.* GLOSS. III 548,52 silce)]. [*vul.* ferece, *it.* felce, *prov.* feuze. *M.-L.*]

de generibus -um: PLIN. nat. 27,78 -is duo genera nec florem habent nec semen. pterim vocant Graeci, alii blachnon, cuius ex una radice complures exeunt -es ... hanc marem existimant. alterum genus thelypterim Graeci vocant, alii nymphaeam pterim (*v.* filicteron). 27,80 fecere medici huius quoque herbae discrimen; optima Macedonica est, secunda Cassiopica (*v. p. 760, 18*). GLOSS. III 574,27 -x arborea polipodia (*v. p. 760, 22 et* filicula).

in agricultura: odio est agricolis: VERG. georg. 2,189 *qui locus* -em curvis invisam pascit aratris (*cf.* AMBR. in psalm. 118 serm. 13,26,2 AVG. c. Faust. 22,70 p. 667,2). HOR. sat. 1,3,37 neglectis urenda -x innascitur agris. COLVM. 2,2,13 -is *pernicies est* frequens exstirpatio, quae vel aratro fieri potest... celerius etiam, si eodem tempore stercores et lupino vel faba conseras. namque constat -em sationibus et stercoratione facilius interimi. 11,2,62 -x ... aut carex, ubicunque nascitur, Augusto mense recte exstirpatur, melius tamen circa Idus Iulias ante Caniculae exortum (*cf.* PALLAD. 8,1). PLIN. nat. 18,45 -x biennio moritur, si frondem agere non patiaris .... aiunt et circa solstitium avolsas non renasci nec harundine sectas aut exaratas vomeri harundine imposita. similiter et harundinem exarari -e vomeri imposita praecipiunt (*cf. p. 760, 13. 16*). PALLAD. 2,10,1 ubi ager immundus est, ut ... radicibus -is ... spatia liberentur. 2,10,3. 6,3,1. 3 BOETH. cons. 3 carm. 1,3. *comburitur propter superstitionem*: MACR. sat. 3,20,3 arbores, quae inferum deorum avertentiumque sunt, eas infelices nominant: al⟨a⟩ternum, ... -em *cqs.* (*cf.* RVRIC. epist. 1,17 p. 369,30 infelicium felicum proceritas). *radix estur a suibus* (*cf.* PLIN. nat. 27,79): HIER. adv. Iovin. 2,7 p. 294ᶜ sues ... qui ... radicibus -um ... ali solent. *pro stramento est in stabulis*: VERG. georg. 3,297 multa duram stipula -umque maniplis sternere subter humum. COLVM. 7,3,8 ut semper quam aridissimis -bus vel culmis stabula constrata sint (*cf.* PLIN. nat. 27,80 folia *-is* cimicem necant, serpentem non recipiunt; ideo substerni utile est in locis suspectis). *alio in usu est*: COLVM. 2,14,6 licet -em sine iniuria vicini, etiam cum officio decidere et permiscere cum purgamentis cohortis (*ut pro stercore sit. cf.* PLIN. nat. 17,54 ubi non sit pecus, culmo ipso vel etiam -e stercorare arbitrantur). 12,15,1 crates pastorales culmo vel carice vel -e textae.

in aedificatione: substernitur in pavimentis faciendis: VITR. 7,1,2 coaxationibus factis, si erit, -x, si non, palea substernatur, uti materies ab calcis vitiis defendatur. PLIN. nat. 36,187 *pavimenta* -e aut palea substerni melius esse. PALLAD. 1,9,3 stratis super (*sc. tabulatis*) paleis vel -e. 6,11,1.

in medicina: medicamentum est (*cf.* PLIN. nat. 27,79. 80): CELS. 5,26,35 eadem ... offensa *quae in arundine* etiam in -e est (*quod utraque aspera est*). sed usu cognitum est utramque adversus alteram medicamentum esse, si contrita ac superimposita est (PLIN. nat. 24,85 harundinis radix contrita imposita -is stirpem corpore extrahit, item harundinem -is radix. *cf. p. 759, 73*). SCRIB. LARG. 136 biles purgat et -is radix. 140 -is Macedonicae (*v. p. 759, 60*) aridae contusae et cribratae p. X VIII. 244. SER. SAMM. 511 PELAGON. 194. 201. 252. 338 *sqq.* VEG. mulom. 2,48,3. 4 (? 2,47,3. 3,28,17 *v. p. 759, 50*). MARCELL. med. 26,98 (28,1. 30,5. 34,38). 28,71 -em in qualibet arbore innatam (*de -e arborea v. p. 759, 61*). PS. APVL. herb. 76. ORIBAS. syn. 9,5 eup. 2 P 13. *laedit corpus* (*v. l. 13*): ORIBAS. syn. 3,14. 7,17.

metaphorice: *de re invisa, quae deleri solet*: PERS. 4,41 non ... ista -x (*sc. pili corporis, qui evelluntur*) ullo mansuescit aratro. *de homine nequam*: PETRON. 45,9 Hermogenis -em (*i. nequam filiam. cf.* filico).

deriv.: filicatus. filicina. filico. filictum. filicula. *Bauer.*

fīlo, -āvī (-ātum), -āre [*a* filum. *Th.*]. *de notione*: SCHOL. Ter. p. 117,15 'subtemen nebat' i. e. fila deducebat, -bat. *cf.* GLOSS. *s. v.* neo *et Loewe, Prodr. p. 409.* GLOSS. IV 343,33 f⟨i⟩laverant necerant (*i. nev-*). [*it.* filare, *francog.* filer, *hisp.* hilar. *M.-L.*]
i. q. in fila deducere: *proprie*: PS. ARNOB. confl. 2,22 *lana* netur aut -atur aut torquetur. VEN. FORT. vita Germ. 16,50 puella quaedam -ans. vita Radeg. 30,72 glomus, quem sancta -verat. *translate: i. q. longa linea eicere*: VEN. FORT. Mart. 3,112 sanguine concreto stillans, velut ubere caprae, turgida plaga necem vomuit de vulnere -ans. *cf.* SVLP. SEV. dial. 2,2,6 (*de eadem re*) ut solet ex uberibus caprarum ... pastorum manu pressis longa linea copiosi lactis effluere.
comp.: exfilare. *Lackenbacher.*

filobotomus *v.* phlebotomus.

filoflores *nomen herbae apud* DIOSC. 3,115 (= *gr.* φιλοφαρές *sive* φυλλοφερές DIOSC. 3,105 W.).

†**filonico** *corrupt. tit. fab.* NOVIVS Atell. (fullonicum *conicitur*).

lucerna **filoninberin** GLOSS. II 523,7 (φελόνιν, βίρριν = *birrus? Götz*).

filtortus (-um?), -ī *m.* (*n.?*). *vox dubiae originis et significationis, cf. H. Geffcken, Lex Salica (1898) p. 184.* LEX Sal. 47 de -is (feltortis *codd. 1 g. 2*, filtorto *3*). capit. 2,1 ille qui eas (*res in alode patris inventas*) intertiavit suo -o (*sic 1 g*, feltroctum *1 a*).

filtrum (-us?), -ī *n.* (*m.?*). GLOSS. V 584,5 centones -a. *cf. supra p. 751, 77 et p. 456, 56* felte. *Jchm.*

ᵡfīlum, -ī *n.* [*orig. inc. sunt qui cf. esse censeant c. lituan.* ginsla, gysla '*vena*' *aut c.* fibra. *Th. cf. p. 763, 66*]. *de etymologia*: VARRO ling. 5,113 -um quod minimum est hilum; id enim minimum est in vestimento. ISID. orig. 19,29,5 -a dicta vel quia ex pilis animalium sunt vel quia lanificium -is tenuibus constat pilorum, id est quasi -orum. *de genere*: DVB. NOM. gramm. V 578,26 -um generis neutri, pluraliter -a. *de formis*: PHOC. gramm. V 426,29 hoc -um: hi -i 'traxerunt in arte magica vertigine -i' (= LVCAN. 6,460) et haec -a dicuntur. -us: ARNOB. nat. 1,59 p. 41,5 non item *dicitis* fil[i]us (*ed. princ.*, pileus *Pithoeus*) et fil[i]um (*ed. princ.*, pileum *Pithoeus*). VEREC. in cant. 5,5 GLOSS. II 538,13. 550,26. -i: *v. p. 762, 16* VEREC. in cant. 5,5. i *longa*: CARM. epigr. 98,5. 436,8. 1114,4. *de notione*: NON. p. 313,12 -um dicitur deducta res quaeque ad tenuitatem. AVG. loc. hept. 1,48 p. 515,20 quod Graecus habet σπαρτίον, quod latine -um intellegitur. GLOSS. μίτος. τολύπη. τροία. μήρινθος. κάνναβις. νῆμα. ἔναμμα. NOT. Tir. 97,60 -um. *legitur inde ab* ENN. *et* VARRONE. [*loc. corr. et dub.*: OV. epist. 12,3 fata *G*, facta *P*, -a *vulg.* SEN. dial. 1,5,9 fato *A*, -o *Koch.* PLIN. nat. 16,86 folio, -o *Tolet.* TERT. idol. 3 an argento an -o (*margo ed. Gang.*, figulo *AB*) formetur idolum. *ceterum saepissime confunditur in codd. cum formis vocis* filius.] [*val.* fir, *it.* filo, *francog.* fil, *hisp.* hilo. *M.-L.*]

A ***proprie***: **1** *-um, quod ad varios usus adhibetur*: **a** *ad pendendum*: ENN. ann. 152 hac noctu -o pendebit Etruria tota (*proverbialiter, item*: OV. Pont. 4,3,35 omnia sunt hominum tenui pendentia -o. VAL. MAX. 6,4,1 tenui -o suspensa rei publicae salus. AMM. 14,5,4 a cuius salute velut -o pendere statum orbis terrarum. CORIPP. Ioh. 3,338 cur, Lachesis, hominum tenui pendentia -o fata tenes? *cf. Otto, Sprichw. p. 136*). LVCIL. 535 vix uno -o hosce (*i. testes*) haerere putares. PLIN. nat. 20,215 radicem *porcillacae* -o suspensam. PALLAD. 8,6,2 velamina... -o inserta suspendunt. SIDON. epist. 2,13,7 -o equinae saetae ligatus *mucro Damoclis.* CARM. de pond. 144 *ad*

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

librae lances suspendendas. VEN. FORT. vita Radeg. 30, 72. *de hamo:* CLAVD. carm. min. 49, 21 pendula -a.

b *ad nendum texendumque:* *α de Parcis (v. p. 760, 80):* CATVLL. 64, 312 dextera *Parcarum* ... leviter deducens (*v. vol. V p. 279, 69 sqq.*) -a supinis formabat digitis. 64, 317 *lanea morsa* in lēvi (*v. l. 33 et p. 762, 19*) fuerant extantia -o. VERG. Aen. 10, 814 extrema ... Lauso Parcae -a (lina *P*) legunt. OV. met. 2, 654 triplices ... deae tua -a resolvent. Pont. 1, 8, 64 nerunt fatales fortia -a deae (CLAVD. 20, 461 -a tibi neverunt ultima [*v. l. 21. 22. cf. 25. 26*] Parcae. CARM. epigr. 436, 8 Parcae ... nevere super vobis vitalia fila. *v. l. 41. p. 762, 8*). OV. fast. 6, 757 *Clotho dolet* -a teneri (EPICED. Drusi 444 stant rata non ulla -a tenenda manu; reneri *et* renenda *Salmasius, sed v. et l. 28*). CARM. epigr. 1011, 5 (*ante a. 63*) huic precor in ⟨longum extendan⟩t sua -a so⟨rores⟩. SEN. apocol. 4, 1, 9 mutatur vilis pretioso lana metallo, aurea formoso descendunt saecula -o (*cf.* CALP. ecl. 4, 140 date perpetuo caelestia -a metallo). SEN. Herc. f. 182 *Parcae non* sua retro -a revolvunt. LVCAN. 6, 703 repetita ... -a sorores tracturae (MART. 6, 3, 5 *Iulia velut Lachesis* tibi niveo trahet aurea pollice -a). LVCAN. 9, 838. frg. 1, 3 multa ... delatis (dil- *Bährens*) haeserunt saecula -is. SIL. 1, 282 rupto ... -o (CARM. epigr. 1523, 4 [*saec. II*]. ANTH. 478, 2. CORIPP. Ioh. 2, 83 ni fata dedissent ... ultima [*v. supra l. 9*] rumpere -a. CARM. epigr. 1114, 4 *v. l. 28. 31*). SIL. 3, 96 ducant cui -a sorores (4, 28 ducentes ... ultima [*v. supra l. 9*] -a ... senes. *v. l. 37 sq.*). STAT. silv. 1, 4, 64 tendatis iam -a, *coli*! 1, 4, 123 nectite ... candentia -a, sorores! 5, 1, 157 tenduntur dura sororum licia et exacti superest pars ultima -i. CARM. epigr. 587, 1 ultima clauserunt Parcarum stamina -o Principii ... diem. 627, 7. *c. gen.: dearum:* STAT. Theb. 1, 632 mors -a sororum ense metit (MART. 11, 36, 4 rupta sororum -a). silv. 3, 1, 171 Parcarum -a tenebo (*v. l. 11.* CORP. VI 21521 [*aet. Flav.*] CLAVD. 3, 157). CARM. epigr. 492, 5 (*saec. III*) dearum. *hominum:* STAT. Theb. 6, 380 *huius Amphiarai* extrema iam -a colu. CARM. epigr. 494, 2 cuius ... ruperunt -a sorores. *β in ipsa nendi texendique actione:* VARRO ling. 5, 114 volvendo -o. ELEG. in Maecen. 1, 74 (*de Hercule*) lenisti morsu levia (*v. supra l. 5*) -a parum. OV. epist. 9, 77 crassa ... robusto deducis pollice -a (met. 4, 36 SEN. Phaedr. 324 HIER. epist. 130, 15). OV. met. 4, 54 lana sua -a sequente. 4, 396. 6, 577 purpureas ... notas -is intexuit albis. 14, 265 -a sequentia ducunt (*v. l. 22 sq.* SEN. epist. 90, 20 HIER. epist. 128, 1 CLAVD. 8, 586. 10, 18 DRAC. laud. dei 1, 323). PAVL. FEST. p. 83 extra vestimentum -o contextum. p. 90 -um quo textrices diurnum opus distinguunt. CLAVD. 20, 374 pollice -a turbant. 22, 333 tincta ... murice -a contulimus pensis et ... nevimus (*v. l. 8. p. 762, 8*) auro. *γ in veste, linteis sim.:* OV. met. 6, 68 lentum -is immittitur aurum (*cf.* APVL. met. 4, 8 vestis ... intextae -is aureis [*v. l. 18. p. 763, 11. 17.* CAPITOL. Pert. 8, 2 ANTH. 390, 1]. VOPISC. Aurelian. 45, 5 absit, ut auro -a pensentur. 46, 1 aurum per varios brattearum, -orum et liquationum usus perire. HIER. epist. 22, 16, 2 attenuata in -um metalla. 64, 15, 3 auri laminae ... mira tenuitate tunduntur, ex quibus secta -a torquentur. VVLG. exod. 39, 3 incidit ... bracteas aureas et extenuavit in -a. CLAVD. 1, 182 -a ... concreto cogit squalere metallo. PAVL. PETRIC. Mart. 3, 94 miscetur ... ostro mollitum in -a metallum). MANIL. 4, 131 nunc tenuare levi -o, nunc ducere telas. PLIN. nat. 19, 9 *in Retovinis linteis* nervositas -o aequalior paene quam araneis. 19, 12 *in thorace Amasis* CCCLXV -is singula -a constare. 19, 18 *linum* in -o politur. SIL. 3, 375 *Saetabis superba* Pelusiaco -um componere lino. IVV. 7, 134 Tyrio stlattaria purpura -o. FRONTO p. 22 N. *vestem* colore muliebri, -o tenui (*cf. p. 762, 4. 27*) aut serico. OPTAT. 3, 9 p. 94, 6 *sartor* -a compungit. VEN. FORT. vita Germ. 59, 158 vita Pat. 3, 11. GLOSS. III 270, 15 vestis polimita ... panno tenuium -orum constat, qui multitudinem -orum continet bene textorum, a πολύς multus et μίτος -um, sicut linitensilis (*fort.* levidensis. *cf.* CIC. epist. 9, 12, 2 *p. 764, 8* ISID. orig. 19, 22, 19 *p. 763, 12*) pannus, qui habet pauca -a, de quo Cicero in epistulis (*cf. l. 60*). *c. gen.:* PLIN. nat. 28, 80 bitumen in Iudaea nascens sola hac vi superari -o vestis contactae (*edd. vett.*, vesticontecte *codd.*, *an* vestis infectae? *Mayhoff*) docuimus (*spectat ad* 7, 65 *bitumen* ad omnem contactum adhaerens praeterquam -o ⟨vestis⟩, quam [quem *codd.*] tale virus infecerit). PS. CYPR. pudic. 12 staminum. VVLG. gen. 14, 23 a -o (σπαρτίου) subtegminis. iud. 16, 12 telarum.

c *ad retia, funiculos similesque res conficiendas:* GRATT. 25 tenui nascentem iungere -o limbum. PLIN. nat. 19, 11 singula earum *plagarum* stamina centeno quinquageno -o constare. HIER. tract. in psalm. I p. 242, 21 (*trop.*) si unum peccatum fecero, non tam funiculus est, quam quasi unum -um est; si autem -um unum est, cito rumpitur ... si autem plura peccata fuerint, ... de pluribus peccatis quasi de pluribus -is funiculus fit. VVLG. iud. 16, 9 -um de stuppae tortum putamine (στρέμμα στυππίου).

d *ad consuendum: labra vulnerum:* GRATT. 358 *labra* tenui ... includere -o. CELS. 7, 16, 4 in duas acus -a coicienda *sunt.* 7, 16, 5. 7, 22, 4 *membrana* -o comprehensa. 7, 25, 3 (*in infibulatione*) cutis acu -um ducente transsuitur eiusque -i capita inter se deligantur. *ibid.* exempto -o fibula additur. *vestes:* PS. VEN. FORT. vita Leob. 20, 66 *tunicam* de novo -o resarciens *eqs.* ISID. reg. monach. 20, 1 -a diversa pro consuendis vestibus fraternis habebit.

e *ad collum circumligandum:* CATVLL. 64, 377 hesterno collum ... circumdare -o. HIER. vita Pauli 17 uno -o villarum insuunt praedia. *cf.* TERT. cult. fem. 9 uno lino decies sestertium inseritur.

f *ad errantem ducendum (de Ariadnes -o):* CATVLL. 64, 113 regens tenui vestigia -o (VERG. Aen. 6, 30 caeca regens -o vestigia. *nota:* HIER. in Zach. lib. 2 praef. Christi caeca regimus -o vestigia). OV. epist. 4, 59 *Theseus* ducentia -a secutus. 10, 72. 103. 104 met. 8, 173 fast. 3, 462. SEN. Phaedr. 650 longa curva -a collegit via. 662 tibi -a potius nostra nevisset (*v. p. 761, 8*) soror. STAT. Theb. 12, 676 silv. 2, 6, 26 CORIPP. Ioh. 4, 609.

g *ad movendum:* APVL. mund. 27 quando *in ligneolis hominum figuris* -um membri, quod agitari volent, traxerint (*Arist. π. κόσμ. 398ᵇ, 15 διὰ μιᾶς ὀργάνου σχαστηρίας*).

h *in arte magica:* CIRIS 372 ter ... novena ligans triplici diversa colore -a (PETRON. 131, 4 licium ... varii coloris -is. NEMES. ecl. 4, 68 versicoloria -a). LVCAN. 6, 460 quos non concordia mixti alligat ulla tori blandaeque potentia formae, traxerunt torti magica vertigine -i (*cf.* COMMENT. *ad l.* -a ... dixit magicae vertiginis rhombum, qui sono quodam deos concitat). AMM. 29, 1, 31 pensilem anulum ..., sartum ex Carphathio -o perquam levi (*v. p. 761, 5*). *nota medicorum usum:* MARCELL. med. 29, 45 -um (filium *cod.*) praecantabis. *ibid.* -um (filium *cod.*) mundita recondes. 29, 52 de novem coloribus ... facies ... singula -a. *ibid.* ipsa -a in se counata torquebis.

i *in clysterio:* PAVL. FEST. p. 78 eudiaeon lineum -um (filium *MJ*; eud. ⟨foramen tenue ut⟩ lineum -um *Mercklin*) quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod κλυσμός emittitur.

2 *quod araneae aliaeque bestiolae pariunt:* *de araneis:* LVCR. 3, 383 neque aranei tenuia -a obvia sentimus (HIER. in Os. 8, 5 *sq.* p. 84 PS. RVFIN. in Os. 8, 7 CLAVD. MAM. anim. p. 88, 13). OV. am. 1, 14, 7 pede ... deducit aranea -um (PLIN. nat. 11, 83. 30, 129). SEN. epist. 121, 22 PLIN. nat. 10, 206. 11, 80 MIN. FEL. 24, 1 HIER. tract. in psalm. I p. 109, 16. AVG. epist. 162, 7 *aranea* -um textrinae suae corpore velut integro parit. *de aliis bestiolis:* OV. met. 15, 372 solent canis frondes intexere -is agrestes tineae (LACT. Phoen. 107 -o ad saxa tenentur *tineae*). SEN. Phaedr. 389 -a *bombycum* ramis ultimi Seres legunt (PLIN. nat. 6, 54 Seres ... perfusam aqua depectentes frondium canitiem, unde geminus feminis nostris labos, redordiendi -a rursusque texendi. 11, 78. COMMENT. Lucan. 10, 142 bombyces aput Seres nascuntur, qui resolvuntur in -a. *adde:* AMM. 23, 6, 68 cum *Seres* ad coemenda -a ... fluvium transierint). PLIN. nat. 11, 65 *papilio* -a ... araneosa ... alarum maxime e lanugine obtexit.

3 *pars herbarum, radicum, fructuum:* MORET. 89 exiguo coriandra trementia -o. OV. fast. 1, 342 croci (5, 318). PLIN. nat. 13, 33. 16, 128. 17, 87 radicum -is (*Mayhoff*, eius *codd.* IVVENC. 2, 746). 25, 3 herbarum. 25, 53 *veratri.* MART. 8, 33, 13 lenta minus gracili crescunt colocasia -o (13, 57, 2 [*poeta de colocasia loquitur*] improba cum morsu -a manuque trahes). 11, 52, 6 porris -a resecta suis (13, 18, 1 -a Tarentini graviter redolentia porri edisti. IVV. 14, 133). CAEL. AVR. chron. 4, 3, 71 quod Graeci appellant, inter corticem quercus inhaerens, pertetam nervorum -a teneriora.

4 *lyrae: i. q. fides:* OV. met. 10, 89 -a sonantia movit (STAT. Ach. 2, 157 -a sonantia plectro cum quaterem. BVC. Eins. 1, 23 loquentia [ENNOD. carm. 2, 90, 2]. SIL. 11, 434 resonantia pollice -a. CASSIOD. var. 2, 40, 14 canentia). OV. fast. 5, 106 septena ... -a dedisse lyrae. SEN. Ag. 360 tibi -a m o v e n t docta puellae carmine molli (*v. l. 50. 61 sq. 63* STAT. Ach. 1, 187 AVIEN. Arat. 624 PAVL. NOL. carm. 27, 73). STAT. Theb. 10, 310 digitos inter sua -a trementes (SCHOL. *ad l.* ut morientis digiti citharae -a pulsarent). silv. 5, 1, 27 SIDON. epist. 9, 13, 5 v. 75. ENNOD. carm. 1, 2, 3 dulcia temporibus famulantur -a secundis. 1, 8, 36 quicquid Apollineo loquebamur pectine, cessi oblitus linguae, quam mihi -a dabant. VEN. FORT. carm. 7, 1, 2. *c. gen.; lyrae, citharae sim.:* OV. am. 1, 8, 60 tractat inauratae consona -a lyrae (ars 2, 494 movit inauratae pollice -a lyrae. met. 5, 118 VAL. FL. 1, 409 STAT. Ach. 1, 573 MART. 12, 94, 5 movi. LACT. Phoen. 50 CLAVD. rapt. Pros. 2 praef. 14). PS. CENS. frg. 12, 4 nervorum. AMBR. obit. Theod. 10 -a chordarum citharae ... fides dicantur (PS. LEO M. humil. 23 CASSIOD. in psalm. praef. 4 p. 15ᴮ).

5 *variarum rerum: cerei:* MAECEN. frg. Sen. epist. 114, 5 tenuisve cerei -a. IVV. 3, 287 candelae ... dispenso et tempero -um. PRVD. cath. 5, 15 -a favis scirpea floreis presso melle prius collita fingimus. *mellis:* PLIN. nat. 11, 89 *thymosum mel* tactu praetenuia -a mittit. *chartarum:* PLIN. nat. 37, 103 *lychnides* chartarum -a (filia *B¹*, folia *d h*) ad se rapere.

6 *t. t. medic.:* *cf.* VEG. mulom. 2, 82, 4 si coxam eiecerit vel emoverit, quod a mulomedicis dicitur -um laesisse. GREG. TVR. glor. conf. 57 laxatis digitorum -is (VEN. FORT. vita Albin. 10, 27 vita Pat. 13, 39). VEN. FORT. virt. Hil. 5, 15 nervorum -a contracta. *i. q. vena sanguinis:* PAVL. PETRIC. visit. nepot. 26 *ut non* posset sollers tactus deprendere venas subtracto pulsu -o languente latentes. *cf.* Mart. 2, 522 -a ... venarum rupto pereuntia pulsu.

B ***metonymice*:** **1** *i. q. vitta:* VARRO ling. 5, 84 flamines quod in Latio capite velato erant semper ac caput cinctum habebant -o, f⟨i⟩lamines dicti (PAVL. FEST. p. 87 flamen Dialis dictus, quod -o [filio *MP*] assidue veletur; indeque appellatur flamen, quasi filamen. SERV. Aen. 8, 664 [= ISID. orig 7, 12, 18 *sq.*] flamines in capite habe-

[*Lackenbacher*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bant pilleum; ... quod cum per aestus ferre non possent, -o tantum capita religare coeperunt; ... unde a -o, quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. verum festis diebus -o deposito pillea necesse erat accipere. auct. Aen. 10, 270 GRAMM. suppl. 113, 13. *cf.* DIONYS. ant. 2, 64, 2 PLVT. Num. 7). TIB. 1, 5, 15 velatus -o ... vota novem Triviae ... dedi (LIV. 1, 32, 6 capite velato -o. PAVL. FEST. p. 23 *v. etiam p. 762, 82*). **2** *fere i. q. textura, vestis*: OV. ars 3, 267 pleno velamina -o. 3, 445 toga ... -o tenuissima. met. 6, 34 incepta ... -a relinquit (fast. 2, 755 remisit). LVCAN. 10, 141 candida Sidonio perlucens pectora -o, quod Nilotis acus compressum pectine Serum solvit (ADNOT. *ad l.* stolam dicit). SIL. 15, 698 sacras vestes atque aurea -a reddidit exanimo. ISID. orig. 19, 22, 19 levidensis *vestis dicitur*, quod raro -o sit leviterque densata. **3** *i. q. limbus* (*cf.* GLOSS. II 363, 41 -um λῶμα): IVVENC. 3, 130 vestis ... attingere -a extrema exoptant. SEDVL. carm. pasch. 3, 122 nititur aversi vel -um tangere Christi. **4** *fere i. q. tapetum(?)*: VEN. FORT. carm. 3, 18, 10 stravissent plantis aurea -a tuis.

C ***tropice*:** ENN. ann. 253 deducunt habiles gladios -o gracilento. HOR. epist. 2, 1, 225 tenui deducta poemata -o (PROP. 4, 1, 72 quo ruis imprudens ... dicere fata, Properti? non sunt a dextro condita -a colo (AVSON. Mos. 396 mollia subtili nebunt mihi carmina -o Pierides. MACR. sat. 5, 2, 8 quod totum Homericis -is texuit *Vergilius*. *de oratione*: AVSON. 419, 61 cum ea, quae ad grates agendas pertinebant, summatim et tenuiore -o, sicut dicitur, deducta libaverim). TERT. pudic. 10 p. 240, 3 age tu funambule pudicitiae et castitatis ..., qui tenuissimum -um (filium *cod.*) disciplina⟨e⟩ eiusmodi veri avia pendente vestigio ingrederis. VEREC. in cant. 5, 5 omnes actus nostri -a sunt quaedam; haec -a dum in unum collegerimus, teximus telam *eqs.* CASSIOD. in psalm. praef. 10 p. 17[A] ante fores psalmorum tamquam sacrata vela pendent, per quae ... rarescentibus quibusdam -is facile eorum penetralia contueris. *in comparatione i. q. res tenuissima*: COLVM. 10, 375 asparagi corruda simillima -o. PLIN. nat. 21, 30 foliorum exilitate usque in -a attenuata. SERV. Aen. 1, 367 *Dido* corium in -a (filia *P*) propemodum sectum tetendit.

D ***translate*:** **1** *i. q. linea*: MANIL. 1, 562 -a ... dispositis vicibus comitantia caelum, per quae dirigitur signorum flammeus ordo. 1, 581 quattuor ... gradibus sua -a reducit *circulus* ab aestu. 1, 600 -a trahunt *circuli* alti cursum comitantia caeli (1, 666). 1, 662. 674. 685. 851 arida cum gracili tenuatur semita -o. PLIN. nat. 17, 74 differuntur *cypressi* ... dodrantali -o.

2 *i. q. ordo*: MACR. sat. 7, 4, 2 ut ... ceteris ex -o consultationis eius interrogandi constitueretur exemplum. BOETH. herm. sec. 2, 3 quendam quodammodo ordinem -umque et dispositione disciplinarum gradus ediderunt (in Porph. comm. pr. 1, 22 p. 66, 18. 1, 23 p. 70, 11 in Porph. comm. sec. 3, 4 p. 208, 11 in Porph. dial. 1 p. 38[C]). in Porph. comm. pr. 1, 5 p. 14, 24 recte ... et -o lineae quodam hic ... liber primus legentibus studiorum praegustator ... occurrit. 2, 12 p. 107, 5 constitutivas illas *differentiarum formas* diximus, quae sub eodem -o positae *eqs.* in Porph. comm. sec. 1, 1 p. 136, 1 ut via et -o quodam procedat oratio (in top. Cic. 1 p. 271, 42 ut sine ullo errore ad argumentorum inventionem via quadam et recto -o atque artificio veniretur).

3 *fere i. q. sors, fatum* (*cf. p. 761, 3 et* HIER. in Is. 23, 9 p. 229 non fatorum, ut stulti putant, sic -a deducta sunt): OV. trist. 5, 10, 46 *Lachesis* tam grave sidus habenti -a dedit vitae non breviora meae. EPIST. Sapph. 82 data sunt vitae -a severa meae. SIL. 7, 479 currit ... immobile -um. CARM. epigr. 633, 2 -o et sorte crudeli. *c. gen.*: HOR. carm. 2, 3, 16 dum ... sororum -a trium patiuntur atra (*cf.* PORPH. *ad l.* OV. am. 1, 3, 17 quos dederunt annos mihi -a sororum. SIL. 17, 361 nil -a sororum adversus porco. CARM. epigr. 1248, 5 quod si mutari potuissent -a sororum. *adde*: PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 174, 20 urgemus morantia -a Parcarum). STAT. silv. 1, 4, 7 damnosa ... -a senectae exuit. MART. 10, 5, 10 cum supremae -a venerint horae. CARM. epigr. 98, 5 trino annórum fílo.

4 *i. q. f i g u r a, forma, habitus, qualitas* [‘fīlum, -ī *n. i. q. figura’ quidam peculiarem vocem arbitrantur a* fingere *ductam, cf. Joh. Schmidt, Die Pluralbildungen der idg. Neutra 144. Th.*]: **a** *rei corporeae*: LVCR. 2, 341 debent ... non omnibus omnia *exordia rerum* prorsum esse pari -o similique affecta figura. 4, 88 formarum vestigia certa, quae volgo volitant subtili praedita -o. 5, 571 forma ... solis debet ⟨f⟩ilumque videri. 5, 581 prius omnia, quae longe semota tuemur aera per multum, specie confusa videntur quam mi⟨nui⟩ -um. 5, 589 mutare videtur ... -um. **b** *hominis*: PLAVT. Merc. 755 satis scitum -um (filium *P*) mulieris. LVCIL. 816 -um non malum (*affert* NON. p. 313, 16 -um: oris liniamentum). VARRO ling. 10, 4 eo ... similiores sunt *homines*, qui facie quoque paene eadem, habitu corporis, -o (GELL. 1, 9, 2 de totius corporis -o atque habitu. APVL. Socr. 11 p. 144 *daemones* -a corporum possident rara. AMM. 14, 11, 28 *erat* forma conspicuus bona, decente -o corporis). PETRON. 46, 3 ingeniosus est et bono -o (*sc. morum*). GELL. 14, 4, 2 forma atque -o (filio *pars codd.*) virginali. APVL. met. 4, 23 virginem -o (filio *codd.*) liberalem. IVL. VAL. 1, 7 p. 12, 16 *Alexander* facie diversus, sed suo modo et -o (filio *vel* filii *codd.*) pulcherrimus. 2, 26 p. 93, 18 -o (filio *P*) oris ...

admirabilis. ARNOB. nat. 3, 13 *deos* -o et atterminatis (*P*, etiam att. *ed. pr.*, etiam terminatis *Reifferscheid*) humano. 6, 13 p. 225, 4 artifices ... certabant -um (filium *P*) capitis ... in simulacra traducere. **c** *orationis, carminis sim.* (*v. p. 763, 19 sqq.*): CIC. de orat. 2, 93 *oratores* retinebant illum Pericli sucum, sed erant paulo uberiore -o. 3, 103 *silva rerum est* formanda -o ipso et genere orationis (Lael. 25 aliud quoddam -um orationis tuae). orat. 124 argumentandi tenuè -um. epist. 9, 12, 2 munusculum ... levidense (levi dense *H*, leve dense *D*, levi densae *M*, *fort.* levidensi *cl. p. 761, 60*) crasso -o (*i. oratiunculam pro Deiotaro*). COLVM. 10, 227 gracili connectere carmina -o. GELL. 3, 3, 3 -o atque facetia sermonis. 16, 19, 1 vocum ... -o tereti et candido fabulam scripsit Herodotus (*cf.* NEMES. ecl. 2, 11 quod non tam tenui -o de voce sonaret). 20, 5, 10 brevitatis elegantissimae -um tenuissimum. AVSON. 336, 67 trinum dicendi genus est: sublime, modestum et tenui -o (HIER. epist. 49, 2, 4 ut ita dicam, tenue dicendi -um [filium *pars codd.*]). SYMM. epist. 1, 1, 2 elaboratam soloci -o (filio solacii *F*) ... cantilenam. MACR. sat. 5, 13, 11 inspecto ... utriusque (*Homeri Vergiliique*) -o. 6, 3, 9 ille ... stilus Enniani saeculi auribus solus placebat et diu laboravit aetas secuta, ut magis huic molliori -o acquiesceretur.

deriv.: filare. filamentum, filatura. filatim.

comp.: ?bifilum. trifilis.

fīlus, -ī *v.* filum *p. 760, 62.* *Lackenbacher.*

[?**fimacium,** -ī *n. v.* famactum *Jchm.*]

*****fimbria,** -ae *f.* [*orig. inc. Th.*]. *de etymologia*: VARRO ling. 5, 79 fiber ab extrema ora fluminis dextra et sinistra maxime quod solet videri et antiqui februm dicebant extremum, a quo in sagis -⟨i⟩ae et in iecore extremum fibra, fiber dictus. PAVL. FEST. p. 90 fiber genus bestiae quadripes ... quo nomine extremae orae fluminis appellantur. unde et fibras iocinerum et -as vestimentorum dicimus. *de formis*: BEDA gramm. VII 272, 15 -a genere feminino et -um dicitur neutro. GLOSS. Plac. V 69, 18 -um. generis neutri: item feminini -a (23, 17). GLOSS. II 72, 10 -a κροσσοί. CARM. epigr. 1405, 12 -a parentum altera flamma cremas (*cf. Büch. adn.*). *de significatione*: NON. p. 109, 21 -ae sunt omnis extremitas. AVG. serm. ed. Mai 103, 2 quoniam -a vestimenti et minima pars est et novissima. *v. l. 64.* PS. RVFIN. in psalm. 44, 14 -ae ad ornamentum ponuntur in vestimentis. *v. l. 65.* CASSIOD. in psalm. 44, 15 -ae sunt finitima vestium, quae in stamine colligatae tanquam capillorum segetes dependent; per quas hominum vita significatur extrema. EVCHER. instr. 2 p. 149, 10 -as catenulas. ISID. orig. 19, 24, 20 -ae vocatae sunt orae vestimentorum, hoc est fines. HIER. in Ezech. 3, 8, 3 p. 83 pro cincinno Septuaginta transtulerunt κράσπεδον, id est -am: quorum alterum in capillis, alterum in vestibus accipi solet. AVG. loc. hept. 2, 122 p. 562, 23 et pones super rationale iudicii -as catenata. et hic Latini nonnulli soloecismum caventes -as catenatas interpretati sunt. Graecus autem habet τοὺς κρωσσοὺς τὰ ἀλυσιδωτά. *cf. infra l. 72.* GLOSS. V 295, 4 filistrus (filtrus *Götz*) -a. *legitur apud* CIC. (Pis. 25) VARRONEM (ling. 5, 79) PAVL. FEST. (p. 90) CELS. (2, 6, 6) PETRON. (32, 2) PLIN. nat. (7, 171. 11, 220. 37, 37) APVL. (met. 11, 3) *et frequentius apud posteriores, singularis inde a* TERT. (virg. vel. 17) IREN. (1, 3, 3 *al.*) *et saepius, maxime apud* ECCL. [*val.* fringhia, *francog.* frange. *M.-L.*]

GLOSS. κράσπεδον. -ae extremitates.

I *i. q. c a p i l l a m e n t u m*: **A** *de c a p i l l i s h o m i n u m, i. q. c i r r u s, crines crispi, cincinnus*: CIC. Pis. 25 erant illi ... madentes cincinnorum -ae. PS. AMBR. act. Seb. 21, 78 qui in lenocinio sui moliendo capitis -as committit. **B** *de p i l i s b e s t i a r u m*: AVG. serm. ed. Mai 188, 3 num vides leaenam vel tigrim post catulos suos ... sequi ... usque ad tactam -am filiorum suorum. **C** *de h e r b i s*: SER. SAMM. 803 nimios reserati vulneris amnes feniculi cinis astringit vel -a porri. *nota de f i b r i s venarum*: PLIN. nat. 11, 220 venaĕ in praetenues postremo -as (fibras *det. codd.*) supter totam cutem dispersae.

II *de v e s t i m e n t o r u m extremitatibus* (GLOSS. θύσανος, κροσσός, κροσσὸς ἱματίων): *i. q. l i m b u s, cirrus, margo sive incisus sive sine incisuris* (*cf.* VARRO ling. 5, 79 *v. supra l. 26.* PAVL. FEST. p. 90 *v. l. 28.* PS. RVFIN. in psalm. 44, 14 *v. supra l. 37.* CASSIOD. in psalm. 44, 15 *v. supra l. 38.* ISID. orig. 19, 24, 20 *v. supra l. 41*). PETRON. 32, 2 circa cervices laticlaviam immiserat mappam -is hinc atque illinc pendentibus. APVL. met. 11, 3 palla ... ad ultimas oras nodulis -arum decoriter confluctuabat. ITALA exod. 28, 22 (Aug. quaest. hept. 2, 116) facies super rationale -as complectentes (κρωσσοὺς συμπεπλεγμένους, VVLG. catenas cohaerentes). COMM. apol. 283 facere licet unam -am. TREB. trig. tyr. 30, 14 gemmis dependentibus per ultimam -am. HIL. in Matth. 14, 19 ut ex veste tota -ae, ita ex domino nostro ... sancti spiritus virtus exiit (*cf. p. 765, 32*). HIER. epist. 52, 13, 2 nolo te dilatare -as. tract. in psalm. I p. 248, 26 longum est dicere ... de -is. c. Ioh. 11 pedes deosculans, -as vellens *turba*. VVLG. num. 15, 38 ut faciant tibi -as per angulos palliorum. deut. 22, 12 funiculos in -is facies per quattuor angulos pallii tui. psalm. 44, 14 omnis gloria eius filiae regis ab intus, in -is a u r e i s (AVG. civ. 17, 16 p. 239, 9 D. epist. 36, 22 in psalm. 44, 29 c. Faust. 16, 11). Matth. 23, 5 magnificant -as (κράσπεδα. ISID. eccl. off. 2, 16, 7. *cf.* SVLP. SEV. dial. 1, 21, 3 dilatat continuo -as suas). AMM. 14, 6, 9 ut longiores -ae tunicaeque per-

[Simbeck]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

spicue luceant. RVFIN. hist. 7, 18, 2 si ... aereae -ae summitatem contigerit *herba*. SVLP. SEV. Mart. 8, 4 -ae vestimento eius detractae. dial. 1, 25, 2 obsessos ... -arum virtute curabat. PAVL. NOL. epist. app. 2, 13 p. 445, 26 per extremitates vestimentorum -as habeant. CYPR. GALL. num. 433 -a conserto cunctis hyacinthina nodo nectitur. VEN. FORT. Mart. 2, 13 -a quin etiam quod nobilis attigit umquam sparsit abundantem modica de veste salutem. ORIG. in Matth. 18, 10 ex phylacteriis et -is ... manifestum est, qui sunt qui diligunt ab hominibus vocari Rabbi. 18, 11 -am aliquam facientes in aliqua parte vestimentorum. *bis.* *accedit gen. vestimenti, vestis sim.*: PLIN. nat. 37, 37 quia vestium -as rapiat *sucinum*. IREN. 1, 3, 3 cum tetigisset -am vestimenti eius (*ibid.* tetradis, quae per -am manifestata est. 2, 20, 1 *bis.* 2, 23, 1 HIL. in Matth. 9, 7 cum ... usque in vestium -as operatio divina procederet [*cf. ibid.* ut etiam in -is eius humanae salutis operatio contineretur]. 14, 19 oblati -as vestimentorum contingere optabant. AMBR. paenit. 1, 7, 31 VVLG. Matth. 9, 20. 14, 36 Marc. 6, 56 Luc. 8, 44 AVG. doctr. christ. 2, 3, 4. GREG. M. dial. 2, 4 quod eundem monachum ... quidam niger puerulus per vestimenti -am foras traheret. epist. 11, 56ᵃ p. 339, 15 mulier, quae fluxum patiebatur sanguinis, vestimenti eius -am tetigit. ORIG. in Matth. 13, 3 tangunt -am vestimenti eius et sanantur. ISID. ort. et obit. 135 *al.*). RVFIN. hist. 7, 18, 2 usque ad stolae illius aerei indumenti -am (μέχρι τοῦ κρασπέδου). SVLP. SEV. dial. 1, 20, 2 cilicii sui -is corpora obsessa curabat. *per breviloquentiam quandam additur gen. hominis vel pronomen possess.*: AMBR. patr. 9, 38 cuius inopia ditat, sanat -a. VVLG. Zach. 8, 23 apprehendent -am (κρασπέδου) viri Iudaei. VIGIL. TRID. ad Simplic. 3 quatenus possim ... -am aut sacerdotum aut martyrum ... peccator attingere. FVLG. Virg. cont. p. 86 si vel extremas tuas praestringere contingerit -as. AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 499, 24 CASSIAN. conl. 13, 15, 4 VEREC. in cant. 4, 14. GREG. TVR. Franc. 7, 22 quod ego eum velem a sancti antestitis -is separari. *mystice*: HIL. in Matth. 9, 6 spiritus sancti de Christi corpore modo -ae exeuntis (*cf. p. 764, 76*). AMBR. virginit. 16, 100 -am eius (*Christi*) attinge. *ibid.* si pari devotione divini sermonis extremam saltem -am comprehendas. *huc addiderim locutionem tropologicam et mysticam de apostolo Paulo, qui* -a vestimenti domini *appellatur*: AVG. in psalm. 44, 22 audi Paulum illum minimum, -am de vestimento, quod tetigit mulier in fluxu sanguinis (serm. ed. Mai 25, 3 quaeramus quid sit -a vestimenti *domini* ... vestimentum domini intelleguntur apostoli adhaerentes ei ... ergo Paulus apostolus ... est -a vestimenti domini, quia ipse erat novissimus apostolorum).

latiore sensu i. q. filum, floccus, licium sim.: CELS. 2, 6, 6 si manibus quis ... in veste floccos legit -asve deducit (*in morbo letali*). PLIN. nat. 7, 171 -arum curam (*i. signum letale*). TERT. virg. vel. 17 -am aut villum aut quodlibet filum cerebro superponunt. ORIBAS. syn. 5, 5 p. 49 aqua ... mollem spungiam sive lanam aut latum pannum fimbris (febris *La*) sunt imponenda, ut lapsi fluoris excipiantur. *adde i. q. ligamen, tropice*: AMBR. Abr. 1, 3, 10 amputavit -am (*v. l.* fibram) discordiae, ne contagium serperet.

deriv.: fimbriatus. *cf. Onomast.*

fimbriātus, -a, -um [*a* fimbria. *Th.*]. QVINT. inst. 8, 3, 32 nec a verbis modo, sed a nominibus quoque derivata sunt quaedam, ut ... ab Asinio -um et figulatum.

i. q. fimbrias, cirros habens, cirratus: **1** *de fronte hominis*: TITIN. com. 112 quasi hermaphroditus -um frontem gestas. ITIN. Alex. 6 fuit fronte plerumque nuda, quamvis pinguius -a. **2** *de vestimentis sim.*: SVET. Iul. 45, 3 usum enim Iulium ferunt lato clavo ad manus -o (*cf. Ihmii adn. et Marquardt, Privatleben der Römer p. 545 adn.*). SCHOL. Iuv. 2, 124 -ae sive vittatae vestes. ISID. orig. 19, 24, 14 lacerna pallium -um. PAVL. FEST. p. 288 rica est vestimentum quadratum, -um. **3** *de herbis, i. q. foliorum, radicum sim. fibras habens*: PLIN. nat. 17, 67 *stolones* avelluntur partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum -o corpore. 18, 53 milio comae granum complexae -o capillo curvantur. 21, 92 -is foliis. 25, 48 radice -a ceparum modo. 25, 138 radice ad nucis abellanae figuram -a. 27, 105 radix ... multis capillamentis -a. *nota de flagro*: APVL. met. 8, 28 quod *flagrum* semiviris illis proprium gestamen est, contortis taenis lanosi velleris prolixe -um.

fimbrium, -iī *n. v. p. 764, 31 sqq.* *Simbeck.*

fimētum, -ī *n.* [*a* fimum. *Th.*]. *i. q. sterquilinium*: PLIN. nat. 1, 24, 171 herba de -is (24, 171 herba quae gignitur super -a ruris). 10, 153 quaedam *ova* ... sponte natura⟨e⟩ gignunt, ut in Aegypti -is. 17, 57 -a sub diu concavo loco et qui umorem colligat ... fieri iubent *eqs.* *Bauer.*

(?)charitin **fimirium** (fimarium *cod. alter*) GLOSS. III 172, 59. *Ichm.*

²fimum (-us), -ī *n.* (*m.*) [*orig. inc., nisi cf. est c.* foetere. *Th.*]. *de etymologia*: ISID. orig. 17, 2, 3 dictus -us, quod fiat †mus (*sic T*; quod f. m. *om. DK.* ⟨i⟩mus *an* ⟨hu⟩mus?). *scribitur* fem-: CHIRON 698 p. 219, 18 MISC. Tir. p. 50, 14 GLOSS. III 456, 21. 558, 8. 622, 28. *ad hanc scripturam pertinere videntur corruptelae codicum his locis*: PLIN. nat. 2, 236 -o (faeno, fano, feno, foeno *trad.*). 28, 243 -i (feminum *vel* femininum *trad.*). CHIRON 698 p. 219, 19 -i (fenici *trad.*). VEG. mulom. 2, 121, 3 fenum *P.* MISC. Tir. p. 58, 3 -um (feminum *trad.*). *de genere et de formis: formam* -us *masculinam, semper singularem praescribunt grammatici*: CHAR. gramm. I 32, 1 masculina semper singularia ... hic -us (DIOM. gramm. I 327, 18 EXC. Bob. gramm. I 548, 4 PHOC. gramm. V 427, 25 IDIOM. gen. gramm. IV 578, 70 GRAMM. suppl. 84, 29 BEDA gramm. VII 273, 16). *pluralis nusquam invenitur. forma* -um *neutrius generis solemnis est ante Christianorum tempora. forma* -us *masc. generis legitur*: PLIN. med. 3, 5 *gd.* 3, 30 *d.* PALLAD. 4, 10, 20 SERV. georg. 1, 1 (*cf.* ISID. orig. 17, 2, 3). VVLG. III reg. 14, 10 HESYCH. in lev. 4, 11 p. 825ᴮ. GLOSS. II 353, 28 hic -us (*cf.* PLIN. nat. 28, 177. 235. 30, 77 -us *pars codd.*). -us *nom. et acc. neutr. generis*: PLIN. med. 3, 23 SER. SAMM. 350. 599. 714. 954. *genus fem. traditur*: APVL. met. 7, 28 liquida -o strictim egesta (*sed* 4, 3 -o fistulatim excusso). *cf.* PLIN. nat. 18, 145 -o addita (*pars codd.*). 19, 121 -o ingesta (*pars codd.*). *de notione: est stercus hominum vel animalium*: GLOSS. stercus quod a ventre purgatur. stercus animalium. stercus boum. stercore bubulum. -o boum stercore (CHAR. gramm. I 32, 1 stercus. ISID. orig. 17, 2, 3 idem *quod stercus* et -us est, qui per agros iacitur [*cf.* SERV. georg. 1, 1]). κόπρος. βόλιτον ἤτοι βόλβιτον (PAVL. FEST. p. 32 ex -o quod Graeci appellant βόλβιτον. IDIOM. gen. gramm. IV 578, 70). ὄνθος (EXC. Bob. gramm. I 548, 4). χέσμα (GLOSS. IV 76, 17 -um pecuniae *errore scriptum*; pecuniae *ad verba antecedentia pertinet*). *discerni videntur* -um *et* stercus COLVM. 4, 8, 3 (*opponuntur* -um *et* columbinum stercus). CHIRON 698 ab stercore equalis (*i. equilis*), quod -um vocatur. *cf. infra l. 43.* *de usu: legitur inde a* CATONE *et* LVCIL. (1018). *habent singulis locis* VARRO (stercus *12ies*) LIV. PHAEDR. (stercus *ter*) TAC., *binis* SEN. phil. (stercus *ter*) APVL., *trinis* CATO (stercus *25ies*) VERG., *passim scriptores rei rusticae inde a* COLVM. (stercus *non rarius*) *et rei medicae inde a* PLIN. nat. (*qui* stercus *rarius usurpat*); *deest apud* CELS. SCRIB. LARG.; *legitur in* VVLG. *septem locis* (*quibus* ITALA *fere* stercus), *25ies* stercus. [*loc. dub.*: CORP. IV 6769 fimu.] [*francog. vet.* fiens. *M.-L.*]

1 *generaliter*: LVCIL. 1018 hic in stercore humi fabulisque, -o atque sucerdis. VERG. Aen. 5, 333 pronus in ipso concidit immundoque -o sacroque cruore. 5, 358 udo turpia membra -o (*cf. Homer. Il. 23. 775 sqq.*). SEN. nat. 3, 26, 7 circa Messenem et Mylas -o (-um *trad.*) quiddam simile ... mare profert (*cf.* PLIN. nat. 2, 220). COLVM. 6, 6, 4 *bovi* manu per anum inserta -um extrahere (6, 30, 10 eximere). PLIN. nat. 8, 40 *bonasum* reddente⟨m⟩ in *fuga* -um, interdum et trium iugerum longitudine (*cf.* SOL. 40, 10). 31, 55 Arethusam ... -um redolere per Olympia. PAVL. sent. 5, 4, 13 (= dig. 47, 11, 1, 1) si quis -o corrupto aliquem perfuderit. VVLG. exod. 29, 14 vituli et corium et -um combures (*sim.* lev. 4, 11. 8, 17. 16, 27 num. 19, 5. ITALA [Lugd.] *ubique* stercus). III reg. 14, 10 sicut mundari solet -us usque ad purum Ezech. 4, 15 dedi tibi -um boum pro stercoribus humanis. COD. Theod. 7, 1, 13 (*a. 391*) ut nullus ... immundo -o sordidatis fluentis commune poculum polluat. PS. AVR. VICT. epit. 8, 4 caeno -oque et ceteris turpioribus dictu purgamentis (*cf.* SVET. Vit. 17, 2 stercore et caeno).

2 *usus speciales*: **a** *in agricultura*: CATO agr. 28, 2 arbores ... oblinito ... -o summas (46, 2 *passim. cf.* SEN. epist. 86, 17 *caput arboris* -o tinctum [PALLAD. 2, 15, 16 *al.*]. COLVM. 11, 3, 23 *brassica* liquido -o ... illita. *al.* 11, 3, 25 radix -o liniri debet. *al.*). 40, 2 argillam vel cretam coaddito, harenae paululum et -um bubulum, haec una bene condepsito. VARRO rust. 16, 16 vitiles *alvos* -o bubulo oblinunt intus et extra, ne asperitate absterreantur. VERG. georg. 2, 347 quaecunque premes virgulta per agros, sparge -o pingui. COLVM. 2, 5, 2 disiectum ... -um inarari et obrui convenit, ne solis halitu vires amittat. 2, 10, 15 *lens* -o arido (9, 15, 5 *al. cf.* PALLAD. 3, 4 cum -i ariditate) permisceri debet et ... spargi (*cf.* PLIN. nat. 17, 61 *bacas lauri* -o [fumo *codd.*] ad satu⟨m⟩ praeparatas. 17, 63 *serendas amygdalas* -o ... diluto maceratas. PALLAD. 2, 14, 4 semina ... -o allinunt). 2, 14, 4 *asinus* bene confectum atque idoneum protinus arvo -um reddit. 2, 17, 2 loca ... -o iuvanda sunt (*cf.* 3, 11, 4 solum ... -o ... stercorari. 10, 82 armenti ... -o saturet ieiunia terrae. PALLAD. 12, 7, 20 *locus* -o satiatus). 4, 22, 3 *mergus* -o satiatur (PALLAD. 12, 3. *cf.* COLVM. 5, 9, 13 -o pabulandae sunt oleae). 9, 14, 1 fumus immittatur *in alveos purgandos* factus incenso bubulo -o. 9, 14, 2. 14. 9, 15, 5. PLIN. nat. 17, 48 *marga* -i desiderat quantulumcunque. 17, 247 cupressus et aquas aspernatur et -um (19, 83 odit. *al. opp.* 19, 69 *cucurbites* amant rigua ac -um. *al.* 19, 110 cum *porrum* -o ... gaudeat. *al.* PALLAD. 2, 14, 5 *nasturcium* -um non desiderat). 18, 134 *lupinum* adeo non eget -o, ut optimi vicem repraesentet. *nota: generatim de laetamine usurpat* HIER. in Ioel. 1 p. 172 ut *stipula et fenus* non solum esui, sed et -o inutilia sint. **b** *in medicina*: PLIN. nat. 8, 152 *contra rabiem canum* gallinaceo ... -o immixto canum cibis. 22, 104 *laser* alopecias ... replet cum vino ... ac murium -o et aceto. 22, 123 *farina quaedam* ad duritias cum -o columbarum. 22, 125 aerina *farina* strumas et panos concoquit cum -o columbino et lini semine decocta in vino. 28, 91 -i (fumi *V*) *camelini* cinere crispari capillum cum oleo. 28, 227 -um asinini pulli, quod primum edidit a partu, datum ... e vino medetur. *ibid.* eadem et ex equino pullo (*cf.* 28, 239. 253) ... vis est. *sic passim apud* PLIN. (*praesertim libris* 28, 29, 30) *et alios medicinae scriptores.* **c** *varii usus*: LIV. 38, 18, 4 *Axylon terram qui incolunt*, -o bubulo pro lignis utuntur. COLVM. 7, 5, 8 vas *medicamentum quoddam continens* in sterquilinio defoditur ac toto anno -i vapore concoctum mox promitur. PLIN. nat. 16, 222 *materias* [*Bauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-o illitas siccari, ut afflatus non noceant. TAC. Germ. 16 *specus subterraneos* multo insuper -o onerant.

3 *tropologice*: TERT. pudic. 6 p. 230, 11 *caro* nova emergit iam non ex seminis limo, non ex concupiscentiae -o (fumo *trad.*), sed ex aqua pura et spiritu mundo. HESYCH. in lev. 4, 11 p. 825[B] *peccata generis humani* -us domini verisimiliter dicuntur.

deriv.: fimetum.

fimus, -ī *m. v. p. 766, 6 sqq.* **fimus** *n. v. p. 766, 10.*

***fīnālis**, -e *adi. a* finis. GLOSS. -is ἐμπροθέσμως (-ος?). -es ἐμπροθέσμους. *est latinitatis recentioris.* [*loc. dubiae interpretationis*: DOSITH. gramm. VII 428, 4 larvali habitu. imaginaria forma. -i habitu (ferali *sive* funerali *Stangl*).]

1 *i. q. finem faciens, in fine situs, terminalis, extremus*: **a** *de fine loci alicuius*: CHALC. comm. 66 circulus -is ... horizon Graeco nomine, limitans mundum (71 MACR. somn. 2, 5, 9. *omisso subst.* circulus CHALC. comm. 66. 67). AVG. lib. arb. 2, 8, 22 p. 1252 *quodvis corpusculum habet* alias *partes* -es, aliam mediam. MART. CAP. 6, 611 -e promunturium (*i. in fine orbis situm. cf.* CASSIOD. var. 2, 5, 2 -bus locis). BOETH. mus. 4, 12 p. 335, 2 -is *chorda tetrachordi* (*syn.* ultima, extrema, *opp.* princeps). *speciatim*: *t. t.* GROM., *i. q. finem agrorum faciens*: SIC. FLACC. grom. p. 103, 14 Th. terminos -es (GROM. p. 365, 18 L. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 49, 1). p. 107, 14 si arbores -es observabuntur (*al. passim.*, GROM. p. 270, 5 L. arbores -es vel terminales). p. 112, 1 *fossas* -es esse (p. 112, 3 utrum *fossae* propriae an -es sint. p. 112, 25 fossas ... -es observari. *al. cf.* LIB. col. I p. 217, 10 L. rivi. *al.*). p. 113, 6 macerias (p. 113, 9 *syn.* 9 quae fines praestant). LIB. col. I p. 241, 2 arcas. *al.* p. 243, 16 signa. *al.* p. 249, 31 lapidum (INST. Iust. 4, 17, 6 *al. cf.* GROM. p. 357, 6 petra). **b** *de fine temporis vel actionis*: PS. AMBR. paenit. 10 p. 984[B] exitus -is (*i. finis vitae. cf.* SEDVL. op. pasch. 3, 24 p. 251, 4 -is luminis [*i. diei supremi*] metam). AVG. civ. 17, 8 p. 223, 14 D. -is illa mutatio (*i. in fine mundi. cf.* ALC. AVIT. carm. 2, 369 -e malum). ALC. AVIT. carm. 3, 116 -em promit sententia *dei iudicantis* legem (*i. quae finit causam*). **c** *t. t.* GRAMM., *i. q. finiens partem aliquam sermonis, orationis*: *i. q. finiens sententiam*: DIOM. gramm. I 437, 16 *distinctio* (θέσις) summo loco ponitur, cum sensum terminat, et vocatur -is a nobis, a Graecis τελεία. *i. q. finiens metrum, colon sim.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 36, 28 syllabam (37, 20. 63, 2 SERV. gramm. IV 457, 5 *al.*). 74, 11 *portiunculas* (*i. cola, commata versus heroi*) -es seu novissimales (τελικά; *opp.* initiales, communes). *i. q. finiens verbum*: SERV. gramm. IV 449 (*titulus*) Servii Honorati de -bus (*sc. syllabis. idem titulus* FIN. METR. gramm. VI 229 de -bus [metrorum *additum in codd.*]. FRG. Bob. gramm. VI 625 de -bus syllabis). Aen. 11, 659 *accentus* in -em (*sc. syllabam*) transfertur. *al.* (*syn.* ultima, *opp.* principalis [PRISC. gramm. II 464, 4], praepositiva, postpositiva [*ibid.* III 112, 3]). EVTYCH. gramm. V 448, 4 ex -i terminatione. 614, 18 -e ἄλφα in ε mutant (PRISC. gramm. II 458, 25 i -i conversa in e). *i. q. finiens syllabam*: MACR. exc. gramm. V 616, 38 *litterae v* nec -i esse ... nec incipere ... fas erat. *speciatim*: *syllaba* -is, *i. quae terminationis est, non stirpis*: MACR. exc. gramm. V 606, 2. 633, 16. 639, 31. **d** *t. t. philos.*: *spectat ad illum perfectionis gradum, quem 'finem' vocant philosophi, i. q. summus, extremus* (*cf.* CIC. fin. 3, 55 *bona* ad illud ultimum pertinentia; sic enim appello, quae τελικά dicuntur; nam hoc ipsum instituamus, ut placuit, pluribus verbis dicere, quod uno non poterimus, ut res intellegatur). *subest interdum per ambiguitatem etiam significatio rei, quae in fine mundi ultimo donatur, v. l. 30*: AVG. civ. 8, 8 p. 332, 22 D. -i ... bono ... quo cuncta ... referrent atque id quo referendum esset, non ultra quaererent (*ibid.* p. 332, 27 -e *bonum*, ... id est propter se ipsum appetendum. 19, 1 p. 350, 24). 19, 4 p. 359, 18 illa -i beatitudine (p. 362, 23. 19, 10 p. 370, 19 beatitudo -is, ipse perfectionis finis, qui consumentem non habet finem). 19, 11 p. 371, 14 *pacem* (19, 27 p. 403, 31).

2 *latiore sensu de rebus, quae aliquo modo ad finem quendam pertinent*: **a** *t. t. gromaticorum et* ICTORUM: *i. q. pertinens ad finem agrorum*: APVL. met. 6, 29 in causa -i de proprietate soli, immo viae herciscundae (COD. Theod. 2, 26, 2 quoniam *causa* non -is, sed proprietatis est. *cf.* PAPIN. dig. 10, 1, 11 in -bus quaestionibus [ἐν ταῖς περὶ ὅρων ζητήσεσιν. CALL. dig. 47, 21, 3, 2 SYMM. epist. 4, 71, 1 COD. Theod. 2, 26, 2]. COD. Theod. 2, 26, 4 -is iurgii. 2, 26, 5. BOETH. in Cic. top. 4 p. 1117[A] -ia litigia. CASSIOD. var. 3, 52, 1 contentio. COD. Iust. 8, 44, 10 lis). APVL. Plat. 2, 7 duabus ... de causis utilitatem hominum iustitia regit ... quarum ... secunda -is est. GROM. p. 325, 11 L. expositio litterarum -ium (p. 364, 2. *cf.* p. 364, 3 -es titulos). p. 332, 12 per ipsam viam sine dubio -is causa dirigatur (p. 363, 11. 364, 5. 365, 8. 26). *adde*: SIDON. epist. 6, 6, 1 bonitas conditoris habitationem potius hominum quam caritatem -bus claudit angustiis (*i. quas fines terrarum praebent*). **b** *t. t. rhet. et gramm.*: *i. q. pertinens ad finem versus, verbi*: DIOM. gramm. I 496, 9 -is necessitas (*i. quae est in fine versus*). PRISC. gramm. II 402, 15 -es ... accentus (*i. in ultima syllaba positos*). *i. q. pertinens ad finem* (τέλος) *artis rhetoricae*: PRISC. rhet. 6, 16 p. 555, 11 amoveas misericordiam per capitula, quae -ia dicuntur id est utili, iusto, honesto (τελικὰ κεφάλαια. *cf.* p. 556, 4. 11, 33 p. 559, 30). *i. q. pertinens ad eum statum, qui finis vocatur, finitivus*: DON. Ter. Eun. 960 causa -is.

3 *i. q. finitus, finem habens, finibus circumscriptus*: SIDON. epist. 7, 14, 3 corpulentiam per spatia quamvis porrecta -em. 8, 14, 1 laus ... stringi spatiis non est contenta -bus. CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 112, 22 habet certum magnitudinis modum, quidquid -e est. p. 113, 1. 115, 8.

adv. **fīnāliter**. FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 5 p. 250[B] ut vita eo, quod finis dicitur, quandoque putetur -r abolenda (*i. morte finienda*).

deriv.: finalitas.

***fīnālitās**, -ātis *f. a* finalis. *i. q. qualitas syllabae finalis sive ipsa syllaba finalis, extremitas, terminatio* (GRAMM. suppl. 3, 10 -s ... ipsa ultima terminatio intellegitur). *frequentant* GRAMM.

SERV. Aen. 1, 116 '*ibi*' *et* '*ubi*' ratione -is plerumque producuntur in versu (3, 91. 464 georg. 2, 70). MACR. exc. gramm. V 643, 39 praeteritum perfectum et futurum sub diversa -e (FRG. Bob. gramm. V 557, 1 *al.*). 644, 22 participia et nomina ... quae ... -em solitam verborum ... amiserint. EVTYCH. gramm. V 447, 13 alter *libellus* indicio -is speciales exsequitur regulas (*est liber* de -bus p. 467, 17). 452, 25 *verba quaedam* -em non in 'iculum', sed in 'ulum' converterunt. *al.* *Bauer.*

***findo**, fidī, fissum, -ere [*i. q. ind.* bhinádmi '*findo*', *cf. c. got.* beitan '*mordere*', *fortasse c. gr.* φείδεσθαι. *Th.*]. *formae*: fend-: ACT. Arv. a. 224, 5 *v. infra l. 76.* SYMPH. 189 *v. p. 769, 18. ind. praes.* findeat: CHIRON 664 *v. p. 769, 14. perf.* fidi *testatur* PRISC. gramm. II 459, 23. 467, 5. 517, 13 findo ... fidi facit, licet quidam fissi putaverunt. 519, 19. *legitur tribus tantum locis*: CELS. 8, 4, 6 AMM. 18, 8, 12 NOT. Tir. 74, 85. GLOSS. -it διασχίζει. *legitur inde a* PLAVTO *v. p. 769, 19. confunditur passim in codd.* -o *cum* scindo, fundo, fissus *cum* fessus. [*loci dubii et corr.*: GERM. 254 findere *codd. deteriores pro* tangere. PANEG. in Mess. 173 *v. vol. IV p. 213, 24.* MART. CAP. 9, 930 chromaticum modulandi genus per ipsam funditur (finditur *codd.*).] [*it.* fendere, *francog.* fendre, *hisp.* hender. *M.-L.*]

B *de rebus, i. q. finem habere*: *spectat ad locum*: FRONTIN. grom. p. 2,14 Th. *ager* per ea loca, quibus -it, terminos accipere coepit. HYG. grom. p. 151,14 ab Aegypti fine usque ad oceanum, qua -it circulus aequinoctialis (*sc. sol umbras in sinistrum emittit*). FAV. EVL. p. 13,28 (*de quadrato numero novenario*) initium habet in tribus et medium obtinent tres idemque -unt. *adde*: SVBSCR. Stat. Theb. cod. Put. *post* 4,850 -it (*i. q. explicit*. SVBSCR. Hil. hymn. *post* 2,72 Priscill. tract. cod. Wirc. *post* tract. 3, 74 Alc. Avit. hom. papyr. Paris. f. 15^{v} [p. 133, 14] *al.*). Hil. myst. cod. Arret. *post* myst. 27 (p. 28, 13) -it tractatus mysteriorum S. Hilari. *spectat ad tempus*: CYPR. pasch. 2 *mensis* unde incipiat et ubi -iat. AMM. 24, 4, 20 cum anceps pugna diei -isset occasu. VEN. FORT. Mart. 3, 262 caenula -vit. *fere i. q. perire*: TERT. adv. Hermog. 34 p. 163, 15 ⟨caelum primum et terra prima abierunt et locus non est inventus illis⟩, scilicet quod -it et locum (et finit(i)o cum *vel* et finit locum *codd.*, *em. Kroymann*) amittit. EXC. barb. chron. I p. 310, 28 Fr. Lydiorum regnum incipiens ab Ardio ... -iit in olympiada quinquagesima octava. ALC. AVIT. carm. 3, 65 flamma ... numquam -iat. *fere i. q. deficere*: SCHOL. Pers. 3, 76 maena ... sic locupleti oblata est, [ut] prius quam -ret, quod in cellario primum habuerat.

syn.: *ad I A*: componere (PAVL. dig. 50, 16, 230), concludere

[*Bacherler*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(QVINT. inst. 1, 5, 25), conficere (AVG. civ. 5, 22 p. 234, 22 D.), consummare (APVL. flor. p. 66 *al.*), perducere (AVG. civ. 20, 21 p. 460, 3 D.), perimere (ITALA exod. 32, 12 [Monac.]), terminare (LVCR. 1, 1001 PAVL. dig. 50, 16, 230 AVG. civ. 5, 26 p. 240, 7 D. *et passim apud* GRAMM.), transire (VVLG. Ier. 8, 20). *ad IB*: depingere (GELL. 12, 4 tit.), dicere (ARNOB. nat. 3, 40 p. 138, 22). *ad II*: abire perire praeterire (TERT. adv. Hermog. 34 p. 163, 12 *sq.*), desinere (QVINT. inst. 8, 6, 50). *opp.*: *ad I et II*: incohare (MART. 13, 36, 2 *al.*), incipere, ordiri. *ad IA*: amputare (CIC. orat. 170), consistere (GAIVS dig. 7, 1, 3, 3), constituere (CVRT. 4, 14, 10 GAIVS dig. 7, 1, 3, 3), exoriri (AVG. civ. 5, 26 p. 240, 7 D.), generare (AVG. epist. 36, 22), gignere (VAL. MAX. 1, 8 ext. 17), inire (LIV. 26, 6, 13 VELL. 2, 33, 3), oriri. *ad II*: initium habere (FAV. EVL. p. 13, 28), initium sumere (QVINT. inst. 8, 6, 50), nasci (*p. 784, 61*).

compos.: circum-, con-, de-, praefinio.

deriv.: finitio, finitor.

part. perf. pass. pro adi. **×fīnītus**, -a, -um. *superl. v. p. 786, 25.* NOT. Tir. 34, 62. GLOSS. *v. p. 781, 12 sq. distinguitur a* finitivus: DIFF. ed. Beck p. 57, 20 -um est, quod iam finem accepit; finitivum, quod potest finiri, tamquam 'coactum' vel 'coactivum'. [*dub.*: APVL. Plat. 2, 15 -is *trad.*, infinitis *Wowerius.*]

I *i. q. finibus circumscriptus, circumcisus (plerumque translate; proprie de loco v. l. 62 sqq.)*: *de tempore*: CIC. fin. 1, 63 *Epicurus dixit* neque maiorem voluptatem ex infinito tempore aetatis percipi posse, quam ex hoc percipiatur, quod videamus esse -um. 2, 88 *Epicurus* negat infinito tempore aetatis voluptatem fieri maiorem quam -o atque modico (LVCR. 1, 563 *opp.* infinitum tempus. CHALC. comm. 148 tempore -o, ... cuius determinatio *eqs.*). LVCR. 5, 315 silices ... nec validas aevi vires perferre patique -i (*opp.* infinitum tempus). ARNOB. nat. 2, 63 p. 98, 25 scire ... infinita an -a sint saecula, ex quo *eqs.* *de natura rerum*: CIC. div. 2, 103 quod -um est, inquit *Epicurus*, habet extremum. VARRO ling. 5, 11 Pythagoras ... ait omnium rerum initia esse bina, ut -um et infinitum. LVCR. 2, 480 primordia rerum -a variare figurarum ratione (2, 519. *cf.* 514 -is [infinitis *codd.*] ... figuris. 2, 560 -a [infinita *codd.*] ... primordia). 2, 528 necesse est, quae similes sint, esse infinitas aut summam materiai -am constare. SEN. nat. 6, 32, 8 omnia esse -a (BOETH. arithm. 2, 32 p. 126, 8 omnia ... vel infinita esse vel -a. 2, 32 p. 126, 10 omnia ... ex his duobus consistere aut ex -a scilicet aut ex infinita *substantia*). AVG. civ. 12, 18 p. 539, 13 D. deus ... rerum quas facit omnium -arum omnes -as apud se rationes habet. CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 112, 23 mundi molis (moles *edd.*) ..., quoniam ex -is est compacta corporibus, ... finalis est. *de numeris sim.* (*cf. p. 786, 4*): VARRO ling. 9, 64 multitudinis vocabula sunt unum infinitum ut 'musae', alterum -um ut 'duae tres'. 10, 83 quod in numeris -is multitudinis natura singularis non est, dicitur hi duo (SERV. Aen. 2, 501 'centum' ... -us est numerus pro infinito [georg. 4, 382 CASSIOD. in psalm. 90, 7 *cf. p. 786, 30*]. AVG. civ. 12, 19 p. 541, 30 D. *numeri* singuli quique -i sunt et omnes infiniti. 12, 21 p. 547, 25 -us numerus ... animarum. *cf.* BOETH. mus. 2, 3 p. 228, 22 numerus quantum ad minorem modum -us est, infinitus autem incipit esse cum crescit. cum igitur haec ita sint infinita, tamen quasi de rebus -is philosophia pertractat, inque rebus infinitis repperit aliquid terminatum). BOETH. arithm. 1, 1 p. 9, 16 magnitudo ... a -a incohans quantitate modum in divisione non recipit (1, 1 p. 9, 24 delegit ... de infinitae multitudinis pluralitate -ae terminum quantitatis. mus. 1, 6 p. 193, 11 *quantitas* quae discreta est in minimo ... -a est, sed in infinitum ... procedit. namque in ea minima unitas eademque -a est, in infinitum vero modus pluralitatis augetur, ut numerus, qui, cum a -a incipit unitate, crescendi non habet finem. 2, 3 p. 228, 9 multitudo ... a -a incohans quantitate crescens in infinita progreditur. 2, 3 p. 228, 14 magnitudo -am ... suae mensurae recipit quantitatem, sed in infinita decrescit). *de loco*: LVCR. 1, 956 spatium ... pervideamus utrum -um funditus omne constet an immensum pateat (1, 968 [986 *cf. p. 781, 32*]). PLIN. nat. 1, 2, 1 mundus (SIL. 3, 3 COMM. instr. 2, 39, 8). AVG. civ. 12, 13 p. 530, 5 D. (*mare, gutta*) unum perexiguum est, alterum magnum, sed utrumque -um. *de variis rebus*: QVINT. inst. 9, 4, 50 rhythmis libera spatia, metris -a sunt. CHALC. comm. 148 cum omnia, quae fiunt, infinita sint, ... fatum ipsum tamen -um est ac determinatum. AVG. civ. 11, 10 p. 477, 3 D. una sapientia est, in qua sunt infiniti quidam eique -i thensauri rerum intellegibilium. divers. quaest. 15 quod se comprehendit, -um est sibi.

II *i. q. accurate definitus, constitutus, certus, specialis*: **A** *generatim*: CIC. nat. deor. 2, 90 motus eius (*mundi*) -os et aequabiles omniaque ratis ordinibus moderata *esse*. LIV. 9, 34, 15 non die ... citius, quam necesse est, magistratu abieris, modo ne excedas -um tempus (PLIN. nat. 2, 141 -o die. COD. Theod. 16, 2, 19 [*a. 370*] intra -os annos. *cf. sub* finio *p. 783, 78 sqq.*). VITR. 7, 5, 1 rerum, e quarum -is certisque corporibus ... sumuntur exempla. 7, 5, 3 pinguntur ... monstra potius quam ex rebus -is imagines certae. SEN. nat. 2, 47 aut perpetua esse fulmina aut -a aut prorogativa. *ibid.* -a ad diem utique respondent (2, 48, 1 fulmen -um est, aeque enim ad diem respondens). epist. 94, 16 sapientiae praecepta -a esse debent et certa. CELS. dig. 8, 6, 6, 1ᵃ certus ac -us viae locus. **B** *speciatim*: *t. t. rhet.*: QVINT. inst. 3, 5, 4 quaestiones esse aut infinitas aut -as (3, 5, 8. 18. 3, 6, 81 *cf. p. 783, 73*). 8 pr. 8 quaestiones alias infinitas, alias -as, quae personis, temporibus, locis continerentur. MART. CAP. 5, 441 *quaestio* -a est, cum nascitur de certo facto demonstratque personam. *adde*: QVINT. inst. 9, 4, 129 historia non tam -os numeros quam orbem quendam contextumque desiderat. *t. t. gramm.*: VARRO ling. 8, 45 primum genus *appellandi* est infinitum, secundum ut infinitum, tertium ut effinitum (ut -um *Aug.*), quartum -um. 8, 80 *nomina* (*cf.* PRISC. gramm. III 20, 16 loco propriorum -orum). 9, 31 verba (MAR. VICTOR. gramm. VI 197, 24 -um verbum aut infinitum. *cf.* CHAR. gramm. I 164, 16 qualitas verborum ⟨aut⟩ -a est aut infinita. *persaepe apud* GRAMM.). 10, 20 (19) in articulis duae partes, -ae et infinitae (10, 30 *cf.* PRISC. gramm. II 548, 10 -um ... articulum dicebant ... Stoici, quod nunc pronomen vocamus -um [ὡρισμένα *Apoll. de pron. p. 5, 14*]). PLIN. dub. serm. frg. Gramm. suppl. p. 135, 6 -a pronomina (DIOM. gramm. I 329, 5 -a, infinita, minus quam -a. *al.* 329, 25 possessiva -a. *al. notabiles, quod accedit* ad, *sunt hi loci*: DON. gramm. IV 380, 3 *pronomina* alia ad aliquid -a, alia ad aliquid infinita. PRISC. gramm. III 206, 13 possessiva pronomina, quamvis quantum ad personas possidentium -a sint *eqs.*). DON. Ter. Eun. 391 'agere' plus sonat infinitus modus quam -us. DIOM. gramm. I 500, 21 *metrum* -ae an infinitae ⟨qualitatis⟩. -a est, quae statuto pedum convenientium modo, numero etiam syllabarum definito ... decurrit ...; infinita ..., quae metrum servat et numerum syllabarum non servat (501, 10). PRISC. gramm. II 371, 3 vocativus ad aliquam -am fit et praesentem personam. III 157, 22 cum sint -issimae verborum *personae*.

neutr. pro subst. **fīnītum**, -ī. *i. q. finibus conscriptum*: VARRO ling. 9, 85 -um et infinitum habeat dissimilitudinem. PLIN. nat. 2, 2 *mundus* totus in toto, immo vero ipse totum, infinitus ac -o similis, omnium rerum certus ac similis incerto. SCHOL. Hor. carm. 3, 11, 17 'centum' -um pro infinito. CASSIOD. in psalm. 89, 4 'mille' ... -um pro infinito posuit (*cf. p. 785, 45*). *id quod iam finitum, perductum est*: COD. Iust. 2, 4, 25 (*a. 294*) instaurari -a debent. *id quod constitutum est*: COD. Iust. 3, 37, 4 pr. (*a. 294*) stare -is convenit.

adv. **fīnītē**. *i. q. modice*: CIC. fin. 2, 27 avarus erit, sed -e. *i. q. definite*: GELL. 14, 7, 9 referri oportere aut infinite de republica aut de singulis -e.

syn.: certus (SEN. epist. 94, 16 CELS. dig. 8, 6, 6, 1ᵃ), determinatus (CHALC. comm. 148), modicus (CIC. fin. 2, 88), respondens (SEN. nat. 2, 48, 1), terminatus (BOETH. mus. 2, 3 p. 228, 21).

opp.: infinitus, immensus (LVCR. 1, 956), liber (QVINT. inst. 9, 4, 50).

deriv.: infinitus. *Bacherler.*

? **fīnirūris** (-e). AGENN. grom. p. 23, 1 Th. ager est -is ... *sententia manca.* *Jchm.*

×fīnis, -is *m.* (*f. v. p. 787, 6*). [*dubiae originis. sunt qui conferant c.* figere (*v. Bücheler, Commentat. philol. in hon. Mommseni 235*), *alii c.* perfinare (*Z. f. vergl. Sprachforsch. 31, 84*). *Th.*]. *de etymologia*: ISID. orig. 15, 14, 1 (= GROM. p. 366, 12 L.) -es dicti (-ae GROM.) eo, quod agri funiculis sunt divisi. *de scriptura stirpis*: i *longa*: LEX Iul. munic. (Corp. I² 593) 152 DECRET. Pis. de C. Caesare (Corp. XI 1421) 10 MON. Ancyr. 5, 23 ORAT. imp. Claud. (Corp. XIII 1668) 2, 21. 27 CORP. VI 31537. IX 5570. XII 531 a. h. i. 6038, 13. XIV 3602. ei: CORP. X 1698. *notatur*: f(inis) *vel* f(ines): CORP. III 7587. 12329 13729. VIII 10567. XII 531 f. fin(ium): LEX Vrson. (Corp. I² 594) 3, 4. fin(is) *vel* fin(es): CORP. XI 5291. XII 531 b. d. e. *scriptura graeca*: *p. 789, 79*. *de terminationibus*: *nom. sing.* -es: CORP. III 2883 (*ante Vespas., periit*). ITALA num. 34, 6 (Aug. loc. hept. 4, 123 p. 600, 15) hoc erit vobis -es maris (τοῦτο ἔσται ὑμῖν τὰ ὅρια τῆς θαλάσσης. VVLG. *aliter. hic et ceteris* ITALAE *locis dubitari potest, utrum -es sit sing. an plur. coniunctus cum sing. verbi secundum verba graeca* [AVG. *ad l.* non dixit 'hi erunt vobis'. *cf. Baehrens, Philol. suppl. 12 p. 490*]. *cf.* ITALA Ios. 18, 19 [Lugd.] hi sunt -es). num. 34, 7 (Aug. loc. hept. 4, 124 p. 600, 17) hoc erit vobis -es ad aquilonem (ἔσται ... τὰ ὅρια, VVLG. termini). Ios. 18, 15 (Lugd.) transibit -es (διελεύσεται ὅρια, VVLG. terminus; *sed* 14 -is). 18, 18 descendet -es (*deest* LXX, VVLG. *sed* 16 -is, τὰ ὅρια). I Cor. 10, 11 (Aug. c. Faust. 6, 5 p. 291, 5 *al.*) in quos -es saeculorum obvenit (*sic pars codd. hic et* 6, 9 p. 300, 15. 8, 2 p. 306, 11. 10, 2 p. 311, 13. 13, 10 p. 390, 5; -is *al.*, *cf.* c. Adim. 15 p. 155, 26. serm. ed. Mai 14, 2 p. 27. τὰ τέλη τῶν αἰώνων, VVLG. -es saeculorum devenerunt). [AVSON. Mos. 462. 365, 9 (*unus cod. man. 1 saec. X*).] AVG. serm. ed. Mai 20, 1 p. 42 -es (*sic cod. man. 1*) ... huius saeculi ... longe est. SACR. Leon. p. 294 (= p. 300. 313) ut, quos iustificabat fides, glorificaret et -es (*sic trad.* p. 313, -is p. 294. 300; *confirmatur illud annominatione*). [SEDVL. carm. pasch. 3, 105 -es edax *pars codd.*]. PS. SORAN. quaest. med. 367, 19 GLOSS. III 26, 44. *abl. sing.* (*cf. p. 798, 44*): -e *praescripsit* VARRO, *ut docet* ROMAN. Char. gramm. I 122, 28; *praeterea* PROB. inst. gramm. IV 97, 9 FRG. Bob. gramm. V 560, 27. -e *metro probatur inde a* LVCR. 1, 964. 979 CATVLL. 64, 217 VERG. georg. 4, 116 *passim* (sine -e *v. p. 798, 3*). -ī *perraro legitur; metro probatur*: LVCR. 1, 978 (*p. 791, 12*). TER. MAVR. 1093. 2114 CARM. de fig. 100; *praeterea hic illic legitur in codd.*: FLOR. epit. 3, 4, 1 *N*¹. GELL. 13, 21, 9 (*cf. p. 787, 65*). APVL. Socr. 3 p. 123 *B*¹. *dub.*: CORP. XIV 3602 finé(?). *nom. plur.*: -eis: SENT. Minuc. (Corp. I² 584) 3. 6. -is: SENT. Minuc. (Corp. I² 584) 13. *acc. plur.*: -eis: SENT. Minuc. (Corp. I²
[*Bauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

584) 3. 28 LEX Anton. de Term. (Corp. I² 589) 13. 33. 36 LEX Tarent. (Ephem. epigr. IX p. 1) 28. 41. -is: CORP. I² 633. 634. 636 LEX agr. (Corp. I² 585) 79 LEX Vrson. (Corp. I² 594) 98, 34 DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (Corp. XI 1421) 10 CORP. III 12407. -es: LEX Vrson. (Corp. I² 594) 72, 31. 35. 73, 2. 103, 10 MON. Ancyr. 5, 11. 23 (-és). 46 (-és). LEX met. Vipasc. (Corp. II 5181) 2. 10. 51 *al.* *de genere* (*cf. quae exposui in Glottae vol. X*): *de grammaticorum doctrina: notionis discrimen inter masc. et fem. falso statuitur*: SERV. auct. Aen. 2, 554 *-is*, ut 'dies', si tempus longum significat, generis feminini est. *masc. praescribunt*: CAPER gramm VII 101, 19 SERV. Aen. 2, 554. *idem docent, sed quae praebent scriptores* (*imprimis* VERG.) *exempla generis fem., afferunt*: NON. p. 205, 5. COMINIAN. Char. gramm. I 266, 33 *soloecismus fit* per genera nominum, ⟨ut⟩ 'haec -is Priami' (*Verg. Aen. 2, 554*) pro 'hic -is'. EXC. Bob. gramm. I 555, 25 PROB. nom. gramm. IV 209, 31 EXPLAN. in Don. gramm. IV 539, 2. *soni rationem habuisse Vergilium* PROB. *docuit*: GELL. 13, 21, 12 in illo ... Vergili versu (*Aen. 2, 554*) 'haec -is Priami fatorum', si mutes 'haec' et 'hic -is' dicas, durum atque absonum erit respuentque aures, quod mutaveris (*sed cf.* VERG. Aen 10, 116 hic -is). sicut illud contra eiusdem Vergili insuavius facias, si mutes (*Aen. 1, 241*) 'quem das -em ...'. nam si ita dicas 'quam das -em', iniucundum nescio quo pacto et laxiorem vocis sonum feceris. *cf.* PROB. inst. gramm. IV 124, 16 quaeritur, qua de causa Vergilius 'haec -is Priami' feminino genere pronuntiarit. ... sed hoc in metris competenter tractavimus (-bimus *edd.*), scilicet quoniam propter metrum hoc fecisse Vergilium declaravimus (-bimus *edd.*). *communis generis esse docent*: DON. gramm. IV 375, 33 DIOM. gramm. I 327, 12 CLEDON. gramm. V 40, 3 POMP. gramm. V 163, 26 CONSENT. gramm. V 345, 26 PRISC. gramm. II 141, 17. 160, 10. III 361, 1 GRAMM. suppl. 40, 12. 83, 12. 117, 29. 192, 19. 237, 25. GLOSS. II 542, 32 hic et haec -is. *inter feminina enumeratur* GLOSS. II 545, 41. *de usu scriptorum*: *masc. legitur inde a* PLAVT. Trin. 2 CAECIL. com. 100 CATONE orig. 71 *per totam latinitatem.* *fem. legitur his locis* (*pluralem numerum addito 'pl.' notavi. de iuncturis* ea, qua, hac fine *v. p. 799, 23*): ACC. trag. 577 (*p. 791, 39; masc. p. 791, 37. 67*). CAEL. hist. 38 (*p. 791, 42*). SISENNA hist. 59 prope mediam ad -em ripae pervenerant (*i. usque ad mediam ripam, mediae ripae fine; cf. l. 64. p. 797, 25*). LVCR. 1, 107. 551 561. 577. 584. 953. 976. 2, 513. 1050. 3, 1021. 5, 383. 826. 1213. 1433 (*masc. dub.* 1, 555 [*v. p. 798, 54*]. 2, 1116, *ubi corrigitur* ad extremam crescendi ... -em. 3, 1078 certe equidem -is *corrigitur sic*: certa quidem). CIC. leg. 2, 55 quae -is funestae familiae ... fiat. epist. 12, 1, 1 -em nullam facio ... cogitandi (*masc. passim*). ATTICVS *apud* CIC. Att. 9, 10, 4 POLLIO Cic. epist. 10, 32, 4 CATVLL. 64, 217. VARRO Men. 294 *et* ling. 9, 36 quam ad -em (*p. 797, 51. 58*). ling. 5, 13 *pl.* (*p. 795, 22*). frg. Non. p. 205, 19 ita huius belli horribilis -is facta. VERG. Aen. 2, 554. 3, 145. 5, 328. 384. 12, 793 HOR. epod. 17, 36 carm. 2, 18, 30 (*sed v. p. 792, 5*). PROP. 1, 16, 21 OV. am. 2, 12, 13 met. 13, 755 LIV. 4, 2, 4. 4, 59, 1 *pl.* (? ad devastandas -es *M*; devastandos *rell.*). 9, 26, 9. 22, 57, 5. 37, 26, 11. 37, 55, 5 *pl.* (? quae regni Antiochi -es fuissent *B*; quae intra r. A. -es f. *codd. recc.*). DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (Corp. XI 1421) 10 *pl.* ultra -is extremas. MANIL. 1, 825 (? *v. p. 798, 56*). 2, 884 summae *sedi* comes addita -is (summae comes addita -i [*i. summae sedi*] *edd. nonnulli*). VITR. 3, 1, 2 ab ea -e (*antec.* ad -em medium superciliorum). SEN. Herc. f. 703 (? *v. p. 790, 35*). epist. 26, 4 (? in -em suam *p corr.*; suum *rell. et edd.* *malim* sui). 39, 5 (? *v. p. 793, 78*). COLVM. 3, 21, 11 (? *v. p. 798, 58*). PLIN. nat. 6, 1 sine ulla (-o E^2F^2) -e. 14, 10. 30, 82. 33, 3. 98 SIL. 15, 68. STAT. Theb. 2, 41 *pl.* (? longas ... -es B^3b; longos *rell.*). Ach. 1, 291 (? expleta ... -e pudoris *Q*; expleto *rell.*). SENT. Helvidi Prisci (Corp. IX 2827) 32 ⟨d⟩erectam esse -em. QVINT. 9, 4, 33 (? ex ultima -e prioris *verbi* ac prima sequentis syllaba *trad.*; -e *del. Regius*). SIC. FLACC. grom. p. 101, 6 Th. *pl.* (? *loc. corrupt.*). HYG. grom. p. 142, 18 Th. *pl.* (*alibi apud* HYG. grom. *semper masc.*). HYG. astr. 1, 8 p. 27, 22. 28, 16 (*p. 789, 57; masc. p. 790, 74*). fab. 82 p. 82, 18 Tantalus ... dicitur ... in aqua media -e corporis (*i. medii corporis fine; cf. l. 36. p. 797, 15*) stare. CORP. XIV 472 usque in diem -is suae. GELL. 13, 21, 9 his verbis ... et hac -i hominem dimisit (*cf. iuncturam* hac fini *p. 799, 23*). APVL. met. 4, 5 Plat. 1, 5. mund. 19 *pl.* TER. MAVR. 2083 PS. CATO dist. 1, 22 PS. CYPR. pasch. 15 p. 263, 18. COMM. instr. 2, 4, 3 (= apol. 934) in ultima -e. apol. 398 -e sub ipsa (829 ipso). IVL. VAL. 27 p. 135, 7. ITIN. Alex. 46 ha[e]c sub -e. AVSON. Mos. 462. 349, 20. 365, 9 AMM. 22, 8, 42. CLAVD. carm. min. 53, 80 femorum qua -e ... conectitur ilibus anguis (-e *vel* parte *trad. dictio orta est ex iunctura male intellecta* 'qua fine' *v. p. 799, 23*). MART. CAP. 7, 765 *pl.* eas -es, quae (qui *trad.*, qua *B corr.*), minim⟨a⟩e sunt. 7, 766 *pl.* minim⟨a⟩e ... -es sunt. *ibid.* minimas (*sic* Bβ) -es (*at* 7, 765 duos -es *et* -es minimi). DRAC. Orest. 269 -e cruenta (-o *A*). ASSVMPT. Moys. 10, 4 *pl.* HIST. Apoll. 35 rec. A p. 72 facta ... -e (facto *rec. B*). VITA Vedasti ed. Krusch, Script. rer. Merov. III p. 406, 25 quam (B^1, quem *rell.*) ... -em. CHRON. min. ed. Frick p. 288, 5 h⟨a⟩ec -is. GROM. p. 311, 13 L. 21. 324, 29. 335, 20. *plur.*: 313, 5. 316, 18. 327, 24. 328, 31. 329, 14. 334, 22. 26. 335, 1. 20. 347, 11. 363, 25. 28. 366, 12 (*v. p. 786, 48*). *de notione*: GLOSS. terminus (*cf.* VARRO ling. 5, 21 -es agrorum termini). ὅρος (*cf.* SERV. Aen. 11, 598). τέλος. μεθόριον. ὁροθέσιον. πέρας. -is limitum ὅρος ἐπὶ χώρας. -em τέλος ὅ ἐστι πέρας. -e calce (*cf.* calx *vol. III p. 199, 17 sq.*). -es ὅροι. ὅρια. HIL. in psalm. 64, 11 -is ... est non res ipsa, sed rei extimum; extimum vero est, in quo res ipsa deficiet. PHILARG. Verg. ecl. 1, 3 rec. II -es id est litora (SCHOL. Prud. cath. 7, 128 -e litore). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 1, 1 '*oris*' significantur -es. *cf. etiam p. 794, 22 sqq.* *distinguuntur*: meta, terminus, -is: DIFF. Suet. p. 312, 20 -is tollit labores, -is est officii, muneris, potestatis, et terrae -is dicitur. terminus *et* -is: DIFF. Suet. p. 307, 3 terminus est loci, -is rei. et terminus dictus ab eo, quod *eqs.*; -is potest esse etiam ultra terminum. p. 319, 28 (= DIFF. gramm. suppl. 276, 20 ISID. diff. app. 6 DIFF. ed. Beck p. 86, 7) inter terminum et -em hoc interest, quod terminus non nisi manu ponitur, -is vel sermonis vel voluntatis (voluptatis ISID. DIFF. ed. Beck) vel cuiuscumque rei intellegi potest. -es *et* affines: DIFF. ed. Beck p. 57, 22 -es ultimas partes cuiuslibet rei (*desunt cetera*). *legitur inde ab* ENNIO *et* PLAVTO *per totam latinitatem.* [*loc. dub. et corrupt.*: ENN. frg. var. 36 Mytilenaest pecten charadrusque apud Ambraciae -is (*cf. Vahlen. exitus versus corruptus est*). VARRO ling. 5, 66 Di[e]spater ... infimus ..., ubi omnia oriuntur vel (vi *trad.*) aboriuntur; quorum quod -is ortum, Orcus (ortus *trad.*) dictus (ortuum *intellegunt edd.*; *malim* -is et ortus *vel* finit ortum). 6, 81 *a cernendo* -es (*an* -is?) capilli discripti (descr- *trad.*), quod -is videtur (*i. cernitur*), discrimen.] [*it.* fine, *francog.* fin. *M.-L.*]

i. q. ***extremitas, pars vel linea extrema rei:***

I ***proprie:*** **A** ***spectat ad locum*** (*i. q.* ὅρος): **1** *terrae, civitatis, territorii, municipii sim.* (*significat et lineam ipsam, quae dirimit territoria, et* [*imprimis plur.*] *partem extremam territorii, quae adiacet huic lineae. usurpatur et sing. et plur.; nota plur.* IVV. 8, 265 imperii -es Tiberinum virgo natavit [*i. transnatavit*]): CORP. I² 5 apurfinem Esalico (*i.* apud -em Esalicum [*de* apud *praep. cf.* TAC. ann. 16, 15 apud -em Ligurum *et l. 16*]. Esalico *adi. esse videtur, cf.* CATO orig. 71 *fluvius* -em Rheginum atque Taurinum dispertit. LVCIL. 112 Setinum accessimus -em [*sine causa Marx* Setinum *gen. plur. esse dicit*]. LIV. 7, 19, 9 castra ... ad -em Tusculanum habentem [9, 6, 10. *sim. passim. de* ad *praep. v. infra l. 60*]. PLIN. nat. 5, 38 -is Cyrenaicus Catabathmos appellatur, oppidum et vallis. *al.*). SISENNA hist. 51 intra -es Aesculapiorum pervenire (CAES. Gall. 2, 4, 2 Teutonos Cimbrosque intra -es suos ingredi). RHET. Her. 4, 9, 13 si cum finitumis de -bus bellum gererent (MELA 1, 38). CIC. Verr. 5, 77 omnes Segestae matronas ... *Dianam* usque ad agri -es prosecutas esse (Deiot. 42. CAES. Gall. 5, 54, 2 Senones ... Cavarinum ... usque ad [in *al.*] -es insecuti). prov. 29 -ium imperi propagatio (rep. 3, 24 laus in summorum imperatorum incisa monimentis '-es imperi propagavit'. Phil. 13, 14 -es imperi propagabis. NEP. Ham. 2, 5 *al.*). Pis. 37 obtinuisti provinciam consularem -bus eis, quos lex cupiditatis tuae, non quos lex generi tui pepigerat (57 ut ... Macedonia tibi ... quibus tu velles -bus traderetur. LIV. 24, 44, 4 Claudio *prorogata est* Sicilia -bus eis, quibus regnum Hieronis fuisset. 30, 37, 2. 38, 39, 14 *cf. p. 797, 16*). 38 ut ... imperatoribus idem -es provinciae fuerint, qui gladiorum atque pilorum. Phil. 6, 5 *Rubico* -is est Galliae (LIV. 1, 3, 5 ut Etruscis Latinisque fluvius Albula ... -is esset. 21, 2, 7 ut -is utriusque imperii esset amnis Hiberus. CVRT. 7, 7, 3 *Tanais* Asiam et Europam -is interfluit. *cf.* LIV. 38, 48, 4 -em imperii ... Taurum montem statuistis. *sim. al. passim. de oppidis*: MELA 1, 79. 2, 84 PLIN. nat. 3, 6. 8. 17 *al., cf. nom. propr.* Fines *PW. VI 2322 sqq.*). off. 1, 33 Q. Fabium Labeonem ... arbitrum Nolanis et Neapolitanis de -bus a senatu datum (VAL. MAX. 7, 3, 4 Labeo arbiter ... -ium constituendorum inter Nolanos et Neapolitanos datus. *cf.* LIV. 3, 71, 1 turpe ... de -bus iudicium. 39, 47, 2 de controversia -ium [FEST. p. 285]. 45, 13, 11 senatus, qui de -bus cognoscerent statuerentque, quinqueviros misit). CAES. Gall. 5, 26, 2 cum ad -es regni sui Sabino ... praesto fuissent (LIV. 38, 15, 10 nulla legatio ad -em praesto fuerat. *cf.* CAES. Gall. 6, 44, 3 duas legiones ad -es Treverorum ... collocavit [*opp. ibidem* in Senonum -bus *v. p. 789, 9*]. *sic passim* ad -es; *cf. supra l. 33 et nom. propr.* ad Fines *PW. VI l. c.; at* CIC. epist. 15, 1, 2 in -bus Lycaoniae et Cappadociae). 6, 35, 6 primos (*i. proximos; cf.* CIC. Deiot. 42 [*opp.* ultimos]. LIV. 31, 19, 5 *Vermina* ad primos -es regni legatis obviam progressus) Eburonum -es adeunt (LIV. 42, 6, 2 de arcendis aditu -ium regibus. CVRT. 5, 2, 16 rex Persidis -em aditurus. 8, 13, 2 in primo suorum -ium aditu). SALL. Iug. 79, 4 quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque populi -is haberetur. HOR. sat. 2, 1, 35 Venusinus arat -em sub utrumque (*et Lucaniae et Apuliae*) colonus (*cf.* LIV. 2, 49, 9 vagantur per utrumque -em [*sc. et Romanorum et Etruscorum*]). LIV. 27, 8, 17 insulam ... divisam quondam Romani Punicique imperii -bus. 34, 62, 9 Carthaginienses iure -ium (39, 27, 10) causam tutabantur. VITR. 7, 6 inter Magnesiae et Ephesi -es sunt loca, unde *eqs.* *nota*: -es *i. q.* ὅμορος χώρα: CVRT. 4, 8, 13 Mytilenaeis ... magnam regionem -ium adiecit. EPIT. Alex. 61 alias quoque -ium regiones eius regno attribuit. *fort. huc referend.*: CVRT. 6, 6, 20 ei litterae afferuntur a -bus (*sic A*; finitimis *J*) satraparum. *v. etiam p. 789, 46.* *quasi res personata*: LIV. 1, 32, 6 (*formula antiqua*) legatus ubi ad -es eorum venit ... 'audi, Iuppiter' inquit 'audite -es' — cuiuscumque gentis sunt, nominat — 'audiat fas.' CORP. XIII 7713 ⟨ge⟩ni⟨o⟩ l⟨oc⟩i e⟨t fi⟩ni⟨b⟩us et I(ovi) O(ptimo) M(aximo). 7732.

[*Bauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

plur. -es *id quod* -bus *includitur, territorium, regio sim.* (*opponuntur saepe* -es [*i. agri*] *et* urbs *vel coniunguntur, ut totum territorium significetur; v. infra l. 19*): PLAVT. Amph. 215 uti ... de suis -bus exercitus deducerent (LIV. 9, 12, 2 deducere exercitum -bus Lucanis. 32, 27, 1). CAECIL. com. 100 duc me ad patrios -es (LVCR. 6, 909 VERG. ecl. 1, 67 Aen. 1, 620 *al. cf.* ecl. 1, 3 nos patriae -es et dulcia linquimus arva. OV. met. 10, 341. *nota* -es *i. patria*: QVINT. decl. 305 p. 195, 23 quanto difficilius -bus careant, qui exilium non meruerunt). CIC. inv. 2, 69 ut ii, qui vicissent, tropaeum aliquod i n -bus statuerent (Verr. 3, 86 *Himeraei* se Thermis collocarant in isdem agri -bus. 4, 108 Centuripini ... in omnium fere -bus possessiones habent. PLANC. Cic. epist. 10, 15, 3 in Isara, flumine maximo, quod in -bus est Allobrogum. LVCR. 6, 909 Magnetum ... patriis in -bus ortus. 6, 1117 in Achaeis -bus. CAES. Gall. 6, 44, 3 [*opp.* ad -es. *v. p. 788, 60*]. LIV. 42, 23, 4 in suis -bus [*opp.* extra -es]. *al. passim.* *deest* in: LVCR. 6, 1141 Aegypti -bus ortus. VERG. georg. 1, 493 -bus illis. LIV. 27, 43, 6 quo *tempore* ... provinciae suae quisque -bus ... bellum gereret. 28, 4, 5 extremis -bus Carthaginiensium [LVCAN. 9, 624]. PLIN. nat. 3, 53 -bus Arretinorum. *al. cf. l. 84. p. 790, 73*). leg. agr. 2, 49 in sociorum urbibus ac -bus (Catil. 2, 26 coloni omnes municipesque vestri ... facile urbes suas -esque defendent. *al.* CAES. Gall. 2, 28, 3 suis ... -bus atque oppidis uti [BELL. Afr. 25, 5 relictis suis -bus oppidisque. *al.*]. *opponuntur* urbs *et* -es: LIV. 1, 33, 9 nec urbs tantum hoc rege crevit, sed etiam ager -esque [*cf.* 21, 20, 6 homines agro -busque Italiae pelli]). Catil. 3, 26 quorum *civium* alter -es vestri imperi non terrae, sed caeli regionibus terminaret (Mil. 98 qua -es imperi populi Romani sunt. SALL. Iug. 12, 1 -es ... imperi singulis constitui). PLANC. Cic. epist. 10, 23, 7 (*subscriptio epistulae*) ex -bus Allobrogum (BRVT. Cic. epist. 11, 11, 2 ⟨e⟩ -bus Statiellensium). LVCR. 1, 721 mare dividit ... Italiae terrarum oras a -bus *Siciliae* (CAES. Gall. 1, 8, 1 *mons Iura* -es Sequanorum ab Helvetiis dividit [5, 11, 8]). CATVLL. 64, 3 Phasidos ad fluctus et -es Aeeteos (66, 12 vastatum -es iverat Assyrios. VERG. Aen. 3, 440 Italos [5, 82. 7, 334]. 6, 345 Ausonios. *sim. al. passim. cf. etiam supra l. 4. 14*). CAES. Gall. 1, 2, 5 angustos se -es habere ...; qui in longitudinem milia passuum *tot*, in latitudinem *tot* patebant. 1, 10, 5 in -es Vocontiorum ... pervenit; inde in Allobrogum -es, ab Allobrogibus in Segusiavos exercitum duxit (*sim. passim; omisso* in: VERG. Aen. 3, 440. 6, 345). 1, 11, 1 per ... -es Sequanorum suas copias traduxerat (*sim. passim*). 2, 4, 6 *Suessiones* -es ($B^2\beta$; *om.* α) latissimos feracissimosque agros possidere. 2, 15, 3 *Ambiorum* -es Nervii attingebant (6, 25, 3. 7, 7, 5 contingunt). 5, 3, 4 *silva Arduenna* per medios (VELL. 2, 105, 3 in mediis -bus *Germaniae*. 2, 118, 1) -es Treverorum a flumine Rheno ad initium Remorum pertinet. HIRT. Gall. 8, 25, 1 cum in omnes partes -ium Ambiorigis ... legiones ... dimisisset. LIV. 3, 71, 7 agrum ... -ium Coriolanorum fuisse (28, 8, 6 *al.*). 5, 36, 3 si Gallis ... Clusini partem -ium (*an i. q.* τῆς ὁμόρου? *v. p. 788, 76*) concedant (31, 11, 8). 26, 25, 16 *Aetolos* regredi ... in intimos ... -es (34, 48, 1 in intima -ium). MANIL. 5, 540 totis ... -bus omnis incubuit pontus. SEN. benef. 7, 4, 3 -es Atheniensium aut Campanorum vocamus, quos deinde inter se vicini privata terminatione distinguunt, et totus ager ⟨illius⟩ aut illius (ullius *trad.*) reipublicae est, pars deinde suo domino quaeque censetur. *metonymice de hominibus* -es *incolentibus*: VERG. Aen. 1, 339 Punica regna vides, Tyrios et Agenoris urbem; sed -es Libyci, genus intractabile bello. PROP. 4, 10, 10 Acron ... tuis (*Romae*) ... -bus horror erat (FLOR. epit. 2, 15, 4 frequens ... Masinissa[e] -es territabat). *cf. p. 790, 43.*

sing. -is *i.* -es, *regio* (*nota genus fem.*): HYG. astr. 1, 8 p. 27, 22 quae -is est ab aestivo circulo ad hiemalem, ea terra a Graecis διακεκαυμένη vocatur. p. 28, 16 ab arctico circulo frigus, ab aestivo fervor exortus ... efficit mediam -em temperatam, quae habitari possit.

2 *fundi, agri, possessionis privatae, plur. saepe i. q. fundus, ager, praedium* (*plerumque de* -bus *fundi rustici, cf.* CIC. top. 43 -es magis agrorum videntur esse quam urbis). *observatur terminis, arboribus, viis, rivis sim. cf. Leonhard, PW. VI 2325 sqq.*

TER. Haut. 499 vicini nostri ... ambigunt de -bus (*cf.* CIC. de orat. 1, 250 de -bus ... controversia est [top. 43 CAES. Gall. 6, 13, 5]. FRONTIN. grom. p. 4, 8 Th. *controversia* de -e [p. 4, 18. 5, 3 *sqq.*]. HYG. grom. p. 89, 1 Th. AGENN. grom. p. 27, 1 Th. *al. passim.* SEN. dial. 10, 3, 1 si ... contentio est de modo -ium). CIC. Tull. 14 *vicinus* agri -es armis proferre mallet quam iure defendere. 17 nequedum -es auctor demonstraverat (*ibid.* -es Acerronio demonstravit. *v. vol. V p. 504, 41*). Caecin. 22 ingrediens intra -em eius loci. 74 iura -ium, possessionum, aquarum itinerumque. Mur. 22 ille exercitatus est in propagandis -bus (*pertinet ad 1*), tu in regendis (top. 23 si in urbe -es non regantur [BOETH. in Cic. top. 2 p. 1080ᴬ regi -es dicuntur, quotiens unusquisque ager propriis -bus terminatur]. 43 -bus regendis adigere arbitrum. VLP. frg. Vat. 19, 16 per formulam -ium regundorum. DIG. 10, 1 *cf.* GROM. p. 276, 1 *sqq.* L. ISID. orig. 5, 25, 11 *al. passim.* GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357 A φινίουμ ῥεγουνδόρουμ). VARRO rust. capit. p. 3, 19 G. de -bus tuendis (1, 15 sine saeptis -es praedi satione [sationis notis *trad.*] arborum tutiores fiunt, ne familiae rixent cum vicinis ac limites ex litibus iudicem quaerant. *ibid.* haec ... videnda agricolae: ... de -bus tuendis. *cf.* HOR. epod. 2, 22 Silvane, tutor -ium). LVCR. 2, 1171 antiquum genus ut ... perfacile angustis tolerarit -bus (*i. in* -bus *v. p. 789, 15*) aevum. CAES. Gall. 6, 22, 2 neque quisquam agri modum certum aut -es habet proprios. 6, 22, 3 ne latos -es parare studeant potentiores ⟨at⟩que humiliores possessionibus expellant (SEN. dial. 3, 21, 2 *avarus* sub singulis vilicis latiores habet -es quam quos consules sortiebantur). BELL. Afr. 56, 4 *Marii* beneficio agris -busque donati. COLVM. 1, 8, 20 -es oculis perlustrare et omnes partes agri revisere. FRONTIN. grom. p. 10, 15 Th. *arborum*, quae in -e sunt sive intra. AGENN. grom. p. 31, 24 Th. *arbores* -ium causa agricolae relinquunt. CORP. III p. 944 (*formula emptionis*) domus partem dimidiam ... cum suis saepibus, saepimentis, -bus, aditibus ... h(abere) ... l(iceat). (*cf.* X 114, 13. 444, 11. 2338.)

3 *loci sacrati, templi sim.*: CIC. Mil. 85 *Iovis* ille lacus, nemora -esque ... maculaverat. VARRO ling. 5, 49 lucus ... Facutalis et Larum Querquetulanum sacellum et lucus Mefitis ..., quorum angusti -es. LIV. 1, 10, 5 designavit templo Iovis -es. 1, 55, 4 *Terminum* non evocatum sacratis sibi -bus. GROM. p. 302, 20 L. -es templares.
adde: -is *auspicii, quem effantur augures*: VARRO ling. 6, 53 *a fando* effata dicuntur, qui augures -em auspiciorum caelestum extra urbem agri⟨s⟩ sunt effati. *ibid.* ab auguribus effantur, qui in his *templis* -es sint. 6, 54. 7, 9 in hoc templo faciundo arbores constitui -es. LIV. 1, 18, 9 (*formula auguralis*) uti tu signa nobis certa adclarassis inter eos -es, quos feci. PAVL. FEST. p. 356. GELL. 13, 14, 1 locus ... qui facit -em urbani auspicii.

4 *mundi, orbis terrarum: mundi universi*: LVCR. 1, 953 summai quaedam sit -is *corporum* nec⟨ne⟩ sit. 1, 964 *summa corporum* non habet extremum, caret ergo -e modoque (2, 92 spatium sine -e modoque est). 1, 976 omne ... exemptā ... -e patere (1, 1007 -bus exemptis). 1, 979. 982. 2, 339 ut neque -is ... neque summa sit ulla *copiae atomorum*. 2, 1050. MANIL. 1, 536 publica naturae domus his contenta tenetur -bus. *orbis terrarum,* τῆς οἰκουμένης: VERG. catal. 9, 54 Oceani -bus ulterius (Aen. 4, 480 Oceani -em iuxta solemque cadentem. STAT. silv. 4, 2, 53). HOR. carm. 1, 34, 11 Atlanteus -is (*i. terminus mundi, ubi est Atlas.* ὅροι, τέρμονες Ἀτλαντικοί *Eurip. Herc. 234 Hippol. 3*). ALBINOV. carm. frg. 2 notis extorres -bus orbis. 20 rerum ... cognoscere -em (SEN. Herc. f. 703 rerum ... maestus -is et mundi ultima [*versum delent edd.; sed cf.* LVCAN. 6, 649]. *cf.* SEN. suas. 1, 1 deficientis in suo -e naturae pigra moles). LIV. 28, 39, 14 qua *est* terrarum ultimus -is (ultimas finit *P*) Oceanus (38, 60, 5 qui ... imperium propagaverit in ultimos terrarum -es. 45, 9, 6. VITR. 9, 5, 4 ad ... proximas ... ultimis -bus terrae terminationes. CVRT. 9, 1, 3 -em terrarum, mare. 9, 2, 26 perdomito -e terrarum. 9, 4, 19 quominus terrarum spatia emensi ad -em simul mundi laborumque perveniant). SIL. 1, 141 hominum -em Gadis Calpenque. *apud* ECCL. -es terrae *i. universi homines* (*cf. p. 789, 56*): VVLG. I reg. 2, 10 dominus iudicabit -es terrae. Tob. 13, 13 omnes -es terrae adorabunt te. *al.*

5 *variarum rerum, i. q. terminatio, ora, margo; plur. saepe i. q. locus, quem res explet corpore suo*: LVCR. 1, 670 quodcumque suis mutatum -bus exit. PROP. 3, 5, 37 cur ... suos -es altum non exeat aequor (SEN. nat. 3, 30, 2). OV. am. 3, 6, 20 tu ... amnis ... labere -e tuo (*cf. p. 797, 14*). met. 2, 131 est ... limes *in caelo* zonarum ... trium contentus -e. MANIL. 1, 212 *formae globi* neque principium est usquam nec -is in ipsa. 2, 918 qua summa acclivia (decl- *trad.*) -em inveniunt, qua principium declivia sumunt. VITR. 5, 7, 1 ea regione designatur -is proscaenii. 10, 3, 7 *lora* extra -em centri promoventur. *ibid.* ⟨ab⟩ examine progreditur ad -es ponderationum. COLVM. 9, 11, 4 in ipso -e cerarum. PLIN. epist. 5, 6, 9 *vinearum* a -e imoque quasi margine arbusta nascuntur. BALB. grom. p. 98, 15 L. lineae ... -es (-is *P*) signa *sunt*. 99, 13 summitatis -es (-is *PV*) lineae sunt.
speciatim: partium corporis, membrorum sim.: OV. met. 14, 503 ora ... -em ... in acumine ponunt (*Acmoni in avem transfigurato*). CELS. 7, 4, 1ᴮ ubi ad -es fistulae ventum est (7, 7, 4ᶜ anguli). 7, 7, 15ᴱ *ne* inter se cutis antiqui -es committerentur (*syn.* oris). 8, 3, 4 in ipso -e vitiosi ossis. PLIN. nat. 11, 212 carnis. AVIEN. Arat. 416 -e manus (καρπὸν κατὰ χειρός). CAEL. AVR. chron. 4, 6, 87 iuxta sessionis -em, quam Graeci ἕδραν appellant. *nota*: PRVD. ham. 867 errat, quisque animas (*sc. animarum visus*) nostrorum -e oculorum aestimat (*i.* -e *qui visum nostrum coercet, fere i. q. horizonte*). *in astronomia: plur.* -es *siderum, intra quos versantur, vel ea pars caeli, quam possident* (ὅρια, *cf.* FIRM. math. 2, 6, 1): MANIL. 1, 33 per inane suis parentia -bus astra (1, 541 quantis ... ferantur -bus astra. 1, 615 *circulus* Lanigeri ... notat -es [3, 435 *al.*]. 1, 648 alterius -es si vis cognoscere gyri [1, 688 aestivos ... -es *i.* -es *circuli aestivi*]. GERM. frg. 4, 58 Nemeaei -bus astri [*i. in* -bus. *v. p. 789, 15*]. *passim*). *sing. fere i. q. circulus*: HYG. astr. 1, 8 p. 27, 11 regio quae inter arcticum et aestivum -em collocata est (p. 27, 20 ab aestivo circulo ad arcticum -em. *sic passim*). *fere i. q. polus*: HYG. astr. 4, 11 p. 108, 29 boreum -em (*opp.* polum notium). *de* -e *stadii vel alterius spatii, quo certantes tendunt; i. q. meta* (*dubium est an huc pertineat* ENN. ann. 480 hortatore bono prius quam iam -bus termo): RHET. Her. 4, 47, 60 ut efferatur *cursor* ultra -em (*cf.* HOR. carm. 1, 8, 12 saepe disco, saepe trans -em iaculo ... expedito, *ubi* SCHOL. ultra designati ... spatii -em). VERG. Aen. 5, 225 iam ... ipso superest in -e Cloanthus (SERV. auct. *ad l.* prope terminum certaminis). 5, 328 iam ... fere spatio extremo fessique sub ipsam -em adventabant. SIL. 16, 513 metae ... -is (16, 558). STAT.

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Theb. 6, 351 -em iacet inter utrumque (*syn.* 6, 351 metarum) ... *tantum* spatium. 6, 615 -em iuxta. *alio sensu* -es *i. q. carceres*: VERG. Aen. 5, 139 -bus omnes ... prosiluere suis. *de -e viae, itineris*: HOR. sat. 1, 5, 104 Brundisium longae -is chartaeque viaeque est (LIV. 21, 36, 3 ibi cum velut ad -em viae equites constitissent). VERG. Aen. 9, 97 ubi *naves* ... -em portusque tenebunt Ausonios. PANEG. in Mess. 78 -is ... erroris ... Phaeacia tellus. OV. trist. 5, 8, 25 ad -em solis (*ubi sol finit cursum*) ab ortu (Pont. 3, 1, 127. *aliter p. 792, 77*). LIV. 21, 30, 11 itineris -em ... campum *fore*. GERM. 225 *Aries* ad -em non tardius Vrsā pervenit (*cf.* 228 metas). *in metaphora*: SEN. dial. 10, 9, 5 hoc iter vitae ... occupatis non apparet nisi in -e. *de -e spatii, quod telum percurrit*: LVCR. 1, 978 (*inter alias huius verbi notiones, v. p. 790, 27*) quominus *telum iactum*, quo missum est, veniat -ique (*sc. in -e spatii, quod percurrit*) locet se. STAT. Theb. 6, 940 *sagitta* versum ... a -e tenorem pertulit. 8, 682 *hastam* iamiam in -e viae percussam obliquat.

B ***spectat ad tempus*** (*i. q.* τέλος, τελευτή); -is *actionis, condicionis, status i. exitus, ultimus terminus vel ultima pars* (*raro plur. legitur de plurium rerum* -e: AVG. civ. 1, 35 p. 51, 28 D. COD. Iust. 3, 1, 17 ut ... altercationibus -es imponantur. *al. cf. p. 792, 22. 34. 60*): **1** *generaliter*: PLAVT. Asin. 605 sermoni iam -em face tuo (TER. Andr. 821 orandi. CIC. inv. 1, 33 omnibus absolutis -em dicendi fecit [S. Rosc. 14 *passim*]. *absol.* -is *i. -is loquendi*: PLAVT. Epid. 39 tu ipse, ubi lubet, -em face [CIC. Lig. 38 -em iam faciam. *al.*]. CIC. Mil. 105 sed -is sit). Merc. 652 quis modus tibi exilio tandem eveniet, qui -is fugae (CIC. Att. 9, 10, 4 peregrinationis). Poen. 231 numquam lavando et fricando scimus facere -em (faceren niam *B*, facere *CD*, facer en iam *Turn.*). Trin. 2 sequor, sed -em (*sc. sequendi*) fore quem dicam nescio. :: adest. TER. Andr. 151 tute ipse his rebus -em praescripsti. Haut. 34 -em maledictis facit. Phorm. 22 *sq.* de illo iam -em faciam dicundi mihi, peccandi cum ipse de se -em non facit. Ad. 997 in istac -em *amandi* (luxuriandi EVGRAPH.) faciat (DON. hoc est aut 'ne aliam amet' aut 'ne alteram comparet, ne post istam luxuriet cura alterius'. GLOSS. V 534, 22 amare desinat. *cf.* CIC. de orat. 2, 224 in *libro tertio* -em scribendi fecit. *aliter* CIC. Verr. 6, 183 in hoc reo -em accusandi facere). ACC. trag. 37 hanc mihi supremam lucem et serviti -em dari. 293 qui ... nullum meis dat -em miseriis (CIC. Tusc. 1, 9 esset ... miseriae -is in morte. 3, 13. SEN. epist. 17, 11 miseriarum [ἀπαλλαγὴ τῶν κακῶν]). 577 neque ulla interea -is curarum (-as *trad.*) datur (*cf.* CIC. Caecin. 74 sollicitudinis [*infra l. 46*]. LVCR. 1, 107 aerumnarum. 3, 943 laboris [CAES. Gall. 7, 85, 3 laborum. civ. 1, 68, 3. 3, 6, 1. VERG. georg. 4, 116]. *sim. al. passim*). CAEL. hist. 38 aliquam huic bello -em facere (CIC. Phil. 8, 18 ne triumphus quidem -em facit belli. VARRO frg. Non. p. 205, 19 *al. passim*). CIC. Verr. 2, 109 -em edicto praetoris afferunt Kalendae Ianuariae. Caecin. 74 fundus a patre relinqui potest, at usucapio fundi, hoc est -is sollicitudinis ac periculi litium (*cf.* part. 126 *defensori* confugiendum est ad aequitatis locos: ... ad -em aliquem periculi *reo imminentis*. SEN. contr 7, 3, 7), non a patre relinquitur. Cluent. 7 quod in hoc uno (*sc. aequo iudicio*) ... falsae infamiae -is aliqui atque exitus reperiatur (LIV. 25, 6, 19 *non* ignominiae -em ... petimus). Att. 3, 7, 2 reliqua tempora *oppetendae mortis* sunt non tam ad medicinam quam ad -em doloris (epist. 6, 4, 4 PROP. 1, 16, 21). har. resp. 46 sit discordiarum -is aliquando. Phil. 5, 20 nulla res ei -em caedendi nisi defatigatio ... attulisset. LVCR. 1, 551 si nullam -em natura parasset frangendis rebus (1, 561. 577. 746. 844). 1, 584 generatim reddita -is crescendi[s] rebus constat vitamque tenendi (PLIN. nat. 14, 10). PROP. 2, 15, 29 qui -em ... quaerit amoris (*syn.* modum. OV. rem. 143. *cf.* am. 2, 19, 52 mihi concessā *amicā* -is amoris erit. 3, 1, 15 amandi. epist. 17, 196 mors ... -is amoris erit. 18, 104 fit ... novus nostri -is amoris amor. *al. passim. aliter infra p. 794, 4*). TAC. ann. 3, 27 duodecim tabulae, -is aequi iuris. *nota: appellatur -is id, in quo -is fit actionis* (*cf. etiam p. 793, 12*): HOR. carm. 4, 11, 32 *Phylli*, meorum -is amorum. PROP. 1, 12, 20 Cynthia prima fuit, Cynthia -is erit. *vel id quod -em facit actionis*: LIV. 21, 56, 7 -is insequendi hostis Poenis flumen Trebia fuit. SEN. Phaedr. 843 -is *malorum* Alcides fuit. *sim. al. passim.*

-is vitae sim.: ACC. trag. 451 cum suae (suum *trad.*) vitae -em ... fore Meleagro, ubi *eqs.* CIC. Verr. 6, 77 idem ... dies et victoribus imperi et victis vitae -em fecit (SEN. Phaedr. 670 -em hic dolori faciet aut vitae dies. *cf.* SALL. Iug. 5, 5 imperi vitaeque eius -is idem fuit. CVRT. 5, 8, 13 idem ... erit regni mei, qui spiritus -is). Phil. 6, 2 etiamsi ille dies vitae -em mihi allaturus esset. Tusc. 1, 100 vitae miserae mors -is esse videtur. *al. passim.* LVCR. 3, 943 non potius vitae -em facis atque laboris (*i. mortem tibi consciscis.* LIV. 3, 58, 9. SEN. epist. 58, 32 -em *vitae* ... manu facere. 70, 5 faciat -em *vitae* an accipiat. *alibi fere est i. q. 'mori'*: LVCR. 3, 1093, *syn.* 1094 occīdit. SALL. or. Cottae 9 NEP. Timol. 1, 6 *al.*). SALL. Iug. 10, 3 mihi natura -em vitae facit. OV. Ib. 312 quem -em vitae Sardanapallus habet (VELL. 2, 14, 3 *al.*). TAC. ann. 2, 42 -em vitae sponte an fato implevit. RVFIN. hist. 5, 16, 13 quod -em vitae ... acceperint (*v. supra l. 75*). 5, 16, 14 -em vitae exitu pessimo terminasse. *cf.* CIC. rep. 6, 27 (= Tusc. 1, 53) vivendi (παῦλαν ... ζωῆς. Cato 72 vivendi est -is optimus, cum *eqs.* OV. trist. 3, 3, 30 *al.*). Tusc. 2, 10 fore aliquando -em huius lucis. VERG. Aen. 10, 581 aevi. CVRT. 5, 8, 13 spiritus. *absolute*: -is *i. q. -is vitae, mors*: CIC. Mil. 101 mortem naturae -em (*i. quem natura vitae affert*) esse, non poenam. SALL. or. Lep. 15 unum omnibus -em natura ... statuit. VERG. Aen. 2, 554 haec -is Priami (*v. p. 367, 40*). HOR. carm. 1, 11, 2 quem mihi, quem tibi -em di dederint. 2, 18, 30 Orci -e (sede SERV. Aen. 6, 152) destinata (*locus dubiae interpretationis*). epist. 2, 1, 12 invidiam *Herae* supremo -e *Herculis* domari. OV. am. 2, 6, 14 stetit ad -em ... fides. SEN. nat. 6, 32, 8 mei -em. SEDVL. carm. pasch. 3, 105 -is edax. *al.* *alio sensu*: -is *sc. vitae i. ultima pars vitae, senectus*: SEN. nat. 3 pr. 2 animus ... ad contemplationem sui saltem in ipso -e respiciat. dial. 10, 9, 5 (*p. 791, 11*). *cf.* CATVLL. 64, 217 gnate ... reddite in extrema nuper mihi -e senectae. *prorsus aliter p. 793, 61 et 795, 2.*

2 *speciatim*: **a** *controversiae* (*v. vol. IV p. 786, 71. 74 sqq.*), *litis sim., fere i. q. diiudicatio; t. t. praecipue* ICTORUM: CIC. Verr. 2, 5 ut -is aliquando iudiciariae controversiae constitueretur (VLP. dig. 4, 8, 13, 2 -em ... se ... controversiis impositurum. PAVL. dig. 4, 8, 32, 16 -em controversiae ⟨e⟩um [*an* controversiarum?] imponere. MOD. dig. 42, 1, 1 res iudicata ... -em controversiarum pronuntiatione iudicis accipit). MARCELL. dig. 5, 1, 30 ubi est semel acceptum iudicium, ibi et -em accipere debet. TERT. resurr. 62 disceptationi -em dominica pronuntiatio imponit. VLP. dig. 2, 8, 7, 2 donec lis -em accipiat (5, 2, 27, 3. PAVL. sent. 5, 5ª tit. de ... -bus litium. dig. 49, 14, 3, 9). **b** *incepti, voti, spei, fere i. q. exitus, eventus impetratus* (*aliter II B*): LVCR. 5, 391 incepti ... contingere -em. HOR. epist. 1, 2, 56 certum voto (*dat*) pete -em (OV. am. 2, 12, 13 ad hanc voti -em ... vēni. MANIL. 4, 4 nullo votorum -e beati). LIV. 5, 4, 10 non ante abscedimus, quam spei nostrae -em captis Veis imposuerimus. 10, 32, 5 non venit ad -em tam audax inceptum (SEN. suas. 2, 3 ad -em non pervenisse, quae ad invidiam perducta sunt. AVG. civ. 11, 33 p. 509, 26 D.). MORET. 38 implevit opus iustum versatile -em. GRATT. 12 tetigit ... industria -em. 246 plena suo rediit victoria -e (*cf.* IVST. 12, 8, 16 velut in -em victoriae castra solito magnificentiora fieri iussit. 29, 3, 5 contentos hoc -e victoriae). 429 gratos agitando prendere -es. VAL. MAX. 7, 3 pr. propositi. AMM. 15, 5, 26 huius rei -is arduus videbatur. *de consummatione libidinis*: IVV. 7, 241 oculos ... in -e trementes. **c** (*apud* ECCL.) *facti alicuius, i. q. fructus*: VVLG. Iob 7, 2 mercennarius praestolatur -em operis (τὸν μισθὸν αὐτοῦ). prov. 22, 4 -is modestiae timor domini, divitiae et gloria et vita. II Macc. 5, 7 -em (τέλος) ... insidiarum suarum confusionem accepit. Rom. 6, 21 -is (τέλος) *peccatorum* mors est (*syn.* fructus, καρπός). I Petr. 1, 9 fidei vestrae. HIER. in Mich. 2, 7 p. 1225ᴰ omnis poenarum -is bonorum exordium est. RVFIN. Orig. in num. 24, 1 p. 755ᴰ disciplinae ... -is et fructus. **d** *vaticinationis, mandati, promissi, i. q. impletio,* πλήρωσις: ARNOB. nat. 2, 34 p. 75, 23 si ... Plato ... posset ... eam (*viam fugiendae mortis*) praestare atque ad -em pollicitationis (-es *edd.*) adducere. IVVENC. 1, 92 -em ... affore verbis (τελείωσις *Luc. 1, 45*). 1, 102 *deus* -em ... imponere dictis dignatur ... suis. VVLG. Luc. 22, 37 ea quae sunt de me (*sc. dicta*), -em habent (τέλος ἔχει. *syn.* impleri, τελεσθῆναι). Rom. 10, 4 -is (τέλος) ... legis *est* Christus (*cf.* Matth. 5, 17). I Tim. 1, 5 -is ... praecepti est caritas. HIER. epist. 98, 8, 3 verbum opere, comminationem -e consummans et dictorum potentiam expletione rerum probans. COD. Iust. 6, 43, 3, 4 ut ultima elogia defunctorum legitimum -em sortiantur. **e** *rei alicuius, i. q. exitium, abolitio, interitus* (-is *hominis, i. q. mors, v. supra l. 1*): LVCR. 5, 1213 ecquae sit -is *mundi*, quoad moenia mundi ... possint ferre laborem (MANIL. 1, 903 *natura mundo* -em ... minata est. CYPR. Fort. praef. 1 in -e atque in consummatione mundi. *cf.* ITALA Matth. 13, 39 [Aug. civ. 20, 9 p. 428, 3 D.] messis est -is saeculi [συντέλεια, VVLG. consummatio]. TERT. adv. Prax. 4 p. 232, 11 de ultimo -e. resurr. 17 p. 48, 25. 27 p. 64, 25 in -bus saeculi. VVLG. I Cor. 10, 11 -es saeculorum [τὰ τέλη τῶν αἰώνων. aevorum ITALA Tert. adv. Prax. 16 p. 257, 6; *cf. p. 786, 66*]. HIER. epist. 55, 3, 5 cum ... omnium rerum -is advenerit. -is *absol. i. -is mundi*: ITALA Matth. 24, 14 [Cypr. Fort. 11 p. 335, 23] veniet -is (τὸ τέλος, VVLG. consummatio). VVLG. I Cor. 15, 24 -is *erit*, cum *eqs. sic passim*). CIC. Marcell. 11 ut tropaeis et monumentis tuis allatura -em sit aetas (*syn.* conficio et consumo). SALL. Iug. 2, 3 corporis et fortunae bonorum ut initium sic -is est. LIV. 2, 9, 3 adesse -em regnis (45, 9, 2 hic -is belli ... fuit idemque -is ... regni). 2, 15, 3 ut qui libertati erit in illa urbe -is, idem urbi sit. 3, 44, 1 ut ... -is ... idem decemviris (*i. potestati decemvirali*), qui regibus ... esset. 5, 1, 1 ut victis -em adesse appareret. VELL. 1, 12, 6 hunc -em habuit Carthago. SEN. nat. 3, 27, 2 ubi *natura* in -em sui properat. **f** *temporis (diei, mensis, anni) i. q. ultima pars* (*aliter p. 793, 61*): CIC. Phil. 13, 22 (*verba Antoni*) intra -em anni vertentis (TAC. ann. 2, 41 -e anni. 3, 30 *al.; sed non legitur in* hist. VVLG. deut. 11, 12 a principio anni usque ad -em eius [usque in consummationem ITALA Lugd.]). OV. met. 15, 619 ad -em lucis ab ortu. fast. 1, 710 haec erit a mensis -e secunda dies (CARM. poet. min. V 58, 8, 12. 14 de -e secundam [58, 8, 7 septimā -e *i. a* -e. *cf. p. 793, 39*]. *cf.* PLIN. nat. 21, 111 ab idibus Maiis usque in -em Octobris mensis). 5, 602 -em tempora veris habent (IVV. 14, 190 post -em autumni). LIV. 30, 1, 10 Scipioni non temporis, sed rei gerendae -e, donec in Africa debellatum foret, prorogatum imperium est. QVINT. decl. 248 p. 19, 2 peracto iam quinquennio aut in -e certe quinquennii (PAPIN. dig. 45,

[Bauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

syn.: finalis (*v. p. 800, 74*), propinquus (*supra l. 6. 8. p. 800, 1. 83*), similis (CIC. Tusc. 3, 23), vicinus (*l. 2. p. 800, 26. 37*).

opp.: contrarius (*v. l. 2*), distans (ARNOB. nat. 1, 57), domesticus (CIC. Planc. 70), longinquus (CAES. Gall. 7, 77, 16 IVST. 1, 1, 7). *ad* -um esse: abesse (CIC. inv. 2, 165), differre (CIC. Tusc. 2, 35).

masc. pl. pro subst. ×**fīnitimī**, -ōrum. GLOSS. *v. p. 799, 72 sqq.*

i. q. vicini: RHET. Her. 4, 9, 13 si cum -is de finibus bellum gererent. VARRO ling. 6, 18 Ficuleates ac Fidenates et -i alii contra nos coniurarunt. CIC. Sull. 58 rep. 2, 15 de orat. 1, 37 epist. 15, 4, 4 LVCR. 4, 581. 5, 1020 CAES. Gall. 1, 2, 4. 2, 17, 4. 2, 28, 3. 2, 31, 5. 2, 32, 2. 3, 8, 3 *al.* SALL. Iug. 18, 12. 75, 5 VERG. Aen. 5, 106. 6, 378. OV. met. 8, 117 *opp.* civis (SEN. dial. 5, 2, 3 AMM. 28, 6, 18). fast. 1, 30. 1, 552 -is hospitibusque. LIV. 1, 9, 1. 7. 14. 1, 15, 1 *al., ex. gr.* 4, 3, 4 -is externisque. 37, 53, 25 nullos accolas nec -os habere quam vos malo. VELL. 2, 108, 2 *al.* VAL. MAX. 3, 4, 2 *opp.* sui. SEN. epist. 59, 12 CVRT. 3, 2, 12 *al.* [*dub.* 6, 6, 20, *ubi codd. opt.* finibus]. AMM. 22, 7, 10 per -os longeque distantes. 28, 5, 9 -is universis. *al. passim.* *acced.* suus: CIC Manil. 9 se Bosporanis -is suis bellum inferre simularet. CAES. Gall. 2, 4, 6. 2, 16, 2. 5, 27, 2 COLVM. 1, 3, 7 (*antea* vicinos, conterminus). AMM. 18, 2, 13. *acced. genet. loci*: IVST. 44, 3, 9 Chalybes fluvii huius (*Chalybem dicit*) -i appellati.

neutr. pl. pro subst. **fīnitima**, -ōrum. GLOSS. *v. p. 799, 74.*

1 *i. q. vicinae regiones* (*saepe cum gen. part., dat. v. l. 57*): LIV. 9, 37, 1 conciverat . . . non Etruriae modo populos, sed Vmbriae -a. 24, 29, 4 -a provinciae Romanae . . . vastare coepit. PLIN. nat. 6, 20 tenuere . . . -a . . . Cares. 37, 23 *crystallus* vilissima circa Alabanda et Orthosiam -isque (-isque montibus *codd. recc.*; *cf. Mayh. ad l.*). APVL. mund. 6 hinc patent -a Rubri maris. AVR. VICT. Caes. 33, 3 Asiae -a occuparent. AMM. 18, 8, 13 confluente ex -is virile et muliebre secus. 23, 6, 4 post -a cuncta . . . subacta (23, 6, 52). 27, 12, 17 ut . . . Sauromaces Armeniis -a retineret et Lazis. VEN. FORT. carm. 3, 4, 1 prope -a pelagi. 2 *i. q. finis, margo*: CASSIOD. in psalm. 44, 15 fimbriae sunt -a vestium.

neutr. sing. pro subst. **fīnitimum**, -ī. GLOSS. *v. p. 799, 72.* *i. q. vicina regio*: DICT. 4, 2 *Penthesilea* cum magna Amazonum manu reliquisque ex -o populis supervenit. HEGES. 5, 10, 1 in -o tumuli, quo sepultus iacebat . . . Iohannes. SERV. Aen. 8, 569 *v. p. 800, 32.*

×**fīnītio**, -ōnis *f. a* finire. *de notione*: SERV. georg. 2, 398 'exhausti' . . . exhaustionis, -is. *de usu: vox a poetis aliena legitur inde a* VITR.

I *proprie*: A *spectat ad locum*: 1 *i. q. actio finiendi i. definiendi*: VITR. 8, 1, 1 *capita fontium* sic erunt experienda, uti procumbatur in dentes . . . et in terra mento collocato et fulto prospiciantur eae regiones; sic enim non errabit excelsius quam oporteat visus, cum erit immotum mentum, sed libratam altitudinem in regionibus certa -e designabit. *inde i. q. pars definiendo constituta*: HYG. astr. 1, 6 p. 24, 7 *sqq.* in triginta partes unumquodque hemisphaerium dividitur. . . . deinde . . . sex partibus ex utraque -e sumptis circulus ducitur. p. 26, 10 si non in triginta partes . . . hemisphaerium dividatur, sed in alias quotlibet -es. 2 *i. q. circuitus*: VITR. 2, 8, 13 conspicitur . . . forum et portus moeniumque tota -o. 3 *i. q. locus definitus*: VITR. 10, 9, 1 cum finitum locum habeat in se rota ab eoque incipiat progrediens in solo viae facere versationem, perveniendo ad eam -em . . . certum modum spatii habeat peractum. 4 *i. q. finis, terminus*: *de finibus agrorum*: FRONTIN. grom. p. 15, 10 Th. agrorum extremitas flexuosa et inaequali[s] clauditur -e. AGENN. grom. p. 28, 27 Th. genus -is (HYG. grom. p. 91, 1. 3. 94, 12). p. 29, 6 aspectum . . . -is. HYG. grom. p. 91, 2 Th. sunt . . . arbores . . . loco -is. p. 94, 9 consuetudines -um. *de fine, parte extrema aliarum rerum*: HYG. astr. 1, 5 occasus *est* . . . erepta *species* ab oculis visa in -e mundi (*verba* in -e mundi *vulgo in initio cap. 6 posita huc referenda esse monuit Bursian*). 3, 20 p. 90, 3 inter huius (*Aurigae*) -em corporis et Arietis caudam stellae sunt septem. CHIRON 733 ibi venae -es habent. *de fine libri, enuntiati sim.*: VITR. 3 praef. 4 ita -em primo volumine (volumini *Schneider*) constitui. 10 praef. 4 in hoc *volumine*, quod -em summam corporis habet constitutam. DIOM. gramm. I 466, 15 comma est iuncturae -o (*cf.* GRAMM. VI 273, 2 distinctio est temporis et sensus -o). *adde de extrema syllaba*: PROB. nom. gramm. IV 209, 1 dativo . . . et ablativo non sonat latina -o. B *spectat ad tempus*: VITR. 9, 8, 10 *bulla* menstruis -bus imagines efficit horarum et dierum. *adde i. q. finis vitae, mors*: VVLG. Sirach 40, 2 dies -is (ἡμέρα τελευτῆς). CORP. IX 984, 9 usque in diem -is sues (*i. suae*). *fort. huc referend.* CORP. VI 26338, *v. l. 49.*

II *translate*: A *i. q. perfectio*: VITR. 2, 1, 8 quibus rationibus enutritae et progressae sint gradatim ad hanc -em *origines aedificiorum.* B *i. q. definitio*: 1 *generatim*: a *in arte musica, i. q. locus definitus, circumscriptus*: VITR. 5, 4, 1 *harmonicen* si volumus explicare, necesse est etiam graecis verbis uti. . . . itaque . . . quam apertissime ex Aristoxeni scripturis interpretabor et eius diagramma subscribam -esque sonituum designabo. 5, 4, 2 continuata vox neque in -bus (*ἐπ' αὐτῶν τῶν περάτων Aristox. harm. 8 p. 12, 6 Marq.*) consistit neque in loco ullo, efficitque terminationes non apparentes. *ibid.* cum flectitur immutatione, vox statuit se in alicuius sonitus -e (*ἐπὶ μιᾶς τάσεως ibid. 8 p. 12, 9*), deinde in alterius, et id ultro citro crebre faciendo ⟨non⟩ constans apparet sensibus. *ibid.* modulationis . . intervallis ea (*vox*) cum versatur, et unde initium fecit et ubi desiit, apparet in sonorum patentibus -bus (*τὰς . . . τάσεις . . . φανεράς ibid. 10 p. 14, 12*). 5, 4, 8 *concentus* a numero nomina ceperunt, quod, cum vox constiterit in una sonorum -e ab eaque se flectens mutaverit et pervenerit in quartam terminationem, appellatur diatessaron, in quintam diapente. 5, 4, 9 non . . . inter duo intervalla, cum chordarum sonitus aut vocis cantus factus fuerit, nec inter tria aut sex (*sic Wilmanns*, in tertia aut sexta *trad.*) aut septem (septima *v. l.*) possunt consonantiae fieri, sed . . . diatessaron et diapente et ex ordine ad disdiapason convenientiae ex natura vocis congruentes habent -es. b *i. q. praeceptum, iussum, regula*: VITR. 5, 12, 7 de magnitudinibus *navaliorum* . . . -o nulla debet esse. FEST. p. 294 supellectilis recto casu et senis ratione dicebantur, quae nunc contraria videntur esse -i portionis (-is proportioni *Müller. seq. syn.* praeceptum). PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm I 141, 17 nec -em ullam in monosyllabis . . . grammatici temptant. PROB Gell. 13, 21 (20), 1 non -es praerancidas neque fetutinas grammaticas spectaveris. GELL. 15, 9, 11 quo rescinderet -em fictam (ROMAN. Char. gramm. I 137, 17 contra -em. 142, 9 -o . . . eiusmodi [*praeced. syn.* regula]). TERT. pudic. 12 p. 242, 28 neque idololatriae . . . pax . . . redditur. de qua -e sua apostolos excidisse . . . non licet credere. LIB. col. II p. 261, 14 ea lege et -e. CORP. VI 26338 hos ab animo potuit disiungere nemo nisi -o fati (*v. l. 15*). *adde fere i. q. iudicium*: GREG. M. epist. 9, 68 nec haec amplius sine -e causa remaneat. c *i. q. significatio*: DIOM. gramm. I 403, 24 adverbio . . . sunt discrimina generalia tria, forma, modus, -o (*cf.* COMINIAN. Char. gramm. I 181, 2 significatio, figura, comparatio). 403, 26 forma continet aut simplicem aut compositam; modus continet quantitatem, ut plus minus; -o continet summam. *i. q. status finitus*: CLEDON. gramm. V 50, 8 *pronomina* finita sunt secundum -em personae, ut ait Plinius (*cf.* 50, 5 certas personas). 2 *speciatim*: a *t. t. philos., rhet.*: VITR. 3 praef. 4 rationes . . . architecturae partitione distribui -busque terminavi. SEN. contr. 7, 5 (20), 11 haec -o (definitio *v. l.*) . . . ridicula est. SEN. clem. 2, 3, 1 -o . . . rem comprehendat (QVINT. decl. 247 p. 10, 10 haec . . . comprehendenda sunt -bus). 2, 3, 2 illa -o contradictiones inveniet. 2, 4, 2 extra -em nostram cadit. dial. 3, 3, 3 Aristotelis -o . . . a nostra abest. 7, 4, 1 -o summi boni. epist. 121, 10 -em . . . obscuram (*cf.* QVINT. inst. 7, 3, 20 an ambigua an contraria an communis. 7, 3, 24 falsam. 7, 3, 26 inanis. 7, 3, 35 certa. 7, 8, 1 infirma est. 12, 1, 44 sit . . . vera -o, oratorem esse virum bonum dicendi peritum. decl. 247 p. 10, 20 plenam. PHOEBAD. c. Arrian. 16 p. 25^{C} profana et sacrilega). epist. 121, 11 ab animalibus constitutionis -em intellegi dicerem, non ipsam constitutionem (*cf.* QVINT. decl. 247 p. 11, 7 in -e uxoris [*ibid.* uxor est, quae *eqs.*]). QVINT. inst. 5, 10, 54 ducuntur . . . argumenta ex -e (*i. gr.* ὁρισμός) seu fine (*i. gr.* ὅρος); nam utroque modo traditur. 5, 10, 61 diligentem -is comprehensionem. 7, 3, 19 et nostra confirmanda est et adversae partis destruenda -o (*cf.* decl. 247 p. 10, 21 *sq.* nec tam in subvertenda ea [*i. finitione adversae partis*] morari debemus quam in confirmanda nostra. sit ergo, ut non infirmandae -is genus sit: at convincenda nimis plena. 342 p. 349, 6 repellenda est . . . -o partis adversae [*syn.* finis]). 7, 3, 23. uterque -em alterius impugnat. 7, 10, 1 est . . . quaedam inter hos status (*-em et syllogismum*) cognatio. nam et in -e, quae sit voluntas nominis, quaeritur ⟨e⟩t in syllogismo, qui secundus a -e status est, qui⟨a⟩ spectatur, quid voluerit scriptor. 9, 3, 91 sive hoc nomine (*sc. figurae*) significatur comprehensa breviter sententia seu -o. 12, 2, 13 *dialectica pars* utilis et -bus et comprehensionibus. LACT. ira 17, 13

[*Bacherler*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quae ratio esset irae, apparet ex -bus eorum *philosophorum*.
b *t. t. rhet., i. q. status finiticus, gr.* ὅρος (*cf.* QVINT. inst. 3, 6, 5 'an fecerit? ... quid fecerit?' quia ex his apparet illud coniectura, hoc -e quaerendum..., erit quaestio coniecturalis vel finitivi status): QVINT. inst. 3, 6, 33 ab Archedemo qualitas exclusa est, ... ab his repudiata -o. 3, 6, 47 στάσιν ... ὑπαλλακτικήν, ea -o est. 3, 6, 53 proprietatem, id est ἰδιότητα, quo verbo -o ostenditur. 3, 6, 66 tres rationales status: coniecturam, qualitatem, -em (*cf.* 3, 6, 37. 38. 46. 50. 51. 82. 86. 89. 103. 3, 8, 4. 5). 5, 10, 36 -is... quaestiones (6, 4, 4). 5, 13, 19 aut ... coniectura excutiuntur, an vera sint, aut -e, an propria, aut qualitate, an inhonesta. 7, 3, 1 sequitur coniecturam -o. 7, 3, 2 interim a qualitate ad -em descenditur. ... -o igitur ⟨est⟩ rei propositae propria et dilucida et breviter comprehensa verbis enuntiatio. 7, 3, 8 -em esse de eodem et de altero (*gr.* περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ θατέρου). 7, 3, 28 sit causae nostrae conveniens -o. ... huc pertinebunt probationes, quas Cicero (*top. 88*) dicit proprias esse -is (*sic Badius*, -es *codd.*). 9, 2, 105 idem valeant, quae videntur esse diversa, ut non is demum sit veneficus, qui vitam abstulit data potione, sed etiam, qui mentem, quod est in parte -is. 12, 2, 15 in tanta causarum ... varietate, cum alia coniectura quaerantur, alia -bus concludantur *eqs.* decl. 292 p. 162, 23 circa ius illud est, ut -e tractetur. *inter* 'virtutes orationis' *enumeratur* -o: QVINT. inst. 9, 2, 2.

syn.: ad II: finis (*v. p. 802, 78*), lex (LIB. col. II p. 261, 14), praeceptum (FEST. p. 294), regula (ROMAN. Char. gramm. I 137, 17). *Bacherler.*

˟fīnītīvus, -a, -um [*a* finitus, finire. *Th.*]. *distinguuntur* finitus *et* -us: DIFF. ed. Beck p. 57, 20 finitum est, quod iam finem accepit; -um, quod potest finiri, tamquam 'coactum' vel 'coactivum'. *est sermonis pedestris inde a* PALAEM. gramm. *et* QVINT.

i. q. finiens vel finitus, finalis, definitivus: **1** *generaliter: i. q. in fine rei positus, terminans rem*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 7, 17 -ae litterae (MART. CAP. 3, 240 *littera f* nullum ... claudit -a sermonem). NOVELL. Iust. 10 praef. 1 nihil ... petentibus factum est -um, donec *eqs.* (*i. nullus finis factus est.* οὐδὲ ... γέγονε πέρας). 134, 3, 1 usque ad -um (*i. definitivum*)...iudicium (μέχρι τελείας κρίσεως). **2** *speciatim*: **a** *t. t. rhet.*: status -us *i. constitutio definitiva,* στάσις ὁριστική: QVINT. inst. 3, 6, 5 erit quaestio...-i status (3, 6, 31. 103. 12, 2, 19 FORTVN. rhet. 1, 13 p. 91, 5 IVL. SEV. rhet. 15 p. 363, 2 SERV. auct. Aen. 10, 68 *al.* CASSIOD. art. 3 p. 1197^B constitutio). 3, 6, 37 de nomine, id est -am (*sc. quaestionem*. 7, 3, 36 hic ... videri potest -a *quaestio*. SVLP. VICT. rhet. 39 p. 337, 8 -a quaestio est, an *eqs.* IVL. VICT. rhet. 3, 3 p. 377, 30 *al.*). SVLP. VICT. rhet. 38 p. 335, 29 circumscriptionum actiones...-as esse (*i. ad statum definitivum pertinere*). EVGRAPH. Ter. Hec. 85 p. 264, 20 argumenta.
b *t. t. gramm.*: modus (CHAR. gramm. I 169, 7 *al.* DIOM. gramm. I 338, 16 *al.; sing. saepe pro subst.*: CHAR. gramm. I 171, 16 *al., cf. l. 49*), qualitas (PROB. frg. 85 Aist. CHAR. gramm. I 169, 7 *al.*), tempus (CHAR. gramm. I 173, 21 *al.*) *sim., i. q. indicativus, pronuntiativus, definitivus,* ὁριστικὴ ἔγκλισις (*cf.* GLOSS. ὁριστικός indicativus -us). -a *interdum pro subst.* (*ex. gr.* CHAR. gramm. I 171, 21 *al., cf. l. 51. 52*): PALAEM. Char. gramm. I 226, 12 'cum' iungitur modo -is, modo subiunctivis, velut 'cum ... dicebam', item ceteris -is temporibus. 226, 22 futuro ... -orum. *al.* 227, 24 species (DOSITH. gramm. VII 418, 14). CHAR. gramm. I 169, 12 verbum (170, 32 *al.*). 172, 32 futuro -o DIOM. gramm. I 349, 34 ex secunda persona -a (350, 10). 388, 20 sermo. coniunctiones: PALAEM. Char. gramm. I 226, 4 dum, postquam *eqs.* adverbia: CHAR. gramm. I 187, 32 temporis -a adverbia: hodie, cras *eqs.* (*opp.* infinitiva velut olim, aliquando *sim.*). pronomina, *i. finita*: CHAR. gramm. I 268, 22 cum -a pronomina pro qualitatis significatione ponuntur, ut 'hunc ...' pro 'talem'. DIOM. gramm. I 329, 32 declinationes pronominum -ae sive absolutae. 454, 6 si -um *pronomen* pro infinito ponamus, id est, si dicamus de absente 'hic fecit'. *species verbi, opp.* incohativa: DIOM. gramm. I 343, 29 verbi species ... -a, ..., ut perfectum admittat (*cf. antea* incohativa perfecto tempore definire). *dubium an huc pertineat*: 353, 9 'amor' verbum absolutum -um. -a *sc. ars, pars grammaticae*: DIOM. gramm. I 426, 17 horistice est -a, quae praecepta demonstrat. *nota i. q. compendiarius, abbreviatus*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 505, 8 *quae modo concessivo proferuntur, velut 'viceris'*, et -a dicuntur; ista enim omnia compendium nobis praestant.

syn.: absolutus (*supra l. 61*). *oppos.*: incohativus (*l. 64*), infinitus (*l. 61*), infinitivus (*l. 57*), subiunctivus (*l. 51*). *Bauer.*

fīnītor, -ōris *m. a* finio. *de notione*: NON. p. 11, 22 -es dicebantur, quos nunc agrimensores dicimus: dicti quod finis dividerent. GLOSS. -es (enitores *cod.*) agri mensores.

I *subst.*: **A** *munus publicum, i. q. agrimensor*: PLAVT. Poen. 49 (*trop. in ioco*) *argumenti* regiones limites confinia determinabo: ei rei ego -r factus sum. CIC. leg. agr. 2, 32 -es (*sic A. Augustinus*, ianitores *codd.*) ex equestri loco ducentos ... constituit *Ti. Gracchus*. 2, 34 quaestori permittant, -em mittant, ratum sit quod -r uni illi (ulli *pars codd.*), a quo missus erit, renuntiaverit. 2, 45 cum illa delecta -um iuventute. 2, 53 ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto inter nostra atque hostium castra hasta posita cum suis formosis -bus auctionantem. **B** *is qui rei alicui finem, modum imponit*: PERS. 6, 80 iuventus, Chrysippe, tui -r acervi. STAT. Theb. 8, 91 *Iuppiter* o cunctis -r maxime rerum, at mihi ... et sator. **C** *in arte rhet., i. q. definitor* (*qui causam definit*): IVL. VICT. rhet. 3, 3 p. 377, 34 semper sive in simplici sive duplici (*sc. quaestione finitiva*) -r eo, quod est, nititur: infirmat (infirmatur *trad., em. Christ*) diffors (*sc. oratio, qua accusatoris definitio refutatur*) eo, quod deest.

II *quasi adi., t. t. astr.*: SEN. nat. 5, 17, 3 hunc circulum Graeci horizonta vocant, nostri -em, alii finientem (*cf.* MART. CAP. 8, 826 *unus e circulis* horizon vel -r perhibetur). LVCAN. 9, 496 nec sidera tota ostendit Libycae -r circulus orae (CENS. 17, 4 MART. CAP. 8, 836). MART. CAP. 8, 818 ex parallelis (*circulis*) primus est is, qui ... contingens confinia -is numquam mersus assurgit, qui septentrionalis circulus perhibetur (*cf.* 8, 822 circuli ... horizontis). 8, 826 *Galaxeas* confinio septentrionalis circuli natus in -em (*sc. circulum*) antarcticae regionis acclinans paene totum videtur permeare caelum.

opp.: sator (STAT. Theb. 8, 91). *Bacherler.*

fīnitumus *v.* finitimus *p. 799, 65. 67 sqq.*

fīnītus *v.* finio. *cf. Onomast.* **fīnix** *v.* phoenix.

finticis (fictilis GLOSS. III 612, 1) consolda GLOSS. III 590, 56. 612, 1. 624, 21, *ubi* φιντικίς *Bücheler coll.* DIOSC. 2, 58. *herbae nomen.*

*?***fintinnio,** -īre. SVET. frg. p. 253 R. hirundinum [fintinnire vel] minurrire (*verba inclusa nituntur solo testimonio Hugutionis*).

fīo *v.* facio. **firctum** *v.* fertum. [*Vollmer.*

fircus *v.* hircus.

firmāmen, -inis *n.* [*a* firmare, *cf. c.* firmamentum. *Th.*]. *i. q. firmamentum*: OV. met. 10, 491 crura loquentis terra supervenit, ruptosque obliqua per ungues porrigitur radix, longi -a trunci. SEN. Herc. f. 1251 unicum lapsae domus -n ... temet, *o Hercule*, reserva.
dub.: DESCENS. Christi rec. A 7 Iesus ... firma ima carcerum confregit, *ubi Loefstedt, Comm. z. Peregr. Aeth. p. 265, 1 coni.* firmamina.

˟firmāmentum, -ī *n.* [*a* firmare. *Th.*]. *pro masc. habet* ITALA psalm. 104, 16 (Veron.) omnem -um. *de notione*: PAVL. FEST. p. 99 herma a Graecis ponitur pro -o. HIER. nom. hebr. p. 49, 1 samech -um, quidam erectionem vel adiutorium sive fulturam putant (p. 160, 9). GLOSS. tuitio, munimen. solidamentum. στερέωμα. βεβαίωμα. στήριγμα. *de usu: legitur inde ab* AFRAN. com. 241; *deest apud* LVCR. CATVLL. VARRONEM SALL. NEP. VERG. HOR. TIB. PROP. VITR. PLIN. nat. PLIN. epist.; *frequentant* RHET. (*inde a* RHET. Her. *et* CIC.) *et* ECCL.

I *i. q. munimentum*: **A** *sensu strictiore*: **1** *pertinet ad structuras aedificiorum*: CAES. civ. 2, 15, 2 traversaria tigna iniciuntur, quae -o esse possint. LIV. 33, 5, 5 vallo ... Graeci usi sunt, sed usum nec ad commoditatem ferendi nec ad ipsius munitionis -um aptaverunt. SEN. benef. 3, 29, 5 innituntur fundamentis suis templa ...; tamen, quae in -um totius operis iacta sunt, latent. nat. 3, 27, 6 frustra titubantium fultura temptatur: omne enim -um in lubrico (-ca *Gercke, sed cf.* CIC. orat. 98) figitur et lutosa humo. 6, 9, 3 cum exustae trabes sunt aut corrupta, quae superioribus -um dabant, tunc ... fastigia concidunt. LEX met. Vipasc. (Corp. II 5181) 6 pilas aut fulturas -i causa relictas. HIER. in Is. 26, 1 p. 344 pro eo quod nos vertimus, 'antemurale' (VVLG. ponetur ... murus et antemurale) Symmachus '-um' interpretatus est: ut ipsi muri munitionibus cincti sint et vallo fossaque et aliis muris, quos in aedificatione castrorum solent 'loriculas' dicere. LEX Sal. 12 add. 1 (*H*) domus si pro -o iberus (*signif. incert.*) habuisse putatur. *i. q. munitio*: ITALA Mich. 5, 11 (Weing.) auferam omnia -a tua (ὀχυρώματα, VVLG. munitiones). AVG. in Iob p. 519, 15 'sit mihi civitas sepulcrum, super cuius muros saliebam': societatem illam Babyloniae ..., de cuius tamquam -o et munimine superbiebat. **2** *pertinet ad structuras corporum*: SEN. dial. 4, 1, 2 in corpore nostro ossa nervique et articuli, -a totius. epist. 102, 25 ossa nervique, -a fluidorum et labentium (AVG. epist. 140, 36 quid sunt ossa nisi corporis -a?). GELL. 13, 23, 9 *Graeci* vincula et -a membrorum νεῦρα dicunt.

B *sensu latiore et translate*: **1** *generatim*: **a** *de hominibus* (*gentibus sim.*): AFRAN. com. 241 uxorem quaerit, -um familiae. CIC. Manil. 10 *partis* Sertorianae et Hispaniensis, quae multo plus -i ac roboris habebat. LIV. 29, 2, 10 legionem ex subsidiis in primam aciem -um ducit. 36, 18, 2 Macedonum robur ... velut -um circa ... munitiones constituit. VAL. MAX. 6, 1 pr. feminarum praecipuum -um, pudicitia. 7, 6, 1 mancipia velut praecipuum -um exercitui ... adiecit. SEN. contr. 2, 7 (15), 9 adversus omnes illecebras ... muliebribus ingeniis est veluti solum -um in nullam incidisse fabulam. VVLG. II reg. 22, 19 factus est dominus -um meum (psalm. 17, 3. 70, 3 PSALT. Rom. 30, 4). psalm. 24, 14 -um est dominus timentibus eum. Sirach 49, 17 -um gentis, rector fratrum. MAX. TAVR. hom. 69 ad ecclesiae solacium atque ... credentium -um. *adde i. q. amuletum*: DAMIG. lapid. 18 *lapis odontolycius* pro -o infantibus tutamen firmum praebet. **b** *de rebus*: CIC. Cluent. 5 parum -i et parum virium veritas habet. Mur. 58 -um (fundamentum *cod. Paris., prob. Clark*) ac robur totius accusationis (*cf.* SEN. dial. 3, 20, 7 *magnitudinis* -um roburque bonitas est). Planc. 23 ornamentum civitatis, -um rei publicae publicanorum ordine continetur (rep. 2, 17 Att. 1, 18, 3). Phil. 3, 13 *Gallia* -um imperii (SEN. dial. 6, 20, 4 Cn. Pompeium, decus ... -umque imperii). Tusc. 4, 7 -um ... disciplinae. Lael. 65 -um ... stabilitatis constantiaeque est eius ... fides. SEN. epist. 31, 3 unum bonum est, quod beatae vitae causa et -um
[*Bacherler*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est, sibi fidere. TAC. hist. 5, 8 honor sacerdotii -um potentiae assumebatur. TERT. anim. 38 p. 366,11 animae . . . habenti sua -a et propriae condicionis alimenta. CYPR. domin. orat. 1 -a corroborandae fidei (PRISCILL. tract. 3,69 MAX. TAVR. hom. 80). MAR. VICTORIN. in Ephes. 3,16/7 p. 1269^A firmitas et -um et totus animae ad aeternitatem status 'in veritate' est. AMM. 21,5,3 virtutis vestrae...-o confisus (VVLG. Sirach 34, 19 oculi domini . . . -um virtutis, tegimen ardoris). 22, 16, 22 Solon Romano . . . iuri maximum addidit -um. SCHOL. Cic. Bob. p. 169, 5 St. -um salutis. VVLG. I Tim. 3, 15 ecclesia . . . columna et -um veritatis (AMBR. Iac. 2, 7, 34 *al. cf.* RVFIN. hist. 5, 1, 17 columna et -um ecclesiae). psalm. 104,16 omne -um (στήριγμα) panis contrivit. AVG. pat. 17, 14 cupiditas mundi habet . . . -um ex vinculo consuetudinis. gen. c. Manich. 1, 23, 28 omnia tamquam in -o in regni stabilitate fundata. in psalm. 109, 17 domini iuramentum promissionis est -um (civ. 17, 10 p. 228, 24 D. post . . . promissionis validissima -a. *cf.* DON. Ter. Andr. 200 lege et omine: id est -um per humana et divina). in psalm. 120, 8 pro adiutorio consolationis non ad -um felicitatis. PROSP. in psalm. 103,2 *sanctae scripturae* auctoritatem quasi -um in ecclesia sua posuit *Christus*. 103,12 -a quaedam praeceptorum. CASSIOD. in psalm. 1,6 *homo* quia sua levitate ad -um mandatorum se tenere non potuit, . . . pulvis dicitur. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 1 p. 349^A vinculum quoddam atque -um eorum, quae facta sunt, divina . . . potentia est. *i. q. fundamentum*: GELL. 17, 8, 2 cenae eius (*Tauri philosophi*) fundus et -um omne erat aula (= *olla*) una.

2 *speciatim, in argumentatione*: **a** *i. q. vis probationis*: RHET. Her. 2,7,11 *ostendamus* indignum facinus esse sine testibus coniecturam et suspicionem -i satis habere. CIC. inv. 1, 34 confirmatio est, per quam argumentando nostrae causae fidem et auctoritatem et -um adiungit oratio. Flacc. 92 si ullum -um in illo teste posuisses. IREN. 2, 12, 8 ipso -o ipsorum dissipato. SCHOL. Cic. Bob. p. 105, 24 St. -um adicit huic argumentationi. **b** *i. q. probatio, argumentatio*: MAR. VICTORIN. rhet. 1, 24 p. 213,40 fides est argumentum, quo crimen probamus . . ., auctoritas est argumentum verius atque honestius . . ., -um est creberrima argumentatio. IVL. VICT. rhet. 11 p. 412, 3 partes . . . ita probabiles . . ., ut nullum praeterea -um desiderent. SVLP. VICT. rhet. 37 p. 335, 2 fortasse poterit esse -um etiam ex verbis ipsius legis. HIL. in psalm. 118 heta 16 timorem in postremo, tamquam -um eorum, quae superius sunt dicta, nominari. FILASTR. 127, 3 utrumque si bona interpretatione profertur, rectae fidei -um ostenditur. 143, 1 *LXXII interpretes* . . . ecclesiae catholicae -a certissima tradiderunt. AVG. c. Faust. 8, 2 argute . . . videtur . . . divinarum scripturarum -a compungere talium fabularum sordidus sartor. *t. t. artis rhet., i. q. continens* (*sc. ea orationis pars, quae argumentationem accusatoris* [RHET. Her. CIC. part. 103], *defensoris* [CIC. QVINT.] *continet, gr.* συνέχον): RHET. Her. 1, 16, 26 inventa ratione -um quaerendum est, id est quod continet accusationem, quod affertur contra rationem defensionis; . . . id constituetur hoc modo: cum usus fuerit Orestes ratione hoc pacto: 'iure occidi, illa enim patrem meum occiderat', utetur accusator -o hoc modo: 'at non abs te occidi neque . . . poenas pendere oportuit'. ex ratione defensionis et ex -o accusationis (*cf. p. 804, 78*) iudicii quaestio nascatur oportet. 1, 17, 27 *in coniecturali constitutione* nec ratio, qua re fecerit, quaeritur, fecisse enim negatur: nec -um exquiritur, quoniam non subest ratio. CIC. inv. 1, 18 erit videndum, quae quaestio, quae ratio, quae iudicatio, quod -um causae sit (*cf.* 1, 19 necesse erit quaestiones, rationes, iudicationes, -a reperiri). 1,19 -um est firmissima argumentatio defensoris et appositissima ad iudicationem (*cf.* MAR. VICTORIN. rhet. 1,14 p. 194,4 *sq.*). part. 103 rationem appellemus eam, quae affertur a reo ad recusandum depellendi criminis causa, quae nisi esset, quid defenderet non haberet; -um autem, quod contra ad labefactandam rationem refertur, sine quo accusatio stare non posset. 104 ex rationis . . . et ex -i conflictione et quasi concursu quaestio quaedam exoritur, quam disceptationem voco. *ibid.* rationum et -orum contentio adducit in angustum disceptationem. top. 95 quibus . . . hoc qua de re agitur continetur, ea continentia vocentur, quasi -a defensionis, quibus sublatis defensio nulla sit (*cf.* QVINT. inst. 3, 11, 18 *sq.* Cicero . . . in rhetoricis [*inv. 1, 19*] . . . Hermagoran est secutus. in topicis [*95*] . . . quibus id [*sc.* κρινόμενον] contineatur, continentia, quasi -a defensionis *vocat.* at in partitionibus oratoriis [*103*] -um, quod opponitur defensioni, quia continens, quod primum sit, ab accusatore dicatur, ratio a reo, ex rationis et -i quaestione disceptatio sit iudicationum). QVINT. inst. 3, 11, 1 intuendum . . . Hermagorae videtur, quid sit quaestio, ratio, iudicatio, vel ut alii vocant, -um. 3, 11, 9 συνέχον . . ., quod . . . continens alii, -um alii putant.

II *apud* ECCL. *de caelo* (*gr.* στερέωμα): VVLG. gen. 1, 6 fiat -um in medio aquarum et dividat aquas ab aquis. 1, 7 fecit deus -um divisitque aquas, quae erant sub -o, ab his, quae erant super -um. 1, 8 vocavit . . . deus -um caelum (AVG. civ. 12, 20 p. 543, 14 D. *cf.* MAR. VICTORIN. in Ephes. 4, 10 p. 1274^B -um . . ., quod appellatur caelum. HIL. in psalm. 135,9 *caelum* totum -um nuncupans. PS. HIL. libell. 5. RVFIN. Clement. 9, 3 interiectu -i huius, quod caelum appellatur. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 4 caelum istud quod intuemur proprie -um dicitur. Orig. in num. 26,5 caelum istud visibile non ab initio caelum dictum est, sed prius -um. AVG. gen. ad litt. imperf. p. 479,17 -um . . . quod caelum postea vocavit deus [*cf.* p. 479, 27. 481, 25]). gen. 1, 14 fiant luminaria in -o caeli (1,15. 17. 20 Sirach 43, 9 Dan. 3,56 *et passim apud* ECCL.; *nota pluralem* ASSVMPT. Moys. 12, 9 omnia ⟨caeli *add. Charles*⟩ -a). III reg. 8,49 in caelo, in -o solii tui. Dan. 12,3 fulgebunt quasi splendor -i. TERT. bapt. 3 p. 203, 6 ut -um caeleste (AVG. civ. 10, 27 p. 444, 2 D.) suspenderet in medietate, distinctis aquis fecit deus. AMBR. hex. 2, 4, 16 a firmitate -um nuncupatum est vel quod divina virtute firmatum est; . . . -um dicitur, quod non sit invalidum nec remissum (*cf.* AVG. gen. ad litt. 2, 10 p. 48, 12 -um . . . non propter stationem, sed propter firmitatem aut propter intransgressibilem terminum superiorum et inferiorum aquarum vocatum. EVSTATH. Bas. hex. 3,4 p. 894^B scriptura consuevit illud corpus, quod est validum nimis et solidum, vocare -um. ISID. nat. 13, 1 circulum inferioris caeli . . . solidavit nuncupans eum -um propter sustentationem superiorum aquarum). HIER. in Gal. 6,15 p. 532 in sole et luna, -o et stellis. in Eph. lib. 3 praef. p. 634 qui iustus est, nisi fuerit eruditus, tam procul sit a sapiente iusto, quam est stellarum fulgor a lumine -i. AVG. gen. ad litt. 2, 1 p. 32, 17 an ipse aer vocetur -um, merito quaeri potest. 2, 4 p. 37, 12 cum . . probasset et hunc aerem (*ubi aves volant*) caelum dici, nulla alia causa etiam -um appellatum voluit existimari, nisi quia *dividit vapores aquarum et aquas in terris fluitantes.* 3, 1 p. 63, 10 *aer* caeli nomen acceperit; sed nescio, utrum etiam -um possit vocari. 5,5 p. 146, 20 -um, unde corporeus incipit mundus. gen. ad litt. imperf. 9 p. 481, 18 non . . . omne -um caelum est (*antecedit* VVLG. gen. 1, 8 vocavitque deus -um caelum). COMPVT. cod. Col. prol. 4 p. 231 sequenti diae (*i. die*) fecisset -um caelum *deus.* CLAVD. MAM. anim. 2,12 p. 145, 12 visibile -um . . . caelo invisibili cedere. *trop.*: VVLG. psalm. 150, 1 laudate eum in -o virtutis eius. PROSP. sent. 120 sicut stellas caeli non extinguit nox, sic montes fidelium adhaerentes -o sanctae scripturae non obscurat mundana iniquitas. VEREC. in cant. 9, 34 possumus . . . stellarum nomine sanctos agnoscere, qui in -o ecclesiae positi carnalibus scientiae lumen infundant. FACVND. defens. 12, 2 p. 835^D *Leo* velut aeterna lege praefixus in quodam suae dignitatis et fidei -o, sic luce veritatis irradiat.

III *i. q. auctoritas, firmitas*: FILASTR. 119, 1 prioris legis -a decernit. 129, 9 saeculares homines . . . pagana mendacia potius quam . . . Christianae legis antiqua et vera arcana desiderant colere ac sequi -a. HEGES 1, 46, 1 nuncupetur rex Archelaus ita tamen ut . . . ei (*Caesari*) arbitrium et -um omnium dispositionum suarum reservaret. COD. Theod. 4, 4, 5 (*a. 416*) nemo scriptis auferat robur et non scriptis . . . ingerat -um.

syn.: *ad I A*: munimen (AVG. in Iob p. 519,15). *ad I B*: adiutorium (AVG. in psalm. 120,8), firmitas (*p. 805, 5*), fundus (GELL. 17, 8, 2), robur (*p. 804, 65. 78 sqq. cf. 77 vires*). *ad II*: caelum. *ad III*: robur. *opp.*: *ad I B*: ratio (*p. 805, 46 sqq.*). *ad III*: mendacium.

firmātio, -ōnis *f.* [*a* firmare. *Th.*] [*corrupt. et dub.*: PLIN. nat. 17, 258 similis fimi ratio (-o *trad.*). THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 1 p. 97, 12 *amen* affirmatione (ad -em *coni. Swete*, affirmative *Stangl*) dictum et ob maiorem positum firmitatem.] *i. q. confirmatio* (*v. vol. IV p. 218, 22 sq.*): MART. CAP. 5, 474 cum . . . obieceris 'occidisti' ut doceas, argumentatione -e uteris, maxime cum negatur. *i. q. duritia, soliditas*: EVSTATH. Bas. hex. 3, 4 p. 894^B spissitudinis . . . duritiem, quia spiritus . . . efficit sonum tonitrualem, -em tonationis (*gr.* στερέωσιν) appellat. *i. q. probatio* (*cf.* firmo *p. 812, 12. 17 sq.*): NOVELL. Iust. 113, 3 ante ipsam personarum -em (*gr.* βεβαίωσις. *ibid.* circa ipsam personarum -em).

firmātor, -ōris *m. a* firmare. GLOSS. demorator: retentor, ligator, -r. *is qui firmat*: TAC. ann. 2, 46 missus . . . Drusus . . . paci -r (DICT. 5, 10 -es pactae pacis ad Troiam eunt decem lecti duces). PLIN. epist. 10,29,1 ut te *Traianum* conditorem disciplinae militaris -emque consulerem. CORP. III 12351 C. Messio . . . reparatori disciplinae militaris, fundatori sacr. urbis, -i spe⟨ratrici⟩s fo⟨rtunae(?)⟩.

fem. **firmātrīx**, -īcis. LAVRENT. eleem. p. 115^D dextera mea . . . salvatrix animae meae, -x cordis, munimen corporis.

firmē *v.* firmus. **firmis**, -e *v. p. 812, 77 sqq.*

***firmitās**, -ātis *f. a* firmus. *plur.*: VITR. 2, 6, 1. GLOSS. robor. βεβαιότης. ἐνσθένεια. *legitur inde a* PLAVTO (*bis*) *et* CIC. *apud prosae orationis scriptores.* [*francog. vet.* ferté. *M.-L.*]

I *i. q. robur, vigor*: **A** *de animantibus* (*i. q. gravitas, constantia*): **1** *spectat ad animum* (*cf. p. 807, 47 sqq.*): PLAVT. Most. 122 (*in comparatione hominum et aedium*) *parentes* fundamentum substruont liberorum; extollunt, parant sedulo in -em. CIC. ac. 2, 53 quaerimus gravitatis, constantiae, -is, sapientiae iudicium, utimur exemplis somniantium, furiosorum, ebriosorum. 2, 66 quid loquar de -e sapientis? fin. 5, 12 plus in virtute teneamus, quam ille tenuit, -is et roboris. Phil. 1, 33 novi -em tuam. SEN. dial. 12, 17, 1 illorum imitari -em in perferendis doloribus. epist. 18,3 argumentum -is suae capit, si ad blanda . . . nec it nec abducitur. VVLG. II Petr. 3, 17 ne insipientium errore traducti excidatis a propria -e (στηριγμοῦ). AVG. civ. 14, 9 p. 21, 2 D. *cives civitatis dei* sicuti se infirmitas eorum -sque habuerit, metuunt temptari, cupiunt temptari. agon. 11, 12 humana creatura . . . in pristinam -em revocabatur (*opp.* infirmitates). *adde in dicendo*: BRVT. Cic. ad Brut. 1, 16, 11 iudicium

[*Bacherler*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

suum, quod tanta -e ac magnitudine direxit in exturbando Antonio *Cicero*. *trop.* (*cf. 2*): TAC. dial. 23 sanitatem non -e (*sic Acidalius*; infirmitatem *et* infirmitates *trad.*), sed ieiunio consequuntur *oratores quidam*. 2 *spectat ad corpus* (*cf. infra l. 30 sqq.*): CIC. fin. 5, 42 cum ... paulum -is accessit, ... animo utuntur parvuli. Lael. 46 ut quisque minimum -is haberet minimumque virium, ita *eqs.* Tusc. 2, 56 se intendat ad -em. PLANC. Cic. epist. 10, 24, 3 exercitus numero amplissimus, -e exiguus. PLIN. nat. 11, 283 remedium corpulentiae quam -i utilius. PLIN. paneg. 15, 1 terras teneris adhuc annis viri -e lustrasti. SOL. 27, 18 -s *leonum* in capite praecipua. LACT. opif. 3, 11 pecudum -em. 3, 12 *prudentes nolunt* mutorum -em sine ratione (*ibid.* irrationabilem -em). 4, 17 infirmitas... habet in se mortis condicionem, -s vero ubi fuerit, nec senectus locum potest habere nec mors. *adde* (*spectat ad potentiam*): CIC. epist. 11, 12, 1 si aliquid -is nactus sit Antonius.

B *de rebus corporeis*: 1 *spectat ad aedificia sim.*: PLAVT. Most. 819 specta postes... quanta -e facti. CAES. civ. 2, 11, 1 ictum -s materiae sustinet. VITR. 1, 5, 3 muri frontes ... aeternam habeant -em (*cf.* PANEG. 5 [8], 6, 4 murorum ... -s [HIL. in psalm. 144, 13 AMM. 14, 8, 13. PAVL. MED. bened. 2, 3 ac stabilitas]. AMM. 21, 13, 2 moenium). 2, 6, 1 *pulvis cum calce et caemento mixtus* aedificiis ... praestat -es. 2, 8, 10 parietes *latere structi* ad hoc tempus egregiam praestant -em (CASSIOD. var. 7, 17, 1 parietum -s roboratur). PETRON. 97, 8 servus ... claustrorum -em (infirmitatem *trad.*) laxavit. PLIN. nat. 36, 105 obnixa -s *cloacarum* resistit. TAC. hist. 2, 34 *ancorae* pontis -em continerent. PANEG. 7 (6), 13, 3 molium fundamenta ... fidam et stabilem -em habitura (SOL. 52, 43 fundamento extraordinariae -is). AMM. 24. 4, 10 propugnaculorum -e. VVLG. II Macc. 10, 34 loci -e confisi (ἐρυμνότητι). MACR. sat. 3, 6, 8 continuam saxi, id est insulae (*Deli*), -em. 2 *de corpore (cf. p. 808, 27 sq.), membris*: CIC. Tusc. 4, 30 sunt ... in corpore praecipua, pulchritudo, vires, valetudo, -s, velocitas, sunt item in animo. 5, 40 qui ... poterit aut corporis -e aut fortunae stabilitate confidere? (Phil. 2, 63 gladiatoria [SEN. suas. 6, 3 QVINT. inst. 8, 4, 16. 9, 4, 23]. NEP. Alc. 11, 3 Epam. 3, 1. VITR. 4, 1, 6 proportionem et -em et venustatem. SEN. dial. 5, 5, 1 QVINT. inst. 11, 3, 19 PLIN. paneg. 4, 7. SOL. 27, 41 incredibili. LACT. opif. 3, 17. *ibid.* magnitudo virium). SEN. contr. 1 praef. 2 nervorum -em fatigaverit. VAL. MAX. 1, 7, 4 recuperata membrorum -e. 8, 7, 1 -em lateris ... quassatam (8, 7 ext. 1. QVINT. inst. 11, 3, 16 lateris pectorisve). SEN. epist. 92, 19 *dentium* sanitas -sque (PLIN. nat. 18, 114. 23, 77). dial. 5, 36, 1 sensus perducendi sunt ad -em. QVINT. inst. 10, 7, 26 vocis -em (GELL. 2, 3, 4 -s et vigor vocis. *cf.* MART. CAP. 5, 541 bonitas vocis constat ex claritate, -e, suavitate). 12, 15. 1 memoriae. SOL. 32, 24 cutis. PALLAD. 4, 13, 4 ungularum. *fere i. q. sanitas*: HIER. epist. 54, 9, 10 si... stomachi -s patitur..., aquam in potum sume. 3 *in universum*: VITR. 1, 4, 3 calor ... excoquet e rebus -em.

C *de rebus incorporeis*: CIC. Sest. 95 ut eum ... tanta ... -e animi se in rempublicam fuisse paeniteat (Att. 12. 38, 3. 12, 40, 3 constantia et -s [*v. vol. IV p. 506, 60 sqq.*]. fin. 1, 40 Tusc. 5, 74 VAL. MAX. 4, 1, 13 SEN. dial. 2, 13, 1. CVRT. 7, 9, 1 *opp.* corporis vigor. *al. cf.* SEN. dial. 2, 3, 4 certissima -s habeatur, quae omnes incursus respuit. 11, 5, 5 animum ... exploratae ... -is. PS. QVINT. decl. 15, 4 animum ... accusatoria -e robustum. APVL. Plat. 1, 18 -s mentis ... corporis viribus non sit inferior. RVFIN. hist. mon. 19 p. 442[B] cordis). Tusc. 4, 31 in animo opinionum iudiciorumque aequabilitas et constantia cum -e quadam et stabilitate virtutem subsequens... pulchritudo vocatur. Lael. 19 *amicitia cum propinquis* non satis habet -is. VAL. MAX. 1, 7 ext. 3 *poetae Simonidis* admonitionem consilii -e roborarunt *dii*. SEN. epist. 74, 15 virium ... maior ... et aequabilior -s. SVET. Vesp. 7, 1 de -e imperii (*cf.* PANEG. 6 [7], 10, 2 *respublica* non caruit pristina -e. AVG. civ. 10, 32 p. 455, 3 D. regnum non temporali fastigio nutabundum, sed aeternitatis -e securum). AVR. Fronto p. 85, 14 N. accedit ... mihi -s ad deligendum (*i. diligendum*). DIOM. gramm. I 469, 18 quotiens una pars orationis anapaestum et trochaeum receperit, ... nescio quomodo in utriusque confinio retentus spiritus ac restitutus affert quandam compositioni -em (*antecedit* mollem et quasi lubricam structuram. *cf. in argumentatione, i. q. vis probationis*: SCHOL. Cic. Bob. p. 114, 6 St. *orator* noluit id [*exemplum de Oreste*] in primo constituere nec in postremo, sed in medio, ut utrimque -em de exemplis verioribus mutuetur: cui ... quamvis ... levi ... -em pariat orator. *ibid.* 14 scriptorum peritia det exemplo quamvis minus idoneo -em. THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 1 *verbum* ob maiorem positum -em). CYPR. epist. 60, 2 laudem virtutis et roboris -em. 67, 9 integram et sinceram fidei vestrae -em servetis (ARNOB. nat. 5, 15 p. 187, 22). ARNOB. nat. 1, 17 p. 13, 20 in ... virtutis -e (*cf.* AVG. civ. 2, 2 p. 55, 8 D. pudicitiae). HIL. trin. 7, 4 *veritas* -em naturae suae requirat. AMM. 21, 14, 3 ferunt ... theologi, in lucem editis hominibus cunctis, salva -e fatali, huiusmodi quaedam velut actus rectura numina sociari. RVFIN. hist. mon. 1 p. 403[D] quanta in humilitate -s et in elatione ruina quam maxima. Orig. princ. 2, 6, 5 propositi. AVG. civ. 16, 32 p. 176, 5 D. *animus* solidatur -e gratiae. 20, 12 p. 435, 28 *caeli* -e illi (*impii*) cruciabuntur ardentissimo zelo (*cf.* epist. 150, 7 caelesti -e persistens). SACR. Leon. p. 367 credendi ... -em. SIDON. epist. 4, 25, 3 rigorem -emque sententiae sanioris.

II *i. q. soliditas, stabilitas, diuturnitas*: A *de rebus incorporeis*: CIC. fin. 3, 50 virtus stabilitatem, -em, constantiam totius vitae complectatur (nat. deor. 1, 99 oris ... habitus ad vitae -em nihil pertinet). PLIN. nat. 20, 43 -em valetudinis custodiri. PS. APVL. Ascl. 31 stabilitas... beneficio -is merito obtinet principatum. 32 stabilitatem... habendo immobilem -em. ARNOB. nat. 7, 49 p. 283, 11 res ... foris domique perfectae ineluctabili -e gentis nomen maiestatemque fundarunt. AMM. 17, 1, 3 *barbari* misere legatos cum verbis compositis, quae denuntiarent concordem foederum -em. FVLG. myth. 3, 5 Cibebe ... quasi cidos bebeon id est gloriae -s (*cf.* GLOSS. II 256, 51 βεβαιότης, certitas, -as). AVG. civ. 5, 20 p. 232, 6 D. *non gloriae humanae* servit soliditas quaedam -sque virtutum (*cf. p. 807, 75*). LEO M. epist. 112, 1 fides ... securae pacis perpetem obtineat -em. CAPREOL. epist. 1, 2 p. 847[A] ea quae nunc pro catholica fide definita sunt, perpetuam -em obtinere valent (*gr.* βεβαίωσιν. *syn.* stabilitas). B *de rebus corporeis*: *de plantis, arboribus*: COLVM. 3, 14, 3 et calorem et frigus ceterasque tempestates propter -em facilius sustineat *viviradix* (*cf.* PLIN. nat. 14, 40 tanta est contra frigora aestus tempestatesque -s *uvae ambrosiae*. 17, 10 frigora plurimum arborum -i conferunt). 4, 20, 1 id non solum ad speciem plurimum refert, sed ad ubertatem et -em (-em et libertatem *trad.*) perpetuitatemque *arboris*. PLIN. nat. 14, 17 *uvis* addit duratricem illam -em austeritas picis infusa pediculo. 16, 230 *arboribus* his maior ad -em causa tempestivae caesurae. 29, 46 -s putaminum tanta..., ut nec vi nec pondere frangantur. PS. RVFIN. in Am. 4, 11 torris magis semiustus... quam in virenti consistens -e. *de vino*: PLIN. nat. 14, 21 principatus datur Amineis (*vitibus*) -em propter senioque proficientem vini eius utique vitam. *de corpore*: AVG. civ. 8, 14 p. 342, 33 D. quid ... Apuleius, quod in daemonibus laudaret, invenit praeter subtilitatem et -em corporum? 8, 15 p. 343, 14 *bestiae* nos ... et valentia virium et annosissima -e corporum vincunt. C *de animantibus*: CYPR. ad Donat. 13 an ... putas ... illos ... inter ... opes largas stabili -e securos. HIL. in psalm. 134, 3 non vagi neque erratici, sed stantium -e stabiliti. AMM. 16, 12, 49 miles instar turrium fixa -e consistens (22, 1, 3). *adde i. q. securitas*: ITALA I Thess. 5, 3 (Cypr. testim. 3, 89 p. 175, 8) cum dixerint 'pax et -s' (securitas *v. l.*; ἀσφάλεια, VVLG. securitas), tunc illis ... adveniet interitus.

III *i. q. veritas, auctoritas*: A *generatim*: ITALA Luc. 1, 4 (cod. e) ut agnoscas, de quibus edoctus sis sermonibus, -em (ἀσφάλειαν, VVLG. veritatem). TYCON. 3 p. 22, 10 promissionum -em ... nesciunt. AMM. 26, 2, 10 *milites* -em factorum retinentes et fidem (*cf.* AVG. serm. ed. Mai 7, 2 prius in fundamento posita rerum gestarum -e significantiam debemus inquirere). 27, 12, 1 *rex Persidis* calcata fide sub Ioviano pactorum iniectabat Armeniae manum, ut eam velut placitorum abolita -e dicioni iungeret suae. AVG. serm. ed. Mai 161, 1 omnis tollitur dubietas, asseritur veritas, imponitur nobis omnis fidei -s. ZACCH. 2, 17 p. 1139[B] ut ... eluceret *error sectarum*, necessaria -s doctrinae sequentis accessit. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 64 *medicorum varie passionem quandam describentium* cuiquam ascribere -em. B *speciatim in iure*: VLP. dig. 24, 1, 13, 1 plenissimam habeat -em *donatio* (EPIST. pontif. 347 Migne 20, 681[A] [*a. 418*] verba canonum, quae in pleniorem -em huic commonitorio inserimus. LEX Visig. Eur. 286 venditio per scripturam facta plenam ⟨habeat⟩ -em). PAVL. sent. 5, 7, 1 *per stipulationes* -s obligationum constringitur. FRG. Vat. 113 fretus coniunctionis -e. 273 donationes ... nullam -em habere (ENNOD. opusc. 2, 76 p. 311, 7 haberet synodus -em. LEX Burg. lib. const. 43, 2 testamentum nullam habere ... -em. *cf.* Rom. 45, 1 testamenta ... capiunt -em). EPIST. pontif. 294 Migne 20, 505[A] (*a. 405*) satius ... fuerit ea, quae contra canones acta sunt, condemnari quam ullam -em obtinere. ENNOD epist. 8, 1, 8 p. 201, 5 plenarii mihi documenti dirigite -em. CASSIOD. var. 3, 35 nostri beneficii possides -em. 4, 37, 3 finitum iure negotium in sua manere -e (COD. Iust. 1, 5, 5, 3. LEX Burg. lib. const. 87 permanere). 8, 25, 3 possessionis quietem et cunctis saeculis securam conferimus -em. COD. Iust. 1, 2, 12, 1 pragmaticas sanctiones ... robore suo et -e vacuantes. 1, 2, 12, 2 liberalitati ... huic ... perpetuam tribuimus -em. 1, 27, 1, 43 (9) his *ordinatis*... -em sui status in perpetuo habituris. 4, 46, 3 perpetuam emptionis accipiat -em. 7, 43, 3 -em sententia... non habebit. 7, 43, 7 ea, quae statuuntur adversus absentes non per contumaciam, ... iudicatae rei -em non obtinere. 10, 21, 1 comparatoribus data -e perpetua possidendi. LEX Burg. praef. 14 ut definitio ... perpetuae pactionis teneat -em. Rom. 3, 1 -is robor accipiat. 35, 2 venditionem ... ius -is accipere, si ... documenti professio -em praecariae possessionis obtineat. PAPYR. Marini 88 A 8 (*a. 572*) quae ad -em chartulae donationis pertinebant, rite adimpleta sunt. *nota fere i. q. ius*: COD. Iust. 11, 66 (65), 1 possessiones ... nullo a nobis iure retrahi, sed propria -e possessas etiam ad posteros suos dominii perpetui durabilitate dimitti.

syn.: *ad I et II*: constantia, firmamentum (MAR. VICTORIN. in Eph. 3, 16 p. 1269[A]), perpetuitas (*v. l. 21*), robur (CIC. fin. 5, 12), soliditas (AVG. civ. 5, 20 p. 232, 6 D.), stabilitas, vigor. *ad III*: fides (AMM. 26, 2, 10. 27, 12, 1), robur (COD. Iust. 1, 2, 12, 1), veritas (AVG. serm. ed. Mai 161, 1).

opp.: *ad I*: infirmitas. *ad III*: dubietas (AVG. serm. ed. Mai 161, 1).

[Bacherler]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae